RB 169,665

VELUT ARBOR ÆVO

Presented to the
LIBRARY *of the*
UNIVERSITY OF TORONTO
by
Professor
Ralph G. Stanton

Digitized by the Internet Archive
in 2012 with funding from
University of Toronto

http://archive.org/details/demanuregiatract02pere

MANVS REGIÆ.

SECVNDA PARS.

PHILIPPO III. PORTVGALLIÆ REGI INVICTISSIMO, NOVI ET ANTIQVI ORBIS MONARCHÆ, AVSTRIACO, MVNDI DOMINO CÆSARI AVGVSTISSIMO, HVMANISSIMO, SAPIENTISSIMO, LITERARVM CVLTORI, IVSTITIÆ VINDICI, FIDEI PROPVGNATORI, EXPVGNATORI HÆRESIS, DEI VICARIO, TVTORI DEFENSORI PATRIÆ PATRI.

DICAVIT GABRIEL PEREIRA de Caſtro ſupremi ſenatus minimus, olim Regij collegij diui Pauli collega, hodie vrbis criminalis Prætor.

Cum facultate S. Inquiſitionis, Ordinarij, & Regis.

VLYSSIPONE.

Ex officina Petri Craesbeeck. Regij Typographi.

ANNO M. DCXXV.

LICENCAS.

EX commiſsione illuſtriſsimi D.D. Ferdinandi Martins Maſcarẽnhas, Epiſcopi Inquiſitoris generalis, præuidi expendiq; hunc librum inſcriptum ſecunda pars tractatus de Manu Regia, editum à ſapientiſsimo Doctore Gabriele Pereira de Caſtro Regio ſenatore grauaminum in domo Supplicationis meritiſsimo expeditore: quod ſanctiſsimæ fidei, vel bonis moribus repugnet, nihil continet: imo opus iudico multis titulis commendandum, in eo enim maxime elucet Auctoris peritia, eruditio, & indefeſſum ſtudium pro veritate indaganda: idcirco dignum cenſeo quod typis excuſſum poſteritati cõmendetur. Vlyſsipone in domo D. Rochi ſocietatis Ieſu 31. Maij anno 1623.

O Doctor Iorge Cabral.

Podeſe imprimir, viſta a aprouação do P. Iorge Cabral.

O Biſpo Inquiſidor geral.

POdeſe imprimir eſte liuro intitulado ſegunda parte, Tractatus de Manu Regia, aos 3. de Iunho de 623.

Damião Viegas.

QVe ſe poſſa imprimir eſte liuro, viſtas as licenças do ſancto Officio, & Ordinario. Em Lisboa a 26. de Iunho 623.

Moniz. D. de Mello. I. Ferreira. V. Caldeira. Araujo.

Conferi eſte liuro impreſſo, intitulado, Secunda pars manus Regij, com ſeu original: eſtá conforme, pelo que póde correr Lisboa neſta Caſa de S. Roque da Companhia de *Ieſu* de Abril de 1625.

D. Iorge Cabral.

Taixão eſte liuro em nouecentos reis em papel, 21. de Abril de 1625.

Moniz. *Araujo.* *D. de Mello.* *V. Caldeira.*

ILLVSTRISSIMIS DOMINIS DONO DIDACO DE CASTRO Comiti de Baſto, Senatuſque Palatij præfecto prætorio, Donoque Didaco da Sylua, Comiti de Portalegre, huius regni gubernatoribus auguſtiſsimis.

Librum hunc de Manu Regia abſolui viginti annorum labore improbo, & ſecundā primæ manui addidi quam inuictiſſimo Philippo obtuli dicaui, illum denuo veſtris numinibus offero, quibus huius imperij clauum iuſte creditum eſt, qui ſicut eximij gubernatores in magna naui, flectitis, & regitis omnia paruo motu, vt cum difficillimum ſit homini in hominem imperium vos, ita leniter, & ſuauiter imperatis, vt non videamini præeſſe hominibus, ſed hominum cauſa, quaſi non vobis ciues dati, ſed vos ciuibus, illum enim in ſumma poteſtate rerum omnium ſeruatis modum, vt facillimum iam ſit ab vno capite tot capita coerceri, & moderari (boni exemplar imperij) nec immerito ſperamus vt inimici fideique hoſtes ſe cōtrabant, & ad motus veſtros timeant, quantum nunc timentur, ne igitur inter arma, in totum leges ſilere videātur hæc literaria munuſcula benigne accipite, quæ licet ex ſe parua, videbuntur non parua ſi opus ex labore, ſi munus ex animo quo maiora, & meliora offerrem metiatur.

Vos Deus Opt. Max. incolumes ſeruet patriæ defenſores & patres. 3. Aprilis 1625.

D. Gabriel Pereira de Caſtro.

AD SAPIENTISSIMVM AC NOBILISSIMVM GABRIElem Pereira de Caſtro, Regium ſenatorem, Prætoremq; vrbis criminalem, de libro cui titulus Manus Regia, Doctoris Bernardi de Afonſeca Oſorij. Carmen.

Ecquid vbi adſpexti nomen titulumque libelli
Arriſit tibi, lector opus? quæ gaudia? quales
Diuitias tribuet Manus hæc tibi Regia, poſtquam
Legeris ad calcem totum hoc inſigne volumen?
Fertilis ingenij nuper monumenta Pereira
Edidit in lucem nullo interitura ſub æuo?
Sed quanuis præclara ſatis videantur, & alti
Iuditij factura fidem, euaneſcere credas
Huic collata operi; exorto ſeu ſydera Phæbo
Conduntur: ſiquidem hic maior, ſeque ipſe relinquens
Longe infra celeri vehitur trans æthera penna;
Deſpicit vnde alios ſubter: tutuſque quieſcit
Vertice ſublimi, quò noſtris nullus in annis
Aſcendit, nulluſque æuo redeunte ſubibit.
Fortunata manus qua nobilis ille ſenator
Munera tot nobis palma diſpenſat aperta:
Lucis ad vſuram reuocat quam plurima denſis
Eruta de tenebris: doctrinæ multa vetuſtæ
Reſtituit veluti poſtliminio ; explicat apte
Quæ multis multi inuoluunt: enodat aperte
Obſcure quæ alij: penetratque ænigmata nulli
Intellecta prius: leuiter vel tradita nuſquam

Latius

Latius explanat: quorum ſunt biblia plena,
Colligit in ſummam; & mira breuitate coarctat
Plura docens paucis, fructus non frondis abundans.
At vero imprimis illud mirabere, lector
Factio ſi quando incidit,& ſententia diſcors
Inter vtramq; manum, viden vt prudentia claret
Summa viri? cautus tùm præter labitur arte
Vel ſi id non liceat,cum quæſtio plena pericli eſt
Cianæos veluti ſcopulos ſi nauiget inter,
Sic doctè ſtylli curſum moderatur,vt ipſe
Nec taceat verum, nec ſectam impingat in vllam,
Tādem haut affectat quis ſingula,vt omnia complet;
Vos quibus è vulgo non eſt mens,dicite quí fit,
Cogitet vt de libris quem anxia diſtinet vxor,
Et quem cura domus,quem publica functio,& vndæ
Cauſarum vſque tenent,& mille negotia regni
Implicitant? cuncta exuperat mens ardua,vires
Non onerat fortuna animi: ſed nec labor vllus
Deterit ingenium; nec rerum exhauſerit vſus
Fæcundum penu: ſomno quod detrahit, addit
Sedulus ad tempus; ſpatium vt plerumque diurnis
Officijs detur: literis ſtudioque moleſtas
Solatur curas,liteſque edulcat amaras,
Macte animi Gabriel decus,admirabile iuris
Quam præiere viam Franciſcus auuſque,paterque
Æmulus inſiſtis: iuſtus ſucceſſor,& hæres
Doctrinæ,vindex famæ, virtutis alumnus.
Illi ad curriculum te deduxere ſophiæ
Et docile ingenium recti erudiere per artes;
Prætuleruntq; facem,ad ſacræ quæ præmicat arcem
Iuſtitiæ: dubijs vbi certa oracula rebus
Dat conſulta themis: ſunt ipſi norma ſequendi
Exemplumque ſui: currenti ſubdere calcar
Sæpe iuuat: longum & ſeſe præcedere ſuadent,
Gaudentes vinci,dum proficis: on tibi primam
Palmam vltro cedunt; quia nulli candida virtus
Inuidet, aut lætis tabet ſucceſsibus ægra.
O ſocer,ò gener, heroes ad publica facti

Com-

Commoda; lætitia tandem exultate perenni,
Et plauſus date certatim: faſtigia laudis
Summa tenet Gabriel, vobis digniſsima proles:
Ille etenim meritis vos non duntaxat adæquat;
Verum (id quod toties votis, precibuſque petiſtis)
Iam ſuperat, fælix operum, lætuſque laborum.

EPIGRAMMA.

LVgebant arepta ſibi duo lumina leges
Non minus ac Paulum Cerbidiumque ſenem
Alter auus Gabriel, tibi erat, pater alter, eorum
Inſtar es ipſe; manus Regia ita eſſe probat.
Quos igitur (dolor heu) rapuerunt inuida fata,
Reſtituis nobis filius, atque nepos.

DE MANV REGIA TRACTATVS.

SECVNDA PARS.

SVMMARIVM.

Ordinatio Regia lib. 2. tit. 1. in princip. conſonat cum Ordin. lib. 1. tit. 8. §. 3. & lib. 3. tit. 6. §. 5.

1 *ORdinatio in d. principio eſt deſumpta ex 35. art. Concordatæ Romæ celebratæ.*

2 *Rex ſe agnoſcit incompetentem in cauſis Eccleſiæ, exceptis caſibus lege expreſſis.*

3 *Rex cognoſcit de cauſis exemptorum.*

4 *Concordia non videtur dari quæ ſuadeat Regem eſſe exēptorum iudicē.*

Argumentum à contrario non valet quando ſequitur abſurdum. ibi.

Caſus omiſſus habetur pro omiſſo. ibi.

Archiepiſcopus non alij ſubeſt quàm Patriarchæ. ibi.

5 *Prælati inferiores ſubſunt maioribus Prælatis.*

Summus Pontifex Primatuum eſt Primas. ibi.

6 *Archiepiſcopi dicuntur ſuffraganei, reſpectu Primatis.*

Archiepiſcopum habere iudicialem authoritatem oportuit. ibi.

7 *Prælati huius Regni non poteſt dici quòd non habent iudicem in Regno.*

8 *Vſus Regni longæuus non tribuit iuriſdictionem ſæculari Principi contra exemptos.*

9 *Æquitas nulla eſt ſufficiens cauſa vt Rex cognoſcat.*

Expenditur cap. 1. de ſupplend. neglig. lib. 6.

Iudicis Eccleſiaſtici copia ſi non detur nō ex eo cognoſcit ſæcularis. ibi.

Expenditur cap. qualiter de Iudic. ibi.

10 *Itineris ad Romanam Curiam longitudo non eſt cauſa vt cognoſcat ſæcularis de exemptis.*

Repræſſalia concedi poſſunt quando non datur copia iudicis. ibi.

Debitor fugitiuus poteſt à ſuo creditore capi. ibi.

11 *Legem Regiam aliqui interpretantur procedere conditionaliter.*

12 *Argumentum à contrario quando valeat? ibi.*

Lex Regia non definit Epiſcopos eſſe exemptos à maioribus Prælatis.

13 *Aliqui legem Regiam interpretantur in Epiſcopis anularibus.*

14 *Senſus legis Regiæ eſt quod ſupponat eſſe exemptos.*

Quæ ſit ratio vt Prælati in hoc Regno ſint exempti à moioribus Prælatis.

Epiſcopi iurant fidelitatem sũmo Pontifici, & Apoſtolorum limina viſitant. ibi.

Epiſcopi quòd electi, & confirmati à ſumo Pontifice ipſi fiunt immediati. ibi.

Olim Epiſcopi Hiſpaniæ à Rege, & ab Archiepiſcopo Tolletano confirmabantur. ibi.

15 *Argumenta diluuntur.*

16 *Ad ſecundum argumentum quòd Toletanus Archiepiſ. ſit Primas.*

17 *Ad tertium quòd potuit conſuetudine introduci vt exempti in ſæculari reſpondeant in caſibus expræſſis.*

18 *Conſuetudinis cognoſcendi de exemptis ratio.*

Conſuetudo confirmatur ex vltimo art. Romæ concordato. ibi.

Conſuetudo redacta in legem non deſinit eſſe conſuetudo. ibi.

Conſuetudo non poteſt dici ignorata à ſumo Pontifice. ibi.

Scientia Papæ non validat actum de ſe nullum. ibi.

19 *Confunduntur præceptorum traditiones in materia. ibi.*

20 *Ordinatio Regia an habeat locum in Bailiuis, vel equitibus militenſibus?*

Equites militẽtes verè religioſi ſunt. ibi.

21 *An habeat locum in Prælatis Ordinum Militarium quia exempti.*

22 *Lex Regia lib. 2. tit. 1. in princip. an ceſſet ſtante in Regno legatus de latere?*

Legatus Pontificis vices gerit in Prouincia.

Legatus eſt iudex exemptorum. ibi.

Lex Regia ideo procedit quia deficit iudex ordinarius. ibi.

Ceſſante legis ratione, lex ipſa quando ceſſet? ibi.

Bulla Cœnæ Domini obſtat ſæculari magiſtratui cognoſcenti de exemptis. ibi.

Regi Portugalliæ datum vt intra certum tempus ſuis legibus vtatur non vltra. ibid.

23 *Lex Regia procedit etiam ſtante Legato in Regno.*

24 *Ius Canonicum antiquũ permittit cognitionem ſæcularibus deficiente iudice eccleſiaſtico.*

25 *Actus validitas, vel iniuſtitia tẽpore contractus conſideratur.*

Iudex exemptis licet datus ſit hodie, nihilominus lex Regia ſeruanda eſt. ibi.

26 *Legatus de latere non eſt propriè Ordinarius, de quo lex Regia loquitur.*

Extraordinario modo eſt Ordinarius. ibi.

Ratione legis ceſſante non ceſſat ipſa lex, niſi deficiat negatiuè, & contrariè. ibi.

27 *Lex Regia comprehendit Conſeruatores Religionum qui vt Ordinarij conſtituuntur.*

Conſeruator licet agnoſcat vt Ordina-

reus non ceſſat lex Regia. ibi.
28 Exempti in cauſis Eccleſiarum non reſpondent in ſæculari
29 In renouatione petenda an compelli poſſit exemptus in ſæculari.
Renouatio, vel petitur per actionem, vel per reconuentionem. ibi.
30 Vel emphyteuſis ſit Eccleſiæ, vel patrimonialis in foro Eccleſiæ agendum eſt.
Patrimonialia Clericorum non gaudet priuilegio Eccleſiarum. ibi.
31 Si renouatio petitur à Prælato exempto in ſæculari agitur.
Reponitur litera Ordinationis non bene compillata. ibi.
Quæ ſit ratio, cur agi debeat in ſæculari? ibi.
32 Exemptus conuentus in Eccleſiaſtico an poſsit declinare ad iudicium ſeculare?
Verbum poteſt, ſi in diſpoſitione ponitur negatiue imponit neceſsitatem. ibi.
33 De exemptorum cauſis nullus alius iudex cognoſcit, niſi ſæcularis.
Verbum poteſt aſſumit interpretationem à materia ſubiecta. ibi.
34 Exemptæ an cenſeantur moniales quæ ſunt ſubiectæ ordinario.
Monaſteria Pontifici immediata viſitantur ab ordinarijs, tãquã delegatis ibi.
35 Prælati poſſunt ex tempore Regiam iuriſdictionem acquirere.
Monialium conſenſus nihil operatur in præiudicium Regiæ iuriſdictionis. ibi.
36 Epiſcopus an valeat citari in ſæculari pro ſeruitio ſibi exhibito in viſitatione liminum Apoſtolorum.
Si contractus ſit nomine dignitatis cenſetur factus nomine Eccleſiæ. ibi.
Quæ fiunt occaſione dignitatis continent obligationem realem. ibi.
Epiſcopum in ſæculari capellani pulſant. ibi.
37 Epiſcopis inter ſe contendentibus de hæreditate alterius Epiſcopi, an cognoſcat ſæcularis?
Refertur areſtum Senatus. ibi.
38 Interpretatur Regia Ordin. in illis verbis: Ou diuidas que devão.
Quid quando cõuenitur pro lignis emptis à prædeceſſore? ibi.
39 Interpretatur lex Regia, ibi. Ou danificamentos.
Animalia Epiſcopi ſi damnum dederint in paſcuis, vbi conuenienda? ibi.
Quid in penſione ſoluenda? ibi.
40 Exempti an præciſe coram Præſide curiali debeant pulſari?
41 Exemptus conuentus apud vnum iudicem, an poſsit ad alium declinare?
42 Exempti dum iudicantur in ſæculari lege cannonica, an verò ciuili iudicandi ſint?
Solemnitas contractus vbi celebratus eſt ſeruari debet, & ſolemnitas iudicij vbi agitur? ibi.
43 Exempti etiam poſt obitum pulſantur pro damno dato.
Rex via defenſionis Eccleſijs damnum datum reſarciri facit. ibi.

AN PRÆLATI HVIVS REGNI SINT EXEMPTI A IVRISDICTIONE ORDINARIA, ET AN POSſint in ſæculari conueniri pro damno dato in Regno, iniuria, vel contractu ad explicationem Ordinationis lib.2. tit.1. in principio?

CAP. 22.

NON fracti animo, poſt primi libri editionem, ad abſoluendum hunc de Manu Regia tractatum accedimus, quem multis retrò annis delineauimus, & iam cum tineis, & blatis bellum gerentem ſitu puluereq́; ſepultum, vrbi, orbi, luciq́; reſtituimus, & modo iam refrigerato inuentionis amore, ad ea quæ primo illo ſpiritu libenter effudimus, tanquam ſpectatores acceſſimus, & in toto opere melius tornando multū tēporis abſumpſimus, nulla ſpe præmij, quæ animum, & mentem alliciat, ſunt enim hæc noſtra ſæcula ſterilia, & ſtudioſis inuiſa, nec ſolitos in probus parit fructus labor, & ideo non eſt quem puluerem Olimpicum colligiſſe iuuet, quia neminem nobilis palma ad deos terrarum dominos euehit. Quæſtionem quam in præſenti mouemus decidit Regia Ordinatio lib. 2. tit.1. in princ. Similis eſt altera Ordinatio lib.1. tit 8. §.3. & lib.3. tit. 6. §. 5. & hoc tit.1. §.6. in fine.

Hæc Ordinatio videtur deſſumpta ex 35. art. ex 4. Romæ oblatis contra
1 Regem Dyoniſium, qui ſic habet. *O meſmo faz quando os Prelados, Conuentos, & outras peſſoas Eccleſiaſticas, não querem ſobre as Igrejas, direitos, & couſas eccleſiaſticas reſponder em ſua Corte, perante elle, ou perante o ſeu juyz, ou ſobre juyz, filhando juriſdição, qual não deue, nos Clerigos, & nas peſſoas eccleſiaſticas, do dito Reyno quer julgar, & conhecer dos pleitos que pertencem á juriſdução da Igreja, & ſe os Clerigos por aqueſto appellão para Roma, o dito ſobre juyz deſprezadas ſuas appellações, os dà por reueis, & mete na poſſe dos ditos bẽes aos demandadores, & ainda os ditos Clerigos, & peſſoas eccleſiaſticas communmente em todo o pleito conſtrange que reſpondão em ſua Corte, & de outros leigos. Reſponde elRey, que não entende chamar, citar, nem julgar algum Biſpo, ou Clerigo, ſobre Igreja, direitos, & couſas eccleſiaſticas, nem ſobre as poſſeſſões dellas; mas praz a elle, que em todas eſtas couſas reſpondão ante o juyz eccleſiaſtico, &c.* Ideſt. *Pariter idem Rex Prælatos, Conuentus, & alias perſonas eccleſiaſticas, quæ nolunt ſuper Eccleſijs, iuribus, & rebus eccleſiaſticis in ſua Curia reſpondere coram eo, aut ſuis iudicibus, ille aſſumit iuriſdictionem, quam non habet, ſuper Clericis, & perſonis eccleſiaſticis, iudicat, & cognoſcit de litibus quæ ad iuriſdictionem Eccleſiæ ſpectāt: quòd ſi dicti Clerici ad Romanam Curiam appellant, dictus Regius Iudex, contemptis eorum appellationibus, eos vt contumaces, & rebelles punit, in mittēdo in poſſeſſionem bonorum prædictorum, aduerſarios, & inſuper generaliter in omni lite cogit eos quòd in ſua Curia pulſentur. Reſpondit dictus Rex, quòd ipſe non intendit vocare, citare, vel iudicare aliquē Epiſcopum, vel Clericū ſuper Eccleſia, iure, vel cauſa eccleſiaſtica, vel ſuper earum poſſeſſionibus; ſed ei placet, quòd in his omnibus reſpondeant coram ſuo iudice eccleſiaſtico.*

Se incompetentem Rex ipſe agnoſ-
cit in cauſis Eccleſiæ, vel Clericorum, 2
quæ

quæ Eccleſiæ ſint, at verò in violentijs, & damno, vel iniuria ab ipſis dato, in Regno conticuit, quia ex alijs principijs hæc cognoſcendi poteſtas oritur, de quo cùm ageretur tempore Regis Alfonſi quinti in 2. art. ſic concordatum fuit, vt in prima parte huius tractatus videri poteſt n 267.

3 Quod autem Reges indubitanter cognoſcerent in ſæculari, de cauſis exemptorum, pro iniuria, vel damno ab ipſis dato, eleganter oſtenditur ex 8. artic. Concordia primæ Regis Ioannis primi, vbi agens de votis Diui Iacobi, quæ Archiepiſcopus cum iniuria populi extorquebat ita ait. *E pertence ainda a elle tornar ſobre os aggrauos que o Arcebiſpo fizer a algũas peſſoas, porquanto elle não tem outro ſuperior neſte Reyno, por onde elle de direito pode tornar pelas couſas mal feitas que lhe fizer contra ſeu pouo.* Id eſt. Et ad ipſum Regem ſpectat ad querimoniam populi, iniurioſè geſta ab Archiepiſcopo mederi, quia ipſe alium ſuperiorem ordinarium in Regno non habet, quare ipſi de iure hæc poteſtas conceſſa eſt, circa ea quæ contra populum geſta fuerint, apperte Rex oſtendit exemptorum cauſas ad iudicium Principis ſpectare, attento iure, & ſe ex eo fundamento de Archiepiſcopi exceſsibus cognouiſſe.

4 Obſtat tamen quòd hæc lex Regia vno ex quatuor modis poteſt ſuſtineri, vel à concordia, vt modo diximus, vel à iure, vel à conſuetudine inueterata, vel tandem à ratione quam aſsignat. ibi. *Porque ſemrazão ſeria irem citalos a Roma, &c.* Et nullo ex his modis ſuſtineri poſſe conſtat. Primò, ex concordijs nullum robur accipere poteſt, quia conſtat in diuerſis locis concordatum inter Reges, & Prælatos, & ſemper obtinuiſſe ne Prælati, vel Clerici ad forum ſæcularem traherentur, vt patet ex tertio articulo ex quadraginta Regis Dioniſij, & ex nono articulo, & vndecimo ſecundæ Concordiæ eiuſdem Regis, & ex tertia Concordia eiuſdem in Portuenſi ciuitate habita, art. 1. & in 12. articulo quartæ Concordiæ ipſius, & 15. quibus locis vetat Prælatos ad Regium Tribunal vocari, niſi ratione poſſeſsionum fiſcalium, firmat ergo exceptio regulam incontrarium, l. Nam quód liquidé, ff. de Penu. legat. nec obſtat Concordia ſupra incontrarium citata, ex 35. art. Dioniſij, quia non ſequitur, quôd ex eo quod diſponit, quòd ſuper rebus eccleſiarum Prælati ad forum ſæcularem non trahantur, ergo pro alijs rebus quando non ſint Eccleſiæ, aliud erit, quia hoc argumentum eſt à contrario, quod non eſt efficax, ſi reſultat abſurdum, Barboſ. in l Si alienam, ff. Solut. matr. à n. 31. Surd conſ. 518. Craueta conſ. 39. nu. 7. inſuper in fine illius articuli excipiuntur cauſæ fiſcales, ſi ergò Princeps de alijs cauſis ſenſiſſet illas exprimeret, quare omiſſum debet haberi pro omiſſo, l. Comodiſsimè ff. de Liber. & poſt l An in totum, C. de Edific. priuat. Valençuela conſ. 5. n 76. nec pariter obſtat altera Concordia, quia loquitur de Archiepiſcopo Bracharenſi, à quo ad alios Prælatos inferiores argui non poteſt, quia Archiepiſcopus non alij ſubeſt quàm Patriarchæ, qui cùm in Regno non detur, non immeritò dici poteſt, quôd non habet Ordinarium ſupra ſe. At verò Epiſcopi, & alij inferiores Prælati, ſuos habent Superiores, vt ſtatim dicam.

Secundò, non poteſt ſtare d Ordinatio attento iure, quia ſi admittamus Archiepiſcopum Bracharenſem non eſſe Primatem notiſsimum erit, eo attento, Archiepiſcopos tam Bracharenſem, quàm alios ſuo Primati Tolletano ſubeſſe? Tãquam iudici ordinario, & licet abſit è Regno eius locum ingreditur Legatus, vel Nuntius, qui in Regno aſsiſtit, qui in Prouintia ſibi decreta S. Pontificem repræſentat, cap. 1. de Officio legat. & quando noſtro Archiepiſcopo Bracharenſi Primatum tri- 5

buamus (vt veriús eſt) adhuc S. Pontifex Primatum eſt Primas, eiuſq; legatus, quia caput ipſe eſt totius Eccleſiæ quæ licet in multa membra diuiſa, & eius Epiſcopatus multorum Epiſcoporum numeroſitate diffuſus, in Petro, vnus Epiſcopatus conſtitutus eſt; vnde qua ratione vnum eſt lumen, & multi radij; vnus fons, & plurimi riui; vnum caput, & plurima membra, vnitas tamen ſemper eſt integra, in regimine luminis, fontis, & capitis, caput loquitur 24.q.1. cap. Rogamus, & cap. Ab vnitate, cap. Omnes 20. d. gloſ ad verbum Epiſcopus in proœmio ſexti, gloſ. per textum ibi in cap. In nouo, verbo Pari, & in cap. Loquitur d. diſt. 24. q.1 Victoria in Relectione de poteſt. Eccleſ. q. 2. á nu.10. Soto in 4 diſt. 24. q 2. art. 5. Couar in Regul. peccatum 2. p. §.9. num. 5. & in Practic. cap. 1. num 1. Belarmin. lib. 4 de Pontific. cap. 9. Burſatus conſ. 25. à. n. 50. lib. 1. & conſ. 125 num. 72. & 73. dicitur enim Papa à Papæ quæ eſt dictio Greca, & interiectio admirantis, & à Papos. Id eſt maior, vel pater Patrum, vt explicat Gonzalez gloſ. 1. n. 18. & 33.

6 Vnde fit quòd ſicut Archiepiſcopi poſſunt dici ſuffraganei, reſpectu Primatis, vel legati de Latere, vel Nuntij Apoſtolici, arg. cap. Suffraganeis de Electione, quia Prælatis ſuperioribus ſuffragantur, & multa ſine eorum conſilio expedire nequeunt vt in cap. Saluo cum multis ſeqq. 9.q.3. His maioribus Prælatis inferiores ſubſunt, quales ſunt Epiſcopi, cap. 1 & 2. 80 diſt. cap. Paſtoralis de officio ordin. cap. Cleros, §. Omnes 21. deſt. Gonzalez gloſ. 42. nu. 15. gloſ. in cap. Suffraganeos de Electione quia Eccleſia Archiepiſcopalis eſt mater Eccleſiarum ſuæ Prouintiæ, notat gloſ. in d. cap. Cleros Abb in d. cap. Suffraganeos, & ideo eſt ſuffraganeorum Ordinarius, cap Si Clericus, 11. q 1. gloſ. 1. verbo Comitibus, in fine, in cap. 1. 99. diſt gloſ. 1. in d. cap Paſtoralis, vbi plures caſus cumulat, in quibus Archiepiſcopi cognoſcunt, & 31. caſus congerit Marcus Antonius Genuenſ. in Praxi Archiepiſcop. cap. 86. Caſtaneus in Cathalog. 4. part. conſiderat. 20. Anaſtaſ Germon. de Sacrorum Immunit. lib. 3. cap. 7. per tot. Oportuitq; iudicialē habere authoritatē, ne gubernatio redderetur inutilis, vt ſuffraganeos in officio contineret ex reg. l. fin C. de Iuriſd. omni iudic. ibi. Tam in publicis, quàm in priuatis cauſis obedire compelli, gloſ. recepta in cap. Cum ab Eccleſiarum de offic. ordin.

7 Cùm ergo omnes Regni Prælati inter ſe ſubordinentur, non poteſt dici quòd iudice careant, & fortius ſtringit quód ſi dicamus eſſe exemptos, & Sedi Apoſtolicæ immediatos, à fortiori non poſſunt à Principe ſæculari ſuo priuilegio exui, quia eorum iudex eſt S. Pontifex, cap. 1. in princ. de verbor. ſignific. lib. 6. cap. Cum tempore vbi Panormit. & alij de arbitris, ſentit Ordinat. ibi. *Os irem demandar a Roma.* Sicq non parùm læditur Eccleſiæ libertas, contra cap. Quoniam de Immunitat Eccleſ. lib. 6. dum exemptis priuilegium ſui fori adimitur, quòd lege ſæculari effici non poteſt ex Cardin. in cap. Perpendimus, de ſent. excommunic. Bal. in cap. Eccleſia in princip. Bart. conſ. 187. Lappus allegat 92. cum alijs, de quibus, 1. p cap. 20. n. 1.

8 Nec pariter d. legem Regiam tuetur longæuus vſus, quia conſuetudine non generatur præiuditium iuriſdictioni Eccleſiæ, etiam immemoriali vt ſupra diximus prælud. 3. nec vltimo ſufficit ratio ab ipſa lege Regia aſsignata, ibi. *Porque ſem razão ſeria, &c.* Quia hæc ratio non ſufficit, vt tribuat iuriſdictionē non habenti, non obſtantibus iuribus à Nauarro citatis in d. cap. Cùm contingat 1. remedio verſ. decimo. Nec ex diſpoſitione Auth vt Clerici, & Aut de Sanctiſſ. Epiſcop. §. Si quis cum Clero, 11. q. 1. quia illa iura ex defectu poteſtatis non ligant Clericos, per text. in cap. Qualiter de Iudic. ex mēte Ioan. Andr. Panorm.

Panormit. & Hoſtienſ. in cap. Poſtulaſti de foro compet. & in cap. Vt famæ de ſentent.excommunic. Cardinalis in Clem 1.de Offic.Ordin. n.3.

9 Inſuper illa æquitas á lege Regia ponderata legem non iuſtificat, licet aures demulcere videatur, quia eſt contra text. in cap.1. de Supplend. neglig. Prælator. lib. 6. vbi impedito ſuffraganeo Archiepiſcopo Remenſi fuit inhibitum, ne de cauſis cognoſceret: immo eas remitteret, ad Romanam Curiam. Si ergò inter Eccleſiaſticos non ſufficit, copiam iudicis Eccleſiaſtici non dari, vt Archiepiſcopus cognoſcat, á fortiori talis cognitio ob defectum iudicis Eccleſiaſtici, ſæculari denegabitur, Iuuat cap Imprimis, 2.q.1 & cap Si Clericus, 11.q.1. cap.Ab arbitris de officio de leg. lib.6. cap. Irrefragabili, §. Cæterum de officio, Ordin. & in ſpecie dixit Farinatius de Inquiſ. q. 8. num. 45. ampl.23. Nam licet aliquando iudicibus ſæcularibus in defectum eccleſiaſtici iuriſdictionem tribuamus, vt in cap. Si duo. 79. diſt. iuncto cap. Si quis 97. diſt. cap. Vbi periculum, §. Prætereà de electione, in 6. Tamen in d.cap Qualiter de Iudicijs generaliter prohibetur, ne Clerici ad iudicium Principis ſæcularis trahantur, ad effectum iuſtitiæ, cùm potius eo caſu ad Pontificem ſit habendus recurſus, docet Paulus in Authent.Clericus, C.de Epiſcop & Cleric. à princip. Bart.de Repreſalijs, q 2. n.9. Farin.conſ.67. ... p. n.1. & 16.

10 Nec legem inſuper iuſtificant illa verba: *Os houuerem de ir demandar a Roma.* Quæ videtur deducta ex doctrina Bart.d nu.9. Quòd quando Actor plus eſſet expenſurus, in proſequenda lite, tunc non eſt adeundus iudex Rei, ſed eſt æſtimanda cauſa, ac ſi ſuperior nullus extitiſſet arg. l. Mediterraneæ, C. de Anno & tribut.lib.10. & l. Si ſeruos, ff. de Pignor actione, prout cõſiderat Imperator in Authent.vt differentes iudic. poſt princ. col.9. ibi. Ne cogantur ſubditi peregrè extra patriam proficiſci, Epiſcopo loci conceſsit, vt poſsit iudices temporales ad iuſtitiam miniſtrandam compellere, conueniunt notata in cap Cùm longè 63. diſt. quæ omnia corroborantur, ex eodem Bart. vbi ſupra vbi habet, quòd quemadmodum poſſunt concedi repræſaliæ, á iudice damnum paſsi, qui eſt omninò incompetẽs, quando non adeſt ſuperior, damnum dantis, ad quem poſsit haberi recurſus, aut quando ipſe ius reddere neglexerit, vt per eos quos citat Syluanus conſ. 34. n.30. deciſ. Delphyn.33. & 34. ita etiam poſſunt concedi, quando vaſſalus plus eſſet expenſurus, quàm commodi conſequuturus, quia inquit hic caſus ab eo, quando ſuperior non adeſt, non differt, ac proinde nil mirum, ſi iudicem incompetentem liceat addire, concordat Cardin. in Clem.1. de Officio ordin. q. 1. in fine reſoluens defectum iuſtitiæ eſſe quando recurſus ad ſuperiorem eſt difficilis, Doctores in cap. 1. de Iniur. lib.6. & in Auth.Ne omnimodo, C. Ne vxor pro marito, nec pariter ſuffragatur quód poteſt quis ſibi ſatisfacere ex bonis ſui debitoris quando alia via non patet, quia propter difficultatẽ exactionis receditur á iuris regulis, vt eſt doctrina Bald. in l. 2. C. Deſeruit. & aqua. Syluan.d.conſ.34 col,pen in fin. Felin. in cap. Significaſti de foro comp. nu.4. Sicut aliàs de debitore fugitiuo videmus qui poteſt á ſuo creditore capi, l. Ait Prætor, §. Si debitorem, ff. Quæ in fraudem creditor. Iaſ. in princ. inſtit.de action.n.70. Ripa in cap.1. á nu 88. de Iudic. Pariter ergo cùm exemptus lædit, & damnum dat in Regno, & pro damno dato reſarciendo adeundus eſt Romanus Pontifex, meritò pars aduerſa attento iure potuit ſibi ius dicere, vrbaniuſq; facit dum iudicẽ addit, aliàs incompetentem, nemo enim tam incompetens eſt, quàm ipſa pars, Romanus in l. De pupillo, § Meminiſſe, ff De noui oper. Iaſ. in l.2. ff de Iuriſd. omni

Iudic. nu. 15. Soares in l. Poſt rem fol. 176. ff. de re Iudic. Pallatius in Repetit. cap. §. 45. in fine. Carolus in Conſuet. gloſ. 6. §. 6. nu. 7. Eleganter Guilielmus, verb. Si abſque in tit. de Fidei comiſſar. ſubſt. n. 39. citans gloſ. in §. Multis inſtit. de libertinis, verſ. Serui. Satisfit namque has conſiderationes per ſe non ſufficere, vt iudex ſæcularis ſe competentem faciat, cúm ſolùm mouere poſſent animum ſummi Præſulis, ſi interpellaretur, vt lege Canonica illud idem ſtatueret, vel ciuilem comprobaret, vel iudicem in Regno concederet, prout dixit Cardin. in cap. 1. de Offic. ordin. d. q. 1. latè Borrel. ad Bellugam, §. Nunc videndum rub. 11. lit. G.

11 Hæ difficultates aliquantulum noſtræ legis diſpoſitionem conuelere videtur, quas vt euitent aliqui, ſolét interpretari verba ipſius, quod non diffiniat quod omnes Regni Prælati ſunt exẽpti à iuriſdictione ordinaria, ſed ad illos tantùm dirigatur, quos eſſe exemptos appareat, quia illa verba: *Que não tem no Reyno Ordinario*, conditionaliter prolata intelligi debent, id eſt, ſi non habuerint, quaſi illud verbum, *Que*, non demonſtratiuè, ſed reſtrictiuè prolatum fuerit, ad Prælatos qui iudicem non habeant, quod ita debet accipi cum illud, *Que*, adiungatur antecedẽtibus ſine copula, arg. text. in l. Ea tamen, 44. ff. de legat. 1. ibi. *Minuitur detracta coniunctione, Que, quia ex omnibus ſupra comprehenſis ea ſola diffiniuntur, quæ eius cauſa parata, ſunt* Sicut in l. Cunctos populos, C. de Summa Trinit. vbi Iaſ. 1. lectur. n. 2 & in l. Stichum, ff. de legat. 1. ibi. *Magis conditionem ineſſe legato, quàm demonſtrare voluiſſe patremfamilias appareat.* Vnde cũ conditionaliter ad exemptos dirigatur. Sub contraria conditione videtur adimere cognoſcendi poteſtatem, quando exempti non ſint, l. Si legatum purè, ff. De adim. legat. l. Aliquando, ff. de Condit. & demonſtr. l. Quod purè, ff. Quando dies legat. ced. & hoc caſu argumentum à contrario eſt firmiſsimum cùm per illud ad ius cõmune fiat regreſſus, iuxta text. in l. 1. ff. de Offici. eius vbi latè Curtius Iun. á num. 59. Euerardus in Topicis, loco 4. tunc enim à contrario argumentum non admittitur, quãdo iuri opponitur, cap. à nobis 2. de ſent. excõmun. vbi Abb. n. 4. Felin. 2. gloſ. in cap. Significaſti, verbo Clerici de foro compet. Nauarr. in Appolog. ad lib. de Reditib. q. 1. moni. 44. n. 2. Gregor. l. 17. verbo Deſcendit ſſen, tit. 1. par. 6. Mantica de Coniectur. vlt. p. lib. 3. tit. 15. n. 13. Gutierrez lib. 1, Practicar. q. 3. n. 14.

Qui ſenſus videtur ſuaderi ex verbis ipſius Ordinationis, dum inter Prælatos, & Epiſcopos enumerat, & Clericos, in quo oſtendit non intelligere, quod omnes in illo principio enumerati ſunt exempti, ne dicamus in hoc Regno omnes Clericos eſſe exemptos, nec tale dici potuit, ſed de Clericis ſentire, qui priuilegio aliquo appareant Sedi Apoſtolicæ immediati, ſicut ergo Ordinatio ſe ſabet reſpectu Clericorum, ſic pariter explicari debet reſpectu exemptorum, de quibus ibi agit, cúm in eadem contineantur diſpoſitione, argo l. fin. §. fin. ff. de Tritico, vino, & oleo legat. ibi. *Vinum amphorarium amineum, & græcum, & omnia dulcia vbi exponitur de dulcibus potabilibus*: Similibus alijs rebus in eadẽ oratione cõtentis, explicat Nenoch. lib. 4. præſumpt. 152. à nu. 29. Aleiat. Diſpunct. lib. 1. cap. fin. Forcatulus in Penu Iur. cap. 17. Anton. de Butrio in cap. 1. de Re iudic. vbi Deci. n. 27. Iaſ. in l. 1. ff. de Liber. præter. Qui ſenſus (licet perceperim in ſenatu Palatij fuiſſe aprobatum) ſuſtineri non poteſt, quia lex Regia realiter ſupponit omnes Prælatos Regni non ſubeſſe iudicio ordinario, ſed ſummo Præſuli, facta comparatione cum Clericis qui exempti ſint, & patet ex illis verbis: *Os irem demandar a Roma*, quæ clare oſtendunt Prælatos maiores prout Archiepiſcopos, & Epiſcopos exemptos eſſe, alios verò inferiores 12

Clericos

Clericos, ſi id ſibi priuilegio conceſſum ſit.

13 Alij aliter hanc legem accipiunt, de Epiſcopis anularibus, quia hi cùm creati ſint a S. Pontifice ſine territorio in Regno, immediati fiunt Sedi Apoſtolicæ, ſicut alias de eorum criminibus, S. Pontifex conſulitur, Siman. de Cathol. cap. 26. n. 12. Illuſtriſsimus Præſul Portuenſis, quem longe maiora expectant, dominus Rodericus de Acunha noſtri Collegij Diui Pauli Conimbricenſis Academiæ ornamentum, in explicatione Bullæ, q. 12. ampliat 7. de quibus eſt text. in Clement. in pleriſq; de Electione Gomez de Annal q. 47. verſ. Accedit, ſed confunditur *quia* Ordinatio priùs nominat Archiepiſcopos, qui tamen anulares non ſunt.

14 Quare videtur magis ex mente legiſlatoris Luſitani eſſe, quod ſupponit omnes Regni Prælatos eſſe exemptos à iuriſdictione maiorum Prælatorum, & de illis in hoc principio demonſtratiuè egiſſe, quia illud relatiuumquè cùm adiungatur verbo præſentis temporis, ibi. *Que não tem, &c.* Eo caſu reſultat demonſtratio ex Duaren in l Sthicum qui, ff de leg. 1. Cuiac. lib. 2 obſeruat cap. fin. l. Si ſeruus communis, ff de Stipul. ſeruor. quem ſenſum comprobant aliæ Ordinationes de eodem agentes lib. 1. titul. 8. §. 3. ibi. *Prelados izentos que neſte Reyno não tem ſuperior eccleſiaſtico.* Et lib. 3. tit. 6. §. 5. Quod ea diſtinctione accipi debet quam ſupra poſuimus, vt Archiepiſcopi, & Epiſcopi exempti ſint, Clerici autem ſi tales appareant Quæret tamen aliquis vnde colligatur Epiſcopos in hoc Regno eſſe exemptos à iuriſdictione maiorum Prælatorum, cùm de iure certum ſit Epiſcopos coram Metropolitanis conueniendos in ciuilibus, vt in cap. peruenit 36. 11. q 1. vbi Metropolitanus cognoſcit vt eſt gloſ verbo Cauſis in cap. 1. de Supplend negl Prælator lib. 6. & eſt communis cum gloſ. in d. cap Paſtoralis de offic. ordin. vbi Cardin oppoſ. 4. num. 2. & ibi Hoſtienſ. Panorm. n. 2. Bertach. de firmo in tract. de Epiſcop. lib. 4. p. 2. n. 10. vol. 4. tractatuum. At verò in criminalibus in quibus arbitri eligi nequeunt, ex cap. pen. verſ. in criminali de integr. reſtitutio, l. Non diſtinguemus, §. Iulianus, ff. de arbitris, tunc ad ſynodum prouinciale recurſus haberi debet ex cap. Si Clericus, 11. q. 1. puod etiam arbitros eligendos decernit quando contra ſubditos Epiſcopus agit.

Quare non ſine fundamento dici poteſt, huius Regni Prælatos eſſe Sedi Apoſtolicæ immediatos, quia Sedi fidelitatem iurant vt in cap. Significaſti de Electione, & ob id viſitant Apoſtolorum limina, & ſuccedit gloſ. verbo Singulis, in cap. Ego N. de Iur. iurand dum dicit quód Prælati, qui Apoſtolorum viſitant limina ſunt dictæ Sedi immediati, & habetur in cap. iuxta 93. diſt. Conſtat namque olim Prælatos inferiores in manibus maiorum Prælatorum iurare ſolitos, à quibus eligebantur, vt probat caput ſuper vbi gloſ. verbo Iuramentum de rebus Eccleſ. cap vlt. de Eccleſ. ædificand cap. dilecti 13. ibi nobis immediati ſubiecti, de maiorit. & obed. Nec obſtat quód in d cap. Ego N. de Iur. iurand præſcribitur forma iurandi ſummo Pontifici generaliter, quia ſatiſfit ex mente Abb. Ioann. & Felin. ibi. quòd ille text. procedit in Epiſcopis exemptis, qui iurant Pontifici ſubiectionem, alia veró iura procedunt in Prælatis qui Archiepiſcopis immediate ſuberant quibus obedientiam iurabant, quòd ab ipſis promoti erant, & ab ipſis confirmationem, & conſecrationem recipiebant, cap vlt 66 diſtinct. cap Suffraganeis 11. de Electione, ſicut alias videmus quód Clerici dum ad ordines promouentur ſuo Epiſcopo immediate iurant, & non ſummo Pontifici, cap. Cum Clerici 19. de verb. cap Quæ cótra 23. diſt Sic religioſi ſuo priori immediate obedientiam iurare coguntur, cap.

cap. Cum in Eccleſijs de maior. Sic fæudatarius ſuo immmediato domino, non veró alijs remotis iurat, cap. de forma. 22. q. 5. Quód autem eſſent Epiſcopi ſubiecti Archiepiſcopo patet, quód ab Imperatoribus Archiepiſcopi creabātur cum ſubiectione Epiſcoporū patet ex Nouella 11. de prima Iuſtiniana vbi Iuſtinianus patriam ſuam quód ſit in Pannonia ſecunda, præfecti prætorió Illiri Archiepiſcopatus honore donauit ſubiectis ei omnibus Prouincialibus Epiſcopis ad diœceſeos, Daciæ, & Miſsiæ, Dardaniæ, Præualitanæ, & ſecundæ Macedoniæ, refert Cuiat in d. nouel. 11 3. tom. fol. 1689. lit. E. vnde à tempore quo Reges Hiſpaniæ eam à Mauris vindicarūt incæpit eis cōpetere ius patronatus in Eccleſijs maioribus expectata S. Pontificis confirmatione, Ceuallos 4. p. q. 1. nu 360. Bobad. lib. 2. cap. 18. n. 223 ab anno 685 poſt Concilium Tolletanum patet ex eodem Cōcilio 12. cap. 6. Roderi. Archiep. lib. 3. cap. 12. Couar in reg. poſſeſſor. 2. p. §. 10. n. 6. Perez in l. 2. lib. 6. tit. 1. Ordin. quod olim datum erat Regi priuilegiū, & Archiepiſcopo Tolletano confirmādi electos Epiſcopos ab alijs Epiſcopis in Prouincia, de quo laté Gregor in l. 18. tit. 5. part. 1. verbo Antigua, de quo eſt text. in cap. Cum longe 63. diſt. Vnde cùm hodie ex regulis Chancellariæ reſeruata ſit Sedi Apoſtolicæ omnis Epiſcoporum confirmatio, & electio ad præſentationem Regum, merito hodie omnes Epiſcopi fiunt immediati Sedi Apoſtolicæ, & exempti à lege Metropolitana, ſoliq; S. Pontifici ſubiecti, & immediati exiſtunt quia ipſi iurant immediate, vt in d. cap. Ego N. quæ quidem videtur noua, & vera obſeruatio.

15 Quibus ſic perpenſis, non obſtabunt quæ ſupra incontrarium adduximus, nam ad primum quod in Concordijs Regum nulla reperitur quæ exemptos diſponat in ſæculari conueniendos, iam apparet ratione iuratæ fidelitatis, omnes Prælatos fieri Sedi Apoſtolicæ immediatos, vnde non eſt facienda differentia inter Archiepiſcopum, vel alium inferiorem, quia omnium eſt æqualis conditio, vnde manent in ſuo robore Concordiæ pro hac parte adductæ, vt illa Ioannis primi dum de Archiepiſcopo loquitur de omni Prælato intelligi debeat.

Ad ſecundum, quód omnes Regni Prælati maiores ſubſunt ſuo Primati Tolletano; reſpondemus, quód Archiepiſcopo Bracharenſi ex grauiſsimorum Doctorum authoritate Primatus dignitas conceditur, alij pro Tolletana Sede pugnant noſtrum non eſt obiter de eo agere cum longius id otium expoſcat: & ſufficit ad præſentis inſpectionis deciſionem, quód illud quod iure conſtitutum erat circa Prælatorū ſubordinationem iam hodie ceſſauit, ſit hic, vel ille Hiſpaniæ Primas, quia cùm Epiſcopi ex iurata obedientia fiant immediati Pontifici, quaſi ſub eius alis, & protectione recepti, deſinunt eſſe ſubiecti Prælatis maioribus immediate, quod quidem cūm ſolùm verſetur circa eorum perſonas, adhuc quoad ſubditos Epiſcopi manet illæſum ius Metropolitani, quoad appellationes, quæ ad ipſum metropolitana lege deferuntur, cap. Paſtoralis de officio ordin. 16

Nec obſtat inſuper quód tertio loco obijciebamus, quód nulla conſuetudine potuit introduci, vt exempti in iudicio ſæculari reſpondeant, quia ſatisfit quód agnoſcimus quód conſuetudo eſt lex tacita, quæ non poteſt plus operari, quàm expreſſa, l. Cum quid, ff. Si certū petat. Felin in cap. Eccleſia ſanctæ Mar. q. 8. verſ. Opponi tamen. Innoc. in rub. de Conſuetud. quia conſuetudo non facit capacem, ſed ſupponit Nauarr. in cap. Cùm contingat remed. 1. ad fin. Hæc tamen caſu vt exempti in caſibus in lege expreſsis iudicium ſæculare ſubeant, non ſola conſuetudine lex Regia defenditur, ſed Concordia, & 17

contra

contractu inito, quem ſequuta fuit conſuetudo inuiolabiliter obſeruata, quæ vt rationabilis, & iuſta amplexatur, ſuoſque producit effectus, quia cum illi caſus, ex vi dictæ concordiæ extra prohibitionem Canonum, poſiti ſint, vt dixit Nauarr. d. remed. 1. verſ. 2. infertur, in probationem huius vetuſtiſsimæ concordiæ, (quando de illa ita appertè non conſtaret) non infæliciter adducitur conſuetudo, quia ſicut illud ius allegatum, per literas authenticas probari potuiſſet, ita per tempus, quod inter modos legitimos probandi connumeratur, cenſura, & præſumptione iuris, & in hunc ſenſum debent accipi, quæ Bald. in l. reſcripto, C. de precib. Imperat. *prout* explicat Alex. conſ. 74. n. 20 lib. 4. Felin. 13. in cap. cum ex *officij* de præſcription. & in cap. cauſam quæ nu. 5. & 7. Rippa n. 41. & 102. in l. quominus, ff. de flumin. Auend. de exequend. lib. 1. cap. 12. n. 6.

18 Cuius conſuetudinis rationabilitatem comendat, quod recepta ſit ferè in omnibus orbis partibus, vt videre eſt per Bellugam in Specul. princ. § videndum n. 2. de Regno Valenciæ, in Aragonia, Cenedus in Collectan. ad decretum, cap. 7. n. 3. in hoc Regno Nauar. in d. cap. cùm contingat d. 1. remed. verſ. vndecimo facit, in Cathallonia Mieres in Conſtitution. Cathallon. cap. 11. 2. p. collat. 2. Olibanus de iure fiſci, cap. 14. à n. 3. in Aragonia Molinó in Reportorio verbo Iuſtitia de Aragon. fol. 104. verſ. Bobadilla lib. cap. 18 num. 127. in Hiſpania Ceuallos 4 part. quæſt. 1. num. 93.

Quæ conſuetudo nouum robur accipit ex vltimo articulo ex 40. Romæ contra Regem Dionisium oblatis, vbi cùm Prælati conquererentur in hoc Regno eſſe conſuetudines aliquas, quæ contra ius canonicum inuentæ proponebantur, S. Pontifex decidit vt ſolùm iuri conformes obſeruarentur ex quo elicitur quòd hæc erat vna ex accuſatis conſuetudinibus, quâm Reges tamen in legem redegerunt, & vero ſimile eſt quòd dum Prælati paſsi ſunt de tali conſuetudine legem publicam fieri, agnouerunt eſſe iuſtam, & de illis, in quibus in concordia actum erat: nec enim ex eo quod in legem redacta fuerit deſinit eſſe conſuetudo prout antea fuerat, licet in legem redacta, obliget, non vt lex, ſed vt conſuetudo ſcripta, quæ ius non ſcriptum exprimit, & declarat, nec ideo minus naturam conſuetudinis retinet ex doctrina Bart. in l. de quibus, ff. de leg. nu. 8 vbi Iaſ. num. 19. Decius ad Rub. de conſtitution. n. 1.

Inſuper elicitur ſummum Pontificem hanc conſuetudinem non ignoraſſe, eiuſq; initia, & progreſſum, quo caſu quando ſuperiora argumenta deficerent, illa ſola tollerantia, cum taciturnitate, induceret approbationem, & conſenſum ſecundùm Bald. & Angel. in l. Si filius, C. de petit. hæred. & in l. Qui in aliena, ff. de acq. hæred. § quod ſi non dederit Bart. in l. ſiue poſsidetis, C. de probation. Quod ſi quis replicet ex ſcientia Papæ non reualidari actum nullum, vt docuit Panorm. in cap. Clerici de Iudic. Marian. in cap. 1. de foro comp. fal. 26. Rippa in cap. Decernimus, de iudic. n. 15. q. 6. Immola in rub. de conſuetudine Guilel. in cap. Raihutius, verbo Et vxorem, deciſ. 2. verſ. Sed in actionibus, Nauar. in Manual. cap. 27. n. 70. Satisfit id quidem procedere poſſe quando ſola niteremur conſuetudine, quæ intra terminos puræ conſuetudinis reſideret, ſed in hoc Regno maiora ſunt argumenta quæ ſuadent, geſta non ſolum nota S. Pontifici, ſed ab ipſo comprobata ſpeciali contractu, cui nec S. Pontifex derogat, ex his quæ Moedan. deciſ. 233. Gonzalez gloſ. 28. n. 12. & 24. & gloſ. 5. num. 8. & 14. quia concordiæ ſunt fauorabiles, vt per eum ibi n. 9. Vnde fit quòd illa ratio à lege Regia aſsignata *Los tres casos os trem demandar a Roma*, licet per ſe ſumpta non concludat iuſtitiam legis, & conſuetudinis,

dinis, oſtendit tamen illam fuiſſe cauſam impulſiuam contractus initi, inter vtrumque Principem, ne ſcilicet miſeri Luſitani longe a Curia Romana diſtantes cogerentur á patrijs exulare laribus, pro iuſtitia aſſequenda, qua de cauſa S. Præſuli placuit aliquantulum iuris communis rigorem relaxare, arg. text. in cap Principes 24. q. 5. cap. per venerabilem qui filij ſint ligit. ibi rationibus his adducti Regi fecimus gratiam, & in his caſibus ſi aliquod adhuc dubiũ ſupereſſet, tollerantia induceret conſenſum vt dixit Panor. in cap. Clerici, verbo pœnis rubeis de vita & honeſtate, & in cap. a nobis de decim. Selua de benefic. 3. p. q. 10. Oldrad. conſ. 283. à princip.

Sileant igitur noſtrorum præceptorum lucubrationes, qui dum ad huius legis explicationem accederent, ad præſumptum priuilegium confugiebant, nec aliter eam poſſe ſuſtineri autumantes, cùm dicti priuilegij excogitatio purum figmentum contineat, cùm illius nunquam leges Regiæ meminerint, ſed concordiæ, & longæui vſus ſimplicitatem veritatis amplectentes, manet igitur inconcuſſa, & illibata noſtræ Ordinationis deciſio vſu non irrationabili incæpta, concordia ſtabilita, & ſummi Præſulis approbatione, iuris canonici rigorem mollientis, vt Regum precibus annuret, qui Hiſpaniam à Maurorum faucibus, expenſis non modicis, nec modico ſanguine extraxerant, Sediq; Apoſtolicæ cum tanto Fidei decore reſtituerint.

20 Subſequitur primo vt videamus, an hæc Ordinatio ſibi locum vindicet in equitibus melitenſibus, Bailiuis, & alijs perſonis huius ordinis, & licet videatur quod ipſi iudicem habent in Regno ordinarium cuius poteſtati ſubſunt, tamen verius eſt hos equites melitenſes ex vi priuilegiorum conceſſorum ordini exemptos eſſe ab omni ordinaria iuriſdictione, ſuiſq; tantùm ſuperioribus ſubeſſe vti verè religioſos, Soto de Iuſt. lib. 7. q. 5. art. 3. col penult. verſ. Ex his Nauarr. conſ. 1. tit. 1 de conuerſione coniug & lib. 3. conſ. 21. ſub tit. de Regularib. q. 1. art. 6. Sarmiento de Reddit. 4. p. cap. 1. n. 12. Caſſan. in Conſuetud. Burgund. Rubr. 3 §. 7. nu. 18. Auend. de Exequen. mand. cap. 26. n. 11. in fine, Petrus Gregor. Syntagm. iur. ciuil. lib. 15. cap. 35. Azeued. lib. 3. tit. 5. l. 14 & lib. 9. titul. 18. l. 9 nouæ Recopil. Garcia de benefic. 1. p. cap. 4. n. 3. quamquam non eſſe verè Religioſos aſſerat Abb. in Rubr. de Regular. nu. 4. Mandoſ in reg. 3. Cancell. q. 11. nu. 3. Rota diuerſor. 1 p. deciſ. 591. n. 4 & 5. prout refert Gonçal. ſuper reg. 8 Cancell. gloſ. 8. n. 57.

Nec obſtabit quòd ipſis dantur iudices in Regno ordinarij qui de eorum cauſis cognoſcant, nam ſatisfit quòd illi iudices conceſsi ſunt modo extraordinario, ex authoritate breuium, ſummiq; Pontificis permiſsione, & extra ordinẽ iudicant arg. text. in l. Si in aliam, ff. de offic. proconſul, ab illiſq; ad alios ſuperiores ordinum, ſeu vt diſponitur in ſtatutis titul. 7. cap. 20 & ſeqq. Sembleas appellatur qui cognoſcendi modus delegatis conuenit, & ideo in illis habere debet locum lex Regia licet aliter aliquando iudicatum audiuerim quód nunquam mihi arriſit, pro qua dicit Valaſc. conſ. 152. nu. 11. qui debet explicari per ſupradicta, vt non ſint propriè ordinarij iudices, ne ceſſet legis Regiæ diſpoſitio.

Maius dubium verſatur circa noſtrorum ordinum, ſeu militiarum Prælatos, aliosq, milites, & non ambigendum magnos ordinum Magiſtros illorum eſſe Prælatos ordinarios cum exemptione omnimoda ab Archiepiſcopis, aliiſq; Regni Prælatis: ipſiq; tamquam Prælati per ſe, ſuoſq, viſitatores loca ſibi ſubiecta viſitant, iuxta formam text. in cap. Dudum 54. verſ Sed cum in iure de elect. & in Extrauag. execrabilis de præbend. Ioan. 22. ſicq, indulgetur 21

in

in Bulla Innocent. IIII & Pij IIII. & ex Bulla trium inſtantiarum lib. Gladiorum fol. 90. & ex altera Iulij III. vnionis, & Nicolai IIII. & Celeſtini V. & altera Nicolai V. & Iulij II. idq; in Regno Caſtellæ plenè obſeruatur ex Bulla Pij V. quæ eſt in d. lib. gladiorum fol. 110. & Adriani VI. dicit Didacus de la Motta lib. 1. cap. 4. §. 14. num. 2. & lib. 2. cap. 1. §. 9. & 10. & cap. 6. §. 12. Emann. Rodriguez 1. tom. regul. quæſt. 36. art. 3 & 4. Hieronymus Llamas in Metodo 3. part cap. 11. §. 12. ad fin & §. 13. & 14. & 15. & 21. & 22. Suarez de la Paz 2. tom. prælud. 1. n. 7. & 8.

In hoc tamen puncto illud aduertendum eſt, quòd lex Regia non poteſt extendi ad cauſas militum, quia hic in ciuilibus iudicem habent ordinarium ex Ordinatione lib. 2. titul. 12. §. 1. in criminalibus verò in Senatu habent ordinarium iudicem equitum, vnde ſolúm circa maiores prælatos, ſcilicet circa perſonam magni Magiſtri, & Priorum conuentuum dubitatio manet, an ipſi ſubiaceant legi Regiæ vt conueniri valeant in ſæculari, & quoad hos videtur legi Regiæ locum eſſe, quia ipſi nemini ſubſunt, & omnimoda fruuntur exemptione, reſpectu Archiepiſcopi, ne in eius iudicio pulſari valeant pungit Cabedus deciſ. 61. num. 6. Nauarr. Apolog. de reditibus, quæſt. 1. num. 56. Perez ad leges Ordin. tit 1 l. 2. Barboſa in l. Quia tale, num. 95. ff ſolut. matrim. quinimo Magiſter eſt Epiſcopo maior, Caſſan. in Cathol. part. 9. conſid. 4. verſ. Crederem, ab ipſiq; ad Papam appellatur Franciſcus Marcus deciſ. 340. num 15. Rotta diuerſorum 591. num. 9. idemq; ius in Prioribus conuentuum ordinum, quibus quaſi epiſcopalis iuriſdictio data eſt cum exemptione omnimoda, ſicq; in eis locum habere legem Regiã non videtur ambigendũ.

22 Subſequitur non vulgaris quæſtio, an legis Regiæ diſpoſitio ceſſet, quando in Regno Legatus de latere, vel Nuntius Apoſtolicus aſsiſtit, rationem dubitandi facit, quia ſi Legatus ſummi Pontificis adeſt, hic ordinariorum ordinarius eſt, qui vices Pontificis in prouincia gerit, cap 1. de offic. legat. ibi. *Sicut qui in prouincia vices noſtras gerere comprobatur*, tradit Speculator in titulo de legato, §. Supereſt, num. 3. ibi. *Et Legatus eius qui ipſius vices gerit*, Gambarus lib. 8. de offic. legat. num. 144. Eſt nanque Legatus velut Proconſul, & Præſeſ. cap. 2. de officio legat. lib. 6. ibi. *Prouinciarum ſibi commiſſarum adinſtar Proconſulum, cæterorumq; præſidum, &c.* Quod autem exemptorum Legatus eſt iudex, probat text. in cap. Si Abbatem de electione lib. 6. cap. 1. de verbor. ſignif. eod. & eſt communis ibi, & in cap. 1. & in cap. Quoad tranſlationem de officio legat. poſt Abb. Ioann. Andr. Domin. Peruſin. & ſcribẽtes in d cap. 1. de verborum lib. 6. Additio Rottæ deciſ. 1. de offic. de legat. Felin. in cap. Graue de offic. Ordin. num. 2 Gonzalez de legat. quæſt. 6. num. 10 Syluester verbo Delegatus num. 19 Pariſ. lib. 4 conſ. 24. num. 31. dicit communem Alberic. in Dictionario, verbo Legatus à latere, Guterrez lib. 1. Connoni. cap 1. num. 5. Villadiego in tractat. delegat. 1. part. quæſt. 6. num. 12. vol. 14 tractatuum, quia dicitur imago Pontificis, nec eius morte expirat Boer. in tractat. de poteſtat. legat de latere num. 16. ſicut ergo Pontifex cognoſceret de exemptorum cauſis, ſi in hoc Regno adeſſet, ſic pariter eius Legatus qui eum veluti viua imago repræſentat.

Secundó, quia ratio finalis huius Ordinationis, ea fuit quia in Regno non adeſt ſuperior, qui de exemptorum cauſis cognoſcat: atqui hæc ratio ceſſat quando adeſt Legatus cui omnia licent, quæ ſummo Pontifici, exceptis his quæ ſpecialiter reperiuntur prohibita, notat Specul. d. §. Supereſt, num. 13. & 42. Roman. ſingul. 507. Gambar. lib. 2.

num.7.& 13. ergo, &c. Quod autem ceſſante ratione legis, ipſa lex ceſſare debet, probant Doctores in cap. Cum ceſſante de appel. l. Quod dictum eſt, ff. de pact. l. Cum mulier. ff. ſoluto matrimon. lex enim ſemper debet reſtringi, & ampliari ex ratione ipſius, l. Cum pater, §. Dulciſsimis, vbi Bart. & alij, ff. delegat. 2. l. A digere, §. Quamuis, ff. de iure patron. debet ergo lex Regia ex ratione ab ea aſsignata limitari, vt ceſſet quando in Regno adſit Legatus, Nuntius, Patriarcha, vel ſimilis qui loco ordinarij ſuperioris eſt.

Tertiò obſtant verba Bullæ Cœnæ Domini Gregorij decimitertij, quibus abrogantur omnes conſuetudines quibus hæc lex defendi poſſet, addendo inſuper quód Rex Sebaſtianus illius Bullæ prohibitioni acquieſcens, a ſummo Pontifice ſupplicauit, vt vti liceret hac lege, vſque ad beneplacitum Sedis, eo tamen addito vt intra annum, leges huius Regni in Curia præſentarentur, quia Pontifex á quo hoc ſupplicatum extitit, deceſsit, ſicq; ſumus in primo ſtatu, & Bullæ prohibitione, quia ad tempus conceſſa poſt illud, &c. l. Si vnus. §. Cum res, ff. de pact. Alciat. conſ. 5. lib. 8. iunct. cap. Si gratioſe de reſcript. lib. 6. Neque obſtatabit ſi quis dicat, quód in illo breui adiuncta ſunt verba quibus præcipitur Regi, vt leges ſuas in Romana Curia exhibeat intra annum, & quôd pro illo tempore illis vtatur, & vſque ad beneplacitum Sedis Apoſtolicæ, quibus patet licere etiam hodie, illis vti abſque vllo cenſurarum incurſu, quia noto quód in illo breui continetur verbum, *Quamprimum*, quod denotat celeritatem, quare cûm non ſit tempus determinatum, illud totum relinquitur iudicis arbitrio, DD. in cap. de cauſis de officio delegat. quod ſi adhuc obijciatur quod propter inopinatam, & præ maturam Sebaſtiani mortem bella, & peſtes leges miſſæ non ſunt, & ideo illis hodie vti licet: ſatisfit namque quòd de hoc hactenus actum non eſt, neque cogitatum, neque in animo Regum eſt illud agere, ergo quid profuit breue, ſi illi nunquam paritum eſt, cùm immo priuilegium mereantur Reges amittere, quia permiſſa ſibi abutuntur facultate arg. cap. Licet de priuileg. lib. 6.

Verùm his non obſtantibus dicendum eſt legem Regiam obſeruandam, 23
etiamſi in Regno adſit Legatus de latere, ad cuius aſſertionis confirmationem, ſequentia noto. Primò, quòd Regia Ordinatio non decidit quòd prælati exempti abſolutè in ſæculari conueniantur, ſed circa bonorum patrimonialium cauſas, vel contractus ſuper illis celebratos, vel damnum in Regno datum, & ſecundùm veriorem opinionem, eccleſiaſticarum perſonarum exemptio, in bonis temporalibus, & patrimonialibus iuris humani eſt, ex doctrina Innocent. in cap. 2. de maior. & obedient. probat eleganter Medina de reſtitutione quæſt. 11. plures citans Couarr. in pract. cap. 31. num. 2. Quæſada quæſt. 4. num. 9. Signorolus conſ. 218. Caſtaldus de Imperator. quæſt. 101. Boer. deciſ. 31. & 69. DD. in cap. 1. de rebus eccleſ. Hoſtienſ. in cap. Ex parte de foro compet. quia cum maximè expediret Eccleſiæ ſtatui vt clerici â ſæcularibus negotijs ſint immunes, & ne coram ſæcularibus Principibus iudicentur, iuſtiſsimè ſummi Pontifices clericos, eorumq; res temporales à iuriſdictione temporali exemerunt, Innocent. in dicto cap. 2. Couarr. dicto cap. 31. num. 3. Cardin. in repetit. cap. Perpendimus, de ſentent. excommunicat. oppoſit. 7. Aufrer. in Clem. 1. de offic. ordinar. cap. At ſi clerici de iudic. cap. 2. de foro competent. cum vulgaribus, & receptum eſt etiam in caſibus, in quibus hæc immunitas de iure humano eſt, nullo modo poſſe per Principes ſæculares tolli, quia ſunt inferiores, Couarr. vbi ſu-

pra

pra num.5 notatur in cap. Clerici de iudic.

Secundo noto, quòd olim ſecundùm
24 antiquos Canones deficiente iuſtitia eccleſiaſtica ad Regem patebat recurſus, vt in cap. Filijs, 16. quæſt. 7. cum gloſ. verbo Regis, & in cap Principes 23. quæſt. 5. quæ tamen iura reuocata reperiuntur in cap. Clerici, & in cap. Qualiter de iudic. cap. 2. de foro compet. cum alijs, quæ reuocatio in cauſis violentiæ recepta non fuit, nec in exéptorum cauſis, & alijs ſimilibus pungit Nauarr. vbi ſupra. Vltra quæ dici poteſt quòd illa iura nouiora ſolùm abrogant conſuetudinem qua generaliter iuriſdictio tribuitur ſæcularibus ſuper eccleſiaſticis, non verò quòd hoc, vel illo caſu particulari exempti, vel alij clerici in foro ſæculari pulſentur, ob defectum iuſtitiæ, in foro Eccleſiæ, vel ex alia rationabili cauſa, quæ ſuadeat, vt obſeruetur ius antiquum, prout declarauit Martinus quintus in breui relato à Guidone deciſ. 1. Gozadin. conſ. 105. num. 24. Nauarr. vbi ſupra, gloſ. recepta in cap Propter, §. Verum, verbo Ducibus 32. diſt. quod magis admitti debet ſtante conſuetudine immemoriali & à ſummo Pontifice non ignorata, vt ponderat Ripa in d cap. 2. num. 72. de iudic. Belluga in Specul. princ. rub. 11. §. Videndum, num. 16. Maximè in hoc Regno vbi ſpecialis concordia inita fuit vt exempti in foro Regum conueniantur, conſiderata eorum potentia, Regni diſtantia à Curia Romana, ex ratione, cap. Cum ex literis in fine de reſti. in integrum, cap. Nihil ad finem de electio. cap. Cùm longe 63. diſt. propter quod dicit Dominicus de ſancto Germini poſt Hoſtienſ. in cap. 2. de ſupplend. negligent. prælatorum lib. 6. quod debet prouideri, & quæri modus, quo cauſæ ad Curiam Romanam à remotis partibus non trahantur ex ratione Auth. vt differentes iudices col. 9. in princ. iunctis his quæ ponderat Bartol. de repreſal. quæſt. 2. principal n. 12.

Tertiò noto, quòd ad validitatem, 25
vel iniuſtitiam vniuſcuiuſque actus attenditur tempus quo geſtus eſt, quia ea quæ ex poſt facto ſuperueniunt non informant actum purum, nec eum corrumpere poſſunt DD. in l. Si voluntate, C. de reſcind. vendi. & in cap. Cum cauſa, de emptione, Perez ad l. 2. in princ. tit. 23. lib. 1. Ordinam. Rebellus de iuſtitia, q. 3. nu. 12. Faciunt quæ Barboſ. in l. Diuortio, §. Si fundum, num. 31. ff. ſol. matrim. Mantica de tacitis lib. 4. tit. 16. num. 37. Vnde cùm conſtet Reges cum ſummo Præſule conueniſſe in Regni primordijs pro Regni pacifico ſtatu, & ex alijs ligitimis cauſis (quales præceſſiſſe præſumendum eſt ex longiſsimo curſu temporis)) vt exempti prælati in iudicio ſæculari, certis illis caſibus lege Regia comprehenſis conueniri poſſent; ſuper quo lex Regia lata fuit promulgata, & hucuſq; obſeruata, nec ex eius obſeruantia ius ſupernaturale lædatur; nec finis contrarius à lege prætenſus, obtineatur vtiq; nõ poteſt dici quòd ex aſsiſtentia Legati de latere poteſt lex ipſa ceſſare, dixit eleganter Anchar. in cap. Cùm ſit generale, de foro compet. n. 3. Belluga ad rub. 11. §. Videndum n. 12. Seſſe de inhibitió. cap. 8. § 3. nu. 136. ibi, *Licet hodie daretur iudex exemptis, nihilominus poteſtas ſæcularis cognoſceret, &c.* Sufficit nanque legem conditam tempore habili, licet poſtea caſus ſuperueniat, à quo incipere non potuiſſet ex reg. l. Sciẽdum, §. vlt. ff. qui ſatiſd. cogan. quia ex cauſa ſuperueniente non tollitur ius quæſitum, Soccin. conſ. 81. lib. 3. Mieres de maiorat. q. 6. n. 38. quod quidem in Legato de latere ſine dubio procedit, qui nõ eſt propriè ordinarius, ſed modo extraordinario, vnde duobus modis poteſt hoc conſiderari, vel quod poſito Legato de latere in Regno, ſtatim ceſſauerit legis Regiæ prouiſio, vel quod ipſe Legatus conſtituitur cum declara-

tione expræſſa quòd ſit exemptorum iudex. Primo caſu videtur extra dubiũ non eſſe exiſtimandum S. Pontificem voluiſſe legibus Regijs derogare eo modo, ex ſupradictis rationibus. In ſecundo autem caſu maius eſt dubium cùm detur expræſſa conceſsio. Sed adhuc nõ ſine colore dici poſſet ſummum Præſulem nec eo caſu intendiſſe legibus Regijs derogare, ratio eſt quia cùm hoc ius à contractu, & concordia dimanarit, contractus ille non poteſt irritari, niſi ex noua cauſa quæ ſuadeat illud ita cõuenire bono ſpirituali, vt ſupra diximus 3. prælud. quæ cauſa nõ poteſt verificari niſi audito Principe, cui ius quæſitum eſt ex contractu; quia forſan falſis ſuggeſtionibus poteſt ſummus Põtifex moueri, & induci, vt leges Regni reuocet, quod non niſi cum magna cauſa fieri debet, ne in Reip. detrimentum vergat, quod in eius fauorem introducitur, vnde quandiu hæ cauſæ non examinãtur audita parte, & Regno, cui hoc ius conceſſum videtur, non eſt credibile S. Præſulem reuocare voluiſſe.

26 Quibus ſic poſitis, & conſtitutis reſolutionibus, non obſtant difficultates ſuprapoſitæ, ad primam nanq; reſpondemus quòd licet fateamur, quód Legatus de latere eſt ordinarius in prouincia ſibi decreta, circa exemptorum cauſas, vt dixit Emanuel Rodriguez 2. tom regul. q. 63 art. 4. ad differentiam Legati miſsi, vel nati, niſi id ſpecialiter illis cõcedatur prout diximus, Decius conſ. 128. nu. 6. & 149. cui ſubſcribit Nauarr. in d. cap. Cùm contingat, remed. 6. ad fin. Vald. de legat. quæſt. 3. num. 2. Mandoſ. reg. 13. num 4. Pariſ. conſ. 17. vol. 4. Gigas de penſion. q. 6. Rebuf. in prazi tit. de collocation. n. 3. adhuc tamen non ſine vllo fundamento dici poſſe videtur talem illi poteſtatem non competere, vt in prouincia ſibi comendata ordinarius cenſeatur, eo modo quo lex Regia requirit ordinarium, nam Legatus eſt ordinarius adinſtar Proconſulis, & Præſidis, & ſic ad ſimilitudinem, & non propriè, ſed interpretatiuè, quia propriè ordinarius ille eſt, qui ſine alterius præiudicio conſtituitur vt in tit. de officio præſid. & in titul. de defenſoribus ciuitatum. At verò Legati cùm ordinariorum præiudicio conſtituuntur, & extraordinariè, vt inquit Vlpianus in l. Si in aliam in fine, ff. de offic. Proconſul. ibi. Cùm Proconſul pleniſsimam iuriſdictionem habeat, omnium partes qui Romæ, vel quaſi magiſtratus, vel extra ordinem ius dicunt ad ipſam pertinent tenuit Dec. in cap. poſt ceſsionem num. 2. de probatio. poſt Felin. & alios ibi. Achiles de Graſſis deciſ. 1. num. 1. 2. & 3. de offic. Ordin. Puteus deciſ. 194. incipit in vna nu. 2. lib. 3. Creſentius deciſ. 2. o. nu. 1. de præbend. Emanuel Rodriguez 2. tom. regul. q. 63 art. 3. ad fin. Henri. 1. p. Summæ, fol. 554. Cùm igitur Legati extraordinario modo ſint ordinarij, non videtur de illis intelligi lex Regia, ſed de propriè ordinarijs, quales ſunt Epiſcopi, & com probatur ex verbis legis, ibi. *Superior ordinorio*: nõn enim lex ſolùm deſiderauit ordinarium ad cauſam, ſed ſuperiorem perſonæ, quando enim lex Regia vtitur illo verbo; *Superior*, de perſona ſentit nõ de cauſa, vt expreſſè probat Ordinatio lib. 3. titul. 87. § 12. in fin. vbi dicit Senatum Portuenſem non eſſe ſuperiore Præfect. vrbis, cui tamen negari non poſſet quòd eſſet ſuperior reſpectu cauſæ, non ergo debet intelligi de his qui quaſi ordinariam iuriſdictionem habent, vt de Abbatibus dixit Pontifex in cap. Abbates de priuil. lib. 6. ibi. Quaſi epiſcopali iuriſdictione vtuntur, &c quia eorum iuriſdictio odioſa, & limitanda Clem. 2. de offic. Ordin.

Ad ſecundam difficultatem ſatisfit, quòd hæc cauſa fuit impulſiua, quæ illo tempore vigebat, ne ſubditi Romanam adirent Curiam, quæ ratio, Regnumq; ſeruitia, & benemerita, in obſequium

Sedis

Sedis Apoſtolicæ exhibitis, ſimul conſideratis, tanti extitere ponderis vt motus S. Pontifex illis rationibus in his caſibus Canonum rigorem relaxaret: vnde etiamſi agnoſceremus hanc cauſam impulſiuam ceſſaſſe, quia in Regno aliquis Ordinarius conſtitueretur ad exemptorum cauſas, adhuc videretur legem ipſam non ceſſaſſe, Tiraquell. ceſſ. cauſ. limit. 1. Surd. conſ. 198. num. 33. maximè quando effectus eſt iam conſumatus, idem Surd. conſ. 250. num. 24. quòd ſi replicetur hanc cauſam fuiſſe finalem qua ceſſante ceſſare debet ipſa deſpoſitio, idem Surd. conſ. 164. num. 31. & conſ. 217. num. 5. & conſ 64. num. 6. ſatisfit quòd (vltra quòd ſit impulſiua vt ex *Seſſe* d. num. 156. ſupra diximus) etiamſi fuerit finalis adhuc videretur lex non ceſſare, quia in eo eſt differentia inter actus qui habent pro obiecto bonum particulare, vel commune, primo caſu defficiente ratione finali ceſſabit diſpoſitio, quia non aſſequuto fine deficit voluntas diſponentis, & actus corruit, l. fin. C. de donation. At verò in ſecundo caſu non ſufficit deficere cauſam finalem in caſu particulari, vt ipſa diſpoſitio deficiat, quia etiam cum rigore obligat in eo caſu particulari, l. Proſpexit, ff. Qui cap. á quibus, ibi. Sed ita lex ſcripta eſt, cúm igitur leges habeant pro obiecto bonum commune, licet particulare bonum non aſſequatur, non ideo lex deficit, niſi quando contrarius ſequatur effectus, lexq; ipſa ceſſet negatiuè, & contrariè; vnde licet in præſenti deficeret legis ratio finalis, in particulari id eſt pro certo tempore, quandiu in Regno aſsiſteret Legatus de latere, quia tamen non deficiebat in communi, & contrarie, non videtur lex haberi pro abrogata, quod ſi quis replicet hæc conuincere quod lex obſeruetur quando Legatus adſit in Regno ad alium finem, non verò quando ſpecialiter deputatus ſit, vt ſit exemptorum ordinarius, quia tunc iam conſtat de ſummi Pontificis intentione eſſe vt lex Regia ceſſet, quia ſatisfit quód etiamſi hoc ita ſit, adhuc dubitamus de validitate reuocationis huius legis, quæ cùm è contractu exierit perpetua ſtabilitate confirmato, in remunerationem ſeruitiorum, & eius obſeruantia Reipubl. quietem reſpicit, non eſt præſumendum ſummum Pontificem eius reuocationem intendiſſe Regibus non auditis, & examinata cauſa, an ille contractus â ſua prima cauſa deficiat, quia eo ſolûm caſu reuocari poſſet.

Ad tertiam difficultatem de verbis Bullæ ſatis reſpondimus lib. 1. cap. Ex hac Ordinatione ſic explicata conſequitur eſſe ſupra reſoluta extendenda ad conſeruatores religionum, quibus conceſſum eſt vt tanquam Ordinarij cognoſcant, de quo laté diximus prima parte cap. 7. num. 7. quia clauſulæ quantumcunque amplæ ſint non faciunt ceſſare legem Regiam, quia lex Regia nullo modo conuelli poteſt per indirectum vt exempti iudicium Regum effugiant prout ſupra diximus in Legatis de latere, vnde illæ clauſulæ in Conſeruatorijs bullis expreſſæ; vt cognoſcant tamquam Ordinarij: debent reduci ad ſenſum iuris, ſecundûm quod tales Conſeruatores cōceduntur ſolùm ad notarias violentias, cap. 1. & fin. de offic. delegat. lib. 6. Vnde quando illis conceditur vt de violentijs cognoſcant tamquam Ordinarij, íta debet accipi, vt non fiant Ordinarij in Regno abſolutè, ſed quód de illis violentijs, de quibus vt Delegati cognoſcunt, & ſummarié per cenſuras compeſcendo ſpoliatores, de illis ipſis cognoſcant ordinarié partibus auditis, quando poſtpoſitis cenſuris partes illo medio vti velint, qui videtur verus ſenſus talium clauſularum. Inſuper eſto ſint Ordinarij, & vt tales cognoſcant adhuc lex Regia non ceſſabit, vt iam 27

ſupra diximus in legato, ex Belluga d. §. videndum, n 12 Seſſe d cap. 8. §. 3. n 136. In quo dubio cùm Senatui placuiſſet Regem conſulere, reſpondit vt ſeruaretur lex Regiâ ſine explicationibus vt ſemper fuerat obſeruata latæ namque erant aliquæ ſententiæ in contrarium.

28 Secundò explicabis legem Regiam quód ſolùm procedat in patrimonialibus exemptorum, ex hæreditate parentum, vel ex alia ſimili cauſa acquiſitis, in contractibus ab ipſis geſtis in damno in Regno dato, non veró in bonis Eccleſiarum quia vel ſint mobilia vel immobilia, ſemper apud ſuum iudicem conueniendi ſunt in ſimili explicat Seſſe d. n. 136. Olibanus d. cap 14. n. 5. & ſequentibus.

29 Verùm grande dubium inſurgit quid dicendum ſit in renouatione obtinenda à Prælato exempto, an conueniendus ſit in ſæculari, cùm tamen emphytheuſis ſit Eccleſiæ, in qua ſola adminiſtratio Prælato conceditur. Rodoanus de rebus eccleſ. q. 27. n 16 fol. 131. quare videtur quód neceſſario debet cauſa agitari in iudicio eccleſiaſtico, facit quia ex Ordin lib. 2 tit 1. §. 6. conſtat quód ſi Eccleſia, vel Prælatus agunt contra poſſeſſorem emphyteuſis finita generatione, propoſita qualitate tituli finiti, vel violentiæ cauſa pertinebit ad forum Eccleſiæ, ad quem Reus trahetur inuitus, quod quidem pariter obtinet quando Prælatus denegat renouationem vel quia in poſſeſsione rei eſt, vel quia negat ſe teneri reuocare, quia extincta eſt cauſa tituli præcedentis, vtiq. & hoc caſu debet lis in iudicio Eccleſiæ terminari: nec obſtat quód dici poteſt quôd hoc caſu quæſtio ſolúm vertitur ſuper dominio vtili rei eccleſiaſticæ, quód profanum eſt, dixit Gama deciſ. 50. n. 6. & deciſ. 149. nu 5. & deciſ. 108 nu. 6. & deciſ. 315 n. 8. Valaſc de Iure Emphyt. q 17. n. 12. vbi dicit quód hoc dominium eſt laicale, Caldas Pereira de Renouat. q. 17. n 9. Surdus deciſ. 160. n 15. Barboſa in l Titia, num. 44. ff. de ſolut matrim. Coſta de Succeſsione Regni fol. 102. Pincl in l 2. C. de bon mater n. 11. quòd hoc procedit durante titulo, ſeu alienatione: at verô eo finito quando Eccleſia prætendit vtrumque dominium eſſe conſolidatum, cauſa ad eius forum ſpectat, vel ipſa agat pro recuperanda re, vel deneget renouationem in re quæ iam Eccleſiæ eſt, & in ipſius dominio.

Nec obſtat inſuper d. §. 6. in fine, dum differentiam conſtituit in renouatione petenda à Prælato non exempto, vt hæc in foro Eccleſiæ petatur: ſi verò petatur ab exempto, obſeruetur deciſio Ordinationis lib. 2. in princ. in quo videtur velle, inter hos duos caſus differentiam conſtituere, vnde vt conueniat differentia, & vltimus à primo differat, debet ille vltimus caſus quando cum exemptis agitur differre in eo quod in emphyteuſi Eccleſiæ petatur renouatio in ſæculari ſatisfit tamen quód immo illa relatio facta in d. §. 6. ad Ordinationem lib. 2. tit 1. in princ. debet cenſeri facta ad illos duos caſus quos in d. princ. expræſſerat Nempe quód ſi emphyteuſis ſit patrimonialis, & propria Prælati, in ſæculari agendum ſit: ſi verô ſit Eccleſiæ in iudicio Eccleſiæ, quare quia articulus eſt valde dubius caſus diſtinguendi ſunt, primus quando renouatio petitur à Priore, vel Abbate non exempto, vel ſecundo petitur ab eo qui exemptus eſt primo caſu duobus modis peti poteſt renouatio, vel mota actione contra dominium vt renouet, vel petitur renouatio per viam reconuentionis à domino, quia agit pro recuperandâ re ſua ob finitam inueſtituram. Si petitur mota actione per libellum in forma ordinaria, tunc videtur deſtinguendum inter emphyteuſim Eccleſiæ, vel patrimonialem, vt pro illa agi debeat in eccleſiaſtico foro, ſecús in patrimoniali quod deducitur ex d. §. 6. dum dicit quód ſi emphyteuſis ſit Eccleſiæ forus ipſius ſpectetur inſinuãs

ſecùs

ſecùs eſſe ſi ſit prophana, aut patrimonialis, ex regula cap. Non ne de præſumption qui ſenſus ſuadetur, quia clerici in patrimonialibus priuilegio non gaudent, ex Panorm. in cap. Eccleſia ſanctæ Mariæ, col. 3. de conſtitution. & in cap. fin de vita, & honeſt. & in cap. Ex literis de pignor. cum Abbate, & alijs Guterrez 4 p. practi. q. 38. num. 17. Bobad. lib. 2. cap. 18. n. 260. Couar. lib. 1. variar. cap. 4. ex num. 3. Ficardus tom. 1. commun. fol. 160 n. 124. deciſ. Pedam. 30. n. 4. Decianus 1 tom. lib. 6. cap. 30. num. 23.

30 Verùm vtroque caſu vel emphyteuſis ſit Eccleſiæ, vel patrimonialis, in foro eccleſiaſtico agendum eſt, *in* emphyteuſi Eccleſiæ rati*one* rei, in patrimoniali quia dominus directus eſt reus qui non alibi, quàm coram ſuo iudice pulſari poteſt, ex reg. cap. Cùm ſit generale de fono comp. Vnde non obſtant quæ ex Guterres ſententia, & aliorum deduximus clericos in patrimonialibus nullo gaudere priuilegio Eccleſiarum, nam in hoc articulo duo inuoluuntur quæ cum iudicio debent perpendi, aliud eſt enim quærere, an priuilegia Eccleſiarũ bonis conceſſa, ad clericorum patrimonialia extendantur, vt habeantur ac ſi eſſent bona Eccleſiarum, vt non aliter præſcribi poſsint, vel vt ratione illorum competat clericis reſtitutio: & aliud, an priuilegia ipſis clericis competentia ſeruanda ſint, non tantùm circa ipſos clericos, ſed circa eorum patrimonialia, differunt enim maxime hæc duo inter ſe, licet vtrumque confundat Decius in d. cap. Eccleſia, n. 18. quem meritò reprehendit Couarr. d. cap. 4. n. 3. Quare ex mẽte ipſius indubitati iuris eſt, quòd clerici circa patrimonialia gaudent priuilegio fori, vt non alibi quàm coram ſuo iudice conueniantur, ſentit Bobadilla vbi ſupra ibi. *Porque los bienes del clerigo gozan dol priuilegio del fuero*, licet ſit verùm quòd non gaudeant priuilegijs Eccleſiarum, vt reſtituantur, vel ad ſimilia niſi in caſibus iure expræſsis, quia non oportuit iiſdem priuilegijs decorari ex ratione quam pungit Couar. d. n. 3. Quare liquet, quòd pro renouatione rei propriæ, clerici coram ſuo iudice conueniendi ſunt, ratione priuilegij fori, nec ex d. Ordinatione deſſumi poteſt argumentum à contrario, quia ſequitur in iure abſurdum, Surdus conſ. 25. n. 4. & 274. nnm. 2. & conſ. 85. n. 39. D. Caldas Pereira de nomin. q. 18. n. 35. Si verò per reconuentionem petatur renouatio non immoror, quia reconuentio in iudicio inſtituitur, in quo pendet prima actio cap. 1. de mutuis petit Ordin. lib. 3. & 33.

In altero verò caſu maius eſt dubium 31
quando renouatio petitur à prælato exempto, an debeat renouatio peti omni caſu in foro ſæculari, vel emphyteuſis ſit Eccleſiæ, vel patrimonialis, & hæc pars ſuadetur, quia Ordinatio d. §. 6. in fine caſum exemptorum excepit, vt ergo exceptio conueniat debet differre à priori caſu, l. Nam quòd liquide, ff. de pænu. legat nec obſtat quod ſupra diximus relationem factam ad principiũ illius tituli debere intelligi factam eo modo, & cum eadem diſtinctione, de qua ibi agitur, quia reſpõdetur quod d. §. 6. deductus fuit à concordia celebrata inter clerum, & Regem Sebaſtianum in cap. 2. vbi continetur quòd contra exemptos omni caſu ſpectat cognitio ad forum ſæcularem, vel emphyteuſis ſit Eccleſiæ, vel patrimonialis, in hæc verba: *Porem ſe a peſſoa eccleſiaſtica for izenta da juriſdicção ordinaria, & não tiuer ſuperior ordinario no Reyno, as juſtiças ſeculares tomarão conhecimento do tal caſo, conforme a Ordenação do liuro primeiro, titulo primeiro no principio*: quibus verbis clarè ſtatuitur ad ſæcularem iudicem, cognitionem ſpectare, vnde ambiguitas illius legis naſcitur ex defectu illorum verborum, *As juſtiças ſeculares tomarão conhecimento do tal caſo*, ſine quibus manſit mutillata deciſio, & ferè ſine ſenſu.

Quare ſenſus illius Ordinationis petendus eſt à concordata, quæ ſuſtineri poteſt, ex eo quòd quando prælatus pro renouatione conuenitur, agitur contra eum ex contractu perſonali, à ſe, vel à prædeceſſore facto, cuius perſonam, & dignitatem ipſe refert, cuiuſq; implementum ad ipſum tranſijt, in quo ipſe obligatus eſt finita generatione renouare, vel ſi meliorationes fierent quare ex perſonali obligatione tenetur, quia illud dominium vtile effectum eſt prophanum vbi primum ab Eccleſia exiuit, Valaſ. conſ. 145. n. 3. Gama deciſ. 2. n. 5. D. Caldas Pereira q. 17. num. 9. Ac per conſequens ſequuta eſt concordia communem ſecundùm quam pro omni actione perſonali, poſſunt clerici exêpti in iudicio ſæculari conueniri, de quo Valaſc. de Iure emphyt. q. 39. n. 14. Olibanus d. cap. 14. nu. 3. Bobadilla, & alij ſupra citati, vnde illa relatio quæ fit in d. §. 6. ad principium illius tituli, non debet cenſeri facta ad diſtinctionem bonorum an ſint Eccleſiæ vel patrimonialia, ſed reſpectu iudicij, vt ſcilicet in d. §. 6. egerit de iudicio Eccleſiæ, reſpectu priorum non exemptorum, quoad exemptos vero ſit competens ſæculare iudicium, eo modo quo eſt competens in cauſis, de quibus agit in d. principio tituli, quæ quidem eſt non contemnenda animaduerſio.

32 Quid autem dicendum ſit è conuerſo non facile eſt iudicare, nempe an exempti ſi aliàs conueniantur in eccleſiaſtico iudicio, pro renouatione obtinenda, an ipſe exemptus poſsit declinare ad iudicium ſæculare, & an remitti debeat, & videtur quód Actoris eſt electio vt agat in quo iudicio malit eccleſiaſtico, vel ſæculari, quia priuilegium illud non fuit conceſſum exemptis; ſed contra illos ex ratione quam ponderat lex Regia, ibi. *Por taes feitos os irem demandar a Roma.* Facit Ordin. d. princ. ibi. *Poderão ſer citados, &c.* quæ verba non inducunt præciſam obligationem conueniendi exemptos, in foro ſæculari, quando enim verbum poteſt, ponitur affirmatiuè, importat voluntatem, non veró neceſsitatem præciſam, l. Sæpe ff. offic. præſid. ibi. Audiui Cæſarem noſtrum dicentem, hac reſcriptione, cû qui priuatiuè præeſt, adire potes, nô in poni neceſsitatem, & in l. Non quidquid, ff. de iudic. ibi Nô quidquid iudicis poteſtati permittitur, id ſubijcitur iuris neceſsitati, & in l. Verbû oportere, ff. de verborum, ibi. Poteſt iudex in arbitrarijs pluris, vel minoris condênare, eleganter Bart. in l. Gallus n. 4. ff. de liber. & poſth. vbi docet, quòd quâdo verbum poteſt ponitur in diſpoſitione negatiuè, ſeu prohibitiuè, tûc inducit neceſsitatem præciſam, quia priuat potentiam, l. Sæpe, ff. de verborum, ibi. Non poteſt tutor ſeparatim ſine pecunia dari, & in l. Qui mortui eod. ibi. Nunquam potuerunt liberi appellari, Rebuſus in l. 12. ff. de verborum ſignific. verbo Poſſe, idem Bart. in l. 1. ff. de iniuſt. rupt. nu. 1. Alex. in d. l. Gallus n. 3. Aretin. in fine, Iaſ. à nu. 24. gloſ. in regul. beneficium lib. 6. Guter. in l. Nemo poteſt, ff. de leg. 1. nu. 145. Couarr. in cap. Quamuis 2. p. § 4. n. 14. Caſtillo de vſu fructu lib. 1. cap. 54. n. 7. Ceuallos q. 175. facit Ordinatio lib. 3. tit. 24. & lib. 2. tit. 20. ibi. *Sómente poderão fazer*, & tit. 56. §. 2. ibi. *Nenhum poderá ſer hauido por veſinho, &c.* Quando verô affirmatiuè ponitur in legibus reſcriptis, & ſimilibus, nunquam importat neceſsitatem præciſam, ſed cauſatiuam, vt per Bart. vbi ſupra, ſicq; exponitur Ordinatio lib. 2. titul. 45. § 4. ibi. *E os officios poderemos nós dar a quem for noſſa mercé*, & melius lib. 2. titul. 59. §. 8. ibi. *O poderá citar perante os Corregedores da Corte.* & lib. 3. titul. 5. §. 2. ibi. *Poderão leuar ſeus contendores à dita caſa, ſe quizerem*, vbi verbum, *Poderão*, non importat necéſsitatem, ad idem eodem tit. §. 8. ibi. *Poderão demandar, ſe quizerem, &c.* Nec obſtat quód ſummarium d. Ordin. lib. 2. tit. 1. in princ. concipitur per illa

verba

illa verba: *Em que caſos os Clerigos hão de reſponder perante as juſtiças ſeculares*: & diſpoſitiuè loquitur, & à rubro declaratur lex ſubſequens, quia ſatisfit quod potius rubrum ex lege ſequenti declaratur. Vnde cùm diſpoſitiò ſubſequens concepta fuerit in voluntatem, non in neceſsitatẽ induci debet, maxime quia de iure eccleſiaſtici non alibi quàm coram eccleſiaſticis reſpondere tenentur, ex Auth. de ſanctiſsimis Epiſcop. §. Sed neque col. 9. & in Auth. Statuimus, C. de Epiſcop. & Cleric. Vnde ex rationibus à lege Regia ponderatis ad vitandam vexationem additum fuit, vt in ſæculari conueniri poſsint, quod ita debet accipi vt comulatiue competat cognitio non priuatiuè, vt minus noceat libertati Eccleſiæ, quia de iure eſt, quod iuriſdictio in dubio potius præſumatur cumulatiua, quàm priuatiua, vt per Bart. in l. 1. C. de offic. præfect. vrb. Ang. in l. quod in rerum, col. 2. & ibi Iaſ. n. 8. ff. delegat. 1. Felin. in cap. Paſtoralis de offic. Ordin. Deci. conſ. 3. n. 3. Menoch. lib. 2. præſumpt 18. nu. 16. faciunt quæ Bart. in l. Si per errorem, ff. de iuriſd. omni. iudic. Iaſ. n. 5. in l. 3. ff. de eo quod certo loco. Et corroboratur hoc ex Ordin. lib. 2. tit. 1. §. 1. vbi in caſu valde ſimili, in quo clerici in ſæculari conueniendos decernit pro violentia commiſſa, vt explicat Salzedus ad pract. cap. 102. verſ. Pro quorum, Cabed. deciſ. 82. num 1. p 1. Barboſ. in l. Hæres abſens, §. 1. de foro rei ſitæ, num. pen. neceſſitatem non imponit, ſed vbi magis velit ſpoliatus, ex reg. text. in cap. Si quis contra de foro compet.

33 Verùm contraria ſententia videtur verior, quia licet verba Ordinationis præciſe non vrgeant, vt priuatiua ſit Principis ſæcularis iuriſdictio eo caſu, tamen ex mente ipſius colligitur, nulli alij iudici cognoſcẽdi de cauſis exemptorum poteſtatem fieri, niſi Principi, eiuſq; magiſtratibus, in caſibus in d. lege expræſsis, nec obſtat quod ſupra diximus verbum, Poteſt, non inducere neceſsitatem affirmatiuè poſitum, quia etiam affirmatiuè conceptum potentiã denegare ſolet, quia recipit interpretationem à materia ſubiecta, nam in vltimis voluntatibus inducit neceſsitatem etiam affirmatiuè pronuntiatum vltra Bart. in d. l. Gallus n. 4. notat gloſ. in d. l. Sæpe quàm ſequitur Iaſ. ibi. nu. 27. qui citat aliam gloſ. in l. Peto in princ. ff. delegat. 2. Vnde Corſetus Singul. verb. Poteſt, inquit quòd hoc verbum ex materia, & mente diſponentis, mutat naturam licet de ſe neceſsitatem non ſoleat inducere. quód autem materia ſubiecta ſic ſuadeat apparet, quia ſi ex vi comiſſionis apoſtolicæ adhuc contra exemptos agi poſſet, vtiq; tranſacto biennio intra quod cauſa in Regno ageretur iuxta conſ. ceſſ. 24. de reform. cap. 20. cauſa ad Romanam Curiam deferri poſſet, quod eſt alienum à mente Principis qui volens ne cauſæ è Regno exirent cognouit, vnde vt lex Regia reſecaret dubitandi rationem, electionem agenti ſolùm conceſsit inter ſæculares, ibi: *Perante quaeſquer juyzes leigos onde forem moradores, ou perante os Corregedores da Corte, ou juyz das auções nouas*, quibus rationibus conſideratis ſic concordatum extitit, & veroſimile eſt quod ſi aliter partes ſenſiſſent illud exprimerẽt, nec Epiſcopi paterentur legem Regiam ſic promulgari, & ſeruari à tempore immemoriali, & cõtrarius intellectus, quia per nimiam ſubtilitatem elicitus repelli debet, quia ſubtilitas mera reijcitur tanquam pernicioſa, l. Si ſeruum, §. Si quis ita, ff. de verbor. obligat. quia attendi debet illa certitudo quæ capitur groſſo modo, vt ait Paris lib 1. conſ. 61 nu. 44. & in facto contigit in hæc quæſtio in Portuenſi Senatu meo tempore inter Moniales de Loruão, quæ cum ſuper renouatione emphyteuſis, vocarentur ad iudicium delegati à Sede Apoſtolica obtenti, ipſæ ad Regium iudicem ſupplicarunt, quod non alibi quàm in ſæcu-

ſæculari iudicio pulſari poterant, & illis prouiſum extitit.

34 Adhuc ſupereſt alter caſus non ſine lite, nempe an Moniales alicuius ordinis ſummo Pontifici immediatæ, ſi tamen ipſæ ordinario loci ſubiectæ ſunt, ab ipſoq; viſitantur, an debeant cenſeri exemptæ, vel an dicendum quòd ordinario ſubſunt, ſuperioremq; habent in Regno vt iudicium ſæculare euadāt? Suadet ceſſare legem Regiam in hoc caſu Clem. attendentes de ſtatu Monachorum, ibi. *Non exempta verò authoritate ordinaria*, *&c.* Vnde cùm dictæ Moniales ſubiectæ prælatis ſui ordinis non proponantur, nec ab illis gubernentur ſuo ſubſunt ordinario, qui earū iudex eſt, Emanuel Rodriguez lib. 2. quæſtio. regul. q. 6. art. 5. nec priuilegium ſui ordinis obeſt quia illo non vtuntur & per contrarium vſum ſublatum eſt, Garcia de nobilit. gloſ. 6. n. 35. & in priuilegijs regularium Fr. Emanuel Rodriguez regul. q. 9. art. 4. & q. 8. art. 3. tom. 1. Facit Ordinatio lib. 2. titul. 33. §. 10. vbi ex vnico actu contrarium priuilegium conquieſcit, quod ſuadetur ex ratione aſsignata à lege Regia, ibi. *O trem demandar a Roma*, quare cùm hæ cauſæ Monialium in Regno ſint tractandæ ceſſat inconueniens aſsignatum, & ceſſante ratione lex ipſa ceſſat ex Ordinatione lib. 2. tit. 18. §. . in fin. & lib. 3. tit. 83. §. 2. & lib. 4. tit. 37. §. 5. & lib. 2. tit. 59. in fine princip. & tit. 60. eodem fine principij.

Sed pro contraria parte vrget, quòd monaſteria in triplici ſunt differentia, vel omnino exempta, & Sedi Apoſtolicæ immediata, vt ſunt monaſtiria ſancti Benedicti, Auguſtini, Bernardi, & ſimilia: vel ſunt ſubiecta aliquibus prælatis immediate, mediate verò Sedi Apoſtolicæ, vel tandem in totum iuriſdictioni ſubſunt ordinariorum. In monaſterijs primi & ſecundi ordinis, ordinarij nullam poteſtatem habent, excepta viſitandi poteſtate, tanquam ipſius Sedis Delegati, d. Clem. 2. verbo alia, vbi Cardin. nu. 3. Ancharr. 2. Soarez in tractat. de viſitation. cap. 17. num. 1. Immol. in d. Clem. n. 19. & habetur in cap. Perniotioſam, 18. q. 2. Petrus Tolot. in Sintag. lib. 15. cap. 17. n. . & 6 facit Concil. ſeſſ. 25. de regul. cap. 9. Vnde cùm Moniales ſint ordinis ſancti Benedicti, vel alterius immediati Sedi Apoſtolicæ, ipſæ etiam ſiunt eidem Sedi immediatæ, implicat enim eſſe ſub illa regula, & extra illam quoad priuilegium, in quo etiam inuitæ detinentur, quia non ipſis, ſed ordini conceſſum eſt. Quare ordinario non alio modo ſubeſſe poſſunt, quàm vt Delegato, cap. Periculoſo, §. Et quoniā de ſtatu regular. lib. 6. in qua viſitatione obeunda ita eius induſtria electa eſt, vt nulli alij eam committere poſsit, vt poſt Laurentium, & Lappum tenet Ancharran. in d. Clem. 2. n. 2. ad fin. iuxta notata per Ioan. Andr. poſt Bernard. in cap. Ex quibus de offic. Ordin. Nec Sede vacante tranſit in capitulum ex eodem Ancharr. d. n. 2. Cardin. 6. ſequitur Fredericus conſ. 291. Domic. Francus in cap. 1. de maiorit. & obed. n. 5. lib. 6. Paulinus de poteſtate capituli Sede vacante, 7. p. nu. 7. Azor. inſtit. moral. 2. p. lib. 3. cap. 37. verſ. decimoquinto, Zechius de Rep. Eccleſiaſtica cap. 24. & nouiſsimè Tuſcus 1. tom. concluſ. 56. nu. 50. lit. C. quamuis Molin. Theolog. 4. tom. tract. 2. diſput. 11. n. 8. aliter ſentiat.

Quare cùm Epiſcopus hoc caſu non plus habeat quàm viſitandi poteſtatem non potuit occaſione iuriſdictionis delegatæ, ordinariam aſſummere quoad cauſas ciuiles Monialium in præiudicium Sedis Apoſtolicæ, & Regum, & ſuccedit reg. l. Sed licet, ff. de officio præſid. vbi non quòd Romæ factum eſt, ſed quòd fieri debuiſſet attendi debet, cap. cum cauſam 27. de electione, vbi gloſ. verbo per multa, cōſuetudo enim praua potius corruptella eſt, ex Ordin. lib. 2. tit. 22. in fine princip. nec poſſeſsio ſufficit vbi lex reſiſtit Ord. lib. 1. tit. 66. §. 16.

& lib.

& lib.2.& 34. §.10.& titul.45.§.34. Euerardus in topicis loco 36. ab vſitato fol. 241. nec iuuat talem abuſum miniſtrorum regiorum in curia, & negligentia, qui ex præcepto officij tenentur in vigilare, ne regia vſurpetur iuriſdictio, ex Ordin.lib.1.tit.65.§.16.& titul. 12.§.5. & tit.58.§.15.& tit.60.§.6. l.2.tit. 1.lib.3. Ordin.& l.3.titul.1.lib 4.recopil. quia ex negligentia officialium Regiæ iuriſdictioni non paratur præiudicium.

35 Neque obſtabit quòd de iure regio prælati poſſunt iuriſdictionem temporalem acquirere ex tempore, & contra illam præſcribere ex Ordin. lib.2. tit.9. §.1. & lib.4.tit.44. §.15.& lib.1. titul.60. §.6. in quo melioris ſunt conditionis quàm ſæculares, qui nullo tempore iuriſdictionalia præſcribunt ex Ordin.lib. 2. tit.45.§.10. Valaſc.conſ.101.n.64.

Quia ſatisfit quód in hoc caſu prælati non poſſunt ex poteſtate viſitandi, iuriſdictionem extendere ad cauſas temporales monaſterij, & vt iuriſdictionem acquirere poſſent, debebant concurrere requiſita, de quibus in d §.1. cum Regum ſcientia, Menoch conſ.322. vol.4. Ceuallos 4.p.q.1. n.276. voluntas autem Monialium hoc caſu non ſufficit ex Ordin.lib.2.tit.1.§.14. quia vſurpatur iuriſdictio Regia ex contractu competens, & omnes ſententiæ latæ ab Epiſcopo nullitatis vitio laborant.

36 Ex quibus venit illa quæſtio ventilanda, an Epiſcopus poſsit in ſæculari conueniri à canonico, qui eius nomine inuiſit limina Apoſtolorum iuxta decretum cap. Ego N de iur. iurand. quæ viſitanda ſunt, vbi ſum. Pontifex, & Sedes Apoſtolica reſidet, Gonzalez gloſ. 13. §.1. nu.9. Lite hac inſtituta in Portuenſi Senatu contra Epiſcopnm Mirandenſem ipſe declinauit, eoquód contractus intuitu, & nomine Eccleſiæ geſtus fuerat, ratione epiſcopalis officij, cui illud munus erat iniunctum, ac perconſequens non erat contractus perſonalis, ratione cuius ad iudicium ſæculare cauſa ſpectare poſſet, quæ exceptio fulcitur ex eo quôd illud munus viſitandi limina prælatis exemptis competit, & perſonam Epiſcopi reſpicit, tenetur enim tanquam Epiſcopus per ſe, vel dato impedimento, per alium, qui eum repræſentet, opus illud abſoluere, quod non ratione perſonæ ſubit, ſed ratione officij, ſeu dignitatis epiſcopalis, quia obligationes ad hoc vt dicantur reales, vel perſonales dignoſcuntur ex materia ſubiecta, & circunſtantijs rei, vel ex mente, aut verbis ſuperioris, quando â ſuperioris pendent voluntate, ſeu diſpoſitione, notant DD. in l. Priuilegia, ff. de reg. iur. l.3. ff de cenſibus, in fine, & in cap. Quoniam Abbas de offic. delegat. hæc autē obligatio realis eſt, cùm ſtringat Petrum ſub nomine appellatiuo Epiſcopi, conceſsiones enim quæ ſub nomine Abbatis Præſidis, vel Epiſcopi fiunt reales cenſentur, quia nomina hæc appellatiua ex natura ſua non reſtringūtur ad certam, & denominatam perſonam, ſed de ſe apta ſunt comprehendere quemcunque Epiſcopum, vel Abbatem, licet de præſenti certum Abbatem demonſtrent, vel Præſidem, communis Doctorum in l. Si quis in fundi vocabulo, ff. de legat.1.

Deinde facit quod vel probemus explicationē Doctorum, qui in legatis, & ſimilibus diſpoſitionibus dignoſcendis, differentiam conſtituunt, quando diſtinguitur nomen proprium, vel dignitatis, vel vtrumque ſimul, de quo in l Si ſeruus communis 37. ff. de ſtipul. ſeruorum, Alciat reg.1. præſumpt. 28. Cephalus conſ. 226. n.18 laté Mantica de coniectur. tit.6. n.19. Illud tamen in noſtro caſu ſine dubio eſt, quòd vel obligatio Epiſcopi viſitandi limina, fiat ſub nomine dignitatis, vel proprio ſemper tamen fit intuitu Eccleſiæ, quo caſu cum ratione, ſeu contemplatione Eccleſiæ obligetur ſine dubio, pro ea obligatione in ſuo foro conueniri debet, & ad illū ſpectabunt omnia quæ ex inde ſequātur.

Verum

Verum his non obſtantibus, obtinuit Epiſcopum poſſe in ſæculari conueniri ex eo quod non eſt ſimpliciter verum, quod omnia quæ fiunt, occaſione appellatiui nominis, ſeu dignitatis realem contineãt diſpoſitionem, nam ex materia ſubiecta, ex mente proferentis, & alijs circunſtantijs, ea quæ fiunt ſub nomine dignitatis, referuntur ad perſonã, & actum faciunt perſonalem, vt probatur in cap. Aduerſus, de immunit eccleſ. vbi excommunicatio illius capitis, licet promulgata ſit expreſſo nomine dignitatis, vel officij, diſpoſitio tamen reſpicit certam, & determinatam perſonam, in quam excommunicatio fertur, vt in cap. Requiſiſti de teſtam. ſicut alias é conuerſo ea quæ fiunt ſub nomine proprio aliquando non ad perſonam gerentis referuntur, ſed ad dignitatem, vel officium, & realem conſtituunt diſpoſitionem, cap. dellecti vbi gloſ & communis de foro comp Vnde non inconuenit quód Prælatus quatenus talis obligetur perſonaliter, ex lege, vel contractu, licet verum ſit quod non contraheret, niſi tanquam Epiſcopus, nec ideo minus deſinit illa obligatio eſſe perſonalis, quod ſuadetur ſi conſideremus illius obligationis vinculum oriri à iuraméto ſuſcepto in d. cap. Ego N. vbi promittit in ſignum ſubiectionis, limina Apoſtolorum inuiſere, obligatio autem quæ ex iuramento oritur perſonalis eſt, & perſonam iurantis committatur, præciſeq. perſonam obligat, Guterrez de iurament. confir. 1. p cap. 39. num. 6. Couarr in cap Quamuis, 1. p. §. 4. n 6. dicit communem Gomez 2. tom. cap. 2. n. 20. Maranta diſput. 7. n 1. fol. 330. & eſt magis communis ex Gabriele lib. 2. commun. concluſ. 8. fol. 120 licet enim cauſa impulſiua illa fuerit vt limina viſitet, quatenus Epiſcopus & ex eo alſum ſuo nomine delegat, ad illud munus obeundum, reſpectu ipſius prælati erga famulum, vel delegatum, perſonalis reſultat obligatio, nam Epiſcopus reſpectu Eccleſiæ facit, Delegatus veró reſpectu Epiſcopi, contra quem actio præſcriptis verbis dari oportet, de vt facias l Naturalis, ff. de præſcript. verbis, l. f. n. C. de condict. cauſ. docta. quia tunc diceretur locatio quando Nuntius eſſet ſolitus operas ſuas locare, non alias.

Sicut alias videmus quód ſi Epiſcopus capellanum aſſumit ex eo quod Epiſcopus eſt, cùm oporteat Epiſcopum ſtipante famulantium corona incedere, nihilominus tamen taliter ſeruientes pro illa obligatione perſonali, apud ſæcularem ipſum conuenire poſſunt, vt reſoluit Cabedus deciſ. 84. videndus deciſ. 94. vbi agit de canonicis comitantibus Epiſcopum in itinere, iuxta cap. De cætero, & cap Aud audientiam de cleric. non reſident. & eo caſu nullum laboris præmium præſtandum cenſet, cùm attento iure Epiſcopum comitare teneãtur, & ex ea cauſa diſtributionibus fruantur in abſentia, cap 1. de cleric non reſid lib. 6. Nauarr. conſ 11. lib. 3. n. 1. ſub tit. de cleric. non reſid. Sicut pariter videmus famules in ſæculari admitti contra hæreditatem defuncti Epiſcopi agẽtes pro ſeruitij ſolutione, quod ex ijſdem regulis procedit.

Non vulgaris eſt dubitatio quando inter ipſos met Prælatos quæſtio oritur ſuper hæreditate prædeceſſoris, prout de facto contigit inter Epiſcopum Mirandenſem D. Didacum de Souſa, & D Gondicalum de Moraes Epiſcopum Portuenſem, quæſtio era ſuper hæreditate D. Hieronymi de Meneſes, qui cùm antea antiſtes in Eccleſia Mirandenſi extitiſſet, poſteaq; promotus eſſet ad Portuenſem ciuitatem, amplam hæreditatem reliquit, contendebat vterque prælatus ad ſe ſpectare hæreditatem, ex eo quód ex bonis Eccleſiæ Portuenſis eſſet acquiſita, & quòd ibi deceſsiſſet. Mirandenſis veró Epiſcopus inſtabat, omnia illa mobilia fuiſſe acquiſita in epiſcopatu illius ciuitatis, antequam promoueretur, & ex reditibus ipſius. 37

Quæſtio-

Quæſtionem mouent Doctores in cap. 1. de teſtament & in cap. 1. 12. quæſt 5. & in cap Quia nos, & in cap. Requiſiſti eod. titul. & in cap. 1. de pecul. Clericorum, in qua non immomor, quia non eſt huius inſpectionis, datis iudicibus à Rege noſtro inuictiſsimo contra Portuenſem Epiſcopum lata fuit, qui de incompetentia iudicij oppoſuit, & delata cauſa ad Senatores aulicos, ipſi cenſuerunt cauſam eſſe iudicij eccleſiaſtici, annullata ſententia lata in Portuenſi Senatu quæ ſic habet.

Viſtos os autos, prouiſaõ de ſua Mageſtade por que os manda deſpachar na meſa do deſembargo do Paço, razões & maes papeis offerecidos por hũa & outra parte, feito apenſo, & ſentença nelle dada: moſtraſe que a demanda que correo antre o Obiſpo de Miranda Dom Diogo de Souſa, & o do Porto Dom frey Gonçalo de Moraes, & a ſentença que ſobre ella ſe deu ſer ſobre bẽes que ficarão de Dom Geronymo de Meneſes, Biſpo que foy de Miranda, & deſpois mudado ao Biſpado do Porto, acquiridos com os reditos do Biſpado de Miranda, ſe pertencião à Igreja Cathedral da dita Cidade, ou à do Porto aonde faleceo o dito Biſpo Dom Geronymo; & por aſsi ſer a dita demanda ſobre bẽes que principal, & immediatamẽte pertencem à Igreja, em cujo dominio ficarão, ipſo iure, *por falecimento do dito Biſpo, poſto que por meo della pertenção ſegundariamente ao Prelado q̃ ſuccedeo, o que não tira hauerẽ os ditos bẽes de ſer tidos, & regulados por proprios da Igreja, por quãto aſſi neſta materia como em todas as ſemelhãtes ſe cõſidera ſempre a primeira, & immediata cauſa da ſucceſſaõ, da qual tomão os bẽes ſua natureza, que não perdem enquanto eſtão no dominio da Igreja, ou dos Prelados q̃ nella ſuccedẽ. E viſto outro ſi a Ordenação do Reyno, q̃ fala taxatiuamẽte nos feitos ciueis que pertẽcem a bẽẽs patrimoniaes dos Prelados, & diuidas contrahidas por razão de ſuas peſſoas, ou dos ditos bẽes, exceptuando expreſſamente os q̃ pertencem à Igreja, como ſaõ os da contẽda que não tem natureza de patrimoniaes, por ſerem acquiridos com os reditos do Biſpado, pelo q̃ a dita cauſa, conforme a direito & Ordenação, pertẽce ao juyzo eccleſiaſtico, & della não podão tomar conhecimento os juyzes leigos, pela comiſſaõ do dito ſenhor: o q̃ tudo viſto, & como ſe não proua coſtume em contrario, nem os actos, & maes qualidades q̃ ſe requerem para que o coſtume tenha força de priuilegio, julgão, & pronuncião a dita ſentẽça por nulla; & mandão q̃ por ella ſe não faça execução, nem obra algũa; ficando às partes ſeu direito reſeruado, para no juyzo eccleſiaſtico poderem tratar deſta cauſa: & pague o Biſpo de Miranda as cuſtas deſtes autos. Liſboa, 29 de Mayo de 609.*

D. Franciſco de Bargança. Fernão de Magalhaẽs. Luys Machado de Gouuea. Antonio da Cunha.

Poterat accuſari vltima clauſula ſententiæ, ibi. *Se não proua coſtume*, & ibi. *Para q̃ o coſtume tenha força de priuilegio, &c.* Quæ omnia fuere poſita ſine fundamẽto, quia hæc lex Regia non poteſt limitari, vel ampliari ex conſuetudine poſt illam introducta, quia procedit ex concordia habita cũ Clero, & Regibus, cui præiudicari non poteſt ex actibus de nouo introductis, in quibus non eſt ſufficiens poteſtas ad derogandum contractui, quia cùm cõſuetudo ſolùm habeat vim ex tacita permiſsione Principis, hoc caſu Princeps ſæcularis non poteſt tacitam authoritatem acomodare conſuetudini, in ſuum fauorem, in præiudicium Papæ, cum quo contraxerat, ſed hæc miſſa facio.

Dubitari primò poteſt quomodo ſint accipienda illa verba Ordinationis, ibi. 39
Ou diuidas que deuão por razão de ſuas peſſoas, & bẽes patrimoniaes An illa duo coniungenda ſint quod debita naſcãtur ex obligatione perſonali, & fiant ſuper patrimonialibus, an verò alterum ſufficiat, vel quòd debita ſint ratione perſonæ contracta, aut bonorum patrimonialium, & videtur non copulatiué legenda illa duo, prout in praxi iudicatum fuit contra Archiepiſcopum huius almæ vrbis, qui conuenie-

batur ex contractu ſui prædeceſſoris, qui ligna emerat ad reficiendas domos villæ propriæ Archiepiſcoporum, quorum pretium cùm nõ ſoluiſſet prædeceſſor, ipſe conueniebatur, & opponebat de incompetentia iudicij ſæcularis, cùm contractus eſſet celebratus reſpectu Eccleſiæ,& ipſe conueniebatur vt ſucceſſor ipſius,ex reg cap.fin de ſucceſsionib. abinteſtato, & cap.1. de ſolutio. cap.fin de offic Ordin. lib.6 & tamen obtinuit ipſum conueniri poſſe, quia prædeceſſor potuit obligari in iudicio ſæculari ex tali contractu,& perconſequens eius ſucceſſor,ad quem vtilitas illius contractus deuenit, l Vnde quæritur 7. ff. comodati diximus, decif.40 n.3. qui dum ligna aliena poſſidet tenetur illorum æſtimationem ſoluere, ex reg l.Si me,& titium, ff ſi cert. petat. quia de iure datur tacita hipotheca,reſpectu ædium refectarum, l Interdũ,ff.qui potior atque ideo cũ vtilitas contractus geſti tranſiuit ad nouũ ſucceſſorem,pariter tranſiſſe cenſetur obligatio ſoluendi.

39 Dubitari conſueuit quomodo accipienda ſunt verba huius legis, ibi. *Ou danificamentos ſe os no Reyno fizerem*, &c. & quidem apta ſunt comprehendere omnes caſus,in quibus iniuriam,vel dãnum illatũ ſit,vnde ſi Epiſcopi animalia dãnum dederint in paſcuis alicuius, in ſæculari patebit iudiciũ,de quo Auend. lib.1.cap.4.n.23. Bobad.lib.2.cap.18 n.27. Emanuel Rodr.q.66.fol.649. Ceuallos 4.p. q.1 n.621. Guillel. verbo Et vxorem diſt.2. num.41.vbi extendit ad damnum datum ex iniuſta lite, Nauarrus in cap.Cum contingat de reſcript. remed 1. verſ vndecimo facit dicit dam num dari ſi Epiſcopus,vel alter exemptus iniuſtè excõmunicauerit in Regno, virtute alicuius executorialis, facit cap. Venerabilis 7. de ſent. excõmun.lib.6. ibi. *[illegible] ſuo intereſſe &c.* libuit referre verba Nauarri, quæ ſic habent. *At is executor eo reſpectu quo executor eſt, nullum habet ſuperiorem in Regno, ergo ſuper his quæ in quantum huiuſmodi malefecerit poterit ciuiliter conueniri, non ſolùm coram Rege, ſed etiam coram alijs iudicibus, ſic pariter damnum dediſſe cenſebitur, ſi aliquem ſpoliaueris rebus, vel iure ſuo, quia ex facto proprio conuenietur*, l.2.§.Pinponius, ff.ſi ſeruitus vind. de quo eſt Ordin. lib. 2. titul 1. §.2. quæ etiam prælatos exemptos videtur comprehendere. Bobadill. 2. part. cap. 18. num.127. Cened. Collect.37. n.3.

Vnde vidi in praxi dubitatum, an procederet actio mota contra Epiſcopum Lamacenſem, qui diſtulit ſoluere penſionis terminos, ſeu partem, quam penſionarius ante obitum vicerat,proponebat nanque penſionarij hæres interdictum vnde vi quod competere dicebat hæredi illius qui deiectus eſt ex l.1.§ interd.hoc,ff.de vi.Epiſcopus veró arguebat incompetentiam iudicij, quia penſio erat res eccleſiaſtica,& in eo foro tractanda maxime, quia nulla dabatur violentia commiſſa contra defunctum, cui ſemper ſolutum fuit ſine violentia, vnde ſi obijt, & aliqua portio debetur hæredi, hanc non poteſt ipſius hæres petere, niſi ex perſonali actione, quia aliud eſt ſi petatur à penſionario, quia peti poteſt à quocunque poſſeſſore, Guterrez in l.Nemo poteſt, ff. delegat.1.â num. 33. & primo Canon cap 33. aliud veró ſi penſionarius decedat, quia tunc in eius perſona non incipit violentia niſi comiſſa ſit contra defunctum, cùm ipſe non poſsideat ſicquè procedit d l 1. ſicquè obtinuit vim non fuiſſe comiſſam, nec conſiderari poſſe, reſpectu laici hæredis penſionarij. Sed tamen in iudicio ſæculari agi poſſe contra Epiſcopum non ſoluentem, qui ex ſuo contractu ſe obligauit ſoluere, & videtur cum omnibus penſionarijs conueniſſe de penſione illa ſoluenda dum non ſoluit, poteſt pro implemento in ſæculari pulſari,ergo cogitandum relinquo.

Sed

40 Sed non immerito dubitari poteſt,an prælati exempti qui ob perſonale factū, vel dānum conueniri poſſunt in ſæculari debeāt præciſe coram præſide Curiæ conueniri, ita vt in Senatu Portueſi liceat Actori vocare exemptum,vel coram præſide ciuilium cauſarum,vel coram iudice nouarum actionum quaſi vterq; ſit competens, vel in hac vrbe neceſſarium ſit addire præſidem Curiæ, nec ſufficiat alium addere præſidem ciuitatis.

Et quidem in Portuenſi Senatu idem Præſes Curiæ eſt iudex nouarum actionum,& diuerſimode cognoſcit quia vt Præſes ſolus pronuntiat,& ab eo ſupplicatur ad Senatum: at verò tanquam iudex non ſolus,ſed in Senatu iudicat per *Acordão*,cum adiunctis,& ab hac ſententia ad Senatum Supplicationis ſupplicatur,inſuper iudex nouarum actionum ab omni deſtrictu,& ambitu ipſius auocat ,& cognoſcit : at veró præſes ſolùm cognoſcit in ambitu Curiæ, qui quinq; leucis circūſcribitur Ord lib.1.tit.8.§.1. & videtur dicendū quód lex Regia non alternatiuè expreſsit prædem Curiæ,aut iudicem nouarum actionū,vt in vtroq; iudicio cauſa poſſet inſtitui,ſed vt comprehenderet vtrumq; Senatum,vt ſcilicet in Senatu Supplicationis corā præſide curiali agendum ſit,in Senatu Portuenſi coram iudice nouarum actionū, & non alibi Vnde coram alijs præſidibus , vel iudicibus ordinarijs locorum tunc exempti conueniri poterunt,quādo non reſideant in ambitu Curiæ, ibi. *Onde forem moradores.*

41 Statim ſubſequitur,an talis exemptus conuentus coram præſide Curiæ,vel iudice nouarum actionum,poſsit declinare ad iudicem ſui domicilij ſæcularem, ibi. *Onde forem moradores, &c.* vbi videtur alternatiua poſita in fauorem Rei, ſicut alijs viduæ & miſerabili conceditur à lege Regia lib 3. tit.5 §.3. ibi. *Poderá eſcolher,* quod exemptis denegandum non videbatur, ne fiant deterioris conditionis quàm cæteri laici, regula eſt in materia quód in his caſibus actoris eſt electio,non Rei circa forum,vt agat coram quo iudice malit ab expreſsis à lege Regia,Ordin.lib.3.tit.5.§.3. ibi. *Qual elle mais quizer*, & lib.3.tit 6 §.5. ibi. *Se os Actores quizerem,&c.* Ordin.lib.2. tit. 45.§.54. qua electione ſemel facta variare non licet, Ordin.lib.3 tit 5. §.3. in fine, & lib.3.tit.6. §.6. in fine , ſicq; debet explicari Ordin.lib.2.in princip. vt præciſe teneatur exemptus reſpondere in eo iudicio vbi litigare Actor eligit, quod ita temperandum eſt,quód quando eligat iudicem ordinariū omiſſo iudice nouarum actionum,debuit eligere iudicem domicilij ipſius Rei,non verò ſuum ordinariū ipſius Actoris,ne Reus extra ſuum forum trahatur , explicat Cabed.areſt.87.& ſic interpretatur Ordin.lib.3 tit.5.§.3. ibi. *Ou o juyz ordinario do lugar a que direitamente o conhecimento da cauſa pertencer,qual elles mais quizerem*, & probat Ordin d.lib.2.tit.1.in princ.

42 Adhuc dubitari poteſt quæ leges obſeruandæ ſint in cauſis exemptorum, an ſeruandæ leges Regiæ, vel ius canonicum, & omiſſa opinione illorum qui diſtingunt inter præparatoria iudicij,& deciſionem cauſæ,de qua glos,per text. ibi. in cap.Quod clericis de foro comp. recepta ex Decio in cap. Eccleſia de conſtitutio. num.42. Roch in cap.fin. de conſuetud. num. 66. Roman. conſ. 244. Bart.num.47.in l 1. C.de ſumma Trin.vbi Iaſ n.20. Alciat 14. Rebuf.in proœm.legum n 63. Menchac. vſufreq. cap.5 à nu.17. Marta de iuriſd 4.part. cap.19. de quo eſt Ordin.lib.3. titul.64. ibi. *Direito Canonico*,& lib.4.tit.19.& tit. 39. §.2.

Verius videtur exemptum tam quoad ordinem iudicij, quàm deciſionem cauſæ ciuilibus legibus ligari , niſi in caſibus eadem lege expreſsis , Menchaca vbiſupra num. 18. & 22. firmat communem , Marcus Antonius de compromiſsis , fol. 68. col. 4. dixit

Ciriet. de primogen.lib.2 q.11. verſ.Ex prædictis, Valaſc. de iure emphyt. q. 7. n.25.in fine, Soarez ſub l.3. de las deudas, ſicut alias ſi Clericus emat à laico ſpreta ſolemnitate legis ciuilis quæ contractum annullat, ſi laicus in foro Eccleſiæ agat pro re ſua indebitè diſtracta recuperanda, iudicari debet contractus nullus, ex lege ſæculari ex Neuiſan conſ.39.in fin. Corneo conſ.64.n.2.lib. 3. Soarez de las deudas, fol.44. Rochus d.cap.fin.n.75. Felin.in cap. Eccleſia de conſtitution. num. 81 verſ.4 caſus, Ambroſ.de Opizon ad l Filius, §. Diui, nu. 80. ff. deleg 1. quia omnis forenſis tenetur ſeruare ſolenitates in cõtractibus illius loci, in quo contrahit, l Si fundus 6. ff.de euictio n. Aflict decif. 226. ſicq; videtur amplianda Ordin. lib.4. tit 48. vt ſine conſenſu vxoris nõ valeat venditio nec facta Eccleſiæ, Soarez vbi ſupra Felin in d.cap Eccleſia n.84.& 85 Neuiſan d conſ.39 agens de ſtatuto vt proximior in emptione prædij præferatur vt habeat locum etiãſi venditio fiat Eccleſiæ, ſicut aliàs lex quæ inſtrumentalẽ probationem requirit ligat Clericos, Rebuf. ad leges Gall. in proœmio 1.tom. n.55.ad vtramque partem diſputat Barbat in rub C.qui admitti, num.10. vltra Couar pract.cap 8. n.5. ſequitur Marta d.cap 19.n 2 Valaſ d q.7 n.12. quia lex ciuilis quæ ob corruptionẽ teſtium inſtrumentalem requirit probationẽ non eſt iuri diuino contraria, ſed præter ius canonicũ, & diuinũ, D.Thom.1.ſecũdæ. q.108.art.2.ad 8.Soto de iuſtit.lib 5.q.7. art 2.ſic leges agentes de probatione teſtamenti cũ pluribus teſtibus defenduntur à Fortunio de vltimo fine illat.15. n. 174. Couar. in cap.Cùm eſſes, n.3. licet Soto ibi intelligat legem illam quod in ore duorum, vel trium ſtat omne verbũ ſimpliciter diuinã eſſe, quo caſu lex humana aliud diſponere non poteſt, arg. cap Sunt quidam 25. q 1. ſed cum D. Thom. rectius dixiſſet eam legem diuinam eſſe iudicialem, non moralem, atq; ex eo varietatem recipere poſſe, ex his quæ tradit Tiraq in præfat retract n.8. Couar lib.1.reſolut.cap.17.in prin. inſuper lex Regia non vitiat cõtractum, ſed probationem, & ideo rem afficit non perſonã, nec poteſt dici contra ius diuinum, aut eccleſiaſticam libertatem, ex Opizon in d.§.Diui, n.65.Ex quibus apparet non recte loqutum, Valaſc.d q.7. n.25. dum habet a Ordinationem Clericos non ligare, cum tamen in fine dicat eos in ſæculari, alio modo nunquam fuiſſe admiſſos.

Inſuper noto quód non ſolùm Princeps noſter inuictiſsimus de prælatorum exemptorum cauſis cognoſcit dum viuunt ſed eorum poſt obitum defenſionem ſuſcipit & ſpolia tuetur, futuroq; reſeruat ſucceſſori, & ex dictis bonis creditoribus ſatisfactionem elargitur, & ita oportuit fieri, quia cũ Collectores Apoſtolici hæc ſpolia prætendant ſpectare poſſe ad Sedem Apoſtolicã, vt diximus decif.95 oportuit vt Reges ſe opponerẽt ad defenſionem Eccleſiarum, quarũ ipſi patroni ſunt, vt dixit Cabed. decif.84. p 1. Cuius rei eſt ratio quia cum ipſi Regnum a Mauris vindicauerint, abſolutum dominiũ Regni adepti ſunt gloſ. in cap Adrianus 2. diſt. 63. quare cum Eccleſias maiores conſtruxerint, earum ius patronatus acquiſiere. Baid in cap. Quanto de iudic Cabed d decif.84 n.2. & de iur patron.cap 2. Guteriez pract. lib 1 q 3 à n 7 . Bobad.lib 2 titul 18. à 275. con probat Concil. Trid ſeſſ 25. cap 16 & quamuis patroni ſæculares ſe ingerere non poſſunt in adminiſtratione bonorũ relictorũ à rectoribus, iuxta cap.Cum vos de offic. ordin. vbi notat Inno n.1.conſ d cap 16.tamen hoc procedit quando via iuriſdictionis hoc faciant, ſecùs via defenſionis, cap Filijs 16 q 7. Bero in rub de iur.patr n 75 Rochus in eodem tract Lambert 1.art q 1. princip 1 p lib. 2 n 25. ſicque Principes bona defunctorum prælatorum cuſtodiri faciunt, & inuentaria fieri iubent, 43

Aflict.

Aflict.lib.3.constit.rub.28. nu.1. Rochus verbo Eccleſiá nu.2. Aufrer. de poteſt. ſæcul reg.1.nu.11. & reg.2.nu.13. Couarr. pract.cap.35.nu 4. Cened. ad Decretal. Collect 5. & videtur confirmari ex concordia habita cum Rege Alfonſo tertio art. 6. Qui ſi nihilominus inſtant depoſitarioſq; vel Præſides excommunicant, quibus illa cuſtodia ſolet committi, recurritur ad Regia tribunalia, tanquam pro materia violentiæ, ex his quæ Guterr.lib.2 pract.cap.49. num.4. Bobad.lib.2.cap.18.n.180. Seſſe de inhibition.cap.10.§.1.num.34. Contra quos prælatos etiam de mortuos inſtitui poteſt actio pro damnificatione data in Eccleſijs, ſi eorum deſidia ruina contingat, dixit Bobadil lib.2 cap.18.n.136.

An autem in eodem foro ſæculari Collector, vel Nuntius Sedis Apoſtolicæ, ſi ſpolium committant, vel aliud ſimile, vel contractum celebrauerint, conueniri poſſint in ſæculari Vide infra ad Ordin. hoc tit.1. lib.2. §.2.

SVMMARIVM.

Clericus in ſæculari reconueniri poteſt. in princ.
Deſſumpta Ordinatio à concordia Regis Alphonſi ſecundi. ibi.
1 *Remoto genere cenſentur remitti omnes illius ſpecies*
2 *Clerici reconueniuntur in ſæculari etiam de iure Canonico.*
3 *Fallit ſi detur iudicis incapacitas.*
Vel ſi dolus reperiatur in lite. ibi.
Vel ſi natura cauſa repugnet. ibi.
Tranſactio cum fraude imperfecta eſt. ibi.
4 *In depoſito non datur compenſatio.*
5 *Explicatur Ordin.lib.3.tit.33 §.4.*
Explicatur Ordin.lib.2.tit.1.§.1. ibi.
6 *Refutatur opiuio mei Parentis.*
Refutatur Barboſa. ibi.
7 *Clericus in ſæculari reconueniri poteſt ex chyrographo per decendium.*
8 *Reconuentio fit in ſæculari pro renouatione emphyt.*
Explicatur Ordin.lib.tit.1.§.6. ibi.
9 *Reconuentio non vitatur, etiamſi citans deſiſtat.*
10 *Reconuentio non datur pro renouatione quando dominus agit pro vi illata.*
11 *Princeps an poſſit prohibere ne laicus reconuentioni in eccleſiaſtico reſpondeat?*

AN CLERICVS POSSIT IN IVDICIO *ſæculari reconueniri ad Ordin.lib.2. tit.1. §.1?*

CAP. 23.

Diſponit Regia Ordinatio lib.2.tit.1.§.1. Clericum agentem in iudicio ſæculari poſſe reconueniri in eodem, ibi. *Se o Clerigo citar algum leigo perante o juyz ſecular, podeloha fazer, & perante elle ſerà o Clerigo obrigado reſponder, pois perante elle começou a demandar o leigo: & iſto auerá lugar quando a reconuenção for ſobre diuidas, ou outras couſas que ciuelmente ſe demandaſſem, ou ſobre pagamento, & ſatiſ-*

façaõ de algũa injuria, ou emenda de algum dano, quando ciuelmente ſe demandàrem. Id eſt, Si Clericus laicum citauerit coram iudice ſæculari, poterit quidem illud efficere, ſed coram eodem iudice tenebitur reſpondere, ſiquidem coram eo litigare cæpit, quod tamen ita accipi oportet, ſi reconuentio inſtituta ſit ſuper debitis, vel alijs cauſis ciuiliter motis, vel ſuper ſatisfactione, ſeu refectione alicuius iniuriæ, vel damni illati, quando ciuiliter petantur.

Deſſumpta fuit hæc Ordinatio à cõcordia habita cum Rege Alphonſo ſecundo Portugalliæ, in primo articulo.

Idem concordatum fuit cum Rege Dioniſio in tertia concordia eiuſdem Regis art. 11.

1 Obſtat tamen non leuiter clericorum exemptio à iudicio ſæculari, de qua ſupra diximus, & quòd reconuentio eſt quædam ſpecies conuentionis, vt remoto genere, remotæ etiam cenſeantur omnes illius ſpecies, vnde fit quòd regula l. Cum Papinianus, & Auth & conſequenter, C de ſent. & interlocution. omni iudic. debet limitari in Clerico qui ſpecialiter exemptus proponitur, ne prorogatio admittatur contra regulam cap. Si deligenti de foro comp. deinde quia generi derogatur per ſpeciem, cap. Generi de reg. iur. lib. 6. l. in toto, ff. cod. cap 1. de reſcrip. in fine, maximè quando ſpecies generi aduerſatur, nec illi eſt ſubiectiua ex Bart. in l. Quæſitum, § fin. ff. de fund. inſtruct. pro qua ſententia ponderari poteſt, optimus text. in cap 1. de iuram. calumn. vbi lex generaliter loquens non comprehendit Clericos, quem ponderat pro hac parte Panor. ibi nu. 2. Felin. in cap At ſi Clerici de iudic n. 8. verſ tertio. Facit text. in cap. Qualiter & quando de iudic. ibi. *Omnino exempti.* Et Panorm. in d cap At ſi Clerici, n. 12. dicit quòd illa dictio omnino inuoluit caſum reconuentionis, & ſecundùm hoc iudicauit, Capella Toloſ. q. 95. Cardin. in Clem Statutum col. 5. de electione Angel. in l. 1. § Sed ſi agât, ff de iudic & vt veriorem probat Ioannes Andr. in d cap At ſi Clerici, & facilè defenditur hæc opinio ex his quæ Deci. ibi. n. 25 Bertrand. conſ. 355. lib. 2. qui ſecundùm hanc partem conſuluit.

Verùm his non obſtantibus, vltra quod apud nos præter iuris communis regulas Clerici in ſæculari reconueniri poſſunt in ciuilibus: etiam in puncto iuris verius eſt Clericos reconueniri poſſe in ſæculari in ſupradictis cauſis, nec obſtat eorum exemptio quia in reconuentione nulla Clericis exemptio conceſſa reperitur in ciuilibus, Auth. vt Clerici apud proprios Epiſcopos, § Si vero, col. 6. d. cap. 1. de mutuis petit. Nec inſuper obſtat prorogatio, quia eo caſu non fit à partibus, ſed à lege ipſa in fauorem publicum ſecundùm quam quilibet etiam exemptus poteſt reconueniri coram iudice alias prohibito, qua de cauſa hoc id & in Clericis receptum eſt, & idem ſimili lege in Hiſpania introductum eſt 57. tit. 6 part. 1 vbi Gregor. verbo *Alj deue*, & l. 4. tit. 3. part. 3. In Curia Neapolitana, Afflictus deciſ 173. à princ. Franciſcus Viuius Neapol. deciſ 49. num. 4. Giurba. in Practica Cameræ Imperial. lib 1. concluſ. 17 conſiderat. 7. Farinac. in Praxi criminal. p. 1. q. 8. n. 99. Barboſ. in l. Qui prior, ff de iudic. n. 79. D. Caldas Pereira quæſt. forenſ. lib 1. q. 25. n. 16. & lib 2. q. 51. Couarr. pract. cap 31. Duen. reg. 102. Menchaca Illuſtrium cap. 5. ſub. n. 18 Suidus conſ 222 n. 1... & 396. nu. 6. Bobadilla in ſua Polit. lib. 2. cap. 18. n 62 Marta de Iuriſd p. 4. caſ. 107. Trintaſinquius Variar lib. 2 tit. de mutuis petition. reſol. 1. nu 32. Ceuallos per viam violentiæ, p 2. q. 23. num. 22. Mendez de Caſtro in Praxi lib. 3 cap 8. Cabedo deciſ ... n. 6. & deciſ 32. num. 6. Barboſa in l. Qui prior à n o ff de iudi. Vincent de Franch deciſ 193. à num 3. Mora in Emporio p ... tit 2 q. 13. Clar. lib. 5. §. fin q 36. Fr. Antonius à Souſa 2

vir

vir doctiſsimus in relectione de cenſuris Bullæ Cœnæ cap.82.n.3. Gail.lib.1 obſerua.37.n 5. Quare ſemota omni concordia lex noſtra ſuſtineri debet.

3 Cuius legis deciſionem ſequentibus limitandam, & declarandam ſentio. Primò quando detur iudicis incapacitas, vel dolus reperiatur, tandem ſi natura cauſæ repugnet, dixi quando detur iudicis incapacitas, nam ſi Clericus reconueniatur, ſuper iure ſpirituali non obſtabit reconuentio quominus cauſa remittenda ſit, ex reg. cap. Quanto de iudic.ne dentur duo ſpecialia in eodem caſu, ex Panorm. in d. cap At ſi Clerici n.10. Cabed deciſ.32.p.1. nu.31. Ordin. lib.3.titul.33.§. Barboſa in d l Qui prior n.80 & 81. Camill. Borrel.in Sum.deciſ. tit 4.n.26. Farin d q 8 n 102 Medic. de Cōpenſ p 2 q. n 9. Mozzius de natural.feud ſub.nu 1 4. faciunt quæ Valaſc. conſult.32. vbi agit de eo qui pulſatur in foro Epiſcopi, pro contractu vſurario, qui reconueniri non poteſt in eo iudicio pro poſſeſsione rei illius, quia iudex capax non eſt prorogationis, ſicut in oppoſitione facta in cauſa violētiæ quæ pendet in ſæculari diximus deciſ.43.n. o & infra dicimus in §.2.

4 Dixi, vel dolus reperiatur, vt oſtenderem quód lex Regia tantùm procedit, quando bona fide iudicium inſtitutum ſit, ſi enim laicus procuret ſe á Clerico conueniri, vt eum reconueniri poſsit, & data opera, cauſa agitur, in qua iudicium ſuſtineatur, non debet Reus eo caſu, ex ſua malitia, cōmodum reportare, eſt celebris doctrina Felin.in d.cap.At ſi Clerici, n 10. verſ Fallit tamen, vbi n 12. idem probat ſi ex parte Clerici Actoris eadem fraus comiſſa ſit, pungit Angel. in §. Idem iuris inſtit.de exception n.43 citat plura Valaſc.conſ. 162.n 3. Farin d.q. n o. Abb.in cap. Cum delicti de arbitris Maſcard concluſ.68. Bobadil lib. cap 1. nu.32 6. Franchis Neapol.deciſ 193.nu.5.faciunt quæ Barboſa in l.2.§ Sed ſi agant, ff de iudic. vbi qui pro violentia ſibi illata agit reconueniri non poteſt, quia dum vim propulſat magis pati quàm agere videtur, & eſt elegans text. in l.Summa, ff.de condict.in deb. ibi. *Si autem euidens calumnia detegitur, & tranſactio imperfecta eſt, & repetitio dabitur.* Proſequitur Soarez allegat.22. n. 6. in tranſactione inita procurata, & affectata lite ad tranſigendum, Valaſc.conſ.39.num.12. Peregrinus de fideicomiſſ.art.52 nu.40. Mantica de tacitis lib. 26. tit.8. num.9. & 12.

Dixi, vel natura cauſæ repugnet, vt oſtenderem quòd debet reconuentio eſſe ciuilis non, criminalis, nam reſultat ex ea iudicis incapacitas, Felin.in d.cap. At ſi Clerici n.10. fal 4. Aufrer. de poteſt ſæcul regul.2.fal.1. n.4. Panorm. in cap.1. de mutuis peti nu.33.gloſ in l.57. tit.6 part.lit B. Ordin.lib.3.titul 33.§.4. ibi *Feito crime, guarda, ou esbulho.* quia in his tribus cauſis natura cauſæ expoſcit, ne reconuentioni ſit locus, Barboſa in d.l.Qui prior, n.86. Trintaſinquius d. reſolut 1.n.33. Marta d caſ.107. num.8. In depoſito verò ideo lex Regia exprimit recōuentioni non eſſe locum, quia in depoſito, vulgo, *guarda*, nec compenſatio admittitur, ex text.in l.antepenul. C de poſ. l.vlt. C de compenſatio. Ordin. lib.4 tit.78 §.1. ibi *Guarda, & depoſito*, cuius rei illa videtur eſſe ratio, quia in depoſito verſatur fiducia, reſpectu depoſitarij, l 1 in princ ff.eod. Vnde cum perfidia illius per oblatam compenſationem non debet differri, vt dixit gloſ.in l Ob negotium, ff. de compenſat Iaſ.in d.l.In bonæ fidei, nu.10. qua ratione depoſitum habet executionem paratam, d.l.pen. ibi. Illico, & ibi. Quam celerrime, vbi Bart & Paulus n.5. Boer.deciſ.295. á n. 7. Xuarez in l.Poſt rem, n.5.de re iudic.quod ampliatur etiamſi compenſatio de alio depoſito offeratur, Tindarus de compenſat n.41. Marian in d.cap.1.de mutuis peti. art.6.fal. . licet in hoc caſu con-

tra decernat Ordin.Regia vbi ſupra, §. 6. vbi de caſu ſimili compenſationem permittit, vt ſcilicet habeat locum de depoſito ad depoſitum, vel de ſpolio ad depoſitum, vel ſimilibus, & á fortiori admittetur compenſatio,ſuper expenſis factis in depoſito, vt colligitur ex Fulgoſ. in l.Si plures, §.vlt.ff.de compenſation. licet de iure communi ſit dubia opinio ex d. l. pen. verbo Nullam, vbi gloſ.3. alias limitationes ponit gloſ.9.in cap.2.de Ordin cogni. Deccius in cap. Significaſti in fine de election & vide Coſtam in l Si ex cautione, fol.84 cum ſeq. vbi agit,an exceptio illius tituli habeat locum in depoſito? In iſtis ergo caſibus, & ſimilibus, in quibus natura rei non admittit reconuentionem nullatenus cauſæ deffinitionem talis reconuentio impediet.

4 Adhuc tamen obſtat Ordinatio in præſenti quæ admittit reconuentionem pro iniuria illata,quæ àctio iniuriarum infamat,l.Iniuriarum,C.ex quibus cauſ. infam. Craueta conſ.768. num.6. Vaſ. allegat.16.n.6. quare verba huius Ordinationis vel referenda ſunt ad modicam iniuriam,nam pro modico conuictio nõ incurritur infamia, vel ad cõdictionem furtiuã ex Decci. in d. cap At ſi Clerici n.26. his enim caſibus criminalis actio nulla eſt, ſed ciuilis tantùm perſecutio, & pecuniaria ſatisfactio, quæ ideo in cauſa reconuentionis admittitur, vel dici poteſt legem Regiam hoc loco accepiſſe iniuriam materialiter,& impropriè, quatenus ſignificat damnum datum ex facto iniurioſo, prout accipitur omne damnum quod non iure infertur,vt in l 1 ff.de iniurijs, ibi. quod non iure fiat, l.Sed et ſi, §.Iniuriam, ff ad l. Aquil. ibi. *Hoc eſt contra ius*, Ceuallos contra communes, 4.p q.897.nu 119. Curia Philipica,p.3.§.2. num 6. Vaſ.de alleg 16 n.9.

5 Ex quibus videtur confundi ſententia D Caldas Pereira d q.51 nu fin. vbi dicit hanc legem iuri aduerſari, dum iniuriarum reconuentionem admittit, quia hæc Ordinatio de damno dato agit non de iniuriæ accuſatione, ſic pariter opinio Barboſæ confunditur qui in d.l. Qui prior n 86. interpretatur ex hac Ordinatione admitti actionem ex crimine ciuiliter motam, ſequutus gloſ. in cap.Multæ, verbo ſæculari, 2.q.7. & gloſ. 2. in cap At ſi Clerici in princ.de iudic. quam opinionem dicit veriorem ex Auth.Vt Clerici apud proprios, §.Si verò de crimine col. 6 quia confunditur ex Ordin lib.2.tit.1.§.4.ibi. *Nos crimes aſsi ciuelmente como criminalmente intentados*:quia actio ciuilis ex crimine eſt criminalis, l.3. ff. de ſepulchro violato, vbi gloſ.& dicimus ad illam Ordinationem: ſtat ergo d.Ordinationem non intelligi de actione ciuiliter mota ex crimine, ſed de damno dato reſarciendo, in quo eſt actio purè ciuilis. Sicq; debent accipi & declarari quæ Barboſa ex his quæ ſcribit Tiber Deccian. in tract. criminal.lib.4.cap.9 n.17. Matta d.caſ. 107. n.8. Trentaſinquius d. reſolut 1. n. 33. Borrel.d.tit.7. nu 84. Rodulphinus de brachio ſæculari, n.60 Farin. d. q 8. num.100. de quo vide infra §.ſequenti, verſ. Dubitari.

Explicabis primò, quód ſi Clericus 6
agat ciuiliter reconueniri poterit,vt ſupra dixi, ſed quid dicendum ſi reconuentio fundata ſit in chyrographo: An ex tali priuata ſcriptura reconueniri valeat in forma Ordinationis lib.3. tit. 25. aſsignato decendio,ad ſoluendum, vel recognoſcendum, ad imaginem guarentigiæ obligationis,& licet videatur poſſe,quia circa modum obligandi, & ordinatoria iudicij Clericus legibus illius fori conueniri poteſt, gloſ.in cap. Quod Clericis de foro comp. recepta ex Deccio in cap Eccleſiã de conſtitu. nu.42. Roch. in cap. fin. de conſuetud. n.66. Bart.receptus in l.1. C de ſumma Trinit & ibi Iaſ n.20. Alciat.n.4. Rebuf. in proœmio legum, nu. 63. Menchaca Illuſtrium cap.5. num.17. & ſequẽtibus

dexi-

diximus ſupra cap. præcedenti ad fin. ſummi nanque Pontifices aliquando cauſas ciuiles ſecũdum legales prouiſiones decidere ſolent, cap. 1. ibi *Legali prouiſione decretum eſt.* Et in cap. 2. ibi. *Cùm ſit in iure ciuili expreſſum,* de cauſ. poſſeſ. notatur in cap. Si in adiutorium 10. diſt. & in cap. 1. de noui. oper. ideo ad vtranque partem diſputat Barbatia in rub C. qui admitti, num. 10. dixit Bald. conſ. 30. vol. 1. & conſ. 85. & conſ. 397. vol. 3. Alex conſ. 122. n. 7. vol. 5. Couar. practic. cap 8. nu. 5. verſ. Nihilominus, & confirmatur quia leges ciuiles ſunt diuinitus per ora Principum promulgatæ, vt habetur in l. fin C. de præſcript. 30. quare Eccleſiâ legum ciuilium non reſpuit famulatum, vt ſcribitur in cap. ſuper, de priuil & dicitur lex ciuilis ſanctiſsimum Templum à ſummi numinis liberalitate collatum, l. 1. § Eamq; C. de veter iur. enucleand. & propterea ab omnibus obſeruari debent l. 2. § Hæc igitur illo tit. l. Leges ſacratiſsimæ, C. de legib. Quod ſine dubio procedit vbi iuri Canonico non aduerſantur, eo nanque ipſo cenſentur â ſummis Pontificibus aprobari, Marta de iuriſ. 4. p. cap 19. n. 3. propter naturalem æquitatem, & iuſtitiam illis inſitam quam Iuriſconſulti ſedulo colere ſunt ſoliti, vt per Rebuff. in d proæmio nu. 62. Menchaca d. cap. 5. nu. 9 vbi dicit quòd ante conditum ius Canonicum eccleſiaſticæ perſonæ his legibus ciuilibus iudicabantur, & ne aliquo modo viderentur ſine lege viuere, ab iiſdem eccleſiaſticis fuiſſe has leges approbabatas, quod aduertentes ſummi Pontifices, emmendantes iuri diuino, & naturali contrarias, cæteras probauerunt, vt in cap 1 de noui oper.

7 Quare ſi Clericus conueniat laicum ſummarie pro chyrographo iuxta formam in Ordin. lib. 3. tit. 25. præſcriptâ, pariter pro ſimili reconuniri poterit, & iiſdem legibus iudicari quia ipſe ſe ſubdit in caſu à lege permiſſo ordinatoriis illius iudicij, ſi tamen ipſe agat ex cauſa plenaria non poterit reconueniri ex chyrographo, ex eo quia natura cauſæ repugnat, vt reconueniri poſsit pro cauſa ſummaria, niſi ſi fiat de ſpeciali partis conſenſit iuxta diſpoſitum in Ordin. lib. 3. titul. 33. § 6. de quo eſt ſimilis Ordin. lib. 1. tit. 52. § 1. & lib. 3. tit. 18. § 2. & lib. 3. tit 20. in princ.

Secundò explicabis hanc Ordinationem locum obtinere, etiam quãdo pro 8
renouatione emphyteuſis Actor reconuenitur, quia actio pro renouatione cõſequenda eſt temporalis, & ciuilis, cùm ſit pro dominio vtili, quod profanum eſt, & legibus ciuilibus ſubijcitur ex his quæ Valaſc de iur emphyt q. 17. n. 12 & conſ. 134. n 13. & 147. n. 17. D. Caldas Pereira de nominat. q. 10. n. 13. & 19. Marta de iuriſd. 4. p. caſ. 20. n. 5. & caſu 13. n. 2. & caſ. 137. n. 32. Gamadeciſ. 2. num. 6. & deciſ. 149. n. 6. Surdus conſ. 33. num. 15. & 18.

Verùm obſtat Ordi n. lib. 2. titul. 1. §. 6. in fine, quæ cauſam renouationis petendæ iudicio Eccleſiæ remittit, quare videtur quòd reconuentioni obſtat natura cauſæ, & ſuccedit Ordin. d lib. 3. titul. 33. § 5. in fine, ibi. *Onde a natureza da cauſa não ſofre que o juyz tenha tal juriſdicção.* Similis Ordinatio eod lib. 3. tit. 49. § 2. quia reconuentioni locus eſt quando ſolùm obſtat iudicis incompetentia, nõ incapacitas: Barboſa in l. Qui prior, ff. de iudic. n. 79. quare ſolum illud admitti poterit in renouatione emphyteuſis patrimonialis ſecùs in eccleſiaſtica.

Sed adhuc veriùs eſt etiam pro renouatione obtinenda in ephyteuſi Eccleſiæ, reconuentioni eſſe locum in ſæculari, nec obſtabit Ordin. d. § 6. quiâ illa Ordinatio loquitur generaliter, & ſecundùm regulas iuris ordinarij ſecundùm quas Clericus tanquam reus in ſuo foro pulſandus eſt, cap Cum ſit generale de foro compet. Vnde in emphyteuſi Clerici patrimoniali res eſt extra dubiũ, quia in patrimonialibus Clerici non gaudent priuilegio Eccleſiarum, in emphy-

emphyteuſi autem Eccleſiæ ſi Clericus agit ipſe capacem facit iudicem ſæcularem, quem non natura cauſæ repellebat, ſed in competentia: ratio eſt, quia cùm pro ſola vtilitate in reconuentione agatur, ſicut ipſa vtilitas eſt res temporalis, ſic actio ad eam temporalis, & ciuilis eſt, nec illa Ordinatio illum caſum priuatiuè adiudicat iudicio Eccleſiæ, quia ſolùm agit de differentia, quæ conſtitui debet inter prælatum exemptum, & rectorem ſubiectum ordinario, vt ille etiam ſi reus ſit trahi poſsit ad iudicem ſæcularem ille verò minime, ſed quòd debeat in ſuo foro conueniri, qui in ſuo foro conuenitur, dum reconuenitur quando ipſe agit, quia eo caſu forus ſæcularis eſt forus Clerici agentis, cap.1. & 3. de mutuis petition.

9 Explicabis tertiò reconuentioni locum fore etiamſi Actor ab actione ſemel propoſita deſiſtere velit, quia altera parte inuita ad hoc non debet admitti, & nihilominus reconueniri poterit ex reg. authen. qui ſemel, C. quomodo, & quando iudex Aflict. deciſ. 173. num. 4. Menoch. lib 1 de arbitrar. q. 4. n. 4. de quo eſt Ordin lib. 3. tit. 14. §. 2. & tit 40. §. 1 quia licet Actor poſsit libello renuntiare ſolutis expenſis, tamen ſi Reus replicet ſua intereſſe, vt iudicatum proſequatur, poterit eum inuitum cogere vt agat ex Iaſon in l. 1. nu. 3. ff de offic aſſeſ. idem in appellatione, Bal. in l Per hanc, C. de tempor appell. Alex. in l quod iuſſit, ff. de re iudic. n. 20. Felin. in cap Ex parte 2 de reſcript. ſicq; debet explicari Ordin. lib 3. tit. 72. §. 1. vt appellationi renuntiari poſsit, niſi pars opponat de ſuo intereſſe, vt proſequatur.

10 Limitabis primò, reconuentioni non eſſe locum quando dominus directus contra emphyteutam propoſito interdicto, vnde vi experitur, vt rem dimittat, ex conſolatione vtriuſq; domini; quia etiam poſſeſsio antiqua ceſſaſſe dicitur ex his quæ D. Caldas Pereira de renouat. q. 10. n 3. & q. 18. nu. 18. Aflict. deciſ. 392. n. 18. per l Locorum, C. omni agro deſerto, quotidie hoc caſu reconuentiones admitti videmus, quia emphyteuta non iniuſtè videtur retinere poſſeſsionem quouſq; renouetur, non ſolùm quando ſpecialis ipſius rei adeſt hipotecha, vt per D. Caldas Pereira de renouatione q 12. n. 6. vel quando dantur meliorationes, ſed ſolùm quãdo nõ dãtur deteriorationes, diximus deciſ. 31. n fin. quia emphyteuta non tenetur rẽ dimittere domino volenti ingredi, Valaſc. conſ 157. verſ. ſeptimo, quia pro renouatione competit ius in re, idem D. Caldas Pereira de renota. q. 7. num 28. Gama deciſ 333 n vlt Verùm hæc omnia comendant, & fouent retentionem, non tamen adiuuant reconuentionem, quæ admitti non poteſt, quia natura cauſæ repugnat, ne in cauſa ſummaria, reconuentio plenaria admittatur contra regulam, Ord. d tit. 33. §. 6 niſi ſpecialis accedat partis conſenſus. Quod tamen temperandum puto, quando pro recuperãda emphyteuſi ſummariè actũ ſit, nam ſi plenariè dominus agat per libellum, quia tunc videtur renuntiaſſe formæ priuilegiatæ, ex gloſ fin in fin. in l. Proinde, §. Notandum, ff. ad l. Aquil. Bald. in l Diffamari, n. 13. C. de ingenuis Valaſ. conſ. 88 n. 8. Abb. in cap. 1. de libell. oblation. facit d. § 6. ibi. *Saluo ſe a parte renunciar, &c.*

E conuerſo autem quando laicus Clericum pulſat in eccleſiaſtico foro pro crimine, ibiq; ab eo reconuenitur pro cauſa ciuili, & non eſt dubium non poſſe ex his quæ ſupra diximus, quia repugnat vtriuſque cauſæ natura, ſed dubium in eo verſatur, an poſsit eo caſu Princeps prohibere ne laicus teneatur reconuentioni reſpondere, in Senatu vidi prouiſum, non tamen ſententiæ aquieſco, quia lex Regia non prohibet ne laici in foro Eccleſiæ reconueniri poſsint, ſicut alias admittit Clericorum reconuentiones in ſæculari, quia non eſt prorogatio partiũ, ſed legis, vt ſupra dixi. 11

dixi. Vnde dum Epiſcopus reconuentionem indebité admittit, contra ius partis, ad ſummum iniuſtitiam facit, cuius non eſt ſuperior Princeps ſæcularis, quia á ſuperioribus eccleſiaſticis reparari debet ex reg. cap. Romana, §. Debet, de appellat. lib. 6. Nec talis oppreſſio poteſt dici notoria, cùm immo valde obſcura ſit.

SVMMARIVM.

1 Regis officium eſt liberare oppreſſos.

Moyſes defendit Hebreum ab Egyptio. ibi.

Si ſubditi non defenduntur á violentijs omnia corruunt. ibi.

Ob difficultatem iuſtitiæ aſſequendæ iudicat Epiſcopus inter ſæculares. ibi.

2 Reges Eccleſiæ libertatem colunt.

Concordiæ quibus Rex cognoſcit de violentijs. ibi.

3 Conſuetudo cognoſcendi de violentijs cum ipſis Regibus incœpit.

Conſuetudines Hiſpaniæ etiam in hoc Regno ſeruari debent ex conceſſione apoſtolica. ibi.

Rex cognoſcit de ſpolijs intra annum, & diem tantùm. ibi.

Qualis debet eſſe ille annus. ibi.

Minori non currit. ibi.

Tempus vbi præfinitur ad agendum ſemper intelligitur, data facultate agendi. ibi.

Reſtitutio in pluribus caſibus non competit. ibid.

Minor contra dilatoriam non oppoſitam reſtituitur. ibi.

Quid contra declinatoriam. ibi.

4 Anno elapſo non competit reſtitutio.

Spolium an proponi poſſit anno elapſo per modum exceptionis? ibi.

Actio de dolo eſt biennalis tamen exceptio eſt perpetua. ibi.

Interpretata l. licet, C. de exception. ibi.

5 Princeps cognoſcit de violentia inter Clericos, vel ſi Clericus laicum conuenit.

Præceptores confugiebant ad priuilegium præſumptum. ibi.

Conſuetudo illa eſt canonica. ibi.

6 Poſſeſſio rei ſpiritualis dupliciter diſcuti poteſt.

Si poſſeſſioni rei ſpiritualis eſt admixta violentia ſæcularis cognoſcit. ibi.

7 Etiamſi cognitio inuoluat tituli colorem.

Interpretatur cap. Si iudex laicus, de ſentent. excommun. lib. 6. ibi.

In ſpiritualibus interdicta admixtam habent cauſam proprietatis. ibi.

8 Reſtitutio in beneficio conceditur etiam ſi titulus non oſtendatur.

Ponderatur reg. beneficium lib. 6. ibi.

9 Sine canonica inſtitutione fit miſſio in beneficium.

Spoliatus non tenetur probare iuſtam poſſeſſionem. ibi.

Reg. beneficium dirigitur ad obtinenda, non veró agit de eo qui reſtituitur. ibi.

10 Explicatur concordia Regis Dioniſij, cap. 35.

11 Cauſæ eccleſiaſticæ etiam temporales fori Eccleſiæ ſunt.

12 Sæcularis non cognoſcit de facto rei ſpiritualis, nec per viam exceptionis.

13 Sæcularis hoc caſu non cognoſcit, etiamſi ſummarié cognoſcat.

Laici nec aſſeſſores ſunt in rebus ſpiritualibus. ibi.

14 Conſuetudo non dat iuriſdictionem laicis.

15 In ſpolio rei ſpiritualis datur ſacrilegium ratione cuius cognitio eſt eccleſiaſtici.

Lex

16 *Lex* Regia *dat electionem ſpoliato, vt agat vbi malit.*

Qui pro ſpolio agit, non agit, ſed patitur. ibi.

Interpretatur l. 2. §. Sed ſi agant, ff. de indic. ibi.

17 *Interdictum an competat in hoc* Regno *pro re mobili.*

18 *Reconuentioni an ſit locus quando agitur pro violentia.*

Reconuentio nec de ſimili ſpolio admittitur. ibi.

19 *Spoliatus an trahat ad iudicium ſæculare Clericum qui ab ſpoliatore cauſam habet.*

Exceptio ſpolij contra tertium non admittitur. ibi.

Quid ſi tertius titulo poſsidet. ibi.

20 *Narratur quæſtio ſuper Prioratu de Cedofeita.*

Poſſeſsio non capitur per actus obſcuros. ibi.

21 *Spoliatus ſi agat in ſæculari, an ibi impediri poſsit reſtitutio à tertio oppoſitore.*

Oppoſitio in cauſa ſpolij, in quibus locum habeat? ibi.

Iudicantis incapacitas nec de conſenſu partium ſuppletur. ibi.

22 *An ſpolium in ſæculari intentari poſsit pendente iudicio ſuper proprietate in eccleſiaſtico.*

Poßeſsionis, & proprietatis cauſa an ſint communes. ibi.

Recurſus *non tollitur, non obſtante cauſæ continentia. ibi.*

23 *Intellectus cap. vlt. de iudic.*

24 *Ordinatio* Regia *ſolùm procedit in interdicto vnde vi.*

An pro alijs detur? ibid.

Interdicta etiam ad caſus fictos extenduntur. ibi.

25 *Patronus pro iure præſentandi agit in ſæculari.*

26 *Clericus an ante ſpolium poſsit petere à ſæculari vt manuteneatur?*

Spoliatus poteſt petere familiam à ſæculari. ibi.

27 *Partis citatio hoc caſu non requiritur. ibi.*

Ordinatio comprehendit modum agendi ex officio.

Petens a iudice familiam non renunciat iuri recuperandi propria authoritate. ibi.

Poteſtatis publicæ duo ſunt actus. ibi.

Imperium ſine iuriſdictione non ſtat, & è conuerſo. ibi.

28 *Comendatores ratione decimarum, an agant in ſæculari?*

29 *Epiſcopus exterus an in hoc Regno in ſæculari pulſari poſsit?*

30 *Bona Eccleſiarum quomodo diuidantur.*

Bona quæſita ex ordinibus an ſint propria Prælatorum. ibi.

Et quid in hoc Regno. ibi.

Quid in quæſitis ex negotiatione. ibi.

Quid in bonis apoſtatarum. ibi.

Bona Clericorum in duplici differentia, vel eccleſiaſtica, vel patrimonialia. ibi.

Patrimonialia quæ? ibi.

Bona eccleſiaſtica diuiduntur quadrupliciter. ibi.

Bonorum Eccleſiæ eſt Chriſtus abſolutè Dominus. ibi.

Dominium rerum Eccleſiæ oblatarum in ipſa reſidet. ibi.

Temporalium rerum dominium eſt Regum. ibi.

Et quale eſt dominium particularium. ibi.

31 *Beneficiarij an ſint abſoluté domini?*

Spolia ad Eccleſias ſpectant, non ad Sedem. ibi.

32 *Spolia in hoc Regno non debentur Sedi Apoſtolicæ.*

Summus Pontifex reſeruauit Sedi Apoſtolicæ. ibi.

Principes ſemper repugnarunt. ibi.

Conſuetudine obtinuit vt Clerici inferiores teſtari poſſent. ibi.

34 *Spolia an competant Sedi Apoſtolicæ ex negociatione illicita.*

Negociatio tripliciter conſideratur. ibi.

Non tenetur ſic quæſita expendere in operibus pijs ibi.

Monitio trina requiritur vt pœna incurratur. ibi.

Citatio Prælati negociantis requiritur vt pœna applicetur Sedi. ibi.

36 *Si prælatus conueniatur pro tali delicto, pœna applicanda eſt ſua Eccleſia.*

37 *Abbates, & Rectores coram præſide curiali citari debent pro violentijs.*

AN PRINCIPI SÆCVLARI COMPETAT POTEſtas ad cognoſcendum de violentijs in rebus eccleſiaſticis, & inter perſonas eccleſiaſticas pro intellectu Ordin. lib. 2. tit. 1. §. 2?

CAP. 24.

1 SVpra egimus de violentijs, ſeu oppræſsionibus notorijs, quæ verſantur in his quæ à iudicibus eccleſiaſticis, in forma iuris, & in diſcuſſione cauſarum cõmittuntur. Hîc verò agitur de violentijs de facto, quæ inter partes manu, ſeu armis, vel iniuſta occupatione fiunt quibus Reges inter ſuos vaſſalos, & ſubditos occurrunt, ne Reip. publica pax, & tranquillitas intercidat, quia regale officium eſt liberare de manu calũniantium vi oppræſſos, iuxta illud Hieremiæ cap. 22 facite iuſtitiam, & liberate vi oppræſſum vltra cap. Regum 23. q. 5. & alia iura cõprobat, l. Illicitas, §. Veritas in princ. & §. Ne potentiores, & ibi Bald. ff. de offic. Præſid. cap. Inferenda 23. q. 3. vbi refertur exemplũ Moyſis qui defendit Hæbreũ ab Ægyptio, in quo domino complacuiſſe ſacra Scriptura teſtatur, notabiliter Guillel. in cap. Rainuntius, verbo *Duas habens* nu. 106. quod quidem curare ſummopere Reges habent, ne eorum Regnũ de gente in gentem transferatur quæ eſt ratio, ob quam legimus mundi monarchias, in alios Principes translatas, prout à Babilonijs in Perſas, & Medos Daniel cap. 5. & ab his in Græcos, Machabeor. 1. à Græcis in Romanos, Lucæ 2. & primo à Græcis in Germanos, vt in cap. Per venerabilem de electione: ſi enim violẽtiæ tollerarẽtur in Rep. viueretur ex rapto, & pro ratione voluntas gubernaret, omnia cõmiſcerentur, & penitus interirẽt, imperiumq; tyranidem potius ſaperet, quid enim aliud feciſſe creditur Caligulas, ac Nerones, Domicianos, ac Comodos, & Heliogabalos, Baſsianos, & Galienos, maximos pietatis hoſtes, quales olim Dioniſiós Cecilia pertulit, & alios legum cotẽptores, & iuſtitiæ, vnde apud omnes ferè mundi partes hæc inoleuit conſuetudo cognoſcendi de violentijs, etiã in rebus, & perſonis eccleſiaſticis, de quo apud Hiſpanos eſt l. 10. tit. 1. lib. 3. recop. & ita ſeruari dixit Ceuall. de cogni. per viã violẽtiæ p. 2. q. 17. à n. 45. & q. 65. Guterr. lib. 1. Canon. cap. 34. à nu. 22. & lib. 1. pract. q. 20. Garcia de nobilit. gl. 9. n. 46. Salzedus in pract. c. 102. Azeued. ad l. 2. tit. 6. lib. 1. & l. 4. tit. 1. lib. 4. & l. 4. tit. 2. n. 5. & l. 1. tit. 13. lib. 4 nouæ recop. Bobadill. lib. 2. cap. 18. n. 141. apud nos Nauarr. in cap. Cũm cõtingat remed. 1. à n. 1. de reſcript. Mendez de Caſtro in praxi lib. 2. cap. 4. n. 4. Barb. in l. Hæres abſens, §. Proinde n. 22. D. Caldas Pereira quæſtion. forenſ. lib. 1. q. 25. n. 19. & conſ. 11. n. 20. Valaſ. conſ. 11. & conſ. 79. n. 2. & conſ. 93. n. 3. Cabed. 1. p. deciſ. 82. & deciſ. 76. n. 4. & p. 2. deciſ. 71. n. 3. & de patronatib. cap. 49. à n. 10. ſic obſeruari in Delphinatu, Igneus in repet. l. neceſſarios, §. Non aliàs, n. 487. Guilel. in cap. Rainuntius, verbo Et vxorem deciſ. 2. n. 39. Frãciſ. Marcus deciſ. 190. & deciſ. 512. nu. 1. vol. 1 & deciſ. 21. nu. 3. vol. 2. In Senatu Mediolanẽſi dicit Alciat. reſponſ. 24. n. 1. & Meno. de recuper. remed. 4. n. 211. in Camer. Imper. Myſinger cent. 2. obſer. 67. in Peda. Meno. vbi ſupra Theſ. deciſ. 82. & deciſ. 17. nu. 1. & deciſ. 131. num. 6. de Neapolitano, Afflict. deciſ. 1 & deciſ. 24. Petra de poteſtate Princip. cap. 8. à num. 83. & cap. 15. num. 61. in Gallecia

Cacher.deciſ.116.Rodr.de annuis reddit. lib.1. q.17.n.58.apud Venetos Meno. de recup.remed.15.n.120.Borrel. in ſumma deciſ.1.tit.43.de foro cōp n.27.& tit.44. de citt.à n.102. plures citat Marta de iuriſd.4.p.caſu 38.Seſſe de inhib.c 8.Sicut pariter ob denegatam iuſtitiam , vel ob impoſsibilitatē conſequendi eam, Epiſcopus inter ſæculares adiri poteſt, vt in l.2. C.de annali exceptione

2 Quia tamē in hoc Regno Reges mirè Eccleſiæ libertatem colunt ex Ord. lib.2.,tit.5.&.8. §.fin. & tit 21. 22. & 23. & lib 3. tit 9.§ 7.& alibi , vltra generalē totius orbis conſuetudinem, qua cæteri Principes ſuas leges defendunt, ipſi ad ſpecialem deuenere cōcordiam celebratam inter ipſos,& Regni prælatos, prima extat inter Regem Alphonſum ſecundū art.10.quæ ſic habet: *item ſtatuit quòd nullus vaſſalus ſuus, vel eius domus in Eccleſijs realenguis faciat malum ,vel forciam Eccleſiæ, vel clericis, vel hominibus,& rebus eorū.* Poſtea tempore Regis Ioannis primi, altera celebrata fuit cōcordia in art.58. qui ſic habet: *Que ſe algum leigo demāda outro por algũa herdade de algũa quinta que traz emprazada da Igreja,q̄ diz que lhe forçou algũas couſas das pertenças della,não cōſentem q̄o demandem perante o juyz ecclesiaſtico,pondolhe pena. Reſponde elRey q̄ por direito aſsi deue fazer, porq̄ elle he juyz das forças: mormente que eſtes ſaõ ambos leigos, & da ſua jurdição ; & por tal demanda não ſe denega o direito que ha de hauer a Igreja.* Id eſt Quòd ſi aliquis ſæcularis litem moueat contra alterum pariter ſæcularē ſuper aliqua proprietate , quam titulo emphyteuſis ab Eccleſia poſsidet,& violenter ſibi occupari aliquam partē conqueritur, non permittit Rex quód ſuper hac violētia adeant iudicem eccleſiaſticum,agentiq, pœnam cominatur. Reſpondet Rex : quód de iure ita fieri debet,quia ipſe violentias reponit, maximè quia hoc caſu lis mouetur inter duos ſæculares ex qua nullum præiudicium Eccleſiæ generatur.

Poſtea cum eodem Rege Ioanne primo altera concordia celebrata fuit in 81. articulo,qui ſic habet.

Que toma conhecimento antre clerigo,& leigo, quando algum clerigo demanda outro clerigo, dizēdo que o forçou do beneficio, frutos,& nouos,& rendas, & que aſsi toma conhecimento do clerigo , ſe o demandão que fez força a outro clerigo,ou leigo.

Reſponde elRey,que coſtume foy ſempre em eſte Reyno,& he, que das forças nouas q̄ ſaõ feitas atè hum anno,ainda que ſeja entre clerigo,& clerigo,& ſobre couſas eccleſiaſticas, ſe aquelle q̄ he forçado o quer citar perante juyz ſecular,que o pode fazer,& o juyz ſecular tomar conhecimento do tal feito, & aſsi quando ſe o leigo queixa do clerigo que o forçou,elRey, ou ſuas juſtiças ſeculares tomarão deſte feito conhecimento,deſſe dia que o forçou atè hum anno;& paſſado o anno demandeo perante o ſeu juyz, o qual cuſtume he eſcrito no liuro das Ordenações antiguas , & ainda conforme a direito Canonico.

Id eſt quòd cognoſcit inter clericos, quando aliquis eorum conqueritur de ſpolio ſibi facto vel in beneficio,fructibus & redditibus ipſius,& quód hoc modo cognoſcit de cauſa clerici conuenti ex dicto ſpolio commiſſo,vel contra alterum clericum, vel contra ſæcularem.

Reſpondit Rex, quòd ſemper in hoc Regno talis conſuetudo inualuit, quod pro vi noua cōmiſſa intra annum, quãuis ſit inter clericos , & ſuper rebus eccleſiaſticis, ſi ille qui vim paſſus eſt, eligit agere coram iudice ſæculari , quod in eo iudicio audiatur , & quód iudex ſæcularis poſsit cognoſcere de tali cauſa,quod idem eſt quando laicus conqueritur de clerico,quód eū ſpoliauit, Rex ipſe , eiuſq, magiſtratus cognoſcent de cauſa , intra annum dumtaxat , quo tranſacto debet ſpoliatus recurrere ad iudicium Rei , quæ conſuetudo ſcripta eſt in Ordinationibus antiquis,& ſecundum iuris Canonici regulas procedit.

Nihil appertius adduci poteſt , ex quo colligi poſsit ad noſtros Princi-

pes

pes inuictiſsimos ſpectare cognitionem pro reparandis violentijs de facto, vel inter ſæculares, vel inter clericum, & ſæcularem, vel inter duos clericos ſpolium commiſſum ſit, vnde ſingula verba ipſius concordiæ notanda ſunt, ibi. *Semper in hoc Regno talis conſuetudo, &c.* Et noto illam dictionem ſemper quæ denotat à primordijs huius Regni ſic conſuetudine receptum, quia ſub illa dictione omne tempus includitur, vt ex add. ad Abbat. in cap. Ex tenore num 2. lit. B. de teſtibus. Tiraq de retract. tit. 2. §. 1. gloſ. 2. num. 10. & 11. Capic. deciſ. 37. n 5. Menochius conſ 38. n. 43. & conſ. 106. n. 53. Garcia de nobil gloſ. 1. §. 1 n. 29. Auend ad l. 40 Tauri gloſ. 15 n. 1. Guterrez lib. 3. pract q 66. nu. 15. Rebuff ad l. 148. de verbor. ſignif. fol. 132.

3 Vnde prædictæ conſuetudinis robur apparet cùm incæperit cum ipſis Regibus, quæ immemorialis eſt, & iuriſdictionem tribuere poteſt, vt diximus 1. tom. prælud. & ideò non immeritò inuiolabiliter obſeruanda, vt vltra citatos à Ceuallos contra cõmunes, q. 504. & 4 p. q 897. n 160 & per viam violentiæ, p. 2. q. 17. à n. 45. & q 65. plures citat Seſe de inhibition. cap. 8. §. 3. n. 4. & vltra ab illis citatos proſequitur Gail. lib. 1. obſerua. 37. Bernard. Laur. in quibus cauſis ſæcularis cognoſcat contra clericos, n 17 Craueta conſ. 258. à nu 1. Ioannes Gaiu. reg. 9. à num 15. Oſaſcus deciſ Pedam 116. n. 1. Petrus Gregor. de benefic. cap 40 n. 10 Petra de poteſtate princip. c. 6. à n 84. Fachin Controuer. lib. 8. cap 15. Quintanaduen. lib 1 cap. 9. n. 13. Azor. inſtit mor. p 1 lib 5 cap 12. & cap 14. q. 1 fol 419. cum pluribus alijs citatis à Barboſa in annotationibus ad hanc Ordinationem. pro cuius conſuetudinis robore, & authoritate cõciliãda pondero, quod eius principium non debemus metiri à primordijs huius Regni, ſed à primordijs Regni Hiſpaniæ. Nam conſtat anno 1090 hoc Regnum Luſitaniæ datum fuiſſe in dotem Henrico Comiti, inſimul cum omnibus priuilegijs, & prorogatiuis quibus fruebatur Rex Alphonſus qui tum tẽporis in Hiſpania regnabat, ad quod bullam S. Pontificis impetrauit, vt teſtatur Maris in dialogis variæ hiſtoriæ cap. 1. fol. 29. vnde cũ hæc, & ſimiles conſuetudines in Hiſpania obſeruentur, earumq. principium hominum memoriam excedat, vt per Couar pract cap. 35. pariter mediãte conceſsione apoſtolica omnia hæc iura in hoc Regnũ trãſiere ex Oldr cõſ. 300. Valaſ. 1. p. conſ. 12. n. 2. & ex hoc fundamento iudicatũ fuit quod Regibus Portugalliæ competit ius ad percipiendum Eccleſiatũ tertias, ſicut aliàs in Regno Caſtellæ fuere conceſſæ Regi Alphonſo de quo Barboſa in l. Titia à n. 41 in proceſſu Simeonis Lopez de Gouuea, cum D. Didaco de Menezes, ſuper cõmenda S. Eugeniæ d'Ala.

Siue igitur velimus hanc conſuetudinem conſiderare cum eo initio quo incæpit in Regno Caſtellæ, ſeu cũ eo quod apud nos habuit, iam à tempore Regis Alphonſi ſecundi conſtat, ita inuiolabiliter obſeruatam, vt iuri conſonam, & toto orbi terrarum vbi fides ſacroſancta colitur communem.

Ibi. *Pro vi noue commiſſa intra annum:* Hæc conſuetudo non ſimpliciter poteſtatẽ cognoſcendi indulget, ſed intra annum à die commiſsi ſpolij, in quo iuris cõmunis traditionibus conſonat. l. 1. §. Annus, ff. de vi, & vi armat. poſt annum verò quatenus ad ſpoliantem peruenit coram ſuo iudice conueniendus eſt, ſupereſt nanq; perſecutoria ſpoliato, quæ triginta annis concluditur, Iaſ in §. Sed iſtæ inſtit de action nu. 30. Guido deciſ. 552. Rebuf 3. tom. titul. de mater poſſ. art. 1 gloſ. 1. nu. 7. fol 249. Gomez l. 45. Tauri, n 176. Marãta de ord iudic 4. p. 7. princ. deſtin. 1. n. 25 fol. 173 Hic autem annus vtilis eſt, vt non incipiat, niſi à tẽpore ſcientiæ, vel remotis impedimentis, d. l. 1. §. Annus, ibi. *In hoc interdicto vtilis eſt*, l. 1. ff. de diuerſis, & temporal.

ibi. *Proinde ſiue apud hoſtes ſit, ſiue Reipubl. cauſa abſit, ſiue in vinculis ſit, aut ſic tempeſtate in aliquo loco, vel regione detineatur, vt neque experiri, neque mandare poſsit.* l. 2. C. vnde vi, ibi. *Si nondum vtilis annus exceſsit, &c.* docuit Gomez in §. Rurſus inſtit. de actio num. 33. Bard. de tempore vtili, & continuo, cap. 1 num 22. Balb. de præſcript. 1. p 4. princ. q. 6. Menoch. remed. 1 recup nu 447. vnde fit quod ad incipiendum vtilis eſt annus poſtquam incæpit continuus, nec parui momenti eſt actionem moueri intra annum, vel poſt, nam primo caſu ſummarie proceditur, & ſpolians condemnatur in his quæ percepit, & percipi potuerunt, d. §. Annus, ibi. *Omnia quæcunque habiturus vel aſſequuturus is erat, qui vi deiectus eſt*, l. 4. C. vnde vi, & habet locum diſpoſitio, l. Si quando, C. eod Ord. lib. 3 tit. 52. §. 3. poſt annum verò ſolum petitur quod ad ſpoliatorem peruenit, d. l. 1. d. l. Poſt annum, ibi. *Poſt annum verò quod ad eum qui vi deiecit peruenit iudicium dabo, &c.* Damnaq; pariter adito iudice rei ordinarie petuntur, per actionem in factum d l. 1 §. fin. ibi. *In factum actio, &c.* l. 3. §. fin. eod. Vaſ. aleg. 58. Valaſ. conſ 95. num 11. Guterrez pract. lib. 1. q. 20. n. 2 & 3. Menoch remed. 15. recup. n. 425. Donel in l. 2. n 3. C. vnde vi.

Dubitari ſolet an minor ad lapſũ anni reſtituatur, Cab. in minore, & Eccleſia d. deciſ. 82. reſtitutionẽ admittit, arg. gloſ. verb. Ceſſabit in l. Auxilium, ff. de minor. ſequitur Vaſ. d. allegat. 58. nu. 5. ſed quidem rectius videtur quod ſi impedimentũ ſubſit reſtitutione opus non ſit, cùm annus ſit vtilis, & impedito non currat ſi verò minor paſſus eſt aduerſariũ poſsidere videtur quod reſtitui non poſsit in hoc caſu qui reſtitui poteſt, vbi aliud nõ datur niſi dãnum quod paſſus eſt, quia tunc reſtituitur ad illud quod amiſerit, vel omiſerit at verò in hoc caſu datur iudicis incapacitas, qui ſolùm intra annum iudex eſt illo extraordinario modo ex vi concordatæ, quæ cum loquatur de clericis, & Eccleſijs, & inter illas ſolùm annum concedat vt priuilegiato, & ſummario modo ad reſtitutionẽ agi poſsit, iam agnouit partes eſſe tales quibus priuilegium cõpetebat, & tamen iudicem incapacem reddidit poſt annũ, non ergo reſtitutioni eſt locus. Vnde illa regula quæ habet vbi tẽpus præfinitur ad agendum, ſemper intelligitur data facultate agendi, Ord. lib. 4. tit. 3. §. 2. vbi Gama deciſ. 21. n 5. vbi Flores ſic in decenſio ad appellandum, Ord lib. 3. tit. 70 in fine princ. procedit ſuppoſita iudicis capacitate, inſuper vbi remedium ordinarium non ſupereſt, cum ergo minor eo caſu ordinarie agere poſsit, non oportet vt reſtituatur contra formam contractus, & concordiæ: ſicq; debet limitari doctrina, Bart. in d l. Qui commeatus, ff. de re milit. Cabed deciſ. 76. nu. 6. Alex. vol. 2. conſ 49 gloſ. in cap. Cupiẽtes, §. Quod ſi per viginti de electione lib. 6. idem Bart. in l. 1. §. Dies, ff quando appel ſit, Alex. in l. Recuſare, §. fin ff. ad Trebell. ſicut alias videmus partim minores non reſtitui ad illa quæ ex conuẽtione ſubſequuntur, vt cõtra diem legis cõmiſſoriæ reſtitutio ceſſat, l. Æmilius, ff. de minor. nec cõtra tẽpus redimendi, l. 2. C. Si aduerſus pign. nec contra exceptionem non numeratæ pecuniæ. l Si intra, C. de non numerata pecunia, nec contra tẽpus petendæ inueſtituræ, cap. 1. §. Prætereà de prohibita feud. alien. nec contra tempus faciendi inuentarium, vt ex d gloſ. ceſſabit, nec contra tempus finiendæ inſtantiæ, l. Properandum, § fin. C. de iudic. & tandem non cõpetit contra præſcriptionem cuiuſq; tẽporis conuentionalis, vt late per Surd conſ. 226. n. . ne dicamus extinctam iuriſdictionẽ ſuſcitari, vt reſtitutio concedi poſsit, cum illo primo anno tranſacto obſtent iuris Canonici præcepta quæ vetãt cauſam agitari in ſæculari contra Eccleſiam poſt illud ſpatium, cum agens Eccleſia, vel minor agat de lucro captãdo, Eccleſia verò Rea de damno vitando, ſicut

ſicut aliàs contra ſententiam latam pro libertate minor non reſtituitur l 1. C. Si aduerſ. libert. Mauri. cap. 202. l. 6. tit. 19. part. 6. in fin. Sfortia oddi q. 18. art. 4. n 32. quia Eccleſia quæ Rei vices ſubit manet priuilegiata in ſpecie, minor verò in genere quo caſu ſuo priuilegio nòn vtitur ex Bart. in Auth. quas actiones col 2. de ſacroſ. Eccleſ. Deci. in cap. in præſentia num 176. de probation vltimo facit quia hoc caſu minor reſtitutionem petit quaſi contra dilatoriam exceptionem, quo caſu illi non competit reſtitutio, quia parum intereſt an hoc, vel illo iudicio agat, ex Rebuf. 2. tom. ad leges Gall. fol 123. n. 5. Innoc. in cap Coram de in integr. reſtitut. per tex. in l Scio, ff de in integ. reſtit. Nec me latet quòd etiam contra dilatoriam non oppoſitam reſtituatur minor, l. Minor 25. annis, 37. ff. de minor. ibi *omiſſam allegationem repetere poteſt, &c.* Vbi gloſ. verb. Allegationem, & eſt recepta vt per Alexandrum in l. Ita demum, C. de procurator. Iaſ. in l. 1. ad fin. C de iur. & fact. ignor. Bart in l. fin C. Si aduerſus rem iudic. Sed ſatisfit quod hoc caſu non de dilatoria exceptione agitur, ſed de declinatoria iudicij exceptione, vnde licet in dilatoria reſtituatur, non ita eſt in declinatoria iudicij omiſſa, ita declarat Iaſ. in l. Elegãter, §. Si quis poſt, ff de condict. indebit. Pallat in repet cap. 5. §. 26. n 9. & cauendum eſt à Paulò in d. l. Ita demum, C. de procurator. n 3. vbi has exceptiones exæquat, & Felin. in cap Exceptionem 26 de exception. quorum opinioni locus eſſe poterit, quando plurimum intereſſet minori, in illo iudicio quem euitare procurat, non conueniri. vt quia non eſt locus domicilij, vel quod ibi ſoluitur gabella, quia tunc poſſet reſtitui, ex Bart in l. 1. ff de confeſſ. vbi de gabella meminit.

4 Ex quibus apparet verius eſſe reſtitutioni nõ eſſe locum in hoc caſu, quia quodãmodò ex declinatoria agitur, vt antiquum tempus inſtauretur, & antiqua actio dum declinat minor à iudicio ordinario ad quem remittitur, ad iudicium extraordinarium, & ſummarium, maxime cùm ſoleant leges Regiæ quando tempus præſcribunt, quod per reſtitutionem relaxari poſſe decidunt, illud ſtatim exprimere, vt in lib. 3 titul. 20. §. 19. & lib. 3. tit. 4. in fine princip. & in §. 2. & tit. 88 & lib. 4. tit. 79 §. 2. & tit. 84. §. 9 & tit. 96 §. 19. & alijs pluribus locis. Cum ergo in præſenti agens, & diſponens inter priuilegiatos, de hoc non meminerit credendum eſt intellexiſſe reſtitutioni locum non eſſe quia vbi lex non diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus, l Non diſtinguemus, ff. de arbitris cum vulgaribus. Hæc in pũcto iuris animum demulcent & non infæliciter defendi poſſunt, licet hodierna praxis aliud obſeruet, & ſtylo Senatus ſtandũ ſit, de quo infra dicemus in §. 7.

Quæri, ſeu dubitari poteſt, ſuppoſito quod ſolùm intra annum ſpolium proponi poteſt, an poſſit nihilominus admitti, tranſacto anno in ſæculari per modum exceptionis, nam regula iuris eſt quód ea quæ annalia ſunt ad agendum, ſunt ad excipiendum perpetua, l. Pure, § fin. ff de exceptione doli, Felin. in cap. Si autem, verſ. Temporalia de reſcrip Immola in cap. Cum dilectus, n 33. de ordin. cognit. & eſt text. in l Licet, C. de exception. ibi. *Licet vnde vi interdictum intra annum locum habeat tamen exceptione perpetua ſuccurri ei, qui per vim expulſus poſt retinuit poſſeſſionem, authoritate iuris manifeſtatur*, ſicut aliàs licet actio de dolo ſit biennalis, vt in l. pen. ff de dolo tamen exceptio eſt perpetua d. l Puré, §. fin ff. de doli exception. Sed licet hæc aures demulceant, nihilominus tamen nullò modo noſtræ Ordinationi conueniunt, nam qui deiectus eſt, ſi intrà annum non egit, nec poſt illum eſt audiendus in exceptione ſpolij in eo iudicio, quia obſtat iudicis incapacitas, ad tempus data, ex rationi-

de iure auditis in plenario iudicio, hoc enim ſignificat verbum Tractare, dum ad iudicem refertur de cauſa cognoſcente, & colligitur ex rub. tit. 1. in quo collocatur, vbi de iudiciorum exercitatione agitur, quod non reperitur in Principe ſpolium reponente, qui tanquam vir bonus, & pacis arbiter inter ſubditos intercedit, Manum Regiam apponendo, ne ad arma veniant.

7 Quod ſi adhuc obijciatur hanc reſtitutionem inuoluere tituli colorati probationem, cum ſi forte de poſſeſsione beneficij agatur, illud obtineri nequeat, ſine titulo reg. beneficiũ de regul. iur. lib. 6. ſatisfit, in reſtitutione obtinenda non requiri tituli probationem quia titulus requiritur ad ingreſſum, non ad regreſſum. Inſuper ſi de titulo agi poſsit illud importat ſolam nudam facti notionem, circa corpus tituli, non circa vires animi, ex Aufrer. & alijs quos ſequitur Nauar in d. cap. Cùm contingat 1 remed. verſ quarto, Gama de Sacram præſtãd. q. 5. n. 29. Valaſc. conſ. 169 n 9. Cabed. deciſ. 82. n 2 in quo iudex ſæcularis ſolam facti quæſtionem determinat, quod licere teſtantur omnes in d. l Titia, & pro omnibus ſolus Barboſa eruditiſsimus, in quo veluti in Vlpiano iuris ciuilis ſplendor eluxit in d. l Titia, nu. 5 . & 54. Communis ex Abbate in cap. Cùm ſit generale, n. 17. de foro comp Couar. de ſponſalib. 2. p cap. 8. § 22. n. 3. Guterrez d. cap. 4. n. 17. Padilla in l. 1 tit. 57. C. de iuris, & facti, cuius rei illa eſt ratio, quia quæſtio facti, abſque iuris quæſtione non habet aliquid ſpirituale, aut eccleſiaſticum, ſicut alias ipſe Barboſa dicit nu 52. quòd iudex ſæcularis poteſt cognoſcere de cauſa ſpirituali in caſu notorio, & eam decidere, quia tunc magis videtur eſſe facti quàm iuris, vbi ad hoc plures citat, nec aliud euincit cap. Si iudex laicus de ſent excommun lib. 6 nam in eo text. non agitur de ſola facti quæſtione, ſed de illa quæ includit iuris reſolutionem, quia non ſolùm dubitatur, an criminoſus, de quo ibi, clericus exiſteret, ſed an propter crimina fori priuilegium amitteret, in quo iuris quæſtio verſatur, patet ibi, *Huius priuilegio gaudere debeat*, iuncta reſponſione ibi, *De re ſpirituali, & eccleſiaſtica*, ſupponens rem ſpiritualem eſſe, cognoſcere de remiſsione clerici, qui tanquam miniſter ſpiritualium, ſpiritualis res nuncupatur.

Nec obſtabit ſi quis replicet quód iudex ſæcularis non de corpore tituli, ſed de viribus cognoſcit, quia alias non erit poſſeſsio, ſed detentatio, quia ad inſtar ſacrarum rerum interdicta poſſeſſoria in beneficialibus habent annexam proprietatis cauſam, vt in l. 3. ff. de interdict verſ. Quædam, & in l. 3. verſ. Hoc autem, ff. de itinere, actuq; ſicut alias in matrimonio carnali, non fit reſtitutio niſi legitimè probato titulo, cap. Ex tranſmiſſa, cap. Ex parte de reſtit. ſpol Pariter ergo in matrimonio ſpirituali inter prælatum & Eccleſiam debet titulus oſtendi, æquiparantur enim hæc duo cap 2. de tranſlat Epiſcop. 8

Quia ſatisfit quód ſecundum veriorem opinionem ad reſtitutionem beneficij obtinendam nulla tituli oſtenſio requiritur, quia quòd iuſta, vel iniuſta poſſeſsio ſit, cum titulo, vel abſque illo non tollit, quin vera, & propria ſit poſſeſsio, l. 3. § Ex contrario, ff de acq. poſſ. l Si duo in princ. ff vti poſsid. pro qua parte ponderatur reg. beneficium, verbo Licitè, quod denotat iuſtitiam poſſeſsionis, & facit quia ante caput primũ de eo qui mittitur in poſſeſsionem lib. 6. ſine vlla canonica inſtitutione fiebat miſsio in beneficijs, per quam miſſus in poſſeſsionem ex ſecundo decreto, veram poſſeſsionem acquiribat ex reg cap Tuam, cap. Quoniam vt lite non conteſtata, inſtitutio enim magis requiritur, vt poſſeſsio iuſtificetur, quã vt vera poſſeſsio ſit ex quo ſequitur neceſſario quòd deiectus tempore ſpolij, non tenetur probare ſe iuſtum, & verũ 9

poſſeſ-

poſſeſſorem eſſe, ſed ſufficere vt probet ſe deiectum poſſeſsione, quantumcunq; iniuſta.l.1. §. Eum qui, verſ. Qui vi, & § Deijcitur, ff de vi, §. Recuperandæ inſtit de interdict, quæ iura ſic in prophanis ac in beneficialibus procedunt, cap. In literis de reſtit. ſpoliator. in fine vbi approbat ſimilitudinem prædonis ſpoliati, probat cap. Conſultationibus de officio delegat iunct princ. & fine, dum poſſeſsionem, & deiectionem ſolùm cõſiderat: quare exploſa antiquorum ſententia quæ communiter reprobatur, vt per Abb in d cap In literis, n.12. verius eſt, ſpoliato ſufficere, ſolam ſuæ poſſeſſionis probationem, ſine aliquo tituli colore, vt dixit Menoch d. remed.5. recup n. 459. verſ. Contrarium. Staphil. de ſignatur. lit T. ius, §. Verũ autem, n.11. licet multi teneant contra quos refert Couarr practicar cap. 23. n.4. & Meno. vbiſupra n 458. & eſt efficax ratio huius ſententiæ, quod etiam factionis contrariæ authores agnoſcunt, quod agẽs ſpoliatus via attentatorum, non tenetur de titulo docere, vt per Couarr. vbiſupra, Caſſador deciſ.3. de reſt. ſpol. Menoch d. remed. vlt. nu 32. Nauarr. in cap. Accepta oppoſ 2. n.5. & eſt communis pro qua expendunt cap. Cùm veniſſent de inſtitution. cùm tamen nulla ratio differentiæ aſsignari poſsit, inter eum qui ſpoliatur pendente iam lite, vel ante, vtroque enim caſu beneficij reſtitutio prætenditur, eoquòd vno caſu admittitur, in alio reijciendum nón eſt, vnde regul beneficium, de qua ſupra ſolùm dirigitur ad beneficia obtinenda, ibi. *Ingreſſus*, nõ enim agit de eo qui reſtituitur, quia is nõ ingreditur, ſed regreditur, & fauore ſpoliati lex ipſa titulũ præſumit. n: poſſeſsionis reſtitutio retardetur.

10 Nec ſupradictis obſtabit illud quod ſupra adduximus ex 35. art Regis Dioniſij, quia ſi bene perpendatur ibi agit de cauſis ordinarie diſcutiendis in ſæculari, non verò de cognitione per viam violentiæ, inſuper conquerebãtur prælati quòd in omnibus cauſis trahebantur quòd amplius ſe non facturum Rex pollicetur, exceptis cauſis in quibus ipſi pro rebus fiſcalibus pulſarentur, de cauſis verò violentiæ non erat dubium, nec illa conſuetudo à prælatis impugnabatur, cuius cognitio ex alijs concordijs competebat, quarum leges Regiæ ſæpiſſimè mentionem faciunt, vt eſt in Ordin. lib.2. tit.1 in princ. ad fin. & tit. 10. & lib.1 tit. 8. § 12. & tit. 62. § 4. & alibi.

Ibi. *Super rebus eccleſiaſticis*; tribuit 11
hæc concordia poteſtatem Principi ſæculari in poſſeſſorijs rerum eccleſiaſticarum, de quo ſupra proximè aliqua diximus, & adhuc huic reſolutioni obſtãt iuris Canonici principia ſecundùm quæ omnes cauſæ vel ſpirituales, vel eccleſiaſticæ quæ iuſtis de cauſis ad iudicium Eccleſiæ reſeruatæ ſunt prout omnes cauſæ ciuiles clericorum, cap. placuit 11. q.3. vel ex conſuetudine vt in cap. Quoniam de immunit. Eccleſ. verſ. Nos lib.6. cap.2. de exception. vel merè temporales omnes ſunt fori eccleſiaſtici, Auth. item nulla auth vt clerici, C. de Epiſcop. & cleric. cap. Placuit, cap. Sacerdotes 11. q.5. cap Non placuit cum ſeqq. 16. q. vlt. cap. Decernimus de iud. cap. Nullus de foro comp. Vnde licet fateamur has cauſas poſſe conſiderari vt temporales, adhuc ratione perſonæ clerici talis cauſa exempta cenſeri debet à iudicio ſæculari, cap. Qualiter de iudic. & licet gloſ. in cap. Literas de iuram. calumniæ, & gloſ. in cap. Cum dilectus 32. de electione, verbo Iuramento quas plurimi ſequũtur, aſſerant cauſam poſſeſſoriam in his eſſe temporalẽ, non exinde efficax deducitur argumentum, quod cum ſit temporalis poſsit deduci ad forum Principis, quia plures ſunt cauſæ temporales, prout ſunt omnes cauſæ ciuiles clericorum, & tamen ratione perſonæ cui adhærent ad iudicium Eccleſiæ reſeruantur, & dum clericus eſt Reus pro his apud ſuum iudicem conueniendus eſt, & eſſe communè dixit

dixit Butrius in d. cap. Literas ad fin. & ſecundùm eam reſpondit Lappus allegat 59. & Deci. in d. cap. Decernimus. n.24. Alex. in d l. Titia. Euerard. conſ. 24. Boer deciſ.69. Vantius de nullitat. ex defectu iuriſd Ordin n.54 .verſ. Procedunt, Gomez ſuper reg. Chancel reg. de annali. quæſt. 46. & quæſt 66. ad fin. Boer. in Rubr de iudic. nu. 51 Crauetta conſ 104. nu.17. Menoch. de adipiſ. remed. 6. n 43.

12 Quod confirmatur quod adeò verum eſt ſæcularem iudicem cognoſcere non poſſe de poſſeſſorio rei ſpiritualis, vel eccleſiaſticæ, quod nec per modum exceptionis cognoſcit, vel ſi illa cauſa incidat, Barboſa in d. l Titia, nu 27. in emergentibus, & incidentibus explicat Azo. in Summa de ordin iudic. nu 8. Bart. in l 1 n.7 C de ordin cogni. Bald. in cap. 1 de ordin cogni n.4 Nauarr in cap Nouit de iudic num.44. notab.6. concluſ.7 Farin. tit de Inquiſitione q. 8. n.25. Bobad. lib.2 cap.18. num.237. Valaſc. conſ 169 Cabed areſt. 89. 2 p. nec obſtat reg l. Quoties, C de iudic. vbi iudex qui non cognoſcit de cauſa ſtatus, cognoſcit tamen ſi incidat, cap Prudentiam de donation. inter iur. vbi eccleſiaſticus cognoſcit de cauſa ſæculari quæ incidit, pariter è conuerſo ſæcularis de ſpirituali quæ incidat, quia vltra ea quæ Palati. in rep. notab 2. à princ. Aurelius lib 1 ſententiarum, cap 12. Tiraq. in tract res inter alios, verſ Item. Molin de primogen. lib. 1. cap. 15. n.76. reſpondetur quod vt iudex eccleſiaſticus de cauſa prophana cognoſcat, ſolû conſideratur incompetentia, non verò prohibitio, vt in ſæculari, & ideò rectè cognoſcit vt vitentur circuitus, vt in Clem. Auditor de reſcrip. Clem diſpendio ſam de iudic. vt expenſæ vitentur, cap vlt de dolo, ſicut alias quilibet iudex cognoſcit de incidenti licet tendat ad diuerſam ſpeciem iuriſdictionis, vt ſi cauſa ſit criminalis, incidens verò ciuile, & è conuerſo, Bart. in l. Interdum, §. Qui furem, ff de furtis, Menoch de arbitrar. caſu 82. n.10 & q 91. n.7. ſic limitata reg. l Solemus, §. Latrunculator, ff de iudic. tradit Soccin conſ.244. lib.2. Decius in cap Translato, n.5. de conſtitution. Afflict. deciſ 125. à n.20. Barboſ. in l. venditor, nu 185. & 191 ff de Iudic. nec inſuper obſtat reg. l. Nulli, C. de iudic. quia procedit in caſu particulari propter iniuriam iudici irrogatam, & eo caſu clericus remittendus eſt ad ſuum iudicem, Cabed. deciſ 77. n.9.

Quare hæc prohibitio non ſolùm obtinet quãdo cauſa plenariè diſcutiẽda eſt, ſed & quando ſummariè, quia prohibitio eſt generalis, quæ ad omnes cauſas porrigitur, l. 1. § Generaliter, ff. de legat præſtand. l.2. § Homines, ff. de vi bonor. rap. Bald. conſ.305. lib.1. Crauetta conſ.3. n 1 & conſ.92. n 4. & conſ. 86 n.8. atque inſuper ſimili modo laicis interdicta eſt cognitio facti in rebus eccleſiaſticis, cap Tuam de ord. cogni. Aretin. in l. Omni nouatione, C. de ſacroſ. n.2 cap vlt. de rebus eccleſ. cap Vt inquiſitionis, §. Prohibemus de hæret. in 6. Valaſc d. conſ.169. n.9. facit quia nec aſſeſſores eſſe poſſunt in his caſibus, licet contrariũ de iure teneat Aufrer de poteſtate ſæcular. reg.4 fal.34 ex Decio, & communi in d. cap Decernimus, n. 17. Rippa in 7. Domini. in cap Statutum §. Aſſeſſores de reſcrip. lib 6. nu.5. nam Iaſ. in rub. ff. de officio aſſeſ n 3. contradicit, cuius opinio verior eſt, quando ex ipſius aſſeſſoris ſententia, ſententia eſſet proferenda vt colligitur ex Inno. & Panormit in d. cap Decernimus Decius in cap. Si pro debilitate, nu. 10. de offic. deleg limit. 7. vnde Inquiſitores qui tenentur peritos conſulere non poſſunt conſulere ſæculares, Arnaldus in cap. 1. de hæret q.10. n.2. 13

Ex quibus fit quòd talem iuriſdictionem ſibi ſæculares arrogare non poſſunt, nec prætextu conſuetudinis immemorialis Rotta antiqua, 223. & 840. Rochus verbo Ipſe, vel is, q.29. tradunt 14

D D.

DD in cap. Clerici de iudic. vbi omnis reprobatur conſuetudo, Deci. in cap. 2. de probation. n. 11. Rippa in cap. 2. de iudic. n. 15. Rebuf. ad leges Gall. in præfatione n. 18. vltrà alios Duen. reg. 144. nec talem conſuetudinem iuuabit prælatorum tollerãtia, cùm violentum habuerit initium, & contra iuris regulas, & cùm intrinſicam malitiam cõtineat, nunquam taciturnitas illam comprobat Aufrer. de poteſt. ſæcular. reg. 2. in princip. Perez ad leges Caſtellæ, lib. 3. titul. 1. l. 2. verſ. Quæri etiam Roland. conſ. 12. nu. 43. lib. 2. deficiunt enim ea quæ ad conſuetudinem introducendã requirit, Rebuf. 3. tom. ad leg. Gall in princ. Valaſ conſ. 162. num. fin. Cabed. deciſ. 110. n. fin.

15 Quinimò in tali ſpolio rei ſpiritualis datur ſacrilegium, vt conſiderat Innocent in cap. Cæterum de iudic. quod eſt de foro Eccleſiæ, ſecundùm communem in cap. Cùm ſit generale de foro comp. & cap. In canonibus 16 q. 1. cap. Si quis potentibus 24. q. 3. hancq; tuetur Gomez in reg. de annali q. 46. fol. 593. & q. 66. ad fin. Guido Papæ q. 1. verſ. De poſſeſſorio, Bero. in rub. de iud. nu. 51. Couar. pract. cap. 35. num. 1. verſ. Quamobrem, Carolus de Graſſal. de regalib. lib. 2. priuil. 5. verſ. Secus verò, fol. 37. vnde quo vetuſtior talis conſuetudo eo iniquior, cap. vlt. de conſuetudine Bernard. ad reg. 139. Duen. reg. 142.

His tamen non obſtantibus lex Regia ſeruanda eſt, quia ſuprapoſitæ reſolutiones in ſe veræ ſunt, quando non adeſt qualitas violentiæ, pro qua tollenda Princeps ſæcularis ſe ingerit, vt ſuprà diximus, & vltra naturam cauſæ quæ id expoſcit, adſunt apud nos dictæ concordiæ cum prælatis habitæ, cum approbatione in d. cap. vlt. omniũ conſuetudinum, quæ in Regno vigebant, qualis hæc erat à ſummo Pontifice in prima concordia habita cum Rege Dioniſio.

Ibi. *Eligit agere*: Electionem tribuit 16 lex Regia ex verbis huius concordiæ ſpoliato, vt iudicem eligat in cauſa ſpolij, & videbatur hoc ſuſtineri non poſſe, quia ſufficit vt cauſa ſpolij in rebus eccleſiaſticis ad forum ſæcularem pertineat, quando ſpolians eſt ſæcularis, vt videtur ſentire Valaſ. conſ. 93 num. 4. Menoch. remed. 15. recup. n. 234. quare non debet extendi ad clericum ſpoliantem, ne duo dentur ſpecialia, quod cauſa ſit fori ſæcularis, & quod Reus trahatur ad forum Actoris, vel ſi clericus contra clericum agit ad forum neutrius, Farin in praxi q. 8. n. 2. verſ. Sublimata ſecundo: ſed ſatisfit quòd cũ cauſa ſpolij ad iudicem ſæcularẽ ſpectet ex iuribus ſupra ponderatis, ſi clericus ſpoliat laicum non poteſt dici, quòd trahitur ad forum Actoris, quia qui pro ſpolio agit, inuitus agit, & potius dicitur pati, quam agere, & dum iudicem adit vt reſtituatur, potius conueniri, quàm conuenire intelligitur, cum ibi de ſola recuperatione priſtini ſtatus contendat Hoc non obſcure inſinuat l. 2. ff. de iud. in §. Sed ſi agant, ibi. *Sed ſi agant compelluntur ſe aduerſus omnes defendere, non tamen ſi iniuriam ſuam perſequantur, vel furtum, vel damnum, quod nunc paſſi ſunt, &c.* Qui enim iniuriam ſuam proſequitur, non propriè agit, quinimò pro defenſione ſua agit, non vt alium offendat, ſed ne offendatur, ſicq; Ordinationes Regiæ paſſim decidunt in his cauſis electionẽ eſſe Actoris vt in Ordin. lib. 2. titul. 1. in princ. in Ordin. lib. 3. tit. 5. §. 3. & tit. 12. §. 1. & tit. 6. §. 5. Vnde apparet non percepiſſe ſenſum huius legis, Valaſc d. n. 4. dum dubitat, an ſuper ſpolio inter duos clericos agi poſsit in ſæculari, quia non videtur concordias vidiſſe, & minus cũ in fine n. 5. ait quòd Reges hoc præſcripſerunt ius cognoſcendi, quod an præſcribi poſsit nemo non videt: illud tamen ita accipiendum puto, vt laicus contra clericum pro violentia reparanda, vel clericus contra clericum non tenean-

teneantur præciſe forum ſæcularem adire colligi ex d. Ordin. in §. 2. ibi. *Poderà o Clerigo.* Quæ verba neceſsitatem non inducunt, vt diximus ſupra ad Ordin. in princ lib. 2.

17 Hæc ſufficiant pro iuſtitia noſtræ Ordinationis comendanda, modo accedamus ad explicationē illorum verborum, *aſsi mouel como rayz*, quibus decidit quòd ſpoliatio competit pro rebus ſoli, & pro mobilibus. Etſi admittamus interdictum vnde vi pro rebus mobilibus, iuris ciuilis, & Canonici violatio conſiderari poteſt: huius, quia pro rebus ſoli tantùm de iure ciuili hoc interdictū datum, l. 1 ff. de vi §. 1. ibi. *Et ad eos ſolùm qui de ſolo deijciuntur*, illius, quia trahitur cauſa ad forum actoris, & ad iudicium ſæculare, cùm ſit ſpiritualis, aut eccleſiaſtica, in qua vel forus Eccleſiæ, vel ſaltem Rei adeundus erat. Sed quidem illa verba non otioſe prolata cenſeri debent, ſed conſulto emiſſa, vt ſcilicet pro mobilibus competat hoc interdictum, quando mobilia rebus ſoli adhæreant, vt ſic conueniat deciſio iuri communi, de quo eſt text. in l. 1. §. Annus, ff. de vi. ibi: *Idem eſt in rebus mobilibus, quæ ibi erāt* l. 3. §. Pertinet. ff de vi. ibi. *Conſequenter autem dicemus ad res mobiles hoc interdictū non pertinere, ſi quis vti frui prohibitus eſt re mobili, niſi rei ſoli accedant res mobiles, &c.*

Vnde difficilis redditur illa quæſtio, an hæc Ordinatio debeat intelligi de omni interdicto poſſeſſorio retinendæ, & recup. & in omnibus obtinere hanc, & ſimiles leges dixit Garcia de nobilitate gloſ. 1. n. 27. & gloſ. 9. à n. 46. Gracian. diſceptation forenſ, cap. 238 n. 9. Cabed. deciſ. 82. n. 4. Couarr. pract. cap. 35. nu. 1. Marta 4. p cent 1. caſ. 38. in princ. ſed quidem apud nos illa verba Ordinationis ſolùm intelligenda ſunt de vi propriè ſumpta, quia à iure communi cui conuenit in diſpoſitione, & anni præfinitione, debet interpretari Barboſa in l. 1. n 62. ff. de ſol. matr. facit l. 5. §. Hæc verba, ff. de negot geſt. Tiraq lib 1. retract. §. 1 gloſ. 6 n. 23. quia legis exorbitātis verba ſtricte accipienda ſunt, & verba, ibi. *Força noua*, ſoli vi expulſiuæ conueniūt, vnde merito Valaſc d. conſ. 93. n. 11. dubitat an lex Regia habeat locum in vi clandeſtina, in quo dubitari ſolet, an admittatur exceptio dominij, vt diſputat Menoch. remed 1 recup. q. 12. ex nu. 138. vbi ait ſub lege comprehendi ex coniectuiata mente ſtatuentis. Verùm in alijs interdictis huius Ordinationis diſpoſitionem extendere, erit contra mentem loqui, & verba & contra poteſtatem, quæ ex concordijs ſolùm ad violētiam, & vim nouam conceſſa fuit, & in media calligare luce, facit Ordin. lib. 3. tit. 11. §. 6. in fine, ibi *Se o poſſuidor for eſtorgado ſerà demandado perante o ſeu juyz &c.* Sicq; bene procedunt quæ Farin. q. 8. n. 23. attento iure, & quæ Theſaurus deciſ. 82. n. 3. & 4. Greuæ. conſid. 6. n. 8. apud nos tamen ex concordijs agitur, quas vltroq; citroq; nequit conſiſtere verum.

Dubitari ſtatim poteſt, an reconuentioni locus ſit in actione violentiæ, & videtur poſſe admitti de ſimili ſpolio, ex Ordin. lib. 3 tit. 33. §. 6. vbi in cauſis eiuſdem qualitatis reconuentio admittitur, ſi ergo ſpolium ſit intra annum & diem à lege taxatum nihil videtur repugnare, vt admitti valeat quod intelligi debet, ſi in diuerſa re ſit comiſſum, quia ſi in eadem re, tunc vltimum purgandum prius eſt, l. Si quis ad ſe, C ad l. Iull. de vi gloſ & communis ibi, & in §. Recuperandæ inſt. de interdictis, l. Qui poſſeſsionem in fine, ff de vi, communis ex Menoch. 1. recup. nu. 382. niſi prius ſpolium ſit magis priuilegiatum, vtpote quia comiſſum lite pendente, Abb. in cap. Bonæ de appel n. 20 Deci. cōſ. 200. Afflict deciſ. 96. Menoch vbi ſupra n. 386. obſtat tamen fortiter Ordin. lib. 3. tit 33. §. 4. quæ reconuentionem in cauſa ſpolij reijcit, prout etiam reijcitur in cap fin de ord. cogni. quæ fortibus ſtringit dum ibi reconuentionem in ſpolio 18

ſpolio, æquiparat, ac reconuentioni in cauſa criminali, in qua tamen nullo modo reconuentioni locus eſt, Clarus lib.5. §.fin. quæſt.2. num.3. Gregor. in l. 4. titul. 3. part. 4. Maranta 4. part. diſtinct. 6. à num. 64. Ceuallos de cognition. per viam violentiæ p.2. quæſt. 54. num.4. & quæſt. 68. num. 11. nec difficultatem euitabit qui dixerit legem Regiam ſolùm agere de criminibus publicis, in quibus iuſtitia locum habeat, ſecùs verò in priuatis, de quibus non agit, quia illa Ordinatio loquitur in caſu magis dubio, quia in crimine publico videbatur quod agens reconueniri poterat ex regula l. Cum Papinianus, C. de ſentent. & interlocution. quia ſcilicet voluntarie agit, quod ita non eſt in crimine priuato, in quo læſus accuſat, & inuitus agit, ſeu coactus à damno illato ex ratione, l. 2. § Sed ſi agant, ff de iudic. & ſic Ordinatio occurrit caſui magis dubio, & illa verba, *Em que a juſtiça haueria lugar*, ſunt accipienda: ac ſi dixiſſet: *ainda que*, qui ſenſus comprobatur ex Ordinat. lib.3. titul. 4. in principio, vbi in criminibus priuatis reconuentioni non eſſe locum decidit: licet aliter explicet Barboſa in l. 2. §4. Legalis, ff de iudic. nu.261. & ſequentibus: nec pariter difficultatem effugiet qui dixerit hanc Ordinationem in d. § 4 Agere de recõuentione ciuili, quod colligitur ex titulo, ſub quo collocata eſt, & libro vbi de cauſis ciuilibus agitur, quæ reconuentio repellitur ex l. fin. C. de ordin. iudic. & eſt doctrina Bartol. in Authent. & conſequenter num. 10. C. de ſentent. & interlocution. quia lex generaliter diſponit, & ordo cognoſcendi datus in ciuilibus conuenit etiam criminalibus, niſi aliud reperiatur cautum ex Ordinatione lib. 5. titul. 124. §. fin. Pinel. in rub. de reſcind. 1. part. cap. 2. num.22. Atque ex his videtur verius reconuentionem, nec de ſimili ſpolio admittendam, licet per exceptionem reus audiri valeat, vt in dicto cap. fin. de ordin. cogni. vel ſi in eodem iudicio agere velit, non per modum reconuẽtionis ex Ordin. d. tit. 33. §.2. ex reg. cap. Diſpẽdia de reſcrip. lib. 6. §. Reus quoque, ibi. *Apud eoſdem iudices, &c.* Sicq; videtur non ſecura opinio Barboſæ in d. § Legatis nu.269. vbi reconuentionem in criminibus priuatis admittit, quia ex ſupradictis confunditur.

19 Secundo dubitari poteſt, an ad iudicium ſæculare trahi poſsit, ille qui ab ſpoliatore cauſam habet, cum interdictum vnde vi contra tertium non competat, l Cum à te, ff. de vi, cap. Sæpe de reſtit. ſpol. cap. Cum ad Sedem, eod. titul. quia interdicta ſunt perſonalia, l. 1. §. Deijciſſe, ff. illo titulo, gloſ. & Doctores in cap. Sæpe Maranta de ordine iudic. 4. part. diſt.7. num.28. Menoch. 1. remed. recup. num.150. Valaſc. de iure emphyt quæſt.18. num.16. Gomez l. 45. Tauri num.186. vnde cùm Ordinatio exorbitet à iuris regulis, non debet extendi ad ſpoliatorem interpretatiuum, qui ab ſpoliatore poſsidet bona fide, ſicut aliàs exceptio ſpolij contra tertium non admittitur, in quo eadem viget ratio, d. cap. Cum ad Sedem Maranta vbi ſupra deſtinct 6. num. 35. vbi ait quòd hic tertius poteſt quamcunq; reconuentionem opponere agẽti ex cap. Redintegrandæ 3. quæſt. 1 quia in eo non conſideratur odium ſpolij, facit cap. 2. de Ord cogni. ibi. *Cum ſpoliatore, &c.* Rotta 20. de reſtit. ſpol in nouiſ Affict. deciſ. 19. num. 2. & 7. vnde contra tertium qui cum titulo poſſidet, nullo modo extendi debet, ex his quæ Bartol in l. Rem quæ nobis, nu. 2. ff. de acq. poſſ. & receptum dicit Rubeus conſ 4. num. 10. Menoch. de recuper. remed. 15. num. 89. Sarmiento de redditibus Eccleſ. 1. p. cap. 4. num. 11. Theſaur. deciſ. 29. nnm 1. ad fin. Octauian. deciſ. 93. Barboſa in l. Si alienam nu. 45. ff. ſolut. matrim. nam remedium cap. Redintegrãdæ, ſolùm reſpicit violentos

lentos poſſeſſores, vel eos qui poſsident rem vitio affectam ab eodem vitioſo authore, vltra quæ conſidero, quòd remedium cap. Redintegranda non poteſt habere locum in hoc Regno, vt clericus ad iudicium Regiæ Coronæ ab altero clerici trahi poſsit, quia cum illa cognitio ab hac Ordinat. in §. 2. permiſſa ſit, ex concordia limitata ad caſum interdicti vnde vi, extra illum caſum non poteſt fieri extenſio, vnde licet attento iure Canonico illud remedium ſit ſaluberrimum, vt latè per Menoch. d. remed. 15. nu. 80. Guterrez Canonic. cap. 34. n. 51. vel etiam remedium, cap. Sæpè de reſt. ſpol. quod exuberantius remedio, d. cap. Redintegranda dicit Barboſa in d. l. Si alienam n. 48. Menoch. d. remed. 15. n. 471. & remed. 16 n. 64. tamen neutrum eorum attenta lege Regia obtinet vt ad forum ſæculare clerici trahantur, niſi in caſu quo clericus contra laicum agat, quia ille caſus eſt extra cõcordiam cùm Actor forum Rei ſequatur ex reg. cap. Cùm ſit generale.

20 In facto vidimus quæſtionem ſimilẽ ſuper Collegiata Eccleſia de Cedofeita inter Paulum de Barros, & nobiliſsimum Priorem Ioannem Aluarez Moutinho virum literatiſsimum probatæ opinionis, & acris ingenij. Quæſtio erat, quòd Prior antiquus Annibal Cernige dicto prioratui renuntiauerat in fauorem d. Pauli, cúmq; literæ eſſent expeditæ, ipſe eas arguebat de falſitate, & alia plura opponebat, ratione quorum ipſe Paulus per procuratorem poſſeſsionem prioratus capi fecit, ipſo Priore inconſulto, & inſalutato, occulté quidem, & per actus admodum obſcuros, quæ cum d. Priori eſſent nota, à Principe tuitiuam obtinuit, & ſuam antiquam poſſeſsionẽ continuans, ſeuerum Priorem aſſerebat, quẽ illico d. Paulus pulſauit in iudicio ſæculari, ſe dicens ſpoliatum, eo quód dictus Prior reſignauerat beneficium in fauorem d. Ioannis Aluarez Moutinho, in cuius fauorem ſententia prolata fuit in vtroque Senatu, & vltra quod in hoc caſu d. Ioannes erat tertius poſſeſſor cũ titulo ad quem non porrigitur Ordinationis deciſio, vt ſupra dixi, adhuc ipſe ex remedio d. cap. Redintegrandæ conueniri poterat, quia poſſeſsio clãdeſtinatis vitio laborabat, capta poſſeſſore nõ vocato, & obſcure aprehenſa, cùm ſit regula quòd ex actu obſcuro, ſeu æquiuoco poſſeſsio non reualeuat, ex Abb. in cap. .. in fine de cenſibus, Felin. in cap. cum, Bertoldus de re iudic, n. 36. verſ. Merito, Decius in cap In præſentia de probat nu. 38. plura tradit Gomez in l. 45. Taur. n. 96. Gonzal gloſ. 45. §. 2. nu. 40. quare non poterat Prior à ſua poſſeſsione expelli vigore Bullæ in forma gratioſa expeditæ, Rebuf. in praxi fol. 451. n. 11. quare etiam attento iure Canonico ceſſabat odiũ ſpoliatoris, nec vitium dabatur ratione cuius tertius conueniri poſſet: deinde obſtabat quod poſſeſsio non fuerat capta in loco Prioris, quia cùm illa Eccleſia ſit Colligiata, deputatum, & propriũ locum habet Prior, & ſuccedunt quæ dicit Caſſador. de cauſa poſſeſ q. 8 quod qui agit de poſſeſsione capienda Cathedralis, vel Colligiatæ debet probare poſſeſsionẽ capitulariter aprehenſam, in loco proprio, ex Innoc. recepto in cap. In literis de reſtit. ſpol. Abb. in cap fin. de conſuetud. & in cap. Cùm veniſſent 14. de reſt ſpol. Palatius in repet. cap. Notab. 4. nu. 35. Gonzal. in proœmio §. 3. num. 81. niſi ſpecialis detur conſuetudo quod in qualibet Sede poſſeſsio capiatur, Caſſad. vbi ſupra in fine, vel ſi poſt nulliter aprehẽſam poſſeſsionem, extra locum Canonici, vel Prioris probetur quód tanquam Canonicus, vel Prior interfuit, quia tunc purgatur vitium poſſeſsionis arg. cap Vidua de regular quæ omnia in præſenti caſu deficiebant.

Tertió dubitari poteſt, an vocato clerico ad hoc iudicium ſæculare ratione manifeſtæ violentiæ poſsit tertius ſe opponere de proprietate 21

agendo

agendo ſuſpenſo poſſeſſorio, vt de iure licet ex mente Abbatis in cap. In literis de reſtit. ſpol Maranta 4. p. diſtinct. 6. n. 39. Alex in l Naturaliter, § Nihil cõmune, falent. 16. ff. de acq. poſſeſ. vbi reſoluunt tertium audiendum, quia in eo ceſſat vitium ſpolij & odium, Mıſsinge. obſeruat. i. cent. 2. Menoch. de recuper. poſſ n. 372. gloſ. in l. Si alienam vbi Bart. n. 5. ff. ſolut. matr. vbi Barboſ. n 8. Rotta in nouiſ. deciſ. 145. de reſtit ſpol. Gama deciſ. 54. Valaſc. conſ. 162. vbi late: & quia articulus eſt difficilis, & de eo aliqua diximus in noſtris Deciſionibus deciſ 83. aliqui caſus diſtinguendi ſunt, quod in hoc iudicio ſæculari ratione violentiæ quatuor modis agi poteſt, vel inter ſæculares, vel clerico agente cõtra laicum ſpoliatorem in re prophana, vel ſæculari agente contra clericum in illo iudicio: vel tandem ſi vnus clericus cõtra alterum clericum agat: In primo caſu non eſt dubium eſſe oppoſitioni locum, vt ſuſpenſo poſſeſſorio, de proprietate agi poſsit, quia tam reſpectu perſonarum, quám rerum illud iudiciũ eſt competens. In ſecundo caſu, quando clericus laicum conuenit pro poſſeſſione rei propriæ, idem videbatur dicẽdum, cùm res ſit prophana, & reſpectu Rei, & oppoſitoris conſiſtat iudicium, & ſuccedit reg l. Cum Papinianus, C. de ſent. maximè quia ipſe voluntarie illud iudicium adit: ſed obſtat quód oppoſitioni tunc locus eſſe poteſt, cùm circa omnes litigantes iudicium competens eſt, quia non alius iudex adeundus eſſet ſuper proprietate, vel ſaltem quód ſit prorogabile: in hoc autem caſu reſpectu clerici eſt improrogabile, & incompetens & ſi clericus obtineret in poſſeſſione, non ibi, ſed coram ſuo iudice eſſet pulſandus ſuper proprietate, non poteſt ergo ſuſpendi poſſeſſorium intentatum, quòd ſi quis replicet hanc prorogationem eſſe legalem, quæ etiam clericum ligat, vt diximus ſupra ad Ordinat lib. 2. titul. 1. §. 1. Tamen reſponderi poteſt, quòd etiam prorogatio legalis ceſſat vbi iudex eſt illius incapax, ratione perſonæ, vel cauſæ, Ordinat. lib. 3. titul. 33. §. 5. ibi. *Onde a natureza da cauſa não ſofre que o juyz tenha nella juriſdição, &c.* Ordinat lib. 3. titul. 49. §. 2. In tertio autem, & quarto caſu non eſt dubium oppoſitioni locum non eſſe, quia quoad proprietatem ille iudex vetitus, & prohibitus eſt, niſi ſuper violentia intra annum, faciunt quæ Bart. in authent. & conſequenter, C. de ſententijs, & interlocution. num. 7. nec obſtabit quòd clericus eo caſu agit in ſæculari, & ſe ſubmiſit illi iudicio, nec obſtabit quòd videtur inuitus agere, dum pro reparando ſpolio accedit, ex reg. l. 2. §. Sed ſi agant, ff. de Iudic. quia inuitus nemo agit, l. vnica, C. vt nemo inuitus agere, & ita principium actionis motæ attendimus, quæ ex voluntate agentis proceſsit argumen. l. Quidquid, ff. de donation, quia ſatisfit vltra quod inuoluntarie dicitur agere, qui pro ſpolio agit, nec ex eo debet cenſeri ſe ſubmiſiſſe iudicio illi reſpectu clerici cõſideratur iudicantis incapacitas, qui nec de conſenſu ipſius hoc caſu cognoſcere poteſt ex reg. cap. Significaſti, cap. Si deligenti de foro compet. nec poteſt argui à ſimilitudine reconuentionis, quia ad illam datur ſpecialis concordia, vt ibi diximus. Vnde non videtur bene loquutus. Vaſ. alegat. 75. nu. 13. dum tertium oppoſitorem ſimpliciter admittit in omni caſu, vt ſuſpenſo poſſeſſorio, de proprietate experiatur, & perconſequens non male reſpondit Valaſc. d. conſ. 162. dum monaſterium de quo ibi admittit agentem de proprietate ſuſpenſo poſſeſſorio, quia lis mouebatur inter laicos in iudicio competenti, vnde cum vtrunq; repellere vult, dominus directus illud idem iudicium erat competens: ſolùm ſcrupulus manet ad ibi dicta à Valaſco, quia monaſterium in illo caſu,

ſu, non verò agebat pro excludendo vtroq; litigāte, vt fit in oppoſitione Ordin. lib. 3. tit. 20. §. 31. Sed vni ex litigantibus aſsiſtebat, cui difficultati ipſe ſatiſfacit n. 7.

22 Quarto dubitari poteſt, an pendente lite ſuper proprietate in foro Eccleſiæ, poſsit nihilominus de ſpolio agi in ſæculari, veluti ſi ille qui ſpolium in iudicio Eccleſiæ agitantequam in ſæculari pulſetur, vt reus deſiſtat à percipiendis reddītibus beneficij, vel ab adminiſtrādo, vel vt partem beneficij quam occupat dimittat, vt præoccupata in eo iudicio iuriſdictione ad ſæculare non fiat tranſitus ſuper poſſeſſorio, cùm notiſsimi iuris ſit cauſam proprietatis, & poſſeſsionis ad eundem iudicem ſpectare, cap. 1. de cauſ. poſſeſ. §. 1. ne cauſæ continentia diuidatur, l. Nulli, C. de iudic. l. Ordinarij, C de rei vendic. ibi. *Proprietatis cauſa ab eodem iudice decidatur*, & ſuccedit reg. l. 1. ff. ex quibus rebus apud eũdem iudi. notat gloſ. magna in cap. vlt. de iudic vbi communis, licet enim proprietatis, & poſſeſsionis cauſæ nihil habeant commune, l. Naturaliter, §. Nihil commune, ff. de acq. poſſ. conſiderato iure vtriuſque cauſæ: tamen circa continentiam, & modum cognoſcendi, inter ſe affines ſunt, vt iudex qui de vna cognouit magis inſtructus ad alteram ſit Beroius in rub. de iudic. num. 11. Bait. & Bald. in d. l. Nulli, & inſuper ne partes vexentur maioribus expenſis, ex reg. cap. vlt. de reſcript. cap. Diſpendia, §. Reus eod titul. lib. 6. quæ ratio non ſolùm pendente adhuc lite, ſed etiam ſi iam finita ſit per ſententiam diffinitiuā ex Bart. & communi in d. l. Nulli, vbi Iaſ. n. 12. Afflict. deciſ. 354. num. 6. inſuper continentia non ſola conſideratur reſpectu rerum, ſed etiam perſonarum, licet diuerſæ ſint cauſæ. Adhuc enim durante lite non poterit Actor à Reo in alio iudicio pulſari, ex reg d cap. vltim. de quo eſt Ordin. lib. 3. titul. 53. §. 2. quæ eodem modo ſingulariter explicatur, quod etiam habet locum reſpectu iudicis delegati, ex Abbate in d. cap. vltim. num. 1. Afflict. vbi ſupra facit Ordin. lib. 4. titul 58. § 1. ibi. *Sendo reſtituido, poderão litigar ordinariamente ſobre a propriedade*, vt ſcilicet illa cauſa mouenda ſit coram eodem iudice, eleganter bald. in l. vltim q 6. C de edict. diui Adrian. auth. habita, C. ne filius pro patre num. 37. in ſimili cauſa Cabedus deciſ. 125.

Sed his non obſtantibus, recurſus ad Regem non tollitur non obſtāte cauſæ continentia, quæ contemni debet ne iuris regulæ violentur, vt in ſimili Cabedus deciſ. 32. num. 6. quia reſpectu manifeſtæ violentiæ iudicium ſæculare eſt priuatiuum vt pungit Valaſc. conſ. n. 10. quod tamen intelligi debet, ne in eccleſiaſtico iudicio quis litem conteſtari paſſus ſit, quia tunc videbitur renunciaſſe remedio poſſeſſorio ex reg. cap. 1. de reſtit. ſpol. Alex. conſ. 6. vol. 3. num 17. Deci. conſ. 84. num. 2. Maſc. concluſ. 1326. num. 80. In eo tamen iudicio eccleſiaſtico adhuc poterit ſuſpendere petitorum, mouereq; poſſeſſorium DD. in cap. Ex conquæſtione de reſtit. ſpol. & eſt communis [illegible] Canoniſtarum, vt per Couarr. lib. reſolut. cap. 16. num. 15. Menochi d remed. 15. recup. num. 382. Menchac illuſtr. cap. 88. num. 27. Barboſa in l. Si deu, ff. de iudic. num 117. Ordinat. lib 4 tit. 58. §. 3. pro qua expenditur Clem 1. de cauſ. poſſ. in 2. p. ſicq; debent explicari text. in l. Cum fundum 18 ff de vi, cap. Paſtoralis de cauſ. poſſ iuncto cap. Significauerunt de teſtibus.

Ex quibus patet intellectus ad cap. vltim. de iudic cum ibi deciditur quod ne diuidatur inſtantia, eam obſeruare tenetur Reus etiam alterius fori, vt 23
ſcilicet illud procedat reſpectu fori incompetentis tantùm, non verò prohibiti, nec obſtat quód in reconuentione admittimus reſpectu clerici cum tamen iudex ſit prohibitus, Ordin. lib. 2. tit. 1.

titul.1.§.1. quia ſatisfit illam prohibitionem eo caſu à lege ipſa remitti, in bonum commune, ita vt talis prorogatio potius ſit legis, quàm hominis, vnde Syculus in d. cap.vlt.n.6.in fin. Bellam. oppoſ.1. Iaſ. d.n.12. aiunt cauſæ continentiam non obſeruari circa diuerſam ſpeciem iuriſdictionis quare cum cauſa ſpolij etiam rerum ſpiritualium ſit temporalis cenſenda, ex his quæ Couarr. practicar.cap.35.n.1. poſt gloſ.1. in cap. literas de iuram. calumniæ, bene poteſt in iudicio ſæculari moueri, etiamſi cauſa quoad proprietatem pendeat in eccleſiaſtico, antequam ſpoliatus patiatur litem conteſtari ex reg. d. cap.1. de rer. ſpol.

24 Quinto dubitari poteſt, ſuppoſito quod ſupra reſoluimus huius legis deciſionem proprie intelligendam, in interdicto vnde vi, & non extendendam ad alia remedia poſſeſſoria: an ſpoliatus in qua quaſi poſſeſsione, ſeu iure incorporali, quale eſt ius ſepulturæ, præſentandi, vel circa præeminentias quas laici in Eccleſijs quaſi poſsident, prout eſt locus in ſedendo, in offerendo priori loco in ſæculari admittatur, quia cum his caſibus ſolùm detur interdictũ vtile, vel officium iudicis, nec competat proprie interdictum vnde vi, videtur ceſſare huius Ordinationis diſpoſitio, in hanc partē inclinat Menoch.1. remed. recuper. n. 444. vbi negat reſtitutionẽ in iure ſæpulturæ, ex doctrina Innocen. in cap. Cum liberum de ſepult. Marſil. ſingul. 199. Rotta antiqua vt lit. pendent. deciſ. vlt. & deciſ.3. de cauſa poſſ. Flores ad Gamam, deciſ.54. Garcia de expenſis cap.8. n.51. Rotta diuerſorum 1 p. deciſ 787. nu 4. Verum adhuc exiſtimo ſub verborum proprietate huius legis ſpolium commiſſum in iuribus incorporalibus comprehendi, nam licet olim interdictum vnde vi ad caſus fictos non extenderetur, l.1.§.Ait prætor.ff. de vi, quia ſcilicet interdicta erant perſonalia, & illa extendere non licebat, poſtea etiam ad caſus fictos extenſio facta fuit, vt in d.l.1.§.Deijciſſe cum mandās ficte delinquat. Menoch d.remed.1. nu. 408. ita pariter oportuit vt illud interdictum non ſolùm ſoli poſſeſſores tueretur, ſed quaſi poſſeſſores iuriũ incorporalium, Menoch d.remed.1. nu.81. & 87. citato Innocent.in cap. Peruenit de cenſibus, vbi Abb.& conſ.23 lib.2. Rippa in l.Rem quæ nobis, num 16 ff.de acquir.poſſ.Bertarn.conſ.211.nu.1.lib.4 & conſ.297.n.3.p.1.lib.3. Lara.in l.Si quis à liberis n.32. Cepola de ſerui. Vrban. cap.71.nu.10. vbi agit de præeminentijs in Eccleſiâ, & contra delentes arma, & inſignia cappellis affixa, Bart.in l.2.§. Nec eius, C.de oper. publ. Menoch. remed.15. recup. n.47. Franciſcus Marcus deciſ. 275. quem Menochius citat agens de loco honorifico, à quo patronus expulſus eſt, Ceuallos 4 p.q.1.n.236. de quo eſt l.2.titul.21. part.2. Tiraq. de nobilit cap.20.n.54 & 55. Caſſaneus in Cathalog. conſid.12. Otalora de nobilitate 8.p cap.fin. n.15. Garcia gloſ.18. de nobilit.n.4 vbi agit de loco honorabilioribus debito Curia Piſana cap. 12. lib.1. n.22.

Circa ius præſentandi, in quo patronus laicus erat, cum ab Epiſcopo Portuenſi eius præſentatus repelleretur, nec admiſſus fuiſſet, immo Epiſcopus alium inueſtierit D. Britis Pereira Vimaranẽſis oppidi, coram præſide Curiali Portuenſi pro ſpolio egit, & fuit Epiſcopus condemnatus vt præſentatum admitteret, poſteaq; eo recuſante adimplere ſententiam, altera prolata fuit, quæ ſic habet. 25

Acordão, &c. Que ſem embargo da repoſta do Reo que não he baſtante: viſto como dos autos conſta elle cometer força, & esbulho a Authora de ſua poſſe pacifica em que eſtaua de apreſentar, & como conſentio na ſentença que na ſobredita força ſe deu, pois eſteue por ella, & deſiſtio do agrauo, mandão que em comprimento da dita ſentença, em termo de tres dias, reſtitua a dita Authora a

ſua poſſe, & lhe aceite, & confirme ſeu apreſentado, aliás ſe procederá na execução como for juſtiça. Faria.

26 Sextó quæri poteſt, an poſsit clericus ſpoliatus ſæcularem iudicem adire antequam ſpolietur, vt eum manuteneat, vel in continenti reſtituat, ratio dubitandi ex eo eſt, quia vt ſupra diximus, in hoc Regno non niſi pro interdicto, vnde vi agi poteſt in ſæculari ratione concordiæ, quæ ad alios caſus non porrigitur, niſi expræſſos, quia prouiſio hominis facit ceſſare prouiſionem legis.

Etquidem citra dubium videtur poſſe quia dum violentia eſt in fieri, nemo dubitat Principé occurrere poſſe, ſicq; cautum reperi in concordia antiqua, & illi Doctores qui Regi denegant poteſtatem occurrendi violentijs, non dubitant quòd dum violentia non perficitur Rex imploratus ſuam manum acomodare poteſt ſicut aliàs ipſa pars reſiſtere poteſt ſpolianti, quaſi non aliter Regi liceat ſubditum defendere, quàm ipſe poteſt ſe ipſum defendere, vt dixit Soarez de primatu ſummi Pontificis lib. 4. cap. 34. nu. 31. & 32. ad fin. vnde hoc caſu nullum dubium eſt, quia ſicut Princeps vim illatam tollit, & illam quæ incipit infieri poteſt impedire, quia cui conceditur finis, conceſſa ſunt, & media quibus illud aſſequitur, l. 2. ff de iuriſd. omni iud. cap Præterea de officio delegat. In ſecundo caſu, quando ſpoliatus petit à iudice ſe reſtitui in continenti ſibi à iure indulto, vt reſtitui poſsit propria authoritate de quo in Ordin. lib. 4. tit. 58. §. 2. Menoch. de recuper. remed. 1. n. 384 & remed 9. n. 170. l. Eum l. Qui poſſeſsionem, ff de vi, Valaſc. conſ 88. n. 1 & de partition cap. 3. n. 11. Cabedus deciſ. 72. n 5. Caldas Pereira forenſium lib. 1. q 22. nu. 60. Tiraq de conſtit. 3. p. limit. 21. nu 11. non eſt dubium iudicem manum, ſeu familiam ſuam accomodare debere ſumpta informatione poſſeſsionis ſpoliati, quam an accipere poſsit parte non citata dubium eſt non leue, cúm partis citatio ſemper neceſſaria ſit, vt teſtium dicta nocere poſsint.

Sed videtur in hoc caſu partis citationem omitti poſſe, quia procedit iudex ex officio, vt aliàs in ſimili eſt Ordinatio lib. 1. tit. 66. § 11. & lib. 2. tit. 5 §. 7. ſuper immunitate, & quando exercet iuriſdictionem voluntariam, vt lib. 3. tit. 85. §. 2. ſicut aliàs citatio omittitur ſi res moram non patitur ex Ordin. lib. 3. tit. 55. §. 9 & lib. 1. tit. 65. § 73. & lib. 3. tit. 78. §. 5. Couarr pract. cap 17. Valaſc. conſ. 91. n. 8. Azeued. lib 4. titul. 2. l. 1. n. 4. hoc enim iudicium eſt ſummariſsimũ, in quo citatio partis omitti poteſt, ex Roland. conſ 8. vol. 4. vbi plene, quē citat Maſcar con 1367. n. 5. faciunt quæ Valaſc. d. conſ. 191. n. 40. vbi mentionē facit de interdicto interim quo Hiſpania vtitur, & in ſpecie dixit Rebuf. in concordat. de nominat faciend. § verſ. quarto conſeruat in fine, Valaſc. conſ. 9. n. 6. Gail. obſeruat 4 Cetra [illegible] Teſti non iurato, & conducit Ordin. lib. 5. tit. 129. §. 1 & lib. 3 tit. 78. §. 5. Cabedus deciſ. 29. n 5. D. Thom. ſecunda ſecundæ quæſt. 71. art 1 Tiraq. de nobilit. cap. 2. n 25 Meneſ in rub. C. de tranſactión. nu. 5. Gomez l. 45 taur. num. 15. Cagnolus in l. in pari, ff. de reg. iur. vbi eleganter Menoch. in prælud recup. à n. 24. Alex. conſ. 147 vol 6. Deci. conſ. 558. n. 8. Cephalus conſ 9. in fin. lib. 1.

Quod ſi quis replicet quód ſi hunc cognoſcendi modum admittamus offenduntur ea quæ ſupra diximus quód Regia Ordinatio non præſtat poteſtatem iudici ſæculari procedendi ex officio, quia ſolùm ex interdicto recuperandæ cognoſcit: Reſpondetur quòd in hoc caſu iudex ſæcularis interdicto recuperandæ inſeruit, & ad illum finem eius auxilium imploratur vnde eius officium hoc caſu non verſatur in reſtitutione facienda, ſed in modo interrogandi teſtes ad illum finem, quare nihil obſtat ſupra poſitis reſolutionibus. 27

Tandem notabo quód dubitari ſolet

an ex recurſu ad iudicem vt ſpoliantem reſtituat amittat ſpoliatus ius recuperandi propria authoritate poſſeſsionem amiſſam, vt alias dicit Tiraquel. de conſtit. 1.p ex nu.39. ſic limitata reg. l. Extrat, ff quod metus cauſa, l Si quis in tantã, C vnde vi, de quo Gama deciſ. 261. nu.3. Valaſc.conſ.191.n.38. & puto non amitti, maxime ſi fiat cum proteſtatione, de qua per Caldas Pereira de extinctione cap.17.n.44 & 45.

Adhuc quis quæret quæ ſit ratio cur iudici liceat in his caſibus teſtes hoc modo interrogare, & ius explicare partibus, ſpoliatumq; reſtituere antiquæ poſſeſsioni, & quidem illæ traditiones ſupra poſitæ, non ſine iuris fundamento receptæ ſunt, nam poteſtatis publicæ duo ſunt actus, iuriſdictio ſcilicet, & imperium, qui licet eſſentialiter diſtinguãtur, tamen vix imperium ſine iuriſdictione ſtare poteſt, ne tyranidem ſapiat: oportet enim vt præmiſſa cauſæ cognitione iudex imperet c. Cum ad Theſalonicam 11 q.3 cap Qui culpatur 23 q. 1. ſicut alias iuriſdictio etiam illiuſoria remaneret, niſi imperio ſubditi parere compellerentur iudicatis, l.vlt. ff.de officio eius, illud tamen quod de Imperio diximus, ita accipiendum eſt, niſi occurrant caſus, in quibus oporteat Imperiũ exerceri abſque vllo iuriſdictionis actu, veluti quando res ipſa moram non patitur, vel aliquod malum immineat, vel aliud ſimile ex quo bono communi cõſulatur omittendo diſcuſsionem cauſæ ordinariam, vel citationem partis, quia tunc Imperium tyranicum non fit, vt deducitur ex cap.1. de cauſ. poſſeſ. dum intelligatur quód Pontifex non procedit contra inauditum de facili, & de iure ordinario, quia ſi aliàs aliter ſuadeat naturalis ratio, & de facto conſtet ſatis iam auditus dicitur is qui non vocatur, cùm ei nulla defenſió competat, vt per ſupra citatos

28 Sextó dubitari poteſt, an ratione decimarum poſsint Comendatores ex alio ex ordinibus militaribus conueniri in ſæculari pro decimis, ſi ipſi ſe immunes, & liberos ab hac obligatione eſſe dicant, cuius quæſtionis diſcuſsionem miſſam facimus, quia de ea latiſsimè diximus in noſtris Deciſionibus deciſ 91. vbi videri poteſt.

Septimò dubitatur, an poſsit in hoc iudicio ſæculari pulſari, qui eccleſiaſtica perfulgeat dignitate, quando occupauit ſpolia Epiſcopi demortui, vel rectoris prætendens in hoc Regno ſibi hoc ius competere, de quo diximus deciſ.95. vbi videri poteſt, & vltra ibi dicta, quia oportet altius repetere naturã bonorum, quæ in Eccleſiæ patrimonio ſunt, & in tribunalibus Regijs contra talia bona occupantes partes conquerũtur ſequentia prænotanda ſunt: & primo offertur dubitatio, an Epiſcopus exterus in Regno degens lege Regia, & concordijs ligetur, vt ſi vim in Regno comittat in iudicio Prætoris vrbis, vulgó *Corregedor da Corte*, conueniri poſsit, cúm lex Regia dirigatur in ſubditos proprios, non veró in illos qui immediati ſunt Sedi Apoſtolicæ quales ſunt Epiſcopi Italici in hoc Regno reſidentes, nam vt Epiſcopi naturales, & originarij poſſent in his caſibus in ſæculari conueniri neceſſaria fuit ſpecialis concordia, quæ cùm non reperiatur reſpectu exterorum, & Collectorum, non videtur extendenda, vt diximus ſupra ad Ordin.lib.2.tit 1.in princ.

Quod á fortiori procedet, ſi Epiſcopus eſt Legatus Sedis, qui in Prouincia, durante ſua legatione, litibus vexari non poteſt, ne in ſua legatione impediatur, & ſuccedit Ordin.lib.3. tit.4. & l.4 titul.3 part.3. & l.25.titul.9 lib.7. Ordin l.10 tit.7 lib 6.& Gregor.in l.25. tit.18.part.3.cum gloſ.1. & in l.25. tit.9. part. 7. & l. 4. titul 16. part.2. Sed his non obſtantibus aliqui Doctores putarunt ſimiles prælatos in hoc Regno conueniri poſſe in foro ſæculari pro contractibus geſtis, dum hic cõmorãtur,

vel ſi damnum dederit, vel violentiam commiſerit, ſeu ſpolium, quia eius officiũ non pura legatione innititur, quia vt iudex ordinarius tribunal erigit, & ad inſtar Epiſcoporum naturalium Regni adminiſtrationem habet, & legibus cæterorum prælatorum Regni ſubijcitur, quam iuriſdictionem habet in familiam ſuam, diximus 1 p huius tractatus ad Ordin. lib. 1 tit. 9. §. 12. Vide etiam ſi Legatus eſſet dicendus adhuc pro contractibus geſtis, durante legatione, conueniri poſſet, quia ex permiſſione Pontificis videtur datum, vt in hoc Regno, durante legatione contrahant, & obligentur arg. l. Non aliàs in principio, ff. de iudic. l. Non diſtinguemus, § Item ſi quis Romæ, ff. de recep arbitr. Barboſa in l. 2. § Legatis, n. 122. Sententia verò prædicta an vera ſit ob iuſtas cauſas nõ decidimus, ſolùm tamen aduertimus, ſi ea vera ſit, in his præſertim caſibus, habere locum, nempe ſi ipſe bona defuncti clerici occupauerit ſpoliando hæredes ipſius ligitima, vel teſtamentaria ſucceſsione, quod iuſtè coram dicto Prætore Curiæ pulſabitur, quod ſcilicet vim, & ſpolium committat, vt colligitur ex diſcuſsione ſequentium quæſtionum.

30 Prima ſit, quomodo bona Eccleſiarum diuidantur, & in cuius dominio ſint. Secunda, an bona quæſita ex redditibus Eccleſiæ ſint propria prælatorũ, vel dicantur inter ſpolia. Tertia, quid ſit in hoc Regno. Quarta, quid in quæſitis ex negotiatione. Quinta, quid in bonis apoſtatarum.

In prima quæſt. breuiter dico, quòd bona clericorum in duplici ſunt differentia, vel patrimonialia vel eccleſiaſtica ſunt, ex gloſ. in cap. Poſsidentes, 16 q. 4 gloſ. in Clem. 1. de reſt. in integrum recepta, ex Tiraq. de præſcript. § 1. gloſ. 10. Couarr. lib. 1. reſolut. cap. 4 num. 3. & cap. 17. n. 8. Guterrez lib. 2. quæſtionum cap. 21 à n. 52. Azor inſtit. moral. tom. 1. lib. 7 cap. 35. Soares de decim. lib. 1. c. 17. num 3. Patrimonialia diuiduntur, quia vel ſunt patrimonialia, vel quaſi, primo modo ſunt illa quæ ex hæreditatibus propinquorum, vel ſimili titulo acquiruntur, quaſi patrimonialia, quæ ex induſtria, & ordinibus, vel arte acquiſita ſunt, explicat Nauar. de redditi q. 1. n. 19. Molin. de iuſtitia 2. tract. diſput. 142. Marſil. de redditibus cap. 27. horũ bonorum clerici domini reputantur, & de illis, vel dum viuunt, vel in morte diſponunt, cap. Placuit, cap. Quicunque 12. q. 3. cap. Sicut 12. q. 1 cap. Quia nos de teſtam. Hõçal in tract. de redditibus cap. 2 à princip. Couarr. in cap. 1. de teſtam. n. 4. Nauarr in apolog. q. 1. monit. 15 Valaſc. de parti. cap 35. Molin de iuſtitia tract. 2. diſput 142. Ordin lib. 2. tit. 18 § 3. Horum bonorum hodie pleniſſimam poteſtatem accipiunt clerici, ex hisq; teſtantur, aliâs ad eorum ligitimos hæredes deferuntur, Nauarr. de ſpolijs, § 1 n. 14 Barboſa in l Diuortio, n. 65. ff ſolut matrimon. quod obtinet etiamſi filij ſint familias, Auth præsbyteros, C. de Epiſcop. & cler. Molin. diſp. 136. tom. 2.

Bona autem eccleſiaſtica pariter diuiduntur quadrupliciter, ex Nauarr. de redditibus, q. 1. moni. 18. poſt Thom. 22. q. 99. artic. 3. Soto de iuſtitia lib. 1 q 4. art. 3. Molin. d. diſp. 142. Ludouicus Lopez in inſtructor. conſcient. 1 p. cap 141. §. Pro captura. Prioris ordinis bona ſunt Sacramenta quibus homines iuſtificantur. Secundi Calices, Cruces, & vaſa ſacra, imagines, & reliquiæ. Tertij ornamenta. Quarti ordinis ſunt bona omnia Eccleſijs donata ad miniſtrorum ſubſtentationem, ſeu etiam per delictũ, cap Sunt qui opes 17 q 4. cap Cum res 12. q. 1. l. Nulli, l. Si quis cum gloſ. C de Epiſcop & cler. Concilium Trident. de reformat. ceſſ. 25. cap. 16. Nauarr. d. moni. 18. & 25. & q. 3. n. 33. quæ bona difiere eſſe prophana per applicationem arg. l. Per procuratorem, ff. de acquir. hæred. ibi. *Deſinunt eſſe caſtrenſia.*

Horum

Horum bonorum eſt Chriſtus abſolute dominus, qua homo eſt Nauarr. de ſpolijs, §. 2. n 2 & de redditib q. 3. moni. 33. Sarmiento de redditib. 1 p ca. 1. n. 22. Molin. d diſput. 142 verſ. Alia ſunt bona licet de hoc ſint variæ opiniones, de quibus in gloſ. 1. in cap. Expedit 12. q. 1. & eſt differentia in eo quod dominium earum rerum, fructuumq; ipſarum, eſt penes Chriſtum, non ſolum ratione generali creationis, ſed redemptionis iuxta cap. Qui Chriſti, 12. q. 1. cap. In canonibus, 16. q. 1. cap. Non liceat Papæ, 12. q. 2. Trident de reformat ceſſ. 25. cap. 1. vnde dominium vniuerſale harum rerũ reſidet in Eccleſia vniuerſali, particulare veró in Eccleſia particulari, ſicq, explicatur, cap. Inter memoratos, 16. q. 1. eorumq; bonorum ſolũm competit adminiſtratio sũmis Pontificibus, tanquã Chriſti Vicarijs. Hoc tamen non impedit quód rerum Eccleſijs oblatarum dominium in ipſis reſideat, quia dominium in vniuerſo non impedit dominium ſingulorum, quia diuerſimode cõſideratur, ſicut aliâs videmus in rebus temporalibus, quarum abſolutum, & vniuerſale dominiũ intra limites ſuos eſt Regum, vt per Couarr pract. cap. 1. & in reg. peccatum 2 p. §. 9 Molin 2. tom. diſput 23. Menchaca illuſtrium cap. 81. Garcia de expenſis cap. 9. n 68. quia iure belli acquiſita à Mauris propria fiunt, & ipſi acquirentes in his nullum ſupra ſe recognoſcũt, vt dicit gloſ. in cap Adrianus 2. diſt. 63. quam extollit Nauarr in cap. Nouit de iud not. 3. n. 161. Cabed. 2. p. deciſ 8 & ſeq. quod tamen non tollit vt ſubditi in particulari ſuarum rerum domini exiſtant abſoluti, in bonis per contractis acquiſitis, l. 1. §. Per hanc 2. ff de re iudic. Valaſc. de iur. emphyt q 18. à nu. 2. verſ quinta concluſio.

3 In ſecunda quæſtione in bonis quæ procedunt ex redditibus beneficiorum, graue eſt dubium, an beneficiarij ſint abſolute domini, prout affirmat Archidiacon & alij quos citat Molin. 1 tom. diſput 143 & 144. licet S Thomas illis ſolum diſpenſandi facultatem elargiatur, vt ex Nauarro colligitur in appol. q 3. monit. 1. Molin. diſput. 147. latius Barboſa in l. Diuortio a num. 59. ff. de ſolut matr. quare alij eos dicunt vſuarios, alij vſufructuarios, alij tandem dominos ex Marſil d tract. cap. 22. cum ſeq. & antẽ eum Sarmiento 2 p. de redditib. cap 1. in quo opinionum conflictu illa videtur verior, quód beneficiarij ſunt reddituum domini, ex ratione cap Vero de cleric. non reſid. lib. 6. vbi hoc notauit Domin. & Francus, & plures, vt per Couarr. in cap. Cũ in officijs de teſt. Molin. de primogen. lib. 2. cap 10. n 34. Sarmiento de reddib. 4. p cap. 6. Cened. ad decretal. collectan. 12. n. 5. poſt Sotum de iuſtitia lib. 1. q. 4 art. 3. concluſ. 6. Fachin. controu. lib. 5 cap 89 Aurel. rerũ iudicatarum lib. 3. cap. 3. Iacobus de Graffis deciſ 100 part. 1. ex num. 17. late Molin de iuſtitia diſput. 143. D. Thom. 2. 2. q. 185. à n. 7. Cabed. ibid Soto de iuſtia, & iure lib. 10. q 4. art. 2. 3. & 4. Adrian. de reſt. quæſt. incipiente pro clariori intelligẽtia, Martin. Ledeſm. Cordub. Banhes, Arag. Valentia, Ludouic. Lopez, Ioann. Guterr. Matienſo, Azeuedo, Couarr. & alij quos refert, & ſequitur Garcia de beneficijs p. 2. cap. 1. n. 4. 5. & 7. qui reſoluunt poſſe beneficiarios de his teſtari, licet aliud fuerit de iure antiquo, vt probat d. cap. Cum Epiſcopo 12. quæſt 1 cap. Placuit, & per tot. 12. q. 3.

Verũm vel vna, vel altera opinio verior ſit, illud eſt veriſsimum ex his, & ſimilibus bonis ſpolium conſtitui, ſed ea conſideratione quod non ſit Sedis Apoſtolicæ, ſed Eccleſiæ, vel ſucceſſoris in beneficio, vt colligitur ex cap. 1. de teſta. cap. Relatum eod. diximus deciſ 95. n 6. facit cap. Cum in officijs eod. ibi. *Penes Eccleſias eadem bona præcipimus remanere*, cap. Pontificis 12. q. 3. cap. Sæpe de electione, ibi. *Fideliter debent futuris ſucceſſoribus*

ribus reſeruari, cap Illud 12.q.2. cap 1. de pecul. clericor. ibi. *Eccleſiæ ad quam promotus eſt*, cap.Præſenti,cap.Cum vos de offic. ordin. Præſumuntur nanque talia bona acquiſita ex bonis eiuſdem Eccleſiæ, cap. Ad inquirendum de pecul clericorum, Gama deciſ 313. Barb. in d.l.Diuortio, n. 10. Couarr.in d.cap. 1. de teſtam. communem ex pluribus citatis dicit Sarmiento de redditibus 3.p.cap.2. vbi dicit ipſam poſſeſsionem ſtatim tranſire prout dixerat Innocent. in d. cap. Cum in officijs nu.6. Barboſ. vbi ſuprà num. 63. ſicq; patet de iure communi talia ſpolia ad Eccleſias ſpectare, non ad Sedem Apoſtolicam, Guido deciſ 110.Molin.vbi ſupra,Concilium Triden. de refor.ſeſſ.24. cap 16. Rodoanus de ſpol q.1. nu 10. & 48. Fr. Ludouic. Lopez in inſtructor. cap 140. Molin de iuſt diſp.142. Zerola in praxi 2.p ver.Spolium, Valaſc d cap.35. n.2. & 3. nec cautum iure reperitur quòd talia ſpolia Cameræ applicentur, vt deducit Nauarr. de ſpolijs d §.9. & 10. vnde apparet non bene loquutum Rodoanum,quem confutat Nauarr. d.§.9. qui ſentit de iure communi ſpolia ad Sedem pertinere,cùm verius ſit contrarium,ſecundùm quòd acquiſita intuitu Eccleſiæ ipſi Eccleſiæ reſeruantur, de aliunde verò quæſitis beneficiarij in teſtamentis diſponũt,& abinteſtato deferuntur proximioribus conſanguineis, d.cap.Quia vos de teſtam cap.1.de ſucceſsionib. abinteſt. ſi tamen deficiunt conſanguinei ad Cameram ſuæ Eccleſiæ deferuntur, cap Quicunque iunct. gloſ 12. q 3. gloſ. verbo Præter eius in cap. Quia diuerſitatẽ de cõceſſ præben. notat Roias in Epithom. de ſucceſsion. cap.vlt.n 37. Couarr.lib.2.reſol. cap.9. Salzed.in pract cap. 42.

32 Tertia quæſtio eſt quid in hoc Regno obſeruetur, & palàm ſit ſpolia Sedi Apoſtolicæ non deberi, poteſt obijci quòd apud ſummum Pontificem reſidet pleniſsima poteſtas circa beneficia, & eorũ fructus,vt in c.2. de præben. lib. 6. Clem.1. Vt lite pend & ideo potuiſſe Paulum tertium Cameræ Apoſtolicæ hæc ſpolia reſeruare, alijq; S. Pontifices, quorum breuia citat Nauarr. de ſpolijs §. 5. 6. & 7. Petrus Manſius in conſtitutionem Pauli tertij.

Quod negari non poteſt, & ita hoc de nouo fuiſſe ſtatutum,vt colligitur ex verbis quibus vtuntur *Decernimus, ſtatuimus, ordinamus, &c.* Et ſuccedit gloſ. recepta in cap. Vt litigantes de offic. Ordi.lib.6.& in Clem. literas de reſcrip. Nauarr vbi ſupra §.7. nu.2.quæ tamen breuia, & nouæ conſtitutiones in hoc Regno receptæ non fuerunt, prout requiritur vt obligent,Couarr.lib.2.reſol. cap.16.num.6.. Pariſ.conſ.5 nũ.6. lib.4. Caſtro de lege pœnal.cap.1 & 6 Nauar. in manual.cap 23.n.41.& conſ.1. nu.23. de conſtitution. Guterrez lib.1. canoni. cap.8. num.3. Azor.vbi ſupra 1 p.lib.5. cap.4 q.1. Sayro in Theſauro lib.3.cap. 5. nu.14. Roland.conſ.99.nu.7. Auiles prætor.in proemio n. 10. Guterrez vbi ſupra cap 38. n 14. quod autem in hoc Regno hæ conſtitutiones vſu non fuerint receptæ teſtatur Nauarr.d.§.9. n.4. & § 14.n 4. Molin. d.diſput.147. Azor. d. cap.4. q.1. & Moral. inſtit p.2. lib.8. Valaſc.conſ.85 n.3. Guterrez lib.1. Canon. cap.8.n.4.

Quæ repugnantia comprobata reperitur patientia,& tollerantia ſummorum Pontificum, illiuſq; Sedis collectorum, qui non pugnarunt vnquam pro obſeruantia breuium, & hoc ſufficit, vt excuſet non obſeruantes, taliſq; officialiũ nocet ſcientia,l.2. C.de ſerui, & aqua,l.3.C.de noui vectigal ſolu.Barr. receptus in l.Si Publicanus §.fin.n.7. ff. de public. & vectigal. reſoluit Abb. in cap. Quia circa n. 8. de conſanguin. & affinit. Azeued. in Curia Pyſana l.1 tit. 12. n.26. Idem namque operatur tollerantia S.Pontificis,ac diſpenſatio l. 1. §. Magiſtrum, ff. de exercitor. Afflict. deciſ.308. reſoluit Abb.in cap Cum olim

de

de cleric. coniugat. Auendan. de exeq. mand lib.1.cap.1.num.30. verſ Septima cauſa.

Quod adeo eſt verum, quod etiamſi tales cõſtitutiones receptæ fuiſſent, adhuc poſſent tolli conſuetudine contraria, Nauarr. vbiſupra d §.9.n.4. Molin. d. diſput 147. quæ conſuetudo legi poſitiuæ, & humanæ derogare potuit, nec eſt dubium potuiſſe S. Pontificem huic Regno hoc idem priuilegiũ concedere ad exẽplum aliarum perſonarum, quas in dicto breui exprimit, quibus priuilegium concedit, ne eorum ſpolia ad Cameram Sedis Apoſtolicæ pertineant, vnde fit quód negari non poteſt quod ea quæ à ſummo Põtifice priuilegio cõcedi poſſunt, poſſunt pariter præſciptione acquiri, l.3.§.ductus aquæ, ff. de aqua quotidiana, cap. Catholica 11 diſt. cap. Super quæſtionum, § Prætera de verb. ſignific. DD. in cap. fin. de conſtitution. Nauarr. vbiſupra n.7.

Nec obſtabit ſummos Põtificẽs Regnorum conſuetudines improbaſſe, quia hoc comprehendit antiquas conſuetudines, non illas quæ de nouo, & ex noua cauſa incipiunt, Couarr lib.3. reſol cap. 13. n 4. Tiraq. de retract. 1. tom. in præfatio n.17. Azeued. lib.3. tit 1. lib.2. nu. 18. nouæ recopil. Falconius regul. 295. n.9. Abb. receptus in d. cap. fin. de conſuetudin.

33 Quæ omnia à fortiori admittenda ſunt in clericis inferioribus, hi enim licet attento iure teſtari non poſſent, receptum tamen eſt generali conſuetudine per DD. in cap. Relatum de teſt. vt teſtari poſsint de ſpolijs, non ſolùm ad pia, ſed ad prophana, ex Ordin lib. 2. tit. 18. §. 7. quæ conſuetudo valida eſt, vt per Couarr. in d cap Cum in officijs de teſtam. n 9. Sarmiento de redditib. 4 p. cap. 1. Molin de primog. cap. 10 num. 12. Guterr. practic. q 1. Salazar de vſu, & conſuetud. cap 13. Molin diſputat. 142. Matienſ. in l. 1. tit 8. lib.5. recopil Barb. in d. l Diuortio à nu. 60. Cened. collect. 12. num. 2. Eſcouar de ratiocin. cap. 20. n.22. de quo eſt l.1. tit.3. lib.2. nouæ recopil. Valaſc. conſ 165 num. 11. & de parti. cap.37. nu.7. Sicq; iudicatum in reuiſione refert Gama vbiſupra.

Quarta eſt quæſtio, an Sedes, ſeu Camera Apoſtolica habeat ſpolia in bonis quæſitis ex negotiatione illicita. 34

De materia diximus d. deciſ. 95. à nu. 26. quibus illud ado, quód cùm olim hæc eadem quæſtio moueretur tempore Principis Alberti Cardenalis, & Legati de latere qui hoc Regnum moderabatur, ſub inuictiſsimo Philippo huius Regni primo, Hiſpaniæ ſecundo, Collector qui eodem tempore aſsiſtebat bona D. Vicentij da Fonſeca Archiepiſcopi de Goa demortui in nauigatione petebat, eoquòd eſſent quæſita ex negotiatione illicita, cũq; quæſtio eſſet cum peritiſsimis cõſiliarijs diſcuſſa, obtinuit quod licet illa bona pro ſpolijs haberi debuiſſent per ea quæ Nauarr. de ſpol. §.7. nu.5. Molin. diſput. 147. tamen in hoc Regno Cameræ Apoſtolicæ non debebantur, eoquòd Bullæ quibus id inductum fuit vſu receptæ non fuerunt, cui reſolutioni Collector acquieuit, & deinceps, eius ſucceſſores ad hæc vſque tempora. Idem etiam deciſum fuit in hæreditate relicta à D. Bartholomeo Leitam, poſtea in hæreditate D. Petri Brandam cùm vterque Epiſcopus do Cabouerde extitiſſet.

Cuius vſus inuiolabilis efficax eſt argumentum quòd nunquam Collectores admiſsi fuere, vt inuentaria conficerent de bonis talium Epiſcoporum, vel aliorum clericorum, quorum ſpolia prætenderent, quæ ſoli Principes ſæculares conficiunt quaſi patroni, & defenſores Eccleſiarum maiorum, Porcelinus de inuentario cap. 2. q 15 n.27. Archid. in cap. Generali de electione lib.6. quos ſequitur Cabedus deciſ. 84. num.4 & in praxi receptum dicit Laſarte de Gabellis cap 19. num.49. ſicq; vſus, & praxis obſeruat.

Vnde

Vnde declaratio Pauli quarti qua ſanxit quòd quæſita ex quacunq; negotiatione ſint,& habeantur pro ſpolijs & applicentur Cameræ,vſu recepta non fuit, ac non fuit recepta Bulla Pauli tertij,& aliorum Ponticum.

Cuius quidem repugnantiæ fundamentum fuiſſe credi poteſt quòd non poteſt abſolute condemnari omnis negotiatio, nã Chriſtus Dominus in cap. Eijciens 88. deciſ. non eam ſimpliciter condemnauit, cùm aliàs pendeat à cõtractibus iure gentium licitis, l. Ex hoc iure,ff.de iuſtitia,& iur. Pinel.in rub. de reſcind.1.p. cap.3. Molin.de inſtitia 2 p. diſp 336. Emanuel Rodrig. 3.tom. q.8. & ideo negotiationis actus indifferentes dicit S. Thom. 2. 2. q 77. art. 4. cap.Fornicari 88.diſt. ibi. *Negotiari verò aliquando licet.*

Quare ſolum illicita erit negotiatio clerico,vel religioſo,ratione ſtatus, Salzed. ad Bernard.cap 55. Capiſtranus in ſpecul.clericorum 2 part. §.6. Polus in Æconomia canonica claſ. 1. cap. 1. §. 1. Troſsius de perfecto cleric. cap. 51. in principio.

Vnde clericorum negotiatio tripliciter conſideratur, prima dicitur negotiatio æconomica,nempe ad ſubſtentationem familiæ, quia tunc non dirigitur ad lucrum, ſed ad congruam ſuſtentationem, D. Thom. 2. 2. q 77. art.4. Molin. diſput.339. Secunda negotiatio clericorum eſt lucratiua, qua ex propria induſtria rem meliorem reddere poteſt,vt plus valeat,vt refertur feciſſe Paulum probat. cap Clericus 91. diſt. Paulus 1. ad Corinth.cap.4.& ex Actis Apoſtolorum,ibi. *Ad ea quæ mihi opus erant, miniſtrauerunt manus iſtæ*, qui modus negotiandi eſt licitus,vt per Abb. conſ.6. Duen regul 11. Auendan. reſponſ.33.n.4. Salzed. d. cap 55. Graf. deciſ.2.lib 3.cap 2.n.20. Nauarr in cap. 25. nn.110. Viualdus in Candel. ſub tit. de excommunic.ſuper Bull. Cœnæ n.6. Zerol. qui varios caſus enumerat in praxi 1.p.§.1. verſ.Clericus,Sâ in Aphoriſm. verſ Clericus nu.25. Tiraquel de nobilitat.cap.35.n.19.

Tertio modo negotiatur quando res ipſa non meliorata propria induſtria, cariori pretio vendenda eſt quàm empta fuit, & hæc negotiatio clericis interdicta reperitur, & de hac debet intelligi Concilium Cartaginenſe, & iura ſupra citata, quia quando quis emit eadem forma venditurus,nullus vſus operandi eſt,ſed ſolus quæſtus,& is non ſecundùm naturam rei, ſed ſolùm arte cogitantis ad augendas opes cum aliorum incomodo, & hoc non eſt licitum, Ariſtol. lib.1. politi. cap.6. & 7. Soto de iuſtitia d. q.2. art.2. in principio, & Molin.vbi ſupra.

Vnde vt prælatus dici poſsit illicitus negotiator, debet maiorem partem bonorum negotiationi exponere, ex Bart.recepto in l.Semper,§.Negotiatio, ff.de iur.immunit & in l.Legatis, § Seruus, ff. delegat. 3. Stracha de mercatur. 1.p,á nu 6. Laſſarte de Gabellis cap. 19. n.87. Salzed.d.cap 55. Gregor. in Sintagm. lib.25. cap.2.nu.7. & oportet vt plures actus mercantiæ cumulet, iuxta l.1.§.Licet. ff.de tribut.Rodoan.de ſpol. 2.q.n.66. Auiles Prætor.verſ. Mercancia cap 2. Vnde licet aliter negotians peccatum incurrat, quia facit contra præceptũ iuſtitiæ, Nauarr.d §.7.n.4.tamẽ dominus fit acquiſitorũ,nec tenetur reſtituere,quia licet modus acquiſitionis ſit illicitus, non eſt contra iuſtitiam comutatiuam,& ſic non datur reſtituendi neceſsitas, Fr.Lud.Lopez in inſtruct. 1. p. cap.105. Sayro lib.10.in Theſaur.cap. 22. n 32. quia ſolum ea quæ offendunt comutatiuam, ad reſtitutionem obligãt Soarez tom.5. tract 2.lib 1. cap 32. ex n. 7. Nec pariter tenetur taliter acquiſita expendere in operibus pijs, niſi ex conſilio,S.Thom.vbi ſupra 2. 2. q.32.art.7. & in 4 diſt. 15. q. 2. art.5. Soto de iuſtia lib 4.q.7.art 1. Alcocer de ludo cap.23. verſ.*Lo ſegundo*, Nauarr.in Man.cap.17. n.12.

num.12. Laſarte d. cap 19. à num. 20. ſicut aliàs clericus ſuum facit quod acquirit ex officio tabellionatus, ſeu aduocatione, ſeu medicina, cum tamen illa officia clerico interdicta ſint, vt in titulo Ne clerici, vel monachi, nec taliter acquiſita reſeruantur Cameræ Apoſtolicæ, etſi eorũ negotiatio clericis interdicatur: vnde ſi clericus de his in vita non diſpoſuerit, eius morte Eccleſiæ acquirentur tanquam ſpolia, ex Imol. in cap. Cum olim 2. de priuileg. §. Præterea notat gloſ. in cap. Non dicatis, 12. q. 1. Nauarr. de ſpol d. §. 7. nu. 4. Molin. diſput. 147. Couarr. in cap. Cum in officijs nu. 1. Sarmiento de redditibus 2. p. cap. 1. Nauarr in Appolog. q. 1. moni. 24. & in hoc Regno hæc ſpectabunt ad hæredes abinteſtato, Molin d. diſput. 147. Azor. d. 2. p. lib 8. cap. 2. quæſt. 1. Rodriguez de regular. tom. 1. quæſt 30. art 12.

Quinimo nec Concilium Cartaginenſe (quod primum clericis negotiationem interdixit) pœnam vllam impoſuit ob negotiationem, niſi poſtea fuiſſet inducta à Concilio Tarraconenſi, de quo in cap. Canonici 14. quæſt. 4. & cap. Quicunq; eadem cauſ. Thom 22. quæſt. 77. Matienſ. in recopil. lib 5. l. 11. gloſ. 1. num. 3. Bobadill. lib. 2 cap 18 n. 23. poſtea negotiatio clericis prohibita fuit pœna excommunicationis, vt in cap. ſecundum ne clerici, vel monachi, cap. Conſequens 88. diſt & pœna priuationis, vt in cap. pen. 91. diſt. cap Sed. nec ne clerici, vel monachi: vnde negotians illicitè peccat, Trident. ſeſſ. 22. cap 1 de reformat. & lege Caſtellæ merces ſequeſtrantur, lib. 4. titul. 16. de qua Salzed. d. cap. 55. & amittit priuilegium non ſoluendi gabellas, l. 7. titul 18. lib. 9. recop. de quo apud nos eſt Ordin. lib. 2. tit. 11. § 1.

35 Illud tamen omittendũ nõ eſt quod vt has pœnas incurrãt clerici requiritur quòd ter moniti ſint, ſecũdùm Imolam per text. ibi. in cap. fin. de vita, & honeſtat. clericorum, Rodan. de ſpolijs q. 2 n. 66. & 73. Bobad. vbi ſupra n. 23. cap. 15. Capi. deciſ. 101. Boſsius in pract. de foro comp. num. 128. Graf deciſ. 1. lib. 3. cap. 2. num. 23. Decian. tom. 1. lib. 4. cap. 9. n. 8. & 13.

Has autem pœnas de quibus ſupra egimus, nunquam intelligendum eſt incurri ipſo iure, vt per Molin. d. diſput. 142. quæ pœna imponi non poteſt vbi iure cautum non reperitur, l. At ſi quis, § Diuus, ff. de religioſ. Molin. 2. tom. diſput. 96. Valaſc. de iur. emphyt. q. 39. n. 6. quare dici non poteſt quòd hæc bona ipſa lege Cameræ Apoſtolicæ acquirantur.

Si ergo hæc applicatio Cameræ eſt pœna negotiationis, neceſſario fatẽdum eſt, quòd illius prælati qui negotiatur citatio requiritur, & vt per ſententiam condemnetur, gloſ. verbo Conſtiterit in Clem. fin de cenſibus, recepta ex pluribus relatis à Gabriel. lib. 2. commun. titul. de citatione concluſ. 1. num. 176. Matienſ. lib. 5. tit. 20. l. 2. gloſ. 5. n. 4. & in titul. 11. l 5 gloſ. 1. num 1. quia illa pœna non incurritur in foro interiori ante declarationem, nec in exteriori, cap. Fraternitas 12. quæſt. 2. Alciat. in l. Si pœnæ, ff. de condict. indeb. etiamſi applicata eſſet Cameræ ex veriori, de qua Matienſ. lib. 5. tit. 4. l. 1. gloſ 10. num. 12. & 39. Cordub. in quæſtion. q. 119. DD. in cap. Cum ſecundum de hæret. lib 6. Gomez de delict. cap. 14. num. 29. Couarr. de ſponſal. lib. 2. p cap. 6. nu. 9. & in cap Alma 1 p §. 2. num 9. Tiraq. in l. Si vnquam, verbo Reuertatur nu. 400. C de reuocãd Azor. Moral. 1. p. lib. 5. cap. 7. Guterr. Canoni. lib. 2. cap. 5. num 14. Quare ſi prælatus in vita conuictus non fuerit ſuccedet reg. l defuncto, ff. de public iudic. l. Ex iudiciorum, l. Si poſt de accuſation. l. Qui latronibus, ff. de teſtam. l. Si pœna, ff. de pœnis, Duen reg. 25. Gomez de delict.

F cap. 1.

cap.1.n.8. Gama deciſ.17.n.2. Mencha. illuſtr. quæſt.96. num.1. Clarus § fin. q.51.

36 Vnde ſi prælatus pro tali delicto conueniatur coram ſuo Metropolitano qui fiſcũ habet iuxta gloſ. Receptã in cap. Quia diuerſitatem verb. Præter de conceſſ. præbend. quam communiter receptam dicit Couarr. lib. 2. Variar. cap. 9. num. 11 Laudenſis in tractat. de fiſco quæſt. 5. Auiles prætor. tom. 1. gloſ.1.num.2. Gomez in l.7. Taur. gloſ. verbo Sinodi in cap. Si clericis, 11. q. 1. & in cap. Sane de foro compet. vel ſi verius eſt prælatos non ſubiacere Metropolitanis in prima inſtantia, vt dixi ad Ordin. lib. 2. titul.1. in princip. tunc conueniendus eſſet coram Collectore, vel ex commiſsione apoſtolica, tunc illa pæna applicanda foret non Cameræ Apoſtolicæ, ſed Eccleſiæ, cuius ipſe prælatus eſt, quòd ſi clericus eſſet inferior deberet coram ſuo Ordinario accuſatio inſtitui, & bona deberent applicari illi Eccleſiæ particulari, cuius ipſe eſt Rector vt reſoluit Felin. in cap. Irrefragabili, § Cæterum num.11. de offic. ordin. Pallat Rub. in rub.§.30. nu.3. Salzed. ad Ber. cap. 4. & caſu quo applicarentur Cameræ Epiſcopali deberent inter pauperes diſtribui. Couarr. & Salzed. vbi ſupra.

Sed tamen prælatus ſi in vita pro hac cauſa pulſaretur plura allegare poſſet, quæ eum à culpa releuarent, veluti negotiari potuiſſe ob tenues Epiſcopatus redditus quibus familiam alere non poterat, vel quòd ex induſtria propria hæc lucra prouenerunt vt ſupra diximus, inſuper ſe habere patrimonialia quorũ ſeparatio fieri debuiſſet Nauarr. de ſpol. § 1. nu.7. Sarmient. de redditib. 2. p. cap. 1. & 8. num. 12. & ex his omnibus pendet licita, vel illicita fuerit acquiſitio, conſtito an maiorem partem bonorum ſuorum mercantiæ expoſuiſſe, vt ſupra diximus, inſuper quòd perſonaliter per ſe negotiabatur, vt omnia iura ſupracitata inſinuant, quia ſi per amicos, vel interpoſitas perſonas negotiabatur ceſſant iuris prohibitiones quæ diriguntur ad indecentiam perſonæ, & ſtatus, Clem. 1. de vita, & honeſtat. ibi *Publice, & perſonaliter, &c.* cap. Significantem de appell. vbi probatur poſſe Epiſcopum per alium carnes vendere, Clem. 1. § Porro de ſtatu monachor. vbi monachis qui prohibentur per ſe venari, per alios poſſunt: Leſsius de iuſtitia lib. 2. cap.21. dub.1. num. 6. Rodriguez in ſumma 2. tom. cap. 1. concluſ. 3. Tiraquell. de nobilitat. cap. 37. num. 8. vnde rectè Alberi. dixit in l. Humilem, C. de inceſt. nup. Clericum per alium tabernam exercentem non amittere priuilegium, Troſsius de perfect. cleric. lib. 2. cap. 52. num. 5. Couarr. in cap. Quamuis, 1.part. §.5. num.9. Zerol. in praxi, verſ. Clericus, §.15. Zechius de Republ. Eccleſ. titul. de clericis, §. 49. fol. 452.

Ex quibus omnibus colligitur, in hoc Regno non dari Epiſcoporum, vel aliorum clericorum ſpolia, quod obtinet ad bona apoſtatarum diximus d. deciſ. 95. num. fin. vbi ſatis de materia.

Ex quibus caſibus ſupra figuratis facile erit ad ſimiles diſcurrere, quia ſi 37
omnia quæ ad hanc Ordinationem pertinent ſcribenda forent integrum volumen illa non caperent: illud non omittam quòd prætores Curiæ pro his violentijs reparandis, coram ſe citari faciunt Rectores, & Abbates, Priores, & ſimiles, non ſolum intra ambitum Curiæ, quæ quinque leucis circunſcribitur, ex Ordin. lib.1. titul. 8. § 1. & 9. & titul. 7. in principio, & titul. 6. §.16. ſicut alias eſt l. 17. tit. 9. part. 2. verb. *Corte*, Cabed. deciſ. 13. n. 4. ſed ab omni deſtrictu vocantur ad Curiam, non ex natura cauſæ violentiæ, ſed ex eo quod

inter

inter potentiores numerantur, vt habeat locum Ordinat.lib 1. titul.58 §.22. nec obſtabit Ordinat. lib 3 titul.59. §. 15. ibi. *Abbades, &c.* De quo Cabed. deciſ. 139. Gama deciſ. 73. num 3. & deciſ 159. quia Ordinat. d. §. 22. loquitur de Abbatibus ſimplicibus iuriſdictionem non habentibus. Ratio eſt quia prætoribus Curiæ, & alijs prouintiarum præſidibus de iure incumbit tollere violentias vltra ſupradictas Ordinationes probat Salzedus in pract. cap.102. vnde cum cauſæ poſſeſſoriæ etiam ſpiritualium ſint mere ſæculares ex his quæ Guido quæſt 1. & 71. Fr. Marcus quæſt.190. & quæſt 512. Afflict. deciſ.2.& 24. num.9. Menoch. remed. 15. num.211. inde fit quòd inter potentiores ipſe ſolus iudex eſt Vnde ſi clericus ordinarius pro vi conueniatur, niſi priuilegium agentis aliud expoſcat, etſi intra quinque leucas, ſeu ambitum Curiæ coram præſide illius prouintiæ pulſari debet.

SVMMARIVM.

1 *Clericus factus qui citatus fuerat in ſæculari, in ciuilibus in ſæculari reſpondet.*

2 *Ordinatio procedit in ſacros ordines ſuſcipiente. ibi.*

3 *Ordinatio offendit libertatem Eccleſiæ.*

4 *Qui ordines ſuſcipit propria voluntate mutat forum.*

5 *Differentia dari non poteſt inter cauſas ciuiles, & criminales vt clericus reſpondeat in ſæculari.*

Citatus ſi poſteà fiat clericus non conuenitur pro crimine in ſæculari.

Ordines ſuſcipiens poſt delictum an liberetur à foro ſæculari. ibi.

In hoc Regno non conuenitur in ſæculari amplius. ibi.

Qualitas adueniens enti in actu qualificat illud, & reponit in diuerſa ſpecie. ibi.

Licet ordines in fraudem ſuſcepti ſint non conuenitur in ſæculari. ibi.

Interpretatur l. Si decurio, C. de falſis. ibi.

6 *Ordinatio non habet locum in cauſa criminali ciuiliter motta.*

7 *Ordines in fraudem non proſunt capienti.*

Quid in minoribus? ibi.

Ordinatio Regia procedit in clericis in ſacris. ibi.

Citatio vt reſpondeat in ciuilibus debet eſſe facta coram competenti iudice. n. fin.

AN LAICVS CITATVS PRIVS IN ſæculari, ſi poſt citationem efficiatur clericus debeat in iudicio ſæculari reſpondere ad Ordination. lib. 2. titul. 1. §. 3?

CAP. 25.

1 CEnſuit legiſlator Luſitanus quòd qui citatus in ſæculari iudicio eo pendente fit clericus, teneatur illud idem iudicium ſubire in hæc verba: *E ſendo algum leigo citado perante juyz ſecular. aonde com razão, & direito o deuia ſer: ſe depois que aſſi foy citado ſe fez Clerigo, ſerá demandado perante aquelle juyz ſecular, ante quem primeiro foy demandado; & iſto quanto ao ciuil ſómente, & mais não.*

Deſſumpta proponitur hæc Ordinatio à ſecunda concordia Regis Alphonſi tertij in articulo 4. qui videri poteſt in primæ parte huius tractatus num 38.

Ordinatio hæc vnum tantùm caſum exprimit, plures tamen inuoluit: primus quem exprimit eſt circa ciuilia, ſtatuens vt laicus citatus verbaliter, aut realiter, ſi poſtea clericus fiat, quaſi præuentus teneatur in foro ſæculari pro ciuilibus reſpondere. Secundus caſus eſt, an idem dicendum ſit in citato pro crimine, vt ſaltem ciuiliter reſpondeat in ſæculari. Tertius, an ſufficiat ordines ſuſcepiſſe, vt omnino clericus ſæculare iudicium effugiat.

Et ante omnia noto quòd Ordinatio in præſenti procedit in clerico ſacros ordines ſuſcipiente, vt infra dicam, & in eum ſenſum accepta in dicto primo caſu conſonat communi opinioni quatenus habet quod qui ad ordines conuolat poſt citationem in ciuilibus reſpondeat in ſæculari, ex Bart. in l. 1. ff. de pœnis, Bald. in l. Officiales, C. de Epiſcop & cleric. vbi additio, verbo *Domicilium*, Deci. in l. Cum quædam, ff. de iuriſd. omni iudic. Hipol. in l. Si ſtatuliber num. 4. ff de quæſtion. Pallat. in rub. §. 39. col. 2. Aufrer. de poteſtate ſæcular. vol. 8. tractatuum, fol. 116. num 19. reg. 1. fallen. 11. Couarr. practicar. cap. 32. poſt num 4. Viuius lib. Commun. fol. 22. verbo *Ordo Eccleſiaſticus*, Placa de delictis, cap. 55. n. 3. Abb. in cap. 1. de obligat. ad ratiocin. num. 4. Rebuffus in l. Diuina denus, C. de exactor. tribut. lib. 12. Cepola cautel. 2. remed. latiſsime Arnald. in cap. Quoniam de hæret. quæſt. 3. à num. 2. Cenedus collectan. 23. ad decretal.

Sed adhuc videtur (ſi ludere licet in- 2
genio) quòd hæc Ordinatio offendat libertatem Eccleſiæ, dum in ciuilibus admittit clericum citatum in ſæculari ibi conueniri poſſe, nam illa communis omni deſtituta eſt fundamento, & contra canonicas ſanctiones diſponit, quibus cautum reperitur clericos exemptos eſſe apud omnes cauſas, tam criminales, quàm ciuiles, quæ Eccleſiæ iudicio reſeruantur, fundatur enim huius Ordinationis deciſio in text. in l. Si quis poſteaquam & in l. Vbi cæptum ff de iudic, & in l. Hos accuſare, §. Item magiſtratum, ff. de accuſat. & in l. Qui cum vno, §. Non omnis, ff de re milit. ibi: *Vt pretioſiorem ſe reddat aduerſario*, & in l. vlt. eod. titul. l. 1. C. Qui militar.

non

non poſſunt, lib.12. ex quorum iurium ratione mutans forum ſine fraude non eximitur in ciuilibus ab illo iudicio, vbi negotium cæptum eſt, Corneus conſ.205.n.1.vol.1. & conſ.220.num 10. vol.3. Turzanus opin. commun. 170. Angel.conſ.37. incipit in Chriſti nomine nu.1.lib. 2. inter conſilia criminalia congeſta á Baptiſta Zileto,facit text. in l. Cura, §. qui obnoxius,ff. de muner. & honor. ibi. *Qui obnoxius muneribus ſuæ ciuitatis fuit, & nomen militiæ fugiendi oneris municipialis gratia dedit,deteriorem cauſam Reip. facere non potuit*. Et ibi notat gloſ.& eſt text.in l. Quidam ignauiæ, C.de decurio.lib.10. fraudis autem euidens in hac re probatio eſt, ſi poſt intimatum delinquenti citationis decretũ, & iudicium cæptum,vel poſt formatam inquiſitionem ad querimoniam offenſi,aut poſt accuſationem inſtitutam,laicus delinquens,ſacros Ordines ſuſcepit, ex d.l.vlt. ff de re milit. text.in l.vlt ff.de his qui mortem ſibi conſiuer. aſſerit Bald in l. 1. n. 2. C.an ſeruus ex ſuo facto.

3 Verum his rationibus facilimo negotio, reſpondetur, quòd ratio legis vbi cæptum, & ſimilium, ſolûm habet locum in eo qui voluntarie mutat forum, non verò in eo qui coactus eſt, veluti in eo qui mandato Principis abeſſe cogitur,quia is citatione non ligabitur,iuxta text.in l. Qui autem in princip.ff ſi quis cautio. l.Idem Vlpianus 14. §.1. ff. de excuſation.tutor. l. Verum, & §. Ex facto ff.de minor.vbi gloſ. verbo deponere,niſi quis ex delicto mittatur,vel ob culpam,quia tunc ne ex ſua malitia comodum reportet, citatione ligabitur, cap. Querelam de procurator l.Papinianus 21. ff. de minor. ſicq; intelligit gloſ. in d l Si quis poſteaquam, verbo Non habebit, Bart in l.1.nu.3.ad med. ff.de pœnis, Iaſ in l.pen n.9 ff.de iuriſd. omni.iudic & ibi, Alex. num.7. Guido conſ.30. Sed adhuc replicabit quis, quôd ille qui ordines ſuſcepit, propria voluntate mutat forum, & affectat mutationem, vt criminis punitionẽm euitet,nam ſatisfit, quòd illa mutatio licet à principio ſit voluntaria,tamen à parte poſt inuoluntaria eſt,& coactiue obligat, dum ipſe inuitus in tali priuilegio detinetur, nec redire poteſt, ad prius iudicium incæptum,ſine violatione priuilegij clericalis,& ſic cum alterius præiudicio, & boni publici, vnde licet ex natura rei clericus deberet iudicium cæptum proſequi, quia tamen redire non poteſt ſine præiudicio boni communis ceſſat regula d.l. vbi cæptum, & probatur in d.l.qui cum vno, §.Reus,ff. de re milit.vbi ait militem voluntarium qui prius accuſabatur de crimine, eſſe conueniendum coram iudice militiæ ex ea ratione quia redire ad priorem forum non poteſt ſine publico incomodo.

Inſuper illa ratio, ſeu differentia à d. 4
l.Regia conſtituta in præſenti inter cauſas ciuiles,& criminales,illius qui clericus effectus eſt, omnino confunditur, nam in cauſa criminali, & ciuili eadem ratio eſt, idemq; fori priuilegium, cum cauſa ciuilis ratione perſone clerici, ipſius forum ſortiatur, cap.Si clericus de foro comp. ibi. *Super rebus ſuis, vel Eccleſiæ impertierit*, cap.1.de clerici coniug. lib.6. quare aut fatendum eſt ſæcularem iudicem, nec ciuiliter cognoſcere poſſe de laico effecto clerico, vel pariter in cauſa criminali poſſe iudicare, quod communis opinio negat, ponderatur d.l. Qui cum vno,§ Non omnis vbi militem qui pendente iudicio recipitur, exautorari debere ſantit, & ad priorem iudicẽ remitti: ſic ergo pariter in clerico dicendum,qui priuſquam exautoretur,ad iudicem ſæcularem remitti non debet,vt iudicium cæptum proſequatur, nam militi clericus comparatur in cap. Odoardus de ſolutio. Baeça in tractat. de debitore inope cap.17. n.7. Euerard. in Topicis cap 22. nam militia religio eſt: Seneca in epiſtola lib.14.ait:Militiæ

 vincu-

vinculum appellari religionẽ, Reuardus lib. 1. conięctan. cap. 13. quod, pariter leges Regiæ admittunt in vidua quæ ad ſuum iudicem auocat cauſas incæptas, ex Ordin lib.3. titul.5. §.3. ſic ſenatores, ſcholares, & alij, non ergo hoc idem clericis denegandum eſt, cùm laicis concedatur, nam inconueniens eſt quòd pro crimine atrociſsimo ob ſuſceptionem ordinis à ſæculari iudicio clericus liberetur, & adhuc pro ciuili cauſa in ſæculari vexari poſsit. Sed his omnibus ſatiſfit, quòd lex Regia ſequuta eſt opinionem communem, & inhæret traditionibus receptis, & meritò ſuper art. Concordatum extitit, vt omnis ceſſaret ſcrupulus.

5 In ſecundo caſu dubitari poteſt, an ille caſus comprehendatur ſub verbis huius Ordinationis, cùm ſolum de ciuili cauſa diſpoſuerit, ibi. *Se o leigo citado, &c.* & ibi. *Quanto ao ciuil somente*, per ſubauditum ergo intellectum admittit, quod in criminalibus ſæcularis non cognoſcat, etiamſi reus iam citatus proponatur pro crimine, cũ illa particula *sòmente* taxatiua ſit, & limitet diſpoſitionem ad ciuilia negotia tantùm, dictionis enim taxatiuæ illa natura eſt, prout ſunt dictio *tantùm*, *ſolùm*, *duntaxat*, & ſimiles ex Bart in l 1 ff. Siquis ius dicent, & licet omnia ad ſe pertinẽtia includat, ex Clement. Exiui, §. Cum autem de verbor. ſignif. Felin. in cap. Contingit de fide inſtrum. tamen alia ad ſe non pertinentia omnino excludit, ex text. in l. Non ſolum, §. Quæritur, ff. de procurator. l.3. §. Interdum, ff. de negoc. geſt. Rebuff. in l.31. de verb. ſigni. praxis tamen apud nos obſeruat, vt hæc Ordinatio illum caſum includat, vt pro crimine clericus in ſæculari non conueniatur, etiamſi iam citatus fuerit, teſte Valaſc conſ 48. n.7. quo ſenſu admiſſo plus hæc Ordinatio fauet eccleſiaſticæ libertati, quàm ius commune, illo enim attento poſt crimen commiſſum ordines ſuſcipiens non liberabatur omnino à poteſtate ſæculari, niſi quando ſine fraude innitiatus eſſet, & non animo illudendi leges, arg. text. in l. Eos accuſare, §. Hoc beneficio, & verſ Item magiſtratum, ff. de accuſatio. iunct. verſ. ff. de accuſatio. & ex l. vlt ff de re milit. tenet Oldrad. conſ. 4. Guterrez practic. q 5. n.2. Clarus in pract. cap.36. nu.43. & eſt communis ex Immol. conſ.119. n 1. Tiber. tom.1. lib 4. cap.9. n.60. Couarr. practicar. cap.32. poſt nu.4. Viuius lib. commun. opin.38. Valaſc. vbiſupra n.2. Cened. collectan.23. nu.1. Fraus autem præſumitur quòd poſt citationem factam, vel criminis infamiam, reus ad ordines aſcendit, ex Couarr. & Claro ſupra citatis locis, & his caſibus licet puniri nequeat corporaliter, ſaltem in bonis pecuniariter rectè puniri poteſt, quia adhuc manet ſubditus ratione bonorum, licet ratione perſonæ eximatur, communis ex Aufrer. in Clem. 1. de offic ardin. reg.1. num.19. Placa de delictis cap.3. n.3. Boſsius in tit. de pœnis n. 38. Hipol ſingul.534 Clarus vbiſupra nu. 43. Turſanus opin. cõmun.170. Villalobus lib. commun, verb. Clericus ante num.61. Soarez receptarum ſententiar. verbo Clericus n.122. Capel. q.144. & 147. & fuit opinio Pauli in l. Ad dictos n.7. C. de Epiſcopali audient. quem ſequitur Vaſ. allegat 17. n 14. verùm praxi hæc traditio recepta non eſt, teſte Valaſ. vbiſupra, quia non attenditur, an per fraudem, vel non ordines ſuſcepti fuiſſent, ex hac Ordinat. quæ nihil fraudis curans, clericos ſuo iudici remittendos decernit, nulla ſibi punitione in bonis reſeruata, quòd & rationi congruit. Primo, quia iudex ſæcularis etiã quoad pœnam pecuniariam imponendam clerico inhabilis manet, quia qualitas adueniens enti in actu qualificat illud, & reponit in diuerſa ſpecie, vt probatur in l. Ius ciuile, ff. de iuſtit. & iur. ibi. *Ius ciuile addens iuri naturali facit illud eſſe ius ciuile*, tradit Guillelm de Cuneo in l. Æ dita actio, C. de edend. vbi inquit quòd ſi

aliquid additur libello, dicitur nouus libellus, quod notat Barbacia conſ. 1 n. 14. ante fin. vol. 1. & in ſpecie tradit Bald. in l. Officiales, C. de Epiſcop. & cler vbi ait ſæcularem iudicem non poſſe procedere contra eum qui poſt crimen commiſſum clericus eſt effectus, & iuuatur d. ſententia quoniam vbicunq; pœna alicui imponenda eſt, priuilegij, & dignitatis ſuperuenientis ratio habẽda eſt, per text. in l. 1. §. Serui appellatione verſ. Sed in eo, ff. ad Syluan. & in l. Moris eſt, §. Parentes, ff. de pœnis, dum ille text. quærit de filio plebei, cuius pater factus eſt decurio, dicitq; priuilegium patri ſuperueniens prodeſſe filijs antea natis, ſicut & natis poſt decurionatũ, & ſic non conſideratur qualitas quæ tempore delicti erat, ſed dignitas ſuperueniens: vnde fit quód licet in fraudem ordo ſuſceptus probetur, nullo modo poteſt cognitio ad ſæcularem iudicem pertinere, nam clerici, & eccleſiaſticæ perſonæ exempti ſunt à iuriſdictione ſæculari, cap. 2. de foro comp. non video ergo quomodo clericus poſt ſuſceptam militiam adhvc quoad bona ſubſit poteſtati ſæculari, cúm ipſius bona pari priuilegio fruantur quaſi acceſſoria, l. In pecudum, ff de vſur. tradit plura citans Euerardus conſ. 42. n. 30. qui enim perſonam iudicare non poteſt, nec bona, cap. de prudentia de donation. inter vir. l. Quoties, §. adeo autem, C. vbi ſenator, vel clariſsim. mutata namque conditione perſonæ rei quoque conditionem mutari neceſſe eſt, l. Vnica, C. de imponend. lucrati. deſcrip. lib. 10. cap. 1. de iur. patron. lib. 6. ſicut aliás quis per militiam ſæcularem forum mutat, l. Ex eo, C. de agentib. in rebus lib. 12. & l. 2. C. de ſilentiar. eod. & l. Qui cum vno, §. Reus capitalis, ff. de re militar. ergo & multo magis per militiam cæleſtem, illud fieri debet, arg. l. Non diſtinguemus, §. Sacerdotio, ff. de arbitris iunct. auth. multo magis, C. de ſacroſ. eccleſ. & expræſſe hanc ſententiã proſequitur Oldrad. conſ. 83. nu. 3. & ab eo tranſcripſit eo non citato Alber. in Auth. Statuimus nu. 6. C. de Epiſcop. & cleric. Euerardus conſ. 42. Nec obſtat ſupradictis l. Si quis decurio, ff. de falſis vbi plebeus conſul factus punitur vt plebeus, quia qualitas ſuperueniens non attenditur, Duenas reg. 100. fallent. 18. nec inſuper l. 1. §. Serui, ff. ad Syllan vbi ſeruus qui poſt delictum efficitur liber punitur vt ſeruus: nam ſatisfit quód illa iura procedunt in iudice aliás habili, & capaci quód deficit in ſæculari reſpectu clerici. Quare verius videtur hãc Ordinationem intelligendam, vt agat de ſola cauſa ciuili à principio mota, non veró poſſe extendi ad cauſam criminalem, vt pro pœna ciuili reſpõdeat in ſæculari, vt pecuniariter puniri clericus poſsit, prout ſentit Vaſ. d. n. 14.

Ex quibus ſtatim dubitari poteſt, an hæc Ordinatio habeat locum in cauſa criminali, ſi tamen ciuiliter mota ſit quia non differt à ciuili, ex Ordin. lib. 2. tit. 1. §. 1. in princ. ibi. *Refazimento de algũa injuria, quando ciuelmente a demandarem.* Altera Ordinat. lib. 3. tit. 18. §. 14. ibi. *Poſto que ſeja crime, ſe for ciuelmente intentado.* Cabed. deciſ. 14. 1. p. Correa in fragmentis fol. 17. num. 34 ad idem Ordin. lib. 3. tit. 79. §. fin. ibi. *Feitos ciueis, ou crimes ciuelmente intentado.* Et eſt Doctorum traditio in cap. Veniens de teſtibus, & ibi Deci. n. 14. & in cap. 1. de appell. col. pen. Iaſ. in princ. inſtit. de actio. n. 15. vbi aiunt nihil intereſſe inter cauſam ciuilem, & criminalem ciuiliter motam, Rotta antiqua 226. concordat Panorm. in cap. Irrefragabili, § Cæterum de offic. ordin n. 3. Alex. conſ. 82. nu. 7. lib. 1. Sicq; Ordin. reducitur ad terminos iuris cõmunis ſecũdùm quod poſt delictum ſuſcepti ordines præſumuntur in fraudem, Couarr. d. concluſ. 3. num. 4. Clarus d nu. 44. proſequitur, Vaſ. d. n. 14. nec obſtabit cap. 1. de cleri. coniugat. lib 6. vbi nec ciuiliter ex crimine cognoſcitur in ſæculari quia pro- 6

 cedit

cedit in eo qui cum temporore admiſsi criminis erat priuilegiatus, quod ſecús eſt in hoc caſu cum priuilegium, & crimen, & citationem ſubſequatur.

Sed profecto aliud videtur dicendum ex Ordin. ad id expreſſa hoc titul. §.4. quæ in clericis in minoribus, nec ad cauſas ciuiliter motas trahi poſſe ad ſæculare iudicium patitur, ibi. *Caſos crimes aſsi ciuelmente, como criminalmente intentados*: dum ergo hoc admittit in clericis in minoribus, à fortiori debet idem admittere in conſtitutis in ſacris, quia cauſam ciuilem ex crimine non reputat mere ciuilem, cùm magis accedat criminali, vt per Corream vbiſupra, quia adhuc illa pœna ciuilis ordinatur ad vindictam criminis, ex Innocentio in cap. Cum olim de officio deleg. ibi communiter recepto, vt per Capellam. q.144. DD. in cap.1. de obligat. ad ratiotinia.

7 In tertia quæſtione dicendum eſt, quòd licet de iure communi controuerſum eſſet, an ſuſcipiens ordines poſt delictum gauderet fori priuilegio, vt vltra ſupracitatos diſputat Guterres lib. 1. pract. q. 5. vbi dicit non gaudere ſi in fraudem ſuſcepti ſint, tamen de iure regio, etiamſi fraudulenter ſuſcipiantur non impeditur fori priuilegium, de quo apud nos teſtatur Valaſ. conſ. 48. nu 7. vbi ponderat Ordin. lib 2. tit. 1. §. 21. ibi. *Deſpois de ſer infamado delle, & buſcado pela juſtiça, &c.* De quo eſt etiam l. 56. tit. 5. part. 1. Clarus §. fin. q 36. Bobad. lib. 2. cap. 18. nu. 77 Azeued. in l. 1. tit. 4. lib. 1. recopil. n. 3. Marta de iuriſd. 4. p. cent. 2. caſ. 121. Farin. in praxi q 8. num. 105. & conſ 77. Ceuallos contra communes q. 563 nu. 5. Stephanus Gratianus cap. 228. à n 20. Barboſa in l. Titia nu. 31. ff. ſolut. matrim. & in l. Siquis poſteaquam n 116. 221. & 238. nouiſsime Borrel in ſumma deciſ. titul. 43. de foro compet. n. 98.

Quod primò limitandum eſt in clerico minoribus tantùm ordinibus initiato, licet Vaſ. d alleg 17. num. 12. dicat idem habere locum in hoc caſu, ac in ſacris, motus ex verbo quo lex Regia vtitur, ibi. *Se fez Clerigo, &c.* ex reg. cap. 2. de foro comp. maxime in interpretatione fauorabili, vt per gloſ. in cap. 2. verbo Clericos de præbend. recepta cōmuniter, Selua de benefic. 1 p. q. 3. n. 7. Couarr pract. cap. 32. n 1. Clarus d. q. 36. n. 9. quos citat Azeued. in d. l 1.

Sed hæc doctrina nullo modo legi Regiæ conuenit quæ ſolùm de clericis in ſacris agit, quòd comprobatur ex finalibus verbis ipſius, ibi *No ciuel ſòmente*, quæ verba reſpondent ad tacitam obiectionem quæ reſultabat ex eo, quod quis clericus in ſacris efficeretur, nam eo caſu videbatur quòd tam quoad crimen, quàm quoad cauſas ciuiles exemptus erat, & addit lex Regia ad ciuilia, ſi iam citatus ſit non eximi, quæ diſpoſitio ſolùm poteſt conuenire clericis in ſacris, nam clerici in minoribus quoad ciuilia nullo gaudent fori priuilegio, mala ergo eſſet diſtinctio, vt in ciuilibus reſpondeant in ſæculari, ſi citati ſint, cum ex decreto Concilij ſeſſ. 23. cap. 6. de reformat. & ex Ord. d. §. 4. ipſi nullo potiantur priuilegio in ciuilibus, etiamſi non citentur ante ordinum ſuſceptionem, vnde poteſt dici quòd attento iure communi hoc caſu clerici in minoribus poterunt puniri in bonis à iudice ſæculari, admiſſa diſtinctione quam pūgit, Clarus vbiſupra nu. 43. Farin. lib. 1. q. 8. n. 107. & adhuc reducenda ſunt quæ Vaſ d alleg 17. num. 14. neque obſtabit Ordin. d. §. 4. dum ibi condemnationem etiam ciuilem pro crimine infligi non poſſe in ſæculari ſtatuit, procedit namq; illa Ordinatio in eo qui tempore delicti iam clericus erat, non verò in eo qui cùm citatus iam eſſet tempore habili, poſtea clericus efficitur, Marta caſu 121. Ceuall. 4 p. q. 1. nu 1027. Neque etiam obſtat Ordin. d. §. 21. quia non agit de eo qui minores tantùm ordines ſuſcepit poſt delictum, ſed de eo qui beneficium adeptus

adeptus eſt, quo caſu gaudet priuilegio, vt d.cap.6.

8 Vltimo pondero quòd non quælibet citatio ſufficit vt clericus in ciuilibus reſpondeat in ſæculari, ſed requiritur citatio facta coram iudice competenti, ibi. *Onde com direito & razão o deuia ſer,* quod conſonat iuris principijs, præuentio enim non inducitur ex citatione facta coram iudice incõpetenti, Mench. lib.2. forenſ.cap.24.n.7.& 9. Afflict q. 294. & 366. num. 16. Gomez qui multa adducit de annali poſſeſſore, q 45. Cabed. deciſ.157.n.3. Ordin lib 1 titul.62 §.4. de materia Afflict q.387.n.5.

SVMMARIVM.

1 *CLerici omnes tripliciter diuiduntur.*

Clerici in minoribus debent deferre habitum, & tonſuram, quid in coniugatis? ibi.

2 *Debent habere vxorem virginem, & vnicam.*

Clerici in minoribus beneficium habentes, habentur ac in ſacris coſtituti. ibi.

3 *Quæ ſint communia omnibus clericis in minoribus coniugatis, & beneficium habentibus.*

Veſtes quomodo de iure requirantur. ibi.

4 *Circa veſtium vſum aliquid conſuetudini regionis tribuendum eſt.*

Intra domum non attenditur habitus. ibi.

5 *In quibus differant clerici in minoribus ſoluti à coniugatis, & beneficium habentibus.*

Clerici in minoribus debent inſedere in habitu tempore capturæ. ibi.

Coniugati verò delicti tempore, & capturæ debent habere habitum. ibi.

6 *Sufficit tamen capi in habitu, & probare ſolitum fuiſſe geſtare habitum.*

7 *Affixatio facta in chartis ordinum non ſufficit niſi alia detur ſpecialis.*

8 *Clericale priuilegium quando ſuſpendatur.*

Dimiſſo habitu priuilegium ſuſpenditur non admittitur. ibi.

9 *Beneficium debet obtineri per annum ante delictum, vt proſit in hoc Regno.*

10 *Clerici in minoribus, & coniugati in ciuilibus non gaudent foro.*

11 *Clerici quando non gaudeant priuilegio.*

Clericus qui ſe ſceleribus immiſcet, an gaudeat foro. ibi.

An requiratur trina monitio. ibi.

Intellectus cap. Perpendimus de ſent.excommunicationis. ibi.

12 *Clericus ſceleratus dimiſſo habitu priuilegium amittit.*

13 *Ratione furti, & falſæ monetæ, & falſi amittunt in hoc Regno priuilegium.*

Falſa moneta quæ ſit. ibi.

14 *Reperti in ludo alearum, in hoc Regno non gaudent.*

15 *Quid ſi vile exercent officium. ibi.*

16 *Clericus coniugatus qui corruptam duxit, non gaudet.*

17 *Bigamus an ſit qui à ſe corruptam ducit.*

Et quo tempore bigamia noceat. ibi.

18 *Ante ætatem promotus an gaudeat?*

19 *Quid in militibus militiarum.*

20 *Quid ſi comiſit crimen læſæ mageſtatis.*

21 *Monitiones quæ requirantur vt priuilegium amittatur.*

CLE-

CLERICI IN MINORIBVS QVOmodo conſiderentur, & quo fori priuilegio gaudeant? ad Ordinat. lib. 2. titul. 1. §. 4.

CAP. 26.

CIrca clericorum in minoribus priuilegium, vel coniugatorum, diſponit Regia Ordinatio in hæc verba: *E todos os Clerigos de ordẽs menores, aſsi ſolteiros como caſados, com taes molheres que lhe as Ordenações deuem valer, poderão ſer demandados perante noſſas juſtiças em todos os caſos, & cauſas ciueis; & elles ſerão obrigados reſponder perante ellas quando aſsi ciuelmente forem demandados, ſem poderem allegar ſeu priuilegio de Clerigos, ſaluo nos caſos crimes, aſsi ciuelmente, como criminalmente intentados; porque neſtes ſe guardarà o que diſſemos neſte titulo, no §. Os Clerigos de ordẽs menores, &c.*

Hæc Ordinatio deducta fuit ex concordia habita cum Rege Alphonſo tertio, art. 5. & in vltim p. deducta fuit à concordia 4. Regis Dioniſij, cap 16.

1 Vt igitur rem ſatis confuſè traditam clarè diſponamus: prænotandum eſt quòd clerici in minoribus ordinibus, vel aliquo ipſorũ conſtituti triplicitèr conſiderantur, vel enim ſunt in minoribus conſtituti, & ſoluti, vel in minoribus, & coniugati, vel in minoribus beneficium habentes. Primo caſu eodem fori priuilegio gaudent omnes quatuor ordinibus, vel aliquo ipſorum innitiati, vel ſola prima tonſura ex text in cap. 2. de foro compet ibi. *Clericum vllum, &c.* cap. Nullus, cap. Placuit 11. q 1. cap. Cleros 21. diſt quia in materia fauorabili de omnibus intelligi debet quæcunq; diſpoſitio, gloſ recepta in cap 2. de præbend. verbo Clericos, Abb. ad rubricã de vita & honeſt n. 4. Selua de benefic. 1 p. q. 3. n. 4. Angel. verbo Excommunicatio 5. num. 27. Couarr pract. cap 32. n 1. Clarus in pract. cap 36. n. 9 Azeued. l 1. tit. 4. lib. 1. licet Couarr. multas differentias aſsignet, hodie tamen ex Concilio ſeſſ. 23. de reform. cap 6. additum fuit pro fundamento priuilegij nempe habitus, Eccleſiæ ſeruitium, ſeu affixio, vel ſtudium.

Clerici autem in minoribus coniugati pariter habitum clericalem differre tenentur, & Eccleſiæ inſeruire ex Epiſcopi deputatione vt fori priuilegio gaudeant, taleſq; coniugati extra caſus in quibus priuilegium habent laici reputantur adeò vt comprehendantur ſub prohibitione, cap Decernimus de iud. & probatur in cap. 1. de cler. coniug. in 6. ibi. *In cæteris autem eos gaudere noluimus priuilegio clericali*, & eſt communis opinio, vt per DD. in cap 1. de cler coniug. in 6. Abb ibi. n. 12. Deci 15. Ripa 2. & 64. communem dicit Couarr. in cap. Alma 1. p. §. 11. n. 3. Flammi. de reſig lib. 4. q. 2. n 100. ex quibus ait quòd in caſibus criminalibus tam criminaliter, quàm ciuiliter motis, à iudicio ſæculari eximũtur ex d. 1 cap 1. de cler. coniug in 6. In caſibus verò deſcendentibus ex contractu, vel quaſi iudicis ſæcularis iudicium non effugiunt, prout cæteri laici vltra Couarr pract cap 31. n 7 & Auiles prætor. in proæmio gloſ 2 num. 28. docuit Montal l. 25. tit. 9 part. 1. Belluga in ſpecul princ rub. 11. §. Videamus n. 1. & 6. Syluest. verbo Clerici 1. q. 6. Taſſada de viſitatione carceris cap 5 nu. 17. Gonzalez in varijs quæſtion. cap. 12. num. 29. Guterrez de iuram. 1 p. cap. 17. n 11.

n. 11. & 12. Farinac. tit. de inquiſitione, q 8. n. 7. Bobadilla lib. 2. pol. cap 18. nu. 110. Azor lib 13. inſtit. moral. cap. vlt. q. fin & eſt apud nos Ord. in præſenti, & apud Hiſpanos l. 2. tit. 4. lib. 1. nouæ recopil. nec contrarium dicit Concil. Trident. ſeſſ. 25. de reform. cap 15. licet aliter dicat Azeued. ad l Caſtell. lib 2. tit. 1. l. 5. n. 7.

2 Vt autem illis tale priuilegium competere poſsit oportet probare quód vxorem vnicam & virginem duxerint habetur in d. cap. 1. de cler. coniug. in 6. cũ ea diſtinctione quód virginitatem probare non ſint cogendi aliter quàm per præſumptionem iuris, illa enim præſumitur cùm ſit qualitas naturalis, niſi contrarium probetur ex aduerſo, ex Franco in d. cap. 1. n. 2. neque etiam tenebitur probare ſe aliam non duxiſſe vxorem, quia eſt negatiua, & actuum multitudo non præſumitur, niſi probetur, maximè in materia odioſa, & pœnali, prout eſt ſecundo nubentium, per quod bigamia incurritur, cap. 1. de bigam. in 6. Segouean de liber. Eccleſ. q. 4. n. 2. Caſſaneus in conſuetud. rub. 1. §. 5. verbo Selnagrace n. 64. de quo infra latiùs agemus.

Clerici tandem in minoribus beneficium habentes abſque vlla Epiſcopi deputatione priuilegio clericali gaudet, & in his nihil S. Cõcilium immutauit, cuius rei illa videtur eſſe ratio, quia cũ hoc priuilegium ſit conceſſum propter altaris miniſterium æquum videbatur, vt clerici in minoribus ſine beneficio, qui cogi nequeunt in eo officio permanere, cùm adhuc ad ſæculum redire poſsint, tandiu tali priuilegio potiantur, quandiu in officio, & miniſterio permanent, & habitum deferunt, vel in via ſunt ad ordines maiores, prout de iure eſt quòd priuilegium conceſſum ratione alicuius muneris, illo finito ſimul extinguatur vt in l Sæper, §. pen. ff. de iure immuni. & in ſpecie l. Qui ſub prætextu, C. de ſacroſ. eccleſ. notat Abb. in cap. 1. de iudic. in fin. Oratius de priuil. ſchol. in fin. nu. 5. At verò clerici in minoribus qui beneficium iam habent poſſunt compelli vt inuiti inſeruiant, & habitum, & tonſuram deferant, iuxſta cap. Ioannes de cler. coniugat. nam propter muneris iniuncti officium beneficium conceditur, cap fin. de reſcrip. lib. 6.

Quæ ſint omnibus clericis in minoribus coniugatis, & beneficium habentibus communia.

ILlud vnum omnibus clericis commune eſt, nempe vt deferant tonſurã, & veſtes clericales diuerſimode tamen, nã tonſura nunquã abeſſe poteſt circa veſtes autem, licet de iure clerici veſtes de abſoluta neceſsitate priuilegij deferre non teneantur, hodie tamen clerici in minoribus ſoluti, vel coniugati illas deferre tenentur præciſè, & neceſſario, vt canonis, & fori priuilegio potiantur, beneficium veró habentes non neceſſario, ſed pro decentia, & honeſtate, prout clerici in ſacris conſtituti, qui ſuo priuabuntur priuilegio poſtquam moniti fuerint, cap vlt. de vita, & honeſt. Quæ autem tales debeant eſſe veſtes non ſatis conſtat, docet gloſ. verbo Sæculares in clem 1. de electione quam ibi ſequuntur DD & Segouean. de libertate eccleſ. q. 2. Petrus in ſuo directorio electionum 2. p cap. 7. n. 2. vol. 8. tracta. fol. 24. notabilemq; dicit illam gloſ. Alex vol. 6. conſ 149 nu. 12 & vol 1. conſ. 8. in fine, Bernard in pract. crim cap 69. Menoch. de arbitrar. caſ. 392 & videndus Foller. in praxi fol. 68. n 42. vbi de tonſura n 44. & Auendan. cap. 22. nu. 9. Vnde ex ſupradictorum mente illa eſt veſtis clericalis cenſenda quæ honeſta ſit, per quam clericus à laico primo aſpectu diſtinguatur, cap Nullas, cap Epiſcopi 21. q. 4. dummodo veſtis non ſit colorata, vt in cap. Perpendimus 3

dimus 21 q.4. vel inhoneſtæ formæ, vt honeſtatem animæ in corporis eluceat ornamentis, in quo inquit Alex conſ. 149. n.12. vol.6. ſtandum eſſe conſuetudini patriæ, nam cùm habitus non ſit certus conſuetudo eſt optima interpres voluit idem Alex. conſ.8. in fin. vol. 1. dum generaliter format quemcunque habitum honeſtum eſſe decentem adeo vt delinquentes in geſtione habitus excuſare valeat patriæ mos, Fulgoſ.conſ. 124. idem dicit Panor. in cap.Clericorum de vita,& honeſt.Caſſan.rub.1.§.5. verbo Silnagrace n.88. Perez l.16.lib.1. tit.13. Ordin col.139 Illudq; circa veſtes obſeruandum eſt, vt veſtis non ſit adeo breuis,vt genua non tangat,vt habetur in cap. Quoniam de vita, & honeſt. & cap Clerici eod tit. Guido Papæ q.138.n.1. Nec ſufficit quòd vna veſtis ſit congrua, ſed plures patet ex Cõcilio,ibi *Veſtibus*,vnde nõ ſufficiet, vt ſit pileũ honeſtũ, aliæ verò veſtes minime appellatione enim veſtiũ hic ſolùm veniũt veſtes apparẽtes,ſeu ſuperiores quia hæ nõ debẽt eſſe bicolores,vel breuiores Capel. Tholoſ. q.252. ex quo in Curia non fuit remiſſus qui portabat pallium breuius, licet inferius portaret aliam veſtem longiorem, vnde non nocebit vt veſtes interiores ſint coloratæ, niſi appareant, Francus in cap 1. de cler. coniug. poſt princ.& ibi. Domi. col.2. in princip. Anchar.in d.Clem 2. de vita,& honeſt not.4. Annania in cap 1 de apoſtat.n.4. de caligis bipartitis,aut bicoloribus, reſoluit Capel.Tholoſ q.52. quòd non ſunt veſtes, idem reſoluit de pileo, cuius contrarium ſuſtineri poteſt ex his quæ ille q. 227 reſoluit, & quæ Guido q.138. vbi dicit eſſe veſtem, quia caput potiſsima pars corporis eſt, idem dicitur de zona per l.Veſtis. ff de auro, & arg legat. Bart in l Diuus, ff. de bonis dmanat. quod tamen non firmare audeo, quia hæc minima videntur

4 Ex quibus fit, quòd cùm circa veſtium vſum aliqua conſuetudini regionis tribuendum ſit, ſic etiam ex debitis circunſtantijs fiet interpretatio circa veſtium delationem,nam viator qui iter facit,licet in habitu non incedat, excuſabitur vt percepi iudicatum fuiſſe, licet, videatur obſtare, text. in cap. Nullus,21.quæſt.4. ſic quod dum fundum coloret repertus eſt ſine habitu.

Sicut aliàs captus in domo ſua extra habitum remitti debet, quia intra priuatos parietes huius Regni conſuetudo de habitu non curat, vnde coniugatus qui tempore delicti debet eſſe in habitu, ſi intra domum vxorem occidat licet probetur fuiſſe extra habitum remittendus erit, facit Clem 1 & 2. de vita, & honeſt. ibi. *Publicè*, vbi Anchar. n.2.col.1. & Annania in rub de apoſtatis n 4. idemq; videtur dicendum in eo qui in domo erat quando à familia fuit quæſitus, & erumpit, nam licet extra domum capiatur ſine habitu priuilegiũ non amittit, videndus Aurel. de perfecto cleric.cap.30.n.4. ſic pariter captus in naui ſine habitu, Tiraq.de retract.§. 1. gloſ. 7. nu 88. ſic feſtiuitas excuſat à geſtione habitus, prout tempore nuptiarum fit, Anchar.in d.cap 1 de vita,& honeſt.n 2. Aurel.vbi ſupra n 4. Capel. d. q. 52. & 252. in fine, ſic infirmitas excuſat, Capel.Tholoſ q.104.& in tonſura q 156. Farin tit.de inquiſ.q.8. n.68. Sanches lib.7.diſput.46. n.9. Clarus d. q.36. n.17. Vaſ alleg 1. num 16 & alleg. 44. n.8. Idemq; iudicatum percepi in eo qui propter vulnus non deferebat coronam, circa autem tonſuræ formã, & habitus longitudinem, & tandem circa priuilegium variæ bullæ Regibus noſtris conceſſæ ſunt, nam D Alphonſo quinto à Pio ſecundo conceſſum eſt breue cuius verba ſunt. quòd omnes clerici non conſtituti in ſacris, nec beneficiati veſtes talares genua totaliter cooperientes, & tonſuram, & cororam deferre debeant, & teneantur alioquin tam

tam ciuiliter, quàm criminaliter ad forum ſæcularem trahi, ac propter exceſſus, & crimina eorum per ſæculares officiales, & iudices adinſtar laicorum delinquentium perſonaliter capi incarcerari, puniri, & mulctari, & vltimo ſupplicio tradi ſi crimina, & exceſſus id poſtulauerint, liberè, ac licitè poſsint, & valeant anno 1461. Hiſpaniæ Reges inuictiſsimi ſimilem habent bullam, Alex. 6. de qua in pragmat. l.21.& 22. conceſſam anno Domini 1493. habentq; aliam conceſſam anno 1502. per quam clerici in minoribus priuantur fori priuilegio, niſi per quatuor menſes ante comiſſum delictum habitum, & tonſuram gerant, meminit Couarr. quæſtion. cap. 31. Auend de exequend. cap.22. 1 p. nu.11. Barboſa in l.Titia nu.35 Guterr. pract. lib. 1. cap 5. Galia habet ſimilem Leonis X. conceſſam anno 1516. cuius tenorem ſcribit Boer. deciſ.69. Caſſaneus in conſuetud. fol 49. verſ. falit. 3. & meminit Boſsius titul. de foro comp. num. 557. & Couarr. vbiſupra, Vaz allegat. Venetia aliam, de qua meminit Gigas de penſio. quæſt.94. nu 8. conceſſam à Clemente VII.

Apud nos extat aliud breue Iulij III. anno Domini 1551. conceſſum Ioanni tertio ad perpetuam rei memoriam, quo cauentur duo admodum notanda, primum quòd clericus in minoribus bis remiſſus, & non debite punitus ab eccleſiaſtico iudice amplius non remittatur. Secundum quòd gerens habitum clericalem, ſi beneficiũ non ſit adeptus per annum ante delictum fori priuilegio non gaudeat. Verba breuis ſunt hæc. *Quòd nullus clericus ſæcularis clericali charactere, & quatuor minoribus dumtaxat inſignitus, qui in habitu clericali inſedere non conſueuerit bis per iudices ſæculares occaſione aliquorum criminum, ſeu delictorum per eum comiſſorum ad forum eccleſiaſticum prætextu clericalis characteris, & ordinum minorum huiuſmodi remiſſus fuerit, ſi eum poſtmodum aliqua crimina, exceſſus, ſeu delicta committere contigerit, niſi de criminibus, & delictis primo, & ſecundo per eum perpetratis debite per iudicem eccleſiaſticum punitum, ipſi ſæculares iudices repererint, ad eundem forum eccleſiaſticum recurſum vlterius habere non poſſit, ſed per eoſdem iudices ſæculares puniri, corrigi, & caſtigari valeat, & debeat. Quodq; ſi contigerit clericos ſæculares in habitu clericali, vt præfertur, inſedere ſolitos huiuſmodi eccleſiaſtica beneficia per annum ante delictorum huiuſmodi perpetrationem non obtinentes, & ad forum eccleſiaſticum non remiſſos aliqua crimina, & delicta atrocia committere, & eos ita notorios, vt ad illorum impunitatem euitandam, idem Ioannes, & pro tempore exiſtentes Reges Portugalliæ, & Algarbiorum eos ad forum eundem eccleſiaſticum non remittendos, ſed per Ioannem, & pro tempore exiſtentes Portugal. & Algarb. Reges præfactos contra eos meritò procedendum eſſe arbitrati fuerint, in quo ipſorum conſcientias oneramus, per ſe ipſos taliter facinoroſos iuxta delictorum huiuſmodi qualitatem debite punire corrigere, & caſtigare, etſi eis videbitur ad aliquas remotas partes in exilium perpetuum, ſeu temporale liberé, & licité valeant, &c. Anno 1551.*

In quibus differant clerici in minoribus ſoluti à coniugatis, & beneficium habentibus.

DIfferentiam conſtituit lex Regia in §.27. huius tituli inter clericos in minoribus ſolutos, & cõiugatos vt priuilegio clericali gaudeant, nam priores ſtatuit quòd priuilegio fruantur caſu quo in habitu clericali tempore capturæ reperti ſint, non curans, an tempore delicti in habi- 5

tu incederent: at vero in clericis in minoribus coniugatis habitum vtroq; tẽpore expoſcit, & delicti, & capturæ, & alia de quibus infra agendum erit. In priori mẽbro videtur prædicta Ordinatio receſsiſſe à iure communi ſecundúm quod neceſſarium eſt vt tempore criminis comiſsi, in habitu, & tonſura delinquens inſedat, vt per DD in cap. Ioannes de cler.coniug. & in cap. vnico eod. tit.in 6. vbi teſtantur eſſe communem. Firmius de Epiſcop.vol.4. tract. fol.62. verſ. Alex. vol 1 conſ.8.n.4 & 149 vol.6. n.7. ſic Couar pract.cap 31.n.8. quia ad gaudendum foro ſpectatur delicti tempus arg. l. 1. ff de pœnis, Barboſa in l. Titia nu.23. ff. ſol.matr. Clarus d.q.36. n 1. Sanches d q 46 n.4. noſtra tamen Ordinatio proſequuta libertatem eccleſiaſticam conſiderans quód ſæpe delicta ſine habitu, & tonſura cõmittuntur, & delinquentes reaſſumunt habitũ vt foro gaudeant voluit vt ſufficeret ſi tẽpore capturæ in tonſura, & clericalibus veſtibus induti reperiantur, prout etiã,tenuit Aufrer. ad Capel Tholoſ q.104. Clarus d.q.36 n 16. In clericis verò cõiugatis ſtatuit vt & delicti, & capturæ tẽpore oporteat vt in habitu reperiantur, in quo mẽbro etiam videtur â iure cõmuni receſsiſſe: ſed adhuc lex noſtra defendi poteſt quód nihil contra ius canonicũ ſtatuat in coniugatis, nam illa verba Ordinationis ibi. *E como ao tempo que foy cometido o maleficio de que for accuſado, & aſsi ao tempo da prizão andaua, & foy achado em habito, & tonſura, &c.* Non debent accipi prout ſonant quaſi velint quod clericus coniugatus præciſe teneatur probare ſe in habitu inſediſſe quando delictum commiſſum eſt; & ſimul tempore capturæ, prout exiſtimauit noſter Barboſa in d. l. Titia num. 22. fol.775. aſſerens illas qualitates neceſſario probandas eſſe pro fundamento priuilegij allegati: nam illud profecto eſſet pené impoſsibile, ponamus enim quód reus accuſetur de furto nocturno, vel ſimili quód non ſoleat talaribus veſtibus committi, qualiter probabitur ipſum delicti tempore in habitu deliquiſſe, alias enim lex Regia de ſuma iniquitate carpi poſſet dum adſtringit reum vt probet ſe tẽpore delicti habitum tenuiſſe, poſſunt enim plurimi eſſe caſus, in quibus ipſe in probatione illius qualitatis deficiat, quare illa verba in ſenſu iuris accipienda ſunt, vt ſatis ſit quód clericus coniugatus reperiatur in habitu tempore capturæ, vt ſupra in ſuluto diſpoſuerat) hoc tamen addito quod in articulis proponat, quód tempore quo delictum dicitur commiſſum ipſe in habitu inſedebat & id præſumptiue probet, aſſerendo ſe fuiſſe ſemper ſolitum geſtare habitum ex Capel. Tholoſ. d. quæſt. 104. Barbat. vol.1. conſ.6 num.1. quód quidem debet ſufficere ſicut aliás ille qui hodie reperitur dominus, & poſſeſſor olim pariter dominus & poſſeſſor præſumitur prout ex tempore præterito infertur ad præſens, & eſt conuerſo, vt per Felin. in cap. Scribam de præſumption. Alciat reg 2. præſumpt.10. Afflict. quæſt. 394. & ſuadetur hic ſenſus ex verbis d. l. Regiæ dum dicit: *E o que vier com artigos de caſado deue articular em como caſou com mulher virgem, & como ao tempo do maleficio andaua, &c.* Et pondero quód lex Regia pariſicat probationes horum caſuum, & tamen conſtat virginitatem non probari in ſpecie poſſe, nec reum teneri ad illud, ſatis eſt enim quód virginitatem in articulis proponat, nam virginitas in muliere præſumitur donec contrarium probetur quia eſt qualitas naturalis quæ præſumitur adeſſe, ergo pariter ad probationem habitus præſumptiua debet ſufficere probatio circa tempus delicti: pondero itidem verba legis, ibi. *Deue articular*, in quibus videtur magis reſpexiſſe ad formam articulandi, quam ad formalem, & concludentem probationem, quia eo caſu ſufficit vt probatio ex præſumptione

tione iuris eliciatur prout aliàs allegato titulo per præſumptionem conſuetudinis probatio elicitur ligitima, ex quibus patet d. l. Regiam non contra ius reſpondiſſe; ſed humaniorem partem, & ſententiam ſequutam tantùm voluiſſe vt hi clerici coniugati in habitu capturæ tempore reperiantur, prout dixit Bertrand conſ.67.vol.2.n. ſic Barboſa in d. l. Titia n.36. verſ Non obſtat vltima Viuius lib Commun. verbo Iudex laicus, fol.66. & tempore delicti requirit ſolum allegationem habitus iuxta formam Concilij in d. cap. 6 & iuxta verba cap.1 de cler. coniug. in 6. ibi. *Et clericali habitu, & tonſura vtantur.* Valaſ. allegat.14. n.14. dummodo conſtet, & probetur tempore delicto coniuncto in habitu inſedere ſolitum fuiſſe.

6 Ex quibus apparet inaduertenter Sanches repræhendiſſe noſtrum Barboſam d.diſput.46.nu 10.reprobans ipſius ſententiam dum dicit clericos coniugatos, non gaudere foro, niſi in habitu tempore capturæ ſint, quem nō bene defendit Vaz alleg.13.n.55 in fin. nam illa ſapiētiſsimi Barboſæ opinio etiam in puncto iuris a pluribus recepta fuit, Ancharr. in d.cap.vnico n 6.de cler coniug.in 6. Capel.Tholoſ. q.127. & alijs quos ipſe citat ſenſit Vaz alleg 44.n 6. nam talis quis habendus eſt qualis fuit repertus Meno.conſ 912.lib 10. nu.4. & apperte probatur ex verbis d cap vnici, dum requirit habitus clericalis geſtionē quòd maxime obtinet in tempore capturæ, ne videatur delinquens habitum dimiſiſſe quo caſu non gaudebit tali priuilegio quod non obſcure dixit Clarus d. q.36. n 16. in eo qui habitum reaſſumit tempore capturæ vt ſcilicet gaudeat priuilegio licet antea habitum non geſtaſſet, nec Couarr. ſi attente legatur aliud probat nec Gomez, & alij ab eo d.num.10. citati qui ſolùm agunt de eo qui tempore delicti in habitu erat licet antea illum dimiſiſſet, & aiunt ipſum gaudere quia ſolùm attenditur delicti tempus, nō tamen ex eo ſequi quod ſi habitum iterum dimittant, & extra illum capiantur quód ſufficiat deliquiſſe in habitu, nam clericis in minoribus, & cōiugatis illud cōmune eſt, vt in habitu incedant, maxime hodie ſtante decreto S. Concilij, quo attento ſine aliqua monitione ob dimiſsionem habitus priuilegium euaneſcere, ſentit Vaz allegat.14. n.15. & in clerico coniugato ſine dubio dixit Clarus d q.36.n.19. Couarr.d.cap. 32. n.1.ex quibus elicitur doctiſsimè reſpondiſſe Barboſam, & non bene aduertiſſe Sanches, legemq, noſtram Regiam iuri non aduerſari cùm inhæreat doctiſſimorum hominum ſententiæ, & verbis d.cap.vnici. ibi. *Si habitum non deferant*, & apparet non ſolitum geſtare habitū eſſe illum qui extra illū capitur prout ponderat Meno.conſ.921. nu 22. quem vide.

Illud itidem vltra ius cōmune requiritur hodie in clericis ſolutis in minoribus, & cōiugatis vt ſcilicet alicui ſint affixi Eccleſiæ miniſterio deputati illius vel in aliqua vniuerſitate, &c. & in hoc differunt ab illo qui beneficium habet, is enim nulla alia indiget affixatione, laté proſequitur Vaz alleg.10.vbi plures citat, apud quem vide, & alleg.14. 7

An autem affixatio, vel deputatio facta in ipſiſmet chartis ordinum, dum dicit: *Eumq; ſuæ Parochiæ affiximus*, ſufficiat? Vidi dubitari in Senatu, & non ſine fundamento, videtur enim quód hoc caſu requiratur ſpecialis Epiſcopi affixatio ad certum miniſterium in Eccleſia obeundum; non verò generalis ſicq; iudicauimus viſa forma S. Concilij.

Quando clericale priuilegium ſuſpendatur quoad clericos in minoribus, & coniugatos.

Clericorum in minoribus ſolutorum, & cōiugatorum priuilegium 8

 dubi-

dubitari ſolet, an ex dimiſsione veſtium clericalium amittantur omnino, & quod illa habitus geſtatio debeat eſſe continua probari videtur. quia qualitates illæ à S. Cōcilio Tridentino inductæ ſcilicet ſeruitij Eccleſiæ, & geſtationis habitùs clericalis æquiparantur, & vtraque pro ſubſtantia, & fundamento priuilegij requiritur, nam qui vult conſequi priuilegium tamquam talis ſe eſſe, talem probare debet, Bart in l. Non ignorat, C. qui accuſ. non poſſ. Decius conſ. 31. nu 2. & conſ. 471. col 1. Facit deinde quia licet ante Concilium clerici in prima tonſura, vel minoribus conſtituti non amitterent fori priuilegium, niſi ter moniti eſſent per ſuperiorem habitumq; geſtare contempſiſſent, ex text in cap. In audientia, cap Cum contingat 2 de ſenten excommunicat. Decian. 1. tom. crimin. lib. 4. cap 9. num. 38 Barboſa in l Titia, ff. ſol. matrim n. 35. Meno. conſ 912. n 33. vbi citat Farin. quæſt. 8. num. 66 lib. 1. tamen hodie in decreto ſacri Concilij illud immutatum eſt, quo attento nulla monitio requiritur vt clerici in minoribus priuilegium amittant, ſed illico non geſtantes habitum, & non inſeruientes Eccleſiæ ſæculares reputantur, & vt tales puniuntur, docuit inſignis Nauarr. conſ vltim. n. 6. lib. 5. de priuil. Clarus d. q. 36. verſ Hac autem, nu 19. Men conſ. 912. nu 34. Vaſ. d. allegat 14. n. 15. vbi in ſpecie refert Cucum inſtit. canoniſt cap. 6. & Lælium Zechium de rep Eccleſiaſtica cap. 1 . titul. de cler. priuil quando amittantur num. 6. quæ doctrina apud nos eſt ſine dubio, attentis verbis bullæ Innocentij tertij, quam ſupra retulimus, & refertur in lib. extrauagantium . p tit. 4 l. 5. ex qua deprompſit, Vaſ allegat 15. n 17. vbi cauetur quòd non incedere ſoliti in habitu clericali à ſæculari poteſtate puniantur vel niſi beneficium obtineant per annum ante delictum.

Verum ego exiſtimo, in hac materia, rem maturius penſandam fore, video enim quòd verba Concilij cui adhærendum dicit Ord Regia hoc lib. 2. § 27. habent quòd is etiā priuilegio fori non gaudeat, niſi beneficiū eccleſiaſticū habeat, aut clericalem habitum, & tonſuram deferens alicui Eccleſiæ, &c. quæ verba non ſunt apta inducere priuationem ipſo iure, non enim dixit Concilium priuetur ipſo iure, vel priuatus ſit, vel amittat, & aliud ſimile verbum, per quod tales priuationes ſolent induci, vt probat Tiraq. in l. Si vnquam, verbo. Reuertatur, de quo in ſimili Ord. lib. 1. tit. 6. in fine & tit. 17. & titul 18. & lib. 2. tit. 45 § 22 & § 55 & tit. 48 § 9. & lib 4. tit. 3. in fine & tit. 71 in princ. & lib. 5. tit. 6. § 10. & lib. 2. tit 38 § 1. & tit. 45. § 8. & § 15. & 17.

Sed vſum fuit verbo non gaudeat quod de ſe denotat tātum priuilegij ſuſpenſionem pro illo tempore quo habitum non geſtet, & Eccleſiæ nō inſeruiat, vnde fit, quòd ſicut clerici in ſacris, vel beneficiū habentes priuilegium fori nō amittūt, etſi habitum nō deferant (circa hos enim Concilium nihil immutauit in his quæ erant de iure communi) niſi prius ſint ter moniti vt habet cap. vlt de vita, & honeſt Sic pariter conſtituti in minoribus ordinibus priuilegiū per nō delationem habitus non amittent, quia hi eodem quo clerici in ſacris foro gaudent, & priuilegio, Couarr d cap. 31. n 1. Clarus d q. 36. n. 5 Deci in cap Eccleſia de conſt n 6 idem Couar in cap Quia dos de teſtam. n 3 & 4. Egidius de collectis fol. 279 n. 12. Loazes in l Filius, §. Diui, ff de leg. 1. nu. 15. Vaſ. allegat. vbi plures citat in eo tamen differunt quòd clerici in minoribus, & coniugati non deferentes habitum, abſq; vlla monitione cenſebantur amiſiſſe vſum priuilegij, pro illo tempore nam in priuilegio clericali duo conſiderari poſſunt quæ inter ſe diſtinguntur ipſum priuilium, qua tale eſt, & vſus, ſeu poſſeſsio ipſius, quæ poſito ex parte vtentis impe-

impedimento non competit, aliquo caſu, quo impedimentum datur ex parte non gerentis habitum, & tonſuram, vel Eccleſiæ non inſeruientis, vel in ſtudio non comorantis, iuxta formam Concilij Atq; in hunc ſenſum debent accipi quæ a noſtris DD ſæpe traduntur circa omiſsionem priuilegij clericalis, nam priuilegium non amittitur; licet ipſius vſus non cõpetat pungit Menoc.d.conſ. 912. n.34 ex quib⁹ nõ videtur bene loquutus Vaſ.aleg 14 n 15. dum exiſtimat priuilegium amitti ex eo quod clericus habitum nõ gerat, nam ſi illud eſſet verum, ſemel extinctum priuilegium reaſſumpto habitu non reuiuiſceret, Gaſſa. rub 1 verbo Siancun comet.n 58.quod eſt abſurdum, nec praxis admittit, imò ſi tempore capturæ tales in habitu reperiantur, foro gaudent, vt ſupra oſtendi Verum ergo eſt, priuilegium non amitti ſed ſuſpendi illius vſus, ſeu poſſeſſiõ, ſentit Sanch diſp.46. lib.7. fol.187. vbi probat eleganter multis iuribus nec aliud dicunt DD.ab eo citati, agũt enim de clerico capto, ſeu reperto ſine habitu, quod verbum, Reperto, debet intelligi iudicialiter reperto cùm à iudice quæritur, & inuenitur, vel dum in delicto reperitur, & capitur, prout eſtiam eſt caſus in quo Menoch.d.conſ 912. conſuluit in clerico ſcilicet ſine veſtibus capto, quo caſu cùm ipſa captura faciat rem notoriam qualis clericus modo inuenitur talis reputatur, & pro tali iudicandus eſt, tradunt Bald in l. Affinitas in fine, C.commun de ſucceſsion. Alex. conſ. 149. num. 9. lib. 3. Deci. in tract. crimin cap. 9. num. 100. Vincenti de Franchis deciſ. 189. num. 6. 1. p. refert Guido q.138. col. penult. verſ. Et quòd clericus Cappella. Tholoſ. quæſt.144. & 147. & eſt ratio quia notorietas facti facit ceſſare monitiones, ex his quæ Perez l 1 titul 3 lib.1. Ordin. col. 136. ad fin. Faciunt elegantia verba text in cap Si iudex laicus de ſententia excom mun in fine ante verſ.Non ſic.

Nec obſtant huic ſenſui verba breuis Iulij tertij quatenus videtur requirere, quòd ad hoc vt clericus in minoribus foro gaudeat, vt per annum ante delictum habitum, & tonſuram gerat, nam illud breue, ſi bene perpendantur eius verba ſuprapoſita non offendunt, nam in prima eius parte agit de clerico qui bis remiſſus fuit, cum tamen in habitu inſedere non conſueuiſſet, admittit ergo illum, qui in habitu non conſueuit inſedere priuilegio fori non priuari, ſed bis remiſſum eſſe poſſe, deinde illa verba inſedere ſolitum ita accipienda ſunt, & interpretanda, vt minus lædant ius commune, quoad fieri poſsit, cùm ſint priuilegij quod ſtricte interpretandum eſt, cap.Sane de priuil.cum vulgar, quare ſufficit vt operentur quòd talis nõ deferens habitum, nulla monitione iuris præmiſſa á ſæcularibus iudicibus iudicetur & puniatur caſu quo ſine habitu inſedere ſit ſolitus, & vitanda eſt altera correctio iuris communis, vt continuum tempus requiratur, cum modica interpollatio non ſoleat nocere, ſi modo in tali habitu ad iudicium vocatus, vel captus inueniatur, quia per reaſſumptionem habitus, recuperatur ius priſtinum; vnde fit, quód adhuc in terminis illius breuis requiritur, vt clericus maiore anni parte ſine habitu inſedat, vt dicatur non ſolitus geſtare habitum, & vt á ſæculari iudice puniri valeat, quando iam bis remiſſus fuerit, nec ſufficienter, & iuxta menſuram delicti punitus, illa enim omnia requiruntur antequam ad punitionem procedatur. Adhuc tamen poteſt dubitari, quòd licet verba d. breuis ſic interpretemur, adhuc tamen obſtant verba S. Concilij quatenus requirit quòd tales clerici habitum deferant, quód præceptũ importat actum continuum, ex Meno. d.conſ. 912. n.28. Vaz alleg.14. nu 14. vbi citat Vrſillũ ad Afflict.deciſ.24.n.7.ſatisfit tamen quòd verba Cõcilij ſolúm operantur priuilegij ſuſpenſionẽ, vt ſupra dixi

tempore quo ſine habitu incedat, clericus in minoribus, & caſu quo maiori anni parte ſolitus ſit habitum non geſtare, licet illum reaſſumat, non iuuabitur priuilegio ad præterita, & quòd ſine habitu commiſit, licet in habitu capiatur, nec obſtabit Ord. d. § 27. dum ſolo tempore capturæ habitum expoſcit: nã Ordin eo loci ad Concilium ſe refert, & eaſdem debet quas illud recipere interpretationes, & illud quod de captura exprimit, ita accipi debet, vt gerenti maiori parte retro anni habitum, & tonſuram ſufficiat probare ſe captum in habitu, vt remittatur quare talem iudicat retro fuiſſe, qualem modò inuenit: non tamen tollit quòd ſi pars aduerſa opponat reum non ſolitum eſſe geſtare habitum maiori anni parte, & poſt delictum illum aſſumpſiſſe, non audiatur; nam eo caſu habitus aſſumpſio in fraudem Concilij præſumitur, & contra eius mentem, dum requirit vt habitum deferat, qui ſenſus efficaciter ſuadetur, quia nulla ex illis qualitatibus, quæ de nouo in Concilio requiruntur, prout eſt affixatio, & Eccleſiæ ſeruitium, ſtudium, &c. in noſtra Lege Regia expræſſa eſt & cùm ſe ad Concilium referat, non ſufficiet capto probare ſe capturæ tempore fuiſſe in habitu, niſi inſimul illas d. Concilij qualitates oſtendat, ac perconſequens ſic pariter de illa qualitate, quæ circa geſtationem habitus verſatur dicendum eſt, vt requiratur pro maiori parte anni retro proximi, prout ipſa Concilij verba requirere videntur: quare licet ille qui in habitu capitur releuetur ab onore probandi ſe ſolitum in habitu inſedere, quia pro illo lex ipſa præſumit: tamen contra illam legis præſumptionem pars aduerſa poteſt admitti vt contrarium oſtendat; vide Vaſ. alleg. [illegible] n. [illegible]o.

9 In ſecunda parte d. breuis Iullij tertij continetur alter caſus circa illos qui habitum geſtare non ſolent, & beneficium eccleſiaſticum obtinent poſt delictum, quód ſi illud non habeant per annum ante delictum, non gaudeant fori priuilegio: & eſt notabilis hæc ſecunda conceſsio, ex qua clarius colligitur non gaudere foro, qui in habitu inſedere nõ ſunt ſoliti, etiam caſu quo beneficium aſſequantur, in quo á S. Concilio recedit, quòd nihil circa clericos qui beneficium habent immũtauerat, ſeruatis tamen breuis requiſitis, quorum primum eſt, vt delicta ſint grauia, & clerici ſint notorie facinoroſi, notorietate facti permanentis. Secundum, quód eo caſu non alius eos punire poſsit quàm ipſe Rex: patet ibi. *Polo dito ſenhor Rey*, & ibi. *Conſcientiam eius oneramus*: requirit veró induſtriam ipſius Regis perſonalem. Tertium, quòd eo caſu capitali pœna punire nequeat, ſed pœna exilij perpetui, vel temporalis, ibi. *Em degredo temporal ou para ſempre.*

Vltimo tandem poteſt dici, quód 10
clericorum in minoribus ſolutorum, & coniugatorum, ceſſat priuilegium in ciuilibus, nam in his foro non gaudent, ex Ordin in præſenti; nec obſtat cap. 1. de cleric. coniugat. in 6 vbi in criminalibus, & ciuilibus foro gaudere diſponit: Nam reſpondetur, quòd priuilegiũ clericorum in minoribus non ſolùm in ciuilibus, verùm etiam in criminalibus poteſt ex cõſuetudine legitimè præſcripta minui, vt de illorum criminibus, & exceſsibus ſæcularis cognoſcat, vt in puncto iuris obſeruat Innocent. in cap. 1. de apoſtat. num. 3. Hipol. ſing. 660. Couarr. pract. cap. 31. n. 5. multis relatis Barboſa in d. l. Titia, n. 32. verſ. Item videtur, vnde maiori cum ratione in hoc Regno vſu receptum eſt, vt in ciuilibus in ſæculari lites pulſentur, ne Reſpubl. perturbetur, & ob alias rationes quas ponderat Couarr. d. cap. 31. num. 6. verſ. quinto, prout ipſe Pontifex diſpoſuit in coniugatis in d. cap. vnico de cler. coniugat. lib. 6. quod ita debet exponi, dum dicit coniugatos, nec criminaliter, nec ciuiliter, à ſæcularibus iudicari poſſe, vt pro-

procedat in cauſa criminali, etiamſi ciuiliter mota ſit prout declarauit Couar d cap 31. n. 7. Vt tandem in verſ in cæteris, intelligatur ſentire de ciuilibus, ex quibus patet noſtram Ordinationem, non iuri aduerſari, quatenus in d cauſis ciuilibus clericorum in minoribus priuilegium ceſſare ſtatuit, illud enim potuit conſuetudine introduci, vltra quam quod in hoc Regno d. conſuetudo in contractum à Pontifice confirmatum tranſiuit inter clerum, & Reges, vt ſupra diximus: & de iure Regio Caſtellæ eſt in l. 2. tit. 4. lib 1. nouæ collectionis, & ſtatutum tale de iure validum eſſe teſtatur Couarr pract cap. 32. n 1. Barb. in d l Titia, nu. 32 verſ. Et hac ratione, Soarez in ſua pract ..toin præludi. 2. n 7. Curia Philip .p § 1. n 5. Farin. lib 1. d q 8. n.. Sanches d diſp 46. lib. 7 n 91. & pro cauſa ciuili à iudice capi poſſe, contra plures aliud firmantes tenet Sanches d. loco, n. 23, & ſeq.

In quibus caſibus clerici in minoribus ſoluti, & coniug ti, & beneficium habentes foro non gaudeant.

11 Circa amiſsionem clericalis priuilegij multa à Doctoribus traduntur reperiuntur, obſcurè tamen, adeò vt quod ſit magis probandum nõ facilè diſcerni queat, & vt à digniorìbus procedamus notandum eſt clericos etiã in ſacris ob atrocia crimina ſui priuilegij aliquando effici indignos, à iure ipſo priuari in caſibus a iure expræſsis, inter quos ſunt mulierum raptores, vt habet Concilium Trident ſeſſ 24. de reform. matri cap. 6 & conſiliarij, ibi. *Etſi fuerint clerici de [illegible] gradu decidant*, aliquando verò præcedentibus tribus monitionibus, vt habetur in cap In audientia, cap Cum contingat ſecundo de ſententia excommunicat. Clericos autem in ſacris priuilegium amittere, ſex concurrentibus dixit Bonicetus vol. 4. tracta. fol. 73 poſt nu. 2. In clericis autem in minoribus attento iure ſufficere quatuor dixit Annania in cap. 1. de apoſt n. 14.

Dubitari tamen ſolet, an ex eo quod clericus ſe immiſceat ſceleribus, & enormitatibus, demiſſo habitu, ſui priuilegij faciat iacturam, variant authores, vt eſt videre per Capelam. q 161. DD. in cap. Perpendimus de ſent excomm Rolan. conſ. 4 n. 31. lib 1. referens Alex conſ 8. lib 1. qui tenet quód Epiſcopi debet precedere trina monitio, quód habitum reaſſumat, concordat Viuius lib. opinion commun verbo Clerici à poteſtate, Menchac. lib 3. de teſtam. § 22. num. 63. Cepola conſ. criminal. conſ. 11. verſ quintum, Cardinalis verò in d. cap. Perpendimus inquit quód clericus ſeditioſus, & ſe immiſcens enormitatibus priuilegium fori amittit canonis, & poteſt à quolibet priuato occidi, non tamen à iudice, & ſic dicit communiter illum text. intelligi, à quo ſedulo cauendum eſt cum Alexandro de Neuo conſ. conſ 59 n. 2. qui veriùs dicit quòd nec iudex ſententiam excommunicationis incurrit occidendo, prout in eo text. Comes ille de quo ibi agitur iudex erat & non perſona priuata: alij intelligunt illum text procedere in clerico in minoribus, vt tenuit Gofredus relatus ab Alex. d. cõſ. 8 lib 1. poſt n. 2. cuius cõtrariũ verius eſt, quia ille text. loquitur de ſacerdote, ideòq; ab eo recedit Alexander d. loco: aſſerit tamen quòd ille text. ſolùm agit de priuilegio canonis, quo priuatur clericus ipſo iure ſe immiſcens enormitatibus, non verò priuilegio fori, ad quod amittendum requiritur trina monitio Epiſcopi, atq; ſecundũ hunc Alexandri ſenſum ſæpè fuit iudicatum, teſte Gramatico ſuper Conſt Reg fol. 29. col. 1. verſ. decimo vbique qui tamen ſenſus longè aberrat ab intellectu illius text. & eſt contra communem quód aſſerit clericũ amiſiſſe, & canonis,

 & fori

& fori priuilegium, ex Alexandro de Neuo d.conſ.59. poſt n.20. alij ſequuntur alium intellectum quod ſit facienda diſtinctio quando clericus ſe immiſceret enormitatibus non perſeuerans, vel quando ipſe inſordeſcit in illis, vt hoc vltimo caſu, ipſo iure duplex illud priuilegium amittat, teſtatur Aufrer in clem.1.de offic.ord. reg.1. n 27. Boſsius de foro comp. n 139. practica Conradi fol. 47 lim 19. poſt n.2 verſ.tertio, vbi ait quòd iſtam credit moribus obſeruari in clericis primæ tonſuræ, & inquit Caſſan. in conſuetud Burgund. fol. 50. n.55. quòd hanc vidit communiter teneri Boer.q 69.num 19. & ſeq. Guilel.in cap.Rainuntius fol.8.n 149. Guido Papæ q. 138. alij communiorem dicunt quòd clericus etiam in ſacris qui demiſſo habitu criminibus ſe immiſcet, à ſæculari iudice puniri poſsit, à qua ſententia Clarus d.§.fin q.36. dicit non eſſe recedendum, quando verò clericus non demiſſo habitu quantumuis grauia cõmittit, à ſuo tãtùm iudice puniri poteſt, & eſt communis, teſte Boſsio de foro comp. poſt nu.134. quæ ſententia fuit etiam gloſ. vlt. in d.cap. Perpendimus, per text in cap. Cum non ab homine in ſecundo caſu de iudic. ſequuntur alij quos citat Abb. ibi nu.3. Aufrer. de poteſt ſæcul regn. n.27. Clarus vbi ſupra n.33. Couar pract d cap.32.num 2. Placa de delictis cap 8 n 26 ponderantes pro hac parte text. in cap.1. de apoſtatis, & cap vnicum de cler. coniug. in 6 qui tamen cõmunis intellectus confunditur per Alex.d.conſ.8. n 2. eo potiſsimum fundamento, quia etiamſi hæc priuatio induceretur ipſo iure, ſemper eſſet neceſſaria ſententia declaratoria, conſtat ex cap 1. de homicid lib. 6. & cap Ad falſariorum de crim falſ. quæ ab alio quàm à proprio iudice proferri nequit, nec inſuper talis pœna habere poteſt locum, niſi in caſibus iure expræſsis cap. Is cui de ſentent. excommun. in 6. Tiraq in.l Si vnquam, verbo Reuertatur, n 248. & tamen hic caſus iure expræſſus nõ reperitur, vnde manet quòd requiritur trina monitio perſonalis, nec ſufficiet per proclama, clem. 1 de vita, & honeſt. Rubeus conſ.76. n.2 Hipol. ſingul.259. confirmat Roland. d. conſ. 4. n.28. & probatur in cap. Contingit de ſentent.excommun. ibi. *Tertio monitu*: Nec pro eis facit d cap Cum non ab homine, tantùm enim dicit eum qui percutit clericum, qui demiſſo habitu ſe ſceleribus inquinat, non incurrere excommunicationem canonis, ſi quis ſuadente de foro autem nihil agit. Alij intelligunt text. procedere in crimine læſæ maieſtatis, in quo propter ipſius atrocitatem vtroq; clericus priuatur priuilegio, prout dixit Guido q. 401 & alij relati à Claro d.q 36 n.27. qui ſenſus confunditur ex doctrina Bart in Extrauaganti ad reprimendam. verbo Conditio vbi docet nullibi iure cautum eſſe, ob tale crimen clericum à ſæculari diſtringi poſſe, ſequitur Gigas de læſa mageſt.tit.quis de crimine cognoſ.cap. 1 ſ n.12.

Quare reſoluendum eſt, quòd clericus etiam in ſacris ſe immiſcens enormitatibus, & delictis, demiſſo habitu de iure canonis amittit priuilegium, d.cap. Cum non ab homine, fori autem priuilegium non amittit, niſi monitus fiat incorrigibilis, & ab Eccleſia dimittatur, præter quam in caſibus iure expræſsis probant citati à Couarr.d.cap.32. nu.5. Placa de delictis cap.11. qualis autem ſit incorrigibilis vide Caſtro lib.2. de iuſt. hæret.cap.1. in princ Simanch. de Cathol cap.48. n.28. Clarus §.vltim.q.36. num.33. 12

Quod ſi contingat vt tale ſit delictũ vt ſtatus Reip periclitetur, vel aliquod grande malum immineat, nec facilis ſit ad ſuperiorem recurſus, imò detur in morã periculum & crimen ſit adeo euidens, vt notorietate facti celari nequeat, eo caſu ex intentione Pontificis priuilegium clericale ceſſat, & remittuntur

iuris

iuris ſolemnitates, quæ requirebantur ad remiſsionem faciendam; incipit enim eo caſu priuilegium iniquitatem fouere, & ſuccedit reg text in cap. Suggeſtũ de decim. ſicq; remittitur citatio, ſeu monitio, & forma iudicij, quia ſi cauſa vrget ſine citatione aliquãdo proceditur, quia eo caſu nec defenſio parti tollitur, & ſatis auditur qui nullam habet defenſionem, facit cap. Bonæ 2. in §. Porro de electione, & in cap Euidentia de accuſation. Tiraq. in tractat. res inter alios limit. 2. deciſ Pedam. 68. nu. 30. & ſic meritò eo caſu vtrunq; priuilegium canonis, & fori clericus amittit, & iudicatur à ſæculari, ſicq, procedit d. cap. Perpendimus, de cuius intellectu vidẽdus Soares de cenſur diſput 22. ſect 1. n. 12. licet ipſe ibi dubitet cum Nauarr. cap. 27. n. quem ipſe citat.

Quæ omnia ſupra poſita pariter habere debent locum in clerico in minoribus beneficium habente, in hoc enim nihil per ius regium immutatum eſt, nec per S. Concilium d. cap 6. patet Ordin hoc lib. 2. tit. 1. §. 23. ibi *Os clerigos de ordẽs ſacras, ou beneficiados, &c.* In clericis autem in minoribus ſolutis, & coniugatis illud idem dicendum eſt vt nullo priuilegio gaudeant ſe ſceleribus immiſcentes dimiſſo habitu: in aſſaſsino ex cap. 1. de homicid. lib. 6 in apoſtata ex text in cap 1. de apoſtat. reſoluit Caſſ rub. 5. n 50. & 51 in buffone n. 55. in degradato n 57. in depoſito nu. ſeq. vbi n. 51. refert breue Leonis X conceſſum Regi Francorũ ſuper clericis apoſtatis, & facinoroſis.

13 Vltra ea quæ de iure communi ſunt, plures ſunt caſus in quibus attentis bullis, & indultis apoſtolicis, clerici in minoribus ſoluti, & coniugati priuilegio carent, prout continetur in breui Iulij tertij d. cuius intellectu ſupra egimus. Clemens VII conceſſit Ioani tertio, ne delinquentes ratione furti, falſi, & falſæ monetæ priuilegium haberent in hæc verba. *Nos itaque inclinati ſupplicationibus tuis tuo cappellano maiori quoad vixeris, clericos in minoribus conſtitutos, nullum beneficium eccleſiaſticum obtinentes, non ſolùm ratione furti, & falſi, ſed & ratione falſæ monetæ, balleſta, & ſagitta, homines interficientium criminum dumtaxat capi, & iudicibus ſæcularibus per eos debite punièdos tradendi, authoritate apoſtolica authoritatẽ, & facultatem concedimus.* Quod ſi fortè huius bullæ decretũ hodie durat, priuilegia enim Regibus cõceſſa ſemper reformantur à Pontificibus, nam ita oportuit fieri propter reſtrictionem, de qua ibi. *Quoad vixeris.* Dubitari rectè poteſt pro ipſius intellectu, an habeat locum in mandante interfici aliquem balliſta, & quod non, facit Bal. in l. Aut qui aliter §. Hæc verba, ff. quod vi, aut clam, Panor. in cap. Mulieres de ſententia excõmunicat. deinde quia qui per alium facit dicitur fictè facere, & in odioſis verba verè, & non fictè ſunt accipienda, l 3. §. Negotia, ff. de negot geſt. aliàs enim daretur extenſio, quòd non datur in correctorijs, etiam ex maioritate rationis, ex Arnal in cap. Quoniam de hæret. q. 11. in terminis Roger de iuris interpretatio. fol. 251. n. 23. ad vtramque partem diſputat Placa in praxi crim. in. lib. 1. c 1. poſt n. 6. fol 18. verſ quinto videndus Tiraquel ad leges Connubial. gloſ. 5. num 193. & Iaſ in l. Si is qui pro emptore, ff. de vſucapio. nu. 363. quem vide omnino. Sed adhuc videtur quòd hoc caſu mandans debeat compræhendi cùm lex puniat comittentem, quia ſatis comittit qui mandat, imo vtitur alia perſona tanquam inſtrumẽto, quid enim refert ſi alio homine pro inſtrumento, vel in locũ ſagittæ, lapidem ſupponat, in balliſta, vel lignum aliquod, quod ſagitta non ſit, cùm ſagitta componatur ex ligno, & ferro, & pro hac parte facit gloſ 2. l. Tauri 77. col. 3. fol. 159. Crottus in d. l. Si is qui num. 165. & quando lex loquens in caſu vero compræhendat fictum, latiſsimè diſputat idem Crottus in l. Omnes populi, ff. de

iuſt.& iure à n.209 licet Gramiti q.28. n. 8. in cōtrariū teneat in mādante, & Turzanius lib. opin. commun.concluſ. 130. Poteſt inſuper dubitari, an breue loquens in balliſta habeat locum in arcabuſio, vel ſcopeta; & videtur quòd idem iuris ſit, per l.Congruit de officio præſid. per quam hoc caſu fit extenſio de caſu ad caſum, Crottus in d. l. Si is qui, nu.165. maximè quia eſt eadem ratio, Baptiſta in l. Omnes populi, ff. de iuſt & iure n 163. Propter quas dubitationes poſtea. Pius IIII. conceſsit Regi Sebaſtiano breue in ampliori forma, in qua de his caſibus omiſsis mentio facta proponitur, quòd dirigitur ad Cappellanum maiorem, vt ipſe degradet, & remittat, in vita tamen ipſius Regis, cuius verba ſunt: *In minoribus conſtitutos eccleſiaſticum beneficium non obtinentes, quos in Regno dominijs, & inſulis prædictis, crimen læſæ mageſtatis, aut peccatum propter quod ira Dei deſcendit in filios diffidentiæ, ſeu ex propoſito deliberato, homicidum, vel proditionem, aut aſſaſsinium comiſiſſe, aut incendium feciſſe, ſeu virginem, ſeu coniugatam quampiam, aut aliam honeſtam mulierem rapuiſſe, ſeu falſi, falſæ monetæ, vel furti crimina, aut latrocinia in via publica perpetraſſe, vel aliquem archabuſio, ſchopeto, vel balliſta, occidere actualiter tentaſſe, quamuis neminem vulnerauerint, neque tetigerint, vel etiam aliquid prædictorum fieri mandaſſe ſibi conſtiterit, tamquam clericali priuilegio indignos capiendi, aut præcedente ligitima degradatione eorum iuxta formam ſacrorum canonum facienda, iudicibus ſæcularibus concedimus &c.* Inſuper appellationem his delinquentibus tollit, niſi interponatur ad Epiſcopum, vel ad aliquem Deputatum menſæ Conſcientiæ.

Per quod breue omnis ſupradictus labor cōquieſceret, quapropter tamen adhuc aliquæ oriebantur dubitationes, prima circa illud verbum *Sibi conſtiterit*, per quod videbatur ſemper fore neceſſarium, vt de delicto conſtaret ligitime, vt pœna ordinaria puniri poſſet, itaut extraordinaria punitio videatur prohibita. Secunda dubitatio erat, an dictum breue tantùm in futura dirigeretur. Ideo poſtea dicto Sebaſtiano Regi fuit per aliud breue conceſſum, vt non ſint neceſſariæ plenæ probationes contra huiuſmodi delinquentes, & quòd etiam caſus præteriti punirentur tamquam ſub verbis bullæ comprahēſi, quæ quidèm bullæ debent hodie eſſe confirmatæ per Sedem Apoſtolicam. Illud non omittā quod quotidie poteſt in praxi contingere, an ſub monetæ falſæ crimine intelligatur ille qui veram monetam argento, vel auro oblinit, vt decipiat,& notandum eſt quòd in iure quatuor modis dicitur monetam falſam quis conficere, cum eam componit, Tiber. in praxi lib.7. Secundo quando eam expendit ſcienter, Duenhas reg. 259. Pegera quæſt. crim. 46. fol.328. Tertio, cum eam abradit, vel tondit, Caſſ. de Burg. rub.1.§.49. fol.16. Quarto quando eam auro, vel argento cooperit quando ænea ſit, hos caſus congerit, l.9. tit.7 part.7. Couarr. de collat. veter. muniſ cap. fin. in fin. Platea in l.1. C. de murilegul. lib.11. Meno. de arbitr. caſu 316. nu.5 & meminit Ordin. lib.5. tit.12 in ſuis paragraphis, de tribus prioribus caſibus ſolum dubitatio eſt circa vltimum.

Et non compræhendi ſub falſa moneta videtur probari, quia falſa moneta illa eſt quæ cuditur ſine Regis facultate, ex Ordin in princ. ibi. *Que não he feita por mandado do Rey*: quod hic non reperitur, proponitur enim moneta cuſſa Regis iuſſu, vnde licet falſitatem, & dolum contineat, dum tingitur auro; non tamen moneta ipſa falſa eſt, quia non datur ſimpliciter falſum quod iuuatur primordio veritatis, l. Filiusfa. § Hæres ff. de leg. 1. Clarus §. Falſum, n. 34. Meno de præſumption. lib 5. præſumpt 20 n.53 Ordin. lib.5 tit.60. §.7. vnde cum hic caſus à lege Regia ſit omiſſus 13

omiſſus debet manere in diſpoſitione iuris communis, nec debet dici compræhenſus ſub hac lege Regia.

Verum adhuc dicerem hunc caſum ſub lege contineri, ex eo quia ex mente legis compræhenditur ſub verbis ipſius: Et faciunt rationes quas ſupra de balliſta occidẽte, & mandante ſupra dixi, nec obſtat quòd illa moneta eſt vera moneta, & non falſa, licet falſitas ſit in colore, vel pictura ipſius; nam ſatisfit quòd mutata forma monetæ res ipſa quæ erat antea interimitur, & nomen à forma noua accipit, & incipit eſſe aliud l. Iulianus, §. Si quis rem, ff. ad exhibendum l. Lana, ff. de leg 3. & intentio operantis illa eſt vt moneta auro cooperta pro aurea habeatur, cùm ænea ſit, & parum refert, an ipſe de nouo talem monetam conficiat, & poſtea auro obumbret, quam iam contectam eodem auro celet, vel cooperiat, quia licet talis moneta non ſit falſa, quatenus ærea, modo tamen iam eſt falſa, dum pro aurea vẽditur, & falſarius eſt qui numos æreos, vel aureos fingit, ex l. Quicunq; ff. de fal. l. Imperator, vbi Bart. ff. de indiem addictio. Maſ. de probat. lib. 2. concluſ. 7,9. in fin. verſ. Facto. Et talis venditio nulla eſt, l. Cum ab eo, §. Menſam, ff. de Contrah. Emp. ibi *Menſam argento coopertam mihi ignoranti pro ſolida vendidiſti imprudens nulla eſt emptio pecuniaq; eo nomine data condicetur*: atque in hoc caſu pœnam falſæ monetæ imponendam dixit Hipol. in l. Qui falſam n. 10. ff. ad l. Cornel. de falſ. per gloſ. & DD. in l. 1. C. de falſa moneta.

Quid autem è conuerſo dicendum, quando quis non veram monetam corrumpit, ſed falſam, vtpote quia falſam monetam abraſit, an verbis huius breuis compræhẽdetur: videtur quód non, ex his quæ Ripa de peſte cap. de remed. conſeruat vber. nu. 68. & Meno. de arbitrar. d. caſ. 316. nu. 19. Cetta in memorabil. verba Actus nullus, Surdus deciſ. 282. nu 18. Caſſan. ad Burgund. Rub. 1. n. 47. fol. 16. Bonacoſſa verbo falſa 1. p. fol. 66. & vide l. 67. titul. 25. lib. 5. nouæ recopil. Perez lib. 8. fol. 192. Tiraq. de retract. ligna § 1. gloſ. 9. n. 12. & Gomez l. fin. Tauri num. 4. Menoch. vbi ſupra num. 34.

Redeundo igitur ad noſtrum propoſitum eſt & alter caſus in quo clerici in minoribus de iure regio priuilegio fori non gaudent, nempe quando reperti ſint in ludo alearum, & habetur in lib. Shpæræ Portuenſis Senatus fol. 51. Diploma regium in hæc verba: *Pelo que vos encomendamos que ſe algũs ora ſaõ prezos, pelo que dito he, que lhe não ſejá recebida a dita exceição das ordẽs, & não ſerão ſoltos até que paguem o que he conthendo em noſſa Ordenação feita ſobre os jogos, comprio aſsi. Feita em Almeirim 17 de Nouembro de 1513.* De quo etiam extat breue, cuius verba ſunt. 14

Dubitari ſolet, an priuilegium hoc clericale amittant illi qui vile exercent officium publicé, in quo differẽtiã conſtituunt DD. inter clericum ſolutum, & coniugatum vt primus non amittat niſi prius ter monitus ſit, nec deſiſtat, Guido q. 138. num. 1. Caſſan. in rub. 1. § 5. verbo Si alcun comet nu 63. & ſeq. vbi n. 54. agit de clerico in minoribus proſequente militiam, & neceſſariam dicit monitionem quæ tamen eo caſu neceſſaria non videtur, cùm actus militiæ ſit contrarius clericatui, & notorietas facti faciat ceſſare monitionem, ex his quæ Perez l. 13. tit. 3. lib. 1. Ordin. col. 136. ad fin. in alio autem exercitio, vel arte trina monitio requiretur attento iure, licet hodie attentis verbis Concilij illa verba, *Habitum, & tonſuram deferens*, conditionem importent, qui debet impleri in forma ſpecifica, & probari ab illo qui pro fundamento priuilegij conditionem impletam allegat ex his quæ Sanchès diſput. 46. n. 19. & ſeq. 15

Nec apud nos tales monitiones ſunt in vſu, vt teſtatur Vaz alleg. in coniugatis verò omnes affirmant quòd per artis vilis

vilis exercitium clericale priuilegium amittunt, veluti ſi chirurgus ſit, Hipol ſing 383 Afflict. lib. i conſt. rub. 3. n. 2c. Francus in cap. 1. §. 1 nu. 5. de cler. coniug. in 6. Annania in cap. 1. de apoſtatis n. 10. Placa in praxi cap. 26. n. 5. Couar. in clem. Si furioſus, §. 4. 2 p. n. 3. fol. 305. Soarez de cenſur diſp. 22 ſect. 1 num 18.

16 Dubitari tamen poteſt, an clericus coniugatus qui corruptam duxit, vel ſecundo nupſit amittat hoc priuilegium, & reſoluendum eſt amittere ex eo quia bigamiam contrahit. DD in cap 1. de bigam. in 6. Villadiego de irregul. fol. 10. col 3. Couarr. in clem. Si furioſus, §. 2. fol. 246 Aurel. de vero clerico lib. 2. cap. 11. Segouean de liber. eccleſ. 4. q. n. 2. ex quo apparet quàm ineptè dixerit Capel. Thol. q 117. nō obſtāte xeceptione bigamiæ reū remiſsū fuiſſe, cauebis etiam à Probo in d. cap 1. de bigam. num. 1. dum firmat bigamum clericale priuilegium non amittere quia confunditur ex ſupradictis, quando autem cum tali bigamo diſpenſetur, vide Rotta noua. 447. gloſ. 1 in medio, Rozela de conſilijs vol 10 tract fol. 76. Couarr d. §. 2. n. 4. adde gloſ l. 5. l. 1 tit. 5 part. 1.

Secundo dubitari ſolet, an per ſecundum matrimonium ipſo iure nullum puta, quia contractum viuente prima vxore, in ſpecie cap Conſulti de conuerſ. coniug. incurratur bigamia, ex text. in cap fin de bigam. vide Villadieg de irregul. fol. 12. col. 4 firmantem quòd ſic, dūmodo ad copulam ſit proceſſum, ſecundùm quod venit intelligendus Afflictis lib. 1 conſtit rub. 3. n. 21. dum firmat per matrimonium nullum cui aliquod impedimentum canonicū poteſt obijci non incurri bigamiam veram, nec interpretatiuam, Rotta noua. 147. debet enim illud intelligi niſi ſequatur copula, videndus Couar. d §. 1 num. 1. fol. 264. concordat Cotta verbo Bigamus, ex quibus confundūntur quæ dicit gloſ ad Capel. Thol. q 64 quam tamen vide q 234. verſ Sic de tertio, & confunduntur quæ Vaz allegat. 41. in fin vbi dicit ex matrimonio nullo non incurri bigamiam nec facta diſtinctione an copula ſubſequuta ſit, vbi citat pro ſe Sanch d lib 7. diſput. 84. qui n 1 aliud ſentit, imò ex duplici matrimonio quorum alterum nullum ſit bigamiam incurri docet: quare videtur dicendum, quòd qui matrimonium nulliter contrahit bigamus non fit, ex his quæ Couarr in clem Si furioſus, 1. p. §. 2. n. 2. Sanches diſput. 84. n 10. Si verò iam contracto primo matrimonio ſecundum nulliter contrahatur bigamia contrahitur, vt per citatos à Sanches vbi ſupra num. 11. quem vide, & in hac ſpecie procedit d. cap fin. de bigam. dum agit de eo qui clericus erat, & modo contrahit, cùm iam ſimilitudinarium matrimonium præcederet.

An autem qui credens virginem, duxit corruptam, ex tali ignorantia excuſetur, & nō excuſari probabilius eſt, quia eſt inhabilitas quæ ſine culpa contrahitur, Guido q 138. n 4. & Alfonſus de lege pœnali fol. 148. verſ Sed quid ſi tempore matrimonij adſit virginitas & poſtea vxor corrupta fuit per adulterium antequam à viro ſuo cognoſceretur, & videtur adulterium vxoris quoad hoc viro non nocere in ſuo priuilegio, Capel Tholoſ q. 64. & q. 234 vbi gloſ ponit plures ſpecies bigamiæ licet contra inſurgat, Alfonſus de l. pœnali. d. fol. 148 & Couarr. d. §. 2.

An autem bigamus fiat qui à ſe corruptam ducit, & priuilegium amittat in 17 contentionem reuocatur, & videtur quòd ſic, ne ex ſuo delicto comodum reportet, facit cap. Qualis 30. q. 5. & cap 1 de cler coniug. in 6. vbi virginitas requiritur tempore conſenſus matrimonialis: ſed verius eſt non incurri Capell q 219 eam ſequitur Gomez de delictis cap 10. poſt n. 4. vbi dicit communem, ſed in Hiſpania, ex priuilegio apoſtolico non ſeruari communem dicit Villadiego de irregul. fol. 11. col 4. Couar.

Couarr.d.§.2.num.3.fol 265. Aurel de vero cler.lib 2.cap 11. num.3. in puncto iuris tuentur plures quos citat Sanches vbi ſupra num.15. Farinac. titul.de inquiſitione quæſt. 8. num. 8. Ceuallos quæſt.556 num vnico, & eſt ratio quia matrimonium quod ſubſequitur, purgat præcedens vitium, confirmat hoc latè Sanches d num 13. & facit in ſimili quòd non eſt bigamus qui vxorem alterius non tamen cognitam ducit, cap 1. & cap Debitum de bigam. cap. Si quis viduam, deciſ 34. Sanches vbiſupra num.7. Vnde videtur non ſecurè loquutum Caſſaneum d.verbo Selnegrace, num 66 rub 1 dum aſſerit coniugatum qui virginem rapuit, & cognouit eſſe bigamum, confunditur enim ex ſupradictis, nam in hac materia diuiſio carnis in duas intelligitur de coniugibus, nam ſi extra matrimonium diuidatur in plures, non amittitur priuilegium, nec bigamia incurritur cuius rei quæ ſit ratio eſſet longum tradere videnda eſt apud Sanches vbiſupra nu 9. vbi eleganter: Cur mulier efficiat per corruptionem ſuam maritum bigamū, corruptio autem viri ipſi non officiat niſi à termino ad quem ideſt vxore procedat, Vaz allegat.41. num.8. & eſt text.in cap. Quia circa de bigam

Quid autem dicedum quando bigamia contracta ſit poſt delictum, an inducat priuilegij amiſsionē, prout ſi quis erat ſolutus in minoribus tempore delicti, & poſtea viduam duxit, an obſtet bigamia? Videtur quòd ſic, quia tempore capturæ reperitur bigamus, & deuenit res ad caſum à quo non potuit incipere, obſtat tamen quòd habilitas perſonæ circa priuilegium, ſolum conſideratur tempore delicti comiſsi Hipol.ſing. 480 & in Curia Regia ita deciſum firmat Gramat deciſ. 10. num. 3. Panor conſ.85. ad finem, vol 1. illa enim poſt delictum non nocet, Arnaldus de hæret. in cap. Quoniam, quæſt 13.num 30 vnde is tamquam clericus ſolutus remittetur, attento delicti tempore, ex Alex. conſ 8.lib.1. ad fin. & conſ.149. num.9 lib.5. Barboſa in l Titia num.35 & n.33. Sanches diſput.46.num.10. Vnde licet hoc ita de iure ſit, de iure tamen regio videtur dicendum, quód bigamia ſuperueniens noceat, cum attenta Ordin. d. §.27 habilitas requiratur vtroq, tēpore quā ſententiā ſecundū ius ſtatuit nam habilitas perſonæ tempore quo iudicium incipit ſpectanda eſt, vt ſupra dixi. Sed adhuc ſequenda eſt communis ad legem autem regiam ſatisfit, quód lex regia requirit habitum, & tonſuram, vtroque tempore delicti, & capturæ in coniugatis, atuerò de bigamia nihil diſpoſuit, vnde ille caſus tamquam omiſſus manet in diſpoſitione iuris communis.

Vlteriùs quæro, an priuilegio gaudeat qui ante ætatem ligitimam promotus eſt, vel ſolutus, vel coniugatus ſit, vel ſi ab alieno Epiſcopo ordinetur, aut extra tempora? Hi enim caſus æquiparantur, & quód non tenuit Bernard. in praxi cap. 22. in promoto à non ſuo Epiſcopo, eſt text. in cap. primum 71. diſt & quid in initiato cum literis cap. Sede vacante, contra formam Concil. ſeſſ.7.de reform. cap 10. Sanches lib 7. diſput. 6 n 1. Vaz allegat.45 num. 20. dixit Caſſan. in conſuetud rub 1 §. 6. verbo Miſers, num 13. Roland conſ.4. n 18. contrariam tenuit Guido q. 449. quam ſequitur Sepola conſ. 1 num.10. & Probus in cap 1. de tempor ordin. à num 6. vbi defendit validam eſſe primam tonſuram, & in promoto ante ætatem, Villadieg de irregul. fol. 11. col. 3. 18

Quid autem dicendum ſit in militibus militiarum, D Iacobi, & Chriſti, caſu quo id expoſcant, & reſoluendum eſt, quód non, licet enim ordines habeant non gaudent fori clericalis priuilegio, cùm ſuum habeant iudicem deputatum ad omnes cauſas criminales, idem de militibus S. Ioannis dum eſt, 19

licet enim hi beneficiati dicantur, ex his quæ Cabed deciſ. 64. num. 1. 2 p tamen ex eadem ratione ad ſuum iudicem remittuntur.

20 Quid verò dicendum in clerico in minoribus, vel ſoluto, vel coniugato, vel etiam ſi ſit in ſacris conſtituto, ſi crimen læſæ maieſtatis comittat: an fori priuilegium amittat, non ſine dubio eſt, atento iure, & quód non tenuit, Rolandus lib 1. conſ. 4. & facit quia clericus reſpectu principis ſæcularis non dicitur crimen læſæ maieſtatis committere, cùm illi ſubditus non ſit; Cabed deciſ. 82. 2. p. n. 11 vbi plures citat, contrarium tamẽ ſeruatur teſte Claro §. fin. q 36 & praxis videtur fundari in cap Perpẽdimus de ſentent. excommuni. & in cap. 1. de homicid. in 6. vbi ſæcularis punit nulla præuia degradatione, Viuius lib. commun. verbo Iudex laicus, Bernard in praxi cap. 91. Couar. lib 2 reſol. cap 20. poſt num. 10. verſ ſexto, Placa in praxi cap. 19. num. 26. verumtamen eſt quod eſt neceſſaria declaratoria, Carrer in praxi fol. 289. num 11 Capi quæſt 1 2. num. 2. Placa d cap. 19. num. 7 Alex conſ. 166. num. 5. lib. 7. & hæc ſententia debet ferri ab eccleſiaſtico, licet con ſuetudo in contra ſit, teſte Claro d q 36. verſ Sed quæro, Capid. q 112. num. 4. & q. 115. poſt num. 25 Si tamen res moram non patiatur non dubitarem, vt clericus abſque vlla ſententia capi poſſet, ex d cap. Perpendimus ſi dimitat habitum, & bellum faciat, in illis enim caſibus ſpecialiter procedit, d cap. Perpendimus, ne debet fieri extentio, quia materia eſt odioſa, Soarez vbiſupra n. 14.

21 An autem huiuſmodi priuilegium, vt amittatur, requirantur iuris monitiones in clericis in minoribus habitum nõ deferentibus, nec parẽtibus cõditionibus Concilij, docet non requiri Sanches diſput 46. lib. 7. num 18. & ſeqq. Vaz alleg. 14. num. 15. Barboſa in d l. Titia n. 36. ſatis enim per bullam huius Regni, & per legem Concilij monentur vt habitum, & tonſuram gerant, & per Epiſcopum deputentur alicui ſeruitio, vt in terminis aduertit Auend. lib. 2. de exequend. mand cap. 22. n 12. Gramat. lib 1. conſt rub de apoſtantibus nu. 5. ad finem, Petrus Greg lib. 2. part iur canon. tit. 9. cap. 12 gloſ. 1 ad fin. licet Farinacius d. q 8. nu 95 dicat requiri monitionem, plures Epiſcoporum conſtitutiones citat Vaz alleg. 45. n fin Clericus veró in ſacris in ſpecie, cap vnici de vita, & honeſt. lib 6. quando ioculatores, ſeu goliardi, ſeu buffones per annum exiſtunt, ipſo iure priuilegium ſine monitione amittunt, vt probabilius dicit Soares vbiſupra n. 15.

An autem hi clerici remittendo priuilegium ſuum poſsint à ſæculare iudice puniri dubitabile eſt, & videtur quód non, quia priuilegium eſt ordinis, videndus Couar cap. 31. n. 2. Farin. d q. 8. n 11. Pacianus de probatio. lib. 2. cap. 24. nu. 74. Adeo vt licet ipſe confeſſus ſit ſe non eſſe clericum, adhuc non ſufficiat, vel paſſus ſit ſe iudicari nihil opponens, proceſſus erit nullus, Specul. in tit de citatio. §. Contra, verſ Sed pone, Bartol. conſ. 213. Socin conſ. 12. lib 1. n. 2. Alex. conſ. 8 vol. 1 col. 2. in fin. etenim tacité, nec expreſsè huic priuilegio renunciatur, & quocunq; tempore poteſt opponi, Couar pract. cap. 31. poſt princip. verſ. ſecundo, tradit Auend. d cap 22. poſt num. 2. fol 10. notant omnes in cap. Si diligenti; & in clerico in minoribus loquitur Rotta antiqua 840. & in clerico coniugato, Angel in §. Appellatur inſt. de exceptio. Cepola conſ 11. nu. 14 Nauarr. in cap. Accepta fol 174. de reſt. ſpol Caſſan in conſuetudin burg. rub. 1. § 5 nu. 25. Decius conſ. 241. Rolandus conſ. 4 n. 6. vol. 1.

S V M-

SVMMARIVM.

1 LAicus trahitur ad forum Eccleſiæ ratione qualitatum violentiæ.

Qualitas in libello expraſſa fundat iuriſdictionem iudicis. ibi.

2 Si reus negat qualitatem debet illius offerri probatio.

3 Reus ſi neget ſtatim ad ſuum iudicem eſt remittendus.

4 Qualitas expraſſa aliquando reſpicit peremptoriam exceptionem aliquando dilatoriam.

Qualitatis quæ reſpicit peremptoriam ſola ſufficit allegatio in libello. ibi.

Qualitas quæ reſpicit dilatoriam non ſufficit allegatio, ſed requiritur probatio. ibi.

5 Qualitas violentiæ reſpicit peremptoriam, & ideo ex ſola allegatione illius laicus ad forum Eccleſiæ trahitur.

Interpretatur text. in l. pen. §. 1. ff de iuriſd. omni iudic. ibi.

Interpretatur l. ordinata, ff. de liber. cauſ. ibid.

6 Eccleſia trahit laicos ad ſuum forum pro rebus ſuis, omni caſu.

Si laicus neget, ad ſuum iudicem remittitur. ibid.

7 Eccleſia non trahit laicum ad ſuum forum ſine qualitate furti, vel violentiæ.

Actor ſequitur forum rei niſi in caſibus iure expraſſis. ibi.

Eccleſia non trahit laicos ad ſuum forum, ſi perſonali actione, vel reiuindicatione agit. ibi.

Interpretatur cap. Si clericus de foro comp. ibi.

8 Laici violenter occupantes res Eccleſiæ dicuntur ſacrilegi.

Sacrilegium non datur quando occupantur patrimonialia clericorum. ibi.

9 Clerici in patrimonialibus non gaudent priuilegijs Eccleſiarum.

10 Qui ſit ſenſus legis Regiæ.

Intellectus Ordinationis lib. 2. titul. 1. §. 10. ibi.

Cruces, & nauiculæ quomodo ſint res ſacræ. ibi.

11 Interpretvta Ordin. lib. 2. tit. 1. §. 9.

Laici pro penſionibus rei Eccleſiæ pulſantur in eccleſiaſtico. ibi.

Ordinatio non patitur laicos trahi ad forum Eccleſiæ, niſi cum qualitate violentiæ. ibi.

12 Reiuindicatio ſi proponatur in qualitatibus violentiæ, poteſt laicus trahi ad forum Eccleſiæ.

Non ſufficit vt reus neget rem eſſe Eccleſiæ & qualitates propoſitas. ibi.

13 Si laicus abſolutè negat, an ſtatim remittendus ſit?

14 Violentia qua laicus trahitur ad forum Eccleſiæ qualis eſſe debeat.

An lex Regia debeat intelligi de quacunq; violentia? ibi.

15 An procedat in patrimonialibus clerici?

16 An proponi debeat violentia intra annum, & quocunq; tempore?

17 Qualitas ſacrilegij ſi non probetur, & remittatur ſæcularibus, an de qualitatibus probondis adhuc agi poſſit?

18 Eccleſia vocante reum laicum ad ſuum forum, ſi ille neget, ſtatim remittitur.

Si Eccleſia petat ſolam poſſeſſionem, & hanc negauerit, an remittendus? ibi.

19 An laicus negans rem eſſe Eccleſiæ debet aſſerere, neceſſario, eſſe ſuam?

20 Eccleſia ſi pulſat iudicem pro male iudicatis an dicatur agere pro re ſua?

21 Appellatio vnica his caſibus permiſſa eſt.

Quid ſi cauſa incipiat coram Vicario Epiſcopi, an ceſſet appellatio?

Senſus legis Regiæ eſt vt vna detur inſtantia, & non plures. ibi.

22 *Quid dicendum ſi cauſa incipiat coram Vicario Archiepiſcopi, an ceſſet appellatio?*

23 *Qualitas ſi non probetur, & cauſa remittatur ad ſæcularem, an liceat appellare à remiſsione?*

24 *An eo caſu ſuperior poſsit de principali negotio cognoſcere?*

25 *Eccleſia iudicante qualitates probari, an pateat recurſus ad Principem?*

26 *Reo remiſſo ad ſuum iudicem quod negauerit, ſi poſtea appareat rem eſſe Eccleſiæ, an iterum remittendus ſit?*

27 *An ſicut lex Regia admittit appellationem, admittat ſupplicationem?*

Quód non pateat ſupplicatio ad legatum? ibi.

28 *Eccleſia ſi citat laicum ad ſuum forum qualitateſq; non probat, quomodo puniatur?*

29 *Eccleſia an poſsit qualitates omiſſas in libello, in replica proponere, vt pœnam euitet?*

30 *An Eccleſia vitet pœnam ſi à cauſa deſtitit?*

Lex Regia non imponit pœnam niſi lata ſententia. ibi.

Lite iam conteſtata non licet impune recedere. ibi.

31 *Lex Regia an habeat locum in cauſis mixti fori?*

32 *Quid ſi Eccleſiat citauit agens de nullitate donationis ſui rectoris?*

33 *Donatio facta ad vitam Abbatis de decimis, vel fructibus Eccleſiæ, an valeat?*

Interpretata extrauagans Ambitioſæ de rebus eccleſiæ. ibi.

34 *Extrauagans Ambitioſæ non tollit donationes fructuum ad vitam.*

Vtilitas Eccleſiæ quomodo conſideretur? ibi.

35 *Extrauagans Ambitioſæ ſolùm prohibet contractus per quos ius in re transfertur.*

36 *Si cauſa incapit coram delegato, an requiratur qualitas violentiæ ſicut requiritur in Ordinario?*

Paſſalia Eccleſiæ quæ ſint, & an alienari valeant? ibi.

Paſſalia Eccleſiæ vniuſ alinari poſſunt ſicut cætera prædia. ibi.

37 *Si cauſa comiſſa ſit Delegato, vel ab illo appellari non poteſt, vel vt ſeruetur legis Regiæ forma vnica tantúm debet competere appellatio?*

38 *Si iudex eccleſiaſticus contemnit formam à lege Regia præſcriptam, quid faciendum?*

39 *Si eccleſiaſticus laicum condemnat ob probationes qualitatis, an pateat ad Regem recurſus?*

Et é conuerſo ſi cauſam remittit, nec tamen condemnat, patebit recurſus. ibi.

40 *Si iudex ſe iudicat incompetentem, poteſt actor appellare á tali pronuntiatione.*

Et pariter reus ob non factam condemnationem appellat. ibi

Si cauſa remittitur ſine condemnatione, & pars appellauit à remiſsione, & reus non appellauit, ſtatim ab omiſsione condemnationis in valore rei, an ſit poſtea admittendus?

42 *Sententia abſolutoria ſi lata ſit, & iuſſum vt condemnetur actor in Senatu, adhuc poterit pars impedimenta offerre.*

43 *Pœne huius legis non procedit in laico citante in iudicio Eccleſiæ.*

AN SÆCVLARIS POSSIT TRAHI ad iudicium Eccleſiæ ratione violentiæ commiſſæ in rebus Eccleſiæ, vel furti, vel ex ſimili qualitate ad explicationem Ordinatis lib. 2. tit. 1. §. 5.

ſiua probam. qualitatis negata a D. r Cabo impressi lib 2. cap 4 n 3. inven clericus

C A P. 27.

E Gerat ſupra legiſlator Luſitanus de caſibus in quibus clerici ad iudicium ſæculare trahuntur, nunc èconuerſo agit de caſibus in quibus ſæculares iudicium Eccleſiæ ſubeunt ratione qualitatum expræſſarum in libello.

Hæc Ordinatio deſſumpta fuit à cõcordia habita inter Prælatos, & Regem Ioannem primum, art. 57. qui ſic habet:

Ao que dizem que nos caſos aonde era duuida da juriſdicção, poſto que no libello taes qualidades haja, que a cauſa pertencia à Igreja, não querião conſentir que os leigos reſpondeſſem perante o juyz eccleſiaſtico, ſem fazer ante com eſſe juyz ſummario conhecimento.

A eſto reſponde elRey, & de conſentimento dos Prelados lhe apraz que hi não aja ſummario conhecimento, & ſe guarde o rigor do direito, & ſe tenha em eſto tal maneira, que ſe o clerigo citar o leigo perante juyz eccleſiaſtico, por roubo, ou força, ou outro ſemelhante caſo, pondo contra elle tal qualidade de que de dereito deua reſponder no eccleſiaſtico, que ſe o Clerigo tal qualidade não prouar, que ſeja logo o Clerigo condenado em outrotanto como demandaua, & ſeja paru a parte demãdada, com arcuſtas que ſobre ello fez; & aſſi ſe faça ao leigo que ſe demãdado for por couſa da Igreja, & elle declinando foro, diſſer que a couſa não he da Igreja, que o juyz eccleſiaſtico o remeta logo ao juyz ſecular; & ſe ſe prouar perante elle que a couſa he da Igreja, que o leigo demandado logo ſeja condenado em outro tanto como lhe demandaua, & mais as cuſtas; & ſerá todo para a parte que demandar; afora o principal que fique para ſe julgar a cuſo ſer, & pertencer de direito: & que em eſtes feitos não aja mais que hũa appellação no Reyno, do juyz eccleſiaſtico para o Biſpo, ou Arcebiſpo & do ſecular para elRey.

Rem difficilem aggredimur, nodatam, & obſcuram legem quæ difficultatibus ſcatet, quas ſi non ſoluere ſaltem reſecare, vt Gordianum nodum conabimur, & vt melius abſtruſum ſenſum huius Ordinationis aperiamus, ex longo rerum vſu, quo iam attriti didiſcimus in ſequentes quæſtiones materiam diuidendum duximus.

Primum, qualitas in libello propoſita, quãdo, & quomodo iuriſdictionem iudici tribuat.

Secundum, an attento iure pro rebus Eccleſiarum laici in foro Eccleſiæ ſint conueniendi in omni cauſa? An veró pro ſolo furto, & violentia?

Tertium, an reus negans rem eſſe Eccleſiæ ſit ad ſuum iudicem remittendus?

Quartum, an vnica tantùm ſit appellatio?

Quintum, circa pœnam non probantis qualitatem propoſitam.

CIrca primum valde controuerſum eſt, an ſufficiat qualitatem tribuentem iudici iuriſdictionem in libello proponere, & virtute illius abſq; alia probatione ipſius, ipſe valeat cognoſcere, licet reus neget. An veró pro fundanda iudicis incompetentis iuriſdictione ipſius qualitatis probatio prius requiratur, & ſuff.

ſufficere ſolam allegationem videtur verius ex text. in l. pen. §. 1. ff. de iuriſd.omni iudic ibi quoties de quantitate ad iuriſdictionem pertinēte quæritur, ſemper quantum petatur quærendum eſt, non q[redacted] debeatur, l. Ordinaria, [redacted] cuius rei eſt ratio, quia quoties alicui iudici conceditur aduerſus exemptum iuriſdictio in aliquo caſu particulari, veluti in laicum ſacrilegum, vel in eum qui alterius iuriſdictionis eſt, ratione contractus, vel maleficij infra ditionem ſuam perpetrati, ſufficit quód in libello proponatur illa qualitas præſtans iuriſdictionem, & talis expræſsio pro veritate habetur, ex eodem Bart. in l. 2. ff Si quis in ius voca n.9. vbi Fulgoſ.& Alex. n 16. Butrius in cap Cæterum verſ venio ad gloſ.de iudic. Miles verbo Iudex, Lappus allegat. 59.& 65. Vantius tit de nullitate, proceſ ex defectu iuriſd Ord. n.53.fol.111. Cappella q.210. vbi firmat communem, Minſinger cent. 2. q. 9. & quod ita ſeruat Camera Imperialis, Tiraquel.de retract.conſanguin. §.8 gloſ. 5. n.21. Menoc.conſ.1045.n.16. Concilium Trid ſeſſ 22. de reformat. cap.11. Maranta de ordin.iud. 4.p deciſ 1.n 6. Ozaſ.deciſ.3 .Guterrez lib.1 cano q.34. num 7. Surdus conſ.286 nu 4 Paz in pract tom 2. prælud.2. à 16. Barboſa in l.Si quis ex aliena num.140 ff.de iudic. Caldas Pereira forenſium conſ.43 n.16. conſonat Ordin.lib 1.tit 65. §.27. & tit. 62. §.76. alias enim daretur abſurdum quód de eadem cauſa bis cognoſceretur, ſemel ſummarie coram primo iudice, & iterum plenarie coram iudice ad quem cauſa remittitur, caſu quo qualitas non probetur, plura citat Barboſa vbiſupra à n.133. vbi hanc dicit de iure veriorem.

Contraria ſententia pluribus complacuit, quód reo negante qualitatem 2 illius probatio requiratur, quia iudex debet eſſe certus de iuriſdictione ſua, l. 3 ff de eo qui pro tutor. l.Non ignorat, C qui accuſ. non poſſ. & eſt communis ex Curtio conſ. 142. num.6. Villalob. in ærario, lit.I nu.269. Auiles Prætor. cap.29. ſecretæ ſindication n.3. Rebuf. 3.tom. titul.de contumacia, art.9.gloſ. voca, n.7. Azeued.lib. tit 2.l.1 num.2. [redacted] de tali qualitate cognoſci dixit Alex lib.5. conſ.num.10. Menoc conſ.2.num.92. Soccin.conſ.187 Minſing.d cent.2.q.9. Curtius Senior conſ.124.n 6. Aymon. conſ.196. nu 5.Gramat voto 11.num.7. Plotus in l. Si quando nu.825. C. vnde vi, idem Menoch conſ.1045 n.3. Franciſcus Marcus q 180 num p 2. Afflict. deciſ 197. Crauet. conſ.196.nu.5 Gail. lib.1.pract.obſeruat 3. Magon deciſ 42. n 20. Vantius de nullitat ex defectu iuriſd Ordin.nu.53. in fin. idem Barboſa vbiſupra n 129.

Mediam alij ſectantur viam quód negata qualitate ſtatim reus negans ad 3 ſuum iudicem ſit remittendus, vt coram eo illa qualitas probetur, nam ſicut reus reſpectu cauſæ principalis ſuo foro gaudet, ſic pariter reſpectu negatæ qualitatis, ex Soccin in cap.Si clericus de foro comp.n 11. Menoch d conſ.1045.nu.7. Alij alias confingunt diſtinctiones, inter quas illud magis receptum eſt, quod qualitas qua quis vocatur ad iudicem non ſuum, tripliciter requiritur. Primo, vt verè, & realiter exiſtat illa qualitas quæ fundamentum eſt iudicij, prout in illo qui coram certo iudice reſpondere promiſit, cap Dilecti, & cap.vlt de foro comp cap. Romana, §.Contrahentes eod tit lib.6. Sacundo modo, vt ſuffitiat ſola qualitatis dubietas, vt iudicium fiat competens, prout quando laicus pro re ſpirituali, vel ſacrilegio ad iudicium Eccleſiæ vocatur, vt in cap. Cùm ſit generale de foro comp Tertio tandem vt requiratur notorietas qualitatis propoſitæ, vt in conſeruatore cuius iuriſdictio cùm odioſa ſit, & ad notorias violentias, iuxta cap 1 de offic. deleg & cap vlt.eod tit. lib.6.

lib.6 ſemper requiritur vt illa qualitas quæ iuriſdictionem tribuit,notoriè exiſtat, inter quos caſus illam conſtituunt differentiam quod in primo,& vltimo, ſi reus neget requiratur ſummaria illius probatio. In ſecundo autem caſu ſola ſufficiat allegatio,declarat Abb.in cap. Cum ſit generale de foro comp. nu.11. Soccin 13 Barbatia 60 ſicq; componendas eſſe diuerſas Doctorum ſententias, quas ex Bart. & aliјs ſupra retulimus: conſiderato inſuper, an qualitati propoſitæ ius aſsiſtat,vel repugnet,ſi repugnet requiratur probatio, ſecùs ſi aſsiſtat argumento cap. Ad decimas de reſtit. ſpol lib.6.

4 Quæ licet in ſe vera ſint,& ſuis caſibus conuenire poſsint,noſtræ tamen legi Regiæ nullo modo accomodari poſſunt, quia in primo caſu ex qualitate violentiæ cauſam deferẽdam ad forum Eccleſiæ,etiam reo negante decernit,in verſ.verò, *E aſsi ſe faça*, reum negantem ſtatim remittendum dicit, nulla prius admiſſa qualitatis probatione,quæ quidem diſſonant à ſuprapoſitis reſolutionibus.

Quare dicendum eſt quód qualitas aliquando reſpicit peremptoriam exceptionem,aliquando dilatoriam, quæ concernit incompetẽtiam iudicij. Primo modo eſt qualitas expræſſa de ſubſtantia negotij principalis,nec ab eo diſtinguitur,imò illi inſeparabiliter cohæret,itaut diſcuſſa iuſtitiá qualitatis de principali negotio conſtat, veluti cum quis ad iudicium Eccleſiæ tamquam ſacrilegus vocatur, quod per violentiam res Eccleſiæ occupauit,eo caſu illa qualitas expræſſa merita cauſæ reſpicit, & peremptoriam exceptionem, atq; ideo cum cauſa principali diſcutitur, donec de eo conſtet, & ideo ſola illius ſufficit allegatio, vt eo pariter non probata iudex ſe pronunciet incompetentem, Meno.d.conſ 1045. nu.7. Faciunt quæ Bart in l.Non ſolùm,§ Sed et reprobari, ff.de noui oper.idem Alex.conſ.119.vol. 1. & conſ.177.verſ.His præmiſsis vol.2. In ſecundo autem caſu, quando qualitas dilatoriam intuetur, diuerſa eſt á cauſa principali, ſeu extrinſeca veluti, cùm de ſola incõpetentia agitur quando quis vocatur vt hæres defuncti, illa qualitas hæredis non coniungitur cum cauſa debendi, ideo ſi pars aduerſa opponat, vel neget prius de ea debet fieri probatio,iuxta text in l.Si quis ex aliena, ff. de iudic. iunct. 1 Hæres abſens eod Ord.lib.3.tit.10.§ 9.

Et ad hos caſus poſſunt reduci Doctorum diuerſæ ſententiæ & quæ Bal in d.l.Præſcriptione n.50 Anchar n.4. in cap. Cùm ſit generale vbi Soccin. 12. Alex. in d l.1 ff.Si quis in ius, vocat nu. 16. licet doctiſsimus Barboſa dicat veriorẽ quod omni caſu allegatio qualitatis nuda ſufficiat pro fundamento iudicij.

Ex quibus ad noſtram Ordinationẽ inferendo ex verborum forma, quibus componitur patet, quod agit de qualitatibus ab Eccleſia expræſsis, quæ peremptoriam exceptionem reſpiciunt, dum iubet in prima parte, vt iudex eccleſiaſticus de propoſitis qualitatibus cognoſcat, cum ipſa cauſa principali, in furto enim, & violentia ineſt à iure qualitas ſubſtantialis, qua laicus ad iudicium Eccleſiæ trahi poteſt, ex cap. Conqueſtus de foro comp.d.cap.Si clericus de foro comp. ſicut aliàs in reliquis caſibus mixti fori, in quibus ſi publicatis atteſtationibus iudex percipiat qualitatem non probari, & cauſam eſſe temporalem, quanuis ex probationibus appareat reum iniuſtum eſſe detentorem rei petitæ, cùm tamen non probetur qualitas ſacrilegij quia illa res nõ eſt Eccleſiæ,non poteſt in cauſa principali iudicare, ſed debet ſe pronunciare incompetentem, Ord in præſenti, ibi: *Se a Igreja não prouar a tal qualidade.* Sic explicabis d.l pen.§.1. ff de iuriſd omni iudicum, quod ex eo ibi: prius de qualitate agi oportuit,quia illa qualitas, de 5

qua ibi reſpeciebat dilatoriam, an quãtitas petita iuriſdictionem iudicantis excederet, l. 1. C. de defenſor. Ciui. l. vlt. C. de pedan. iudic & ideo cùm pars non oppoſuerit, ideo de ea prius actum non fuit. Ad textum verò in d. l. Ordinata, dum probat oblatione libelli ſuper libertate maiores iudices fieri competentes, ex l 1. C de ordin. iudic. l. Quoties 3. C. de iudic ſatisfit quod pendente quæſtione libertatis ſeruus pro libero habetur, l Seruum, ff de procurat. l. 1. C de aſſert tollend. & exceptio qualitatis reſpicit ipſam cauſam, & merita ipſius, & ideo non à parte ante diſcutiẽda, quàm de negotio principali cognoſcatur, ex quibus manet qualitatem violentiæ, vel furti propoſitam ab Eccleſia ſolam ſufficere per ſe, vt laicus ad forum Eccleſiæ trahatur, etiamſi reus neget, Barboſa in d. l Si quis ex aliena n. 147. Bobad. lib. 2. cap. 18. nu 161 Couarr. lib variar. cap 4. nu. 2. Rodoan. de rebus eccleſ. q. 78. cap. 8. Caldas Pereira ad l Si curatorem, verbo Implorandum num. 32. Soarez aduerſus Angliæ errores lib. 4. cap 14. n. 15. Meno. conſ. 1045. num. 14. in fine.

Secunda quæſtio.

6 Secunda eſt quæſtio, an laici pro omni re Eccleſiæ pulſari poſſint in foro Epiſcopi, vel in ſola violentia, & furto?

Induxit hæc Ordinatio Prothei formas, & vix diſcerni poteſt quid ſentiat quare hæc quæſtio in duas ſcindi debet. Primum, quid ſit de iure communi Secundum, quid de iure regio.

Et quoad primam, duæ reperiuntur opiniones: prima, quòd omni caſu poſſit Eccleſia laicum ad ſuum forum trahere, ex priuilegio ſibi â iure competẽti, vt eſt communis in cap. Si clericus laicum de foro comp. vbi Felin. nu. 4. Valaſ. de iur emph. q. 39. n. 14. Marta de iuriſd 2 p. cap 50 à princip. quod extendunt ad clericos quaſi ipſi eodem quo Eccleſia fruatur priuilegio, colligitur ex d. cap. Si clericus, ibi. Le iclus ſuis, vel Eccleſiæ, & probatur in l Decernimus, C. de Epiſcop. audien. vbi bona clericorum eodem priuilegio gaudent, etiam quando ſunt actores contra reum laicũ, quod quidem ratione ſuadetur, nam iure communi cautum eſt non licere clericis ſæcularibus ſe immiſcere negotijs, vt patet in princ. 11. q. 1 & eadem ratio exigit ne ſæcularia tribunalia adeant, dixit communẽ Abb in d. cap. Si clericus n 2. Azeued. in l. 2. tit. 1. lib. 2. num. Pro qua parte facit Ordin. hec lib. 2. tit. 1. § 10. vbi æquiparat res Eccleſiæ, & clerici, ibi. *Em ſenhorio de algũa Igreja, ou peſſoa eccleſiaſtica*, facit Ordinatio in præſenti, ibi. *Se o cleergo citar algum leigo, &c.* Sicq; explicat Innocent. in d. cap Si clericus, vbi Caicin. n. 1. Anton. & Abb n. 12. Soccin. 15. etiamſi agat ex actione perſonali, Valaſ d. cap 39. n 14.

Cui reſolutioni non obſtat quòd Imola, & Felin. obijciunt quòd in d. cap. Si clericus non probatur in ſenſu directo, laicum qui non negat rem eſſe Eccleſiæ, teneri in illo foro reſpondere, ſed tantùm colligi in ſenſu contrario, quatenus ibi deciditur, quòd ſi clericus, vel Eccleſia laicũm impetierit, pro rebus ſuis, & ipſe neget, ſit ad ſuum forum remittendus, oſtendit ergo, quòd ſi non neget, poterit in foro eccleſiaſtico conueniri, qui ſenſus à contrario deſumi non poteſt, quando reſultat iuris correctio, l. 1. ff. de offic. eius, gloſ vlt. ad medium, in cap. Significaſti de foro comp. communiter recepta ex Molin. de primogen lib. 3. Doctores in l. Si cum dotem, ff ſolut. matrim. l. Conuenticulam, C. de Epiſcop & cler. in cap 1. § Labore, n 22 de pœnitent diſt. 6. Nam reſpondetur quòd per contrarium ſenſum ſaltem indirectè diſpoſitio inducitur, ex cap Cum apoſtolica, verſ. pen de his quæ fiũt à Prælat. Alciat. in cap. Quoad ſedem nu. 8. de offic. ordin text. in l. Si maritus, C. de procurat & ex l. Inter

ſoce-

ſocerum, §.Cum inter, ff.de pact.dotal. quod maxime admittitur quando ſine ſenſu, vel ſine effectu maneret diſpoſitio, argumento eorum quæ notantur in cap.Prudentiam,§.Sexta in fin. de offic. dellegat. Conſtat autem quòd ſi ſemper reus eſſet conueniendus in foro ſæculari, vel negaſſet rem eſſe Eccleſiæ, vel agnouiſſet, quód inepte Pontifex in eo text ponderauit negationem, quare dũ differentiam conſtituit inter reum negantem, videtur de confitente aliud ſentire, prout communis omnium in illo textu agnoſcit, & eſt reg. quòd lex in ſenſu contrario derogat iuris regulis, quando in ſenſu directo, aliás nihil diſponeret & maneret illuſoria, ex Felin. in cap.Significaſti de foro comp.in fin. receptum dicit Sapia in repet. l. Qui ſe patris, nu. 21. C.vnde liber. Iacobus de Nigris in l.1. ff.de offic.eius n.46.

7 Secunda opinio, quòd Eccleſiá laicum ad ſuum forum trahere nequeat, niſi quando propoſuerit qualitates furti, vel violentiæ amplexi fuerunt grauiſſimi Patres, prout fuit Hoſtienſ. in d. cap Si clericus n 3. Quem ſequitur Innocent in d.cap Cùm ſit generale in fine, ibi. Quia loquitur vbi agitur reiuindicatione, vel depoſiti, vel ſimilibus, in quibus nullo ſpeciali iure iuuatur, Archidiac.in cap In canonibus 16. q. 1. Felin.in d cap Si clericus ad fin Aufrer. de poteſtat ſæcular.reg.4 fall.5. num.9. Bobadilla lib.2. cap.18 nu. 61. Couar. variat.lib.1.cap.4 n.2. Rodoanus de rebus eccleſ q.78. cap 8. Caldas Pereira vbiſupra num.32. cuius rei illa eſt ratio quia recedendum non eſt ab illa regula quód actor ſequatur forum rei, niſi quando aliter lege caueatur, l Ab ea parte, ff de probation. reſoluit Iaſ in l. 2. ff ſi quis in ius vocat n.33.Deci in l. 1. nu.7. ff de regul. iur. Alciat. de præſumption. reg.1 præſumpt.28 num.6. Tiraq de retract. lib.1.§ 1 gloſ.9. nu 211. Nec poteſt obijci quód ex d.cap Si clericus, corrigatur regula d. cap. Cùm ſit generale, nam vltra quod à contrario ſenſu, non poteſt induci iuris correctio, vt per Doctores in l. 1. ff. de offic. eius. Roland conſ.80. nu.49.lib.1 indubitatum videtur quòd Eccleſijs, vel clericis, pro rebus ſuis, indultum non eſt laicos (etiãſi agnoſcant rẽ eſſe Eccleſiæ, ſi tamẽ iuſtũ titulũ allegent) poſſe ad forũ eccleſiaſticum trahi, quando Eccleſiá, vel reiuindicatione, vel perſonali actione experiatur, ſentit Innoc.in d c Cùm ſit generale, in fin Guterr.lib 1.canon.q.34.n.7. Nam ſi aduertamus ad verba text. patebit quòd interrogatus fuit Pontifex, an prætextu conſuetudinis quæ vigebat vt laici pro rebus Eccleſiæ ad iudicium eccleſiaſticum traherentur inuiti ſeruanda eſſet: ipſe reſpondit; quòd laici debent pro rebus Eccleſiæ prophanis coram ſuo iudice conueniri, non tamen dicit quòd ſi nõ negaſſent rem Eccleſiæ ibí cõueniri poſſent pro reiuindicatione, quia de negatioue ideo mentionem fecit, non vt aliquid in ea ſpeciale iudicaret, quaſi ſi non negaſſet aliter reſpondendum foret, ſed quia ſine negatione lis eſſe non poterat, atque inſuper non bene ſequitur, ergo ſi non negaſſet poſſet conueniri in eo foro, quia reſponderi poteſt, quód poſſet conueniri datis terminis habilibus, ſi in libello exprimeretur qualitas violentiæ, iuxta Innocentij doctrinam. Perperam ergo ille text intelligitur de remiſsione facienda, cùm potius agat de prima citatione, quam ſemper debere fieri apud iudicem rei ſtatuit, ſi enim ibi ageretur de laico declinante, & ſuam incompetentiæ exceptionem proponente, aliter S. Pontifex reſpondiſſet, & acta iudicij remittenda diceret actrice Eccleſiá condemnata in expenſis, nam iudex qui ſe incompetentem pronuntiat partem in expenſis condemnat l fin §.Quoniam, C.de re mil. Caſſ in conſuetu rub.1 §.1. n.82. Roderic de annuis redditib.lib.1. q.17.n.73. & terminus parti ad comparẽdum aſignatur ex Bartol.in l. Præſes, C.de

C.de appell. Felin in cap.Cùm ſit Romana n.2.eod tit quare text debet intelligi de negatatione extraiudiciali qua rei ſolent aſſerere res eſſe ſuas, vel titulum allegare ex quo iuſte poſsidere intendunt ad quam dubitationem text. reſpondit.

8 Corroborantur hæc quód quando laici ratione violentiæ vocantur, quia per vim res Eccleſiarum occupant, vtiq; eo caſu ſacrilegi cenſentur, & ratione illius criminis competens eſt vterque forus, vt præuentioni locus ſit, cap Cùm ſit generale, cap Conquæſtus de foro compet. ſunt enim hæ res Eccleſiarum impropriè ſacræ, dum ſine vlla benedictione Eccleſijs deputantur, ex ſola fidelium applicatione ad vſum miniſtrorum deſtinatæ, vt dixit Ripa in l Obligatione generali num.47. ff de pignor. Couar lib 2.reſolu.cap.16.n.8. Azeued. ad leges Caſtel.lib.1 tit 2.l.7. n.3. in fin. quare tales inuaſores vt ſacrilegi puniuntur, in vtroque foro, cap Nullus, c.Prædia 12.q.2. c.Attendentes 17.q 4. Maranta de ordin.iud. 4. p.diſt.1 .nu 6. Salzed ad Bernard cap. 3. verbo Punire, verſ. & nota Paz in praxi 2 tom. prælud.2.n.15. Bobad in ſua polit.lib 2. cap.18. n.153 Curia Philip 1 p.§.5. n.10. Parladorus differet.9.§.2.n 3. laté Menoch.de retinend.remed.3. n.362 & de recup. remed.7.n 1. & meliùs remed.15. recuperand.n.227 & ſeq. diuerſas pœnas occupantium bona Eccleſiæ, proſequitur Rodoanus de rebus eccleſ q 79. cap 1.nu 11. Vnde cum tale ſacrilegium reſultare non poſsit, quando res clericorum patrimoniales occupantur, cùm Eccleſiarum non ſint, nec earum priuilegio fruantur, gloſ in cap.Poſſeſsiones 16. q. 3 quam Abbas ſequitur, & dicit ſingularē in cap Eccleſiā, 2 lectura n.3. de conſtit. idem in cap 1. de conſuetud. & in cap. Si diligenti de præſcription. n.36 Couarr.variar.lib.1 c 4 n.3.Tiraq. de præſcription. §.1 gloſ.1o. Menchaca de ſucceſsion creatione lib.3.§.22.limit. 17 n.42. Guterrez lib.1 cano.q.34.n.11. ex inde fit quòd etiamſi talis qualitas violentiæ apponatur, adhuc negotium ad forum ſæculare pertinebit, cum reus pulſari debeat apud ſuum iudicem, vel illius loci, in quo violentia comiſſa eſt, ex Ordin.lib.3.tit.5.§.3. & titul.12.§.1. & tit.6 §.5 cum alijs.

Quod oſtenditur duabus rationi- 9
bus: prima eſt, quód priuilegium à iure conceſſum clericis, & eorum bonis, (quia Rei potiùs pati quàm agere videntur) non vt ipſi agant ipſis conceſſum eſt, ſed vt ſe defendant quando rei fuerint, cap.2.de foro comp. l.Decernimus, C de Epiſcop.aud. l.cum clericis, C de Epiſcop.& cler. Secunda eſt, quód etiam ſi agnoſcamus, clericos in patrimonialibus gaudere foro eccleſiaſtico, nec alibi conueniri poſsint, tamen in patrimonialibus non gaudent priuilegijs Eccleſiarum, earum bonis conceſsis; diuerſum eſt enim gaudere foro, & gaudere priuilegijs Eccleſiarum, conſtat namque inter alia priuilegia Eccleſijs conceſſa, illud eſſe, ne earum bona minori ſpatio quàm quadraginta annorũ præſcribantur, vt ſuos inuaſores in ſuo foro, tamquam ſacrilegos pulſent, d. cap Cùm ſit generale de foro compet. quæ quidém priuilegia, cùm bona reſpiciant, perſonis clericorum non conueniunt, explicat Couarr.d.cap.4 nu.3. Guterrez lib 4 pract. q.58. nu.17. & canoni. lib 1.cap.34.n.11. Bobadill. d.cap. 18. n.260.

Hæc ſunt de iure communi, quid 10
autem ius regium ſequutum fuerit, quam vè opinionem delegerit, non ſatis notum eſt, cúm videam Ordinationem in præſenti in aliquibus amplexam fuiſſe communem opinionem, & in pluribus illam reſpuiſſe, vnde variè ſolet intelligi hæc Ordinatio & primo intelligi poteſt ſecundam hanc poſteriorem opinionem, vt ſcilicet loquatur de clericis Rectoribus agentibus pro rebus Eccleſiarum, qui non aliter laicos ad

ſuum

ſuum forum trahere poſſunt, niſi ex-præſſa violentiæ qualitate, vel furti, iuxta doctrinam Innocentij, á qua illa Ordinatio in §. 6. deſſumpta eſt, imò tranſcripta, nec huic intellectui obſtat eadem Ordinatio, in d. §. 5. in principio, dum loquitur de clerico agente, in quo ſupponit proprio nomine clericũ agere poſſe pro rebus ſuis, ilicet non agat nomine Eccleſiæ, quia reſponderi poteſt, quód illud principium interpretationem recipit á verſ. *E aſsi ſe faça ao leigo que negar que a couſa he da Igreja*, in quo clarè ſupponit egiſſe de rebus Eccleſiarum, quia illa oratio relationem continet ad ea quæ ſupra dixerat, cùm incipiat per particulam, *E*, quæ ſimilia coniungit, ex Iaſ in l. Si quis ita ff de verborum, Menoch. conſ. 56. num. 35. Cened. collect. 7. ad decretal. num. 12. Barboſa in l. 1. 4 p n. 153. ff. ſolut matr. Guterr lib. 3. pract q. 13. num. 61 & q. 19. n. 24. Ne intelligamus circa patrimonialia clericis priuilegium conceſsiſſe quod illis nullo modo competit, vt ſuprá dixi.

10 Nec huic intellectui obſtabit Ordinatio lib. 2. titul 1. § 10. vbi probatur quód quando Eccleſiá agit pro rebus ſuis, nulla qualitas expræſſio neceſſaria eſt, cùm ſufficiat reum non negare eſſe Eccleſiæ, nam reſponderi poteſt, quôd aliud eſt, reum conueniri pro re prophana, natura ſua, licet modo in dominio Eccleſiæ reperiatur ad miniſtrorum ſubſtentationem, & res ſacra impropriè dici valeat, aliud verò conueniri pro re ſacra, prout ſunt veſtimenta, nauiculæ, Cruces, & ſimilia: nam priori caſu cùm res ab Eccleſiá exit per contractum locati, emphyteuſis, vel ſimili, ad ſuam primæuam naturam redit, & fit de patrimonio poſsidentis, itaut niſi ipſe incipiat violenter poſsidere, vel vltra modum conceſſum, in quo vid. atur vim committere, debeat in ſuo foro pulſari, ex Innoc. in d. cap. Cùm ſit generale, ibi. Si autem velit proponere in libello quod non pertineat ad fraudem, vel oppreſsionem, vel quòd ſit minus licitus contractus non auditur, niſi coram iudice rei ordinario. In ſecundo autem caſu aliter ſe res habet, ſunt enim veſtimenta cultui diuino applicata, & ſacra, licet non proprie, cum non olei vnctionibus conſecrentur, ſed ſolùm benedictionibus eccleſiaſticis, ſicq; fiunt cruces, & nauiculæ, minus propriè res ſacræ, dum a ſacerdotibus altaris miniſterio applicantur, atq; ex ea ratione ſunt poſitæ extra comercium, ex Ordin. lib. 1. tit. 24 & lib. 1. tit. 65 §. 63. præſumiturq; circa illas furtum comiſſum fuiſſe, cùm ad poteſtatem laicorũ deuenire non poſsint, ſine furto, & ſacrilegio, atq; ideò iuſtiſsime lex diſpoſuit vt de his apud Eccleſiæ iudices laici pulſarentur: & pondero illud verbum Ordinationis: *He da Igreja*, quod denotat tum temporis laicum conuentum agnouiſſe rem illam eſſe in dominio Eccleſiæ, eſt enim præſentis temporis & denotat exiſtentiam, vnde ſi reus ſolùm fateatur rem fuiſſe Eccleſiæ olim, ſed á ſuo prælato diſtractam, ex cauſa ligitima, multis enim caſibus vaſa Eccleſiarum diſtrahi poſſunt iuſtè, cap Aurum, cap. Sacrarum & cap Sicut 12. quæſt. 2. Auth. de ſanctiſſ. Epiſcop. §. Sed hac præſenti, ibi: In egentium elæmoſinam col. 9. l. 1 & 2. titul. 14 part 1. vbi Gregor. & l. 15 tit. 5. part. 5. & habetur l. 7. titul. 2. lib. 1. vbi Azeued. Couar reſol 2 cap 16. nu. 8. tunc cum de reſciſione contractus agatur, debet conueniri in ſuo foro, ex doctrina Innoc. in d. cap Cùm ſit generale.

Nec obſtabit eod tit. 1 Ordin in §. 9. 11
vbi ſimpliciter ſtatuit, quód laici ex perſonali actione, ſine vlla qualitate, in foro Eccleſiæ conueniantur pro penſionibus rei locatæ, vel in emphyteuſim conceſſæ, nam reſpondetur, quód in ea parte qua Ordinatio reſpicit locationem fructuum, ſeu reddituum Eccleſiarum, non immerito cenſet, vt illa

cauſa

cauſa ad forum Eccleſiæ pertineat,quia tunc agitur de facto decimarum, quæ facti quæſtio circa decimas, mixti fori eſt,& data præuentione in foro Eccleſiæ præoccupatur cognitio,Barboſ in l.Titia,ff.ſolut.matrim n.48. ad cuius imaginem idem in quacunq; locatione diſpoſuit,proceſsitq; hic caſus non ſecundùm iuris regulas, ſed ex ſpeciali concordia,& fauore inita cum Rege Ioanne primo,in *Santarem*, in art.45.de iure enim aliud eſſet dicendum, vt latè reſoluit Guterr.lib.3 pract.cap 26.n 10. & lib.1 cano.cap 24.num 49. Bobad lib.2. cap.18.n.150. Verum hæc licet non ſine colore dici poſsint, tamen confunditur hic intellectus,ex d Ordin in § 5. vbi de clericis loquitur, ibi *Se o clerigo citar*, in quo oſtendit de clericis agere, quatenus tales, non quatenus Eccleſiarum rectores, vel adminiſtratores; poſteaq; in verſ. *Aſsi ſe faça*, orationem ad Eccleſias conuertit, ibi. *Que ſendo demandado pela couſa da Igreja*, adſtruens quòd pro re ſua, Eccleſia laicum citare poteſt in ſuo foro, niſi ipſe negauerit, quia tunc remitendus eſt, quare aliter poteſt hæc Ordinatio explicari, vt procedat ſecundùm communem opinionem in d.cap Si clericus, licet in aliquibus diſcedat à communi. Prima igitur pars illius ordinationis,videtur ſentire, & diſponere de clericis agentibus pro rebus ſuis,& quia circa hunc articulum duæ erant opiniones dum prima aſſerebat clericos pro rebus ſuis gaudere priuilegio Eccleſiarum. Secunda negabat, vt ex Couarr. & alijs ſupra retulimus, Ordinatio ab vtraque deflectens ſtatuit vt clerici non in totum fruantur Eccleſiarum priuilegijs, vt laicos à ſuum forum trahere poſsint omni caſu,ſed in illo tantùm,in quo de violentia,vel furto conquærantur, ibi. *De algũa força, ou roubo que lhe ſoſſe feyto, pondo contra elle tal qualidade, &c.* In quo partim ſequitur diſpoſitionem d cap Si clericus ibi. Pro rebus ſuis: partim contrariam opinionem quòd rationi fuit conſonum, vt ſicut clerici intra annum ad forum ſæculare pro violentia trahuntur, ex Ordin.lib.2. titul.1. §.2. ſic pariter laici trahantur ad forum Eccleſiæ pro ſimili caſu, an autem debeat eſſe intra annum infra dicemus Poſtea amplectens diſpoſitionem de cap. Si clericus laicum, & communem, ibi, in verſ *E aſsi ſe faça ao leigo que ſendo demandado pela couſa da Igreja, &c.* diſponit vt laici ſuper rebus Eccleſiæ conueniri valeant, in eo foro indiſtinctè, niſi negauerint, aſſerẽdo res eſſe ſuas, quia tunc remittendos dicit ad ſuum iudicem, in quo videtur tranſcribere diſpoſitionem,d.cap Si clericus laicũ,in eo tamẽ deflectit, dũ non admittit Eccleſiam,vt remiſsionem impedire poſsit, probando in continenti rem eſſe ſuam, vt de iure fieri poſſe dicit ibi,communem Felin.d n 4.Curtius Iunior in d l.2.n.34. ff.de in ius vocãd. Abb in d. cap Si clericus nu 2. Sequuta tamen eſt communem dum indiſtinctè ſentit in foro Eccleſiæ laicos conueniẽdos pro rebus ſuis, vt in illo textu dixit Abb.n.2.collectar.1.Antonius 9.Soccin. 15. Valaſ. d q.39.n 14.

Vnus tamen eſt caſus in quo laicus etiamſi neget remittendus non eſt ad ſuum iudicem, quando ſcilicet Eccleſia in libello proponat qualitates violentiæ, vel furti, vt ex eadem Ordin. colligitur in §.6. tunc enim reiuindicatio tranſit in ſacrilegium, ratione cuius ille forus eſt omnino competens,& nõ obſtante negatione rei, ibi cauſa diſcuti debet,ex Innoc.in d. cap Cùm ſit generale in princ. vbi Hoſtienſ.& alij ſupra relati, vnde cautè Eccleſia aget exprimendo ſemper violentiæ qualitates, ne laici iudicium Epiſcopi ſubterfugiant, negando res eſſe Eccleſiæ: nec obſtabit quòd Ordinatio in illo § 6. agit de eo qui iam agnouit Eccleſiam dominam rei petitæ, circa directum dominium, ſolumq; vtile negauit, quo caſu nihil mirum eſt, quòd non obſtante ſua negatio- 12

negatione, conueniatur in eo foro, quod videtur ſecùs eſſe, in eo qui ſolù nō vtile neget, & qualitates violentiæ, ſed & rem ipſam aſſerit ſuam, tunc enim cum in nihilo Eccleſiam recognoſcat, videtur quòd ſtatim remittendus eſt, explicat Surdus deciſ. 210 num. 32. Alex. in d. l. 2. num. 19 & eſt ſententia Butrij in cap. Conqueſtus de foro compet. Marian. ſenior in d. cap. Si clericus num. 13 & in cap Ex tranſmiſſa num. 23. & deducitur ex his quæ Barboſa in d. l. Si quis ex aliena num 145 vbi citat Sicul. n. 50. lib. 1. col 3. quibus addo Menoch conſ. 1045. num. 7. quia cùm Epiſcopi erga laicum iuriſdictio fundetur in priuilegio, licet ex qualitate allegata corroboretur adhuc talis iuriſdictio debilior eſt, fundata in priuilegio quam ea, quæ nititur iure communi, l. Eius militis, §. Militia miſſus, ff de milit. teſtam. & in ſimili dicit Crottus in l. Si inſulam, num. 24 ff. de verbor obligat. quos citat Barboſ. vbi ſupra num 143. Vnde fit quòd quando reus negat qualitates allegatas, & rem eſſe Eccleſiæ imó ſuam dicit, non eſt cur in alieno foro iudicetur, ſed verius videtur quòd in qualitatibus violentiæ, & furti iudicium ſubſiſtat, etiam ſi reus neget vtrumq; illa enim negatio reſpicit deciſionem cauſæ, & peremptoriam exceptionem, & ideò debet in eo iudicio cauſa diſcuti; quouſque de ea negatione perfectè conſtet, vt diximus in principio, non enim Eccleſia fraudem facit regiæ iuriſdictioni, nàm ſi malè, & temere litigauerit pœnam ſubit à lege regia expræſſa m, de quo infrà.

Qui videtur verus intellectus huius Ordinationis, qui maximè fauet Eccleſiarum libertati, igitur caueant iudices ſæculares, attendant ad hæc: vidi enim in praxi multa in contrarium fieri, cùm non perfectè ſenſum legis regiæ percipiant qui verè hauſtus eſt ex veris iuris Pontificij fontibus, manetq; pro regula, quód clerici quatenus tales poſſunt ſuper violentijs in patrimonialibus, commiſsis in ſuo foro agere ſine aliqua temporis præfinitione, in reliquis veró cauſis ordinarijs forum rei ſequentur, quando autem nomine Eccleſiarum egerint indiſtinctè, vel reali, vel perſonali actione experiantur forus Epiſcopi eſt competens, quandiù reus non negat rem eſſe Eccleſiæ; ſi tamen Eccleſia de oppræſsione, vel fraude mentionem facit, non obſtante negatione rei, in eo foro agendum, vſque ad concluſionem in cauſa, ſicq; ſuauiter procedit hic §. 5. & 6. §. 9. & 10. quæ interpretatio ſemper ſumenda, quia Eccleſijs fauorabilior: latè Bobad. lib. 2. cap 14. Burſatus lib 1 conſ. 25 & conſ. 42. ſemperq, leges regiæ in fauorem Eccleſiarum inclinant, vt in Ordinat. lib. 2. titul. 5. & titul. 8 §. fin. & tit 21. 22. & 23. & lib 3 tit. 9 §. 7.

13 Ex quo intellectu ſic præſtito, primo quæritur quomodò accipienda ſint illa verba Ordinationis: *Seja logo remetido.* An caſu quo laicus negat rem eſſe Eccleſiæ, poſsit Eccleſiá impedire remiſsionem, probando rem eſſe ſuam, & videtur poſſe, quia Ordinatio debet exponi, niſi Eccleſia ſe offerat aliud incontinenti probare, aliás enim eſſet in manu laici iudicium Eccleſiæ illudere, contra reg. cap. Cum ad verum 96. diſt. cap. Benè quidem eod. nec obſtabit verbum, *Logo*, quia verba quantumcumq; generalia reſtringuntur ad terminos habiles, cap Ex nobis primo de ſententia excom. gloſ. 1. in cap. 1. de conſtitution. Cum ergo de iure ſit, vt qualitas iuriſdictionis probetur coram eodem iudice, vt ait gloſ. in cap. 1 de offic. deleg. lib 6 & ex l. Si quis ex aliena, ff. de iudic. ſic pariter hoc caſu poteſt admitti probatio, vt iudex ille certus ſit de ſua iuriſdictione.

14 Secundo quæri poteſt, an hæc Ordinatio locum habeat in quacunq; violentia, & videtur de propria violentia accipienda prout ſupra diximus in §. 2.

maxime cùm lex ſit exorbitans, ex l.3. §.Hæc verba, ff de negot. geſt. Tiraq. lib.1 de retract.§ 1.gloſ 10 n 73 Sed quidèm licet vt ſupra diximus in d §. 2. clericus trahi non poſsit ad iudicium ſæculare, niſi pro vi præciſa, tamen diuerſum eſt reſpectu ſæcularis, qui trahitur ad forum Eccleſiæ, ratio eſt, quia in hac lege non exprimitur illud verbum, *Força*, in ſenſu violentiæ præciſæ, ſed in ſenſu violentiæ, ex qua detur iniuſta occupatio rei Eccleſiæ, ex qua ſacrilegium reſultet, ratione cuius laicus in foro Epiſcopi forum ſortiatur, cum ergo ex quacunq; occupatione iniuſta, ſacrilegium reſultet, vt ſupra dixi, ad illud ſolùm attendimus.

15 Tertio quæri poteſt, an debeat extendi ad bona clerici, ita vt non ſolùm ad ſuum forum trahere poſsit laicum pro rebus Eccleſiæ ſubtractis, vel violentia in illis comiſſâ, ſed etiam ſi admiſſa ſit in rebus proprijs, & patrimonialibus ipſius clerici, & quidem vltra ea quæ iam ſupra diximus non eſt ambigendum clericos in patrimonialibus priuilegio Eccleſiarum non gaudere, vt dixit Couarr. d. lib 1 vari. cap 4. num 3. Guterrez lib. 1. cano. cap 34 num. 12. Sed aliud eſt non gaudere priuilegio Eccleſiarum quoad varios iuris effectus ſcilicet quoad reſtitutionem, quoad præſcriptionem, & alia, & aliud eſt gaudere priuilegio fori eccleſiaſtici ratione perſonæ cui talia bona adhærent: Vnde cùm Ordinatio Regia indulgeat clericis vt pro violentia in rebus ſuis comiſſa ipſi coram ſuo iudice reſtitutionem implorare poſsint contra laicos, ibi: *Se o Clerigo*, deſſumpta ex d. cap Si clericus, ibi: De rebus ſuis, vel Eccleſiæ impetierit, vtiq; fatendum eſt, etiam in rebus patrimonialibus hoc admittendum eſſe, licet aliàs ſolùm illis pro rebus Eccleſiæ concedant fori electionem, Capi. deciſ 160. Viui deciſ. 27 num 1. & 2. Borrel. deciſ. titul 13. de foro compet. n 137.

Quarto dubitari poteſt, an violentia de qua hîc agitur debeat proponi intra annum, iuxta ea quæ diximus ſupra in d. §. 5. & licet hic ſenſus videatur conſonare cum d. §. 2. tamen verius eſt quocunque tempore ſacrilegij qualitas proponatur admittendam fore, in illo iudicio, ex reg. d.cap. Conqueſtus, licet aliquando in Senatu iudicatum viderim illam violentiam intra annum proponendam fore. 16

Quinto dubitari poteſt, quid dicendum ſi Eccleſiâ qualitates ſacrilegij non probauit, ita vt laicus remiſſus ſit ad ſuum iudicem, an in iudicio ſæculari de illis probandis iterum agere poſsit: & licet videatur poſſe, quia ad diuerſos effectus de eadem re bis agi poteſt, vt videmus in actione ad exhibendum, l 1 & 2. ff illo titul. Sic in cauſa alimentorum, l. 1. §. Iullianus, ff de liber. agnoſ. ſicut aliàs in cauſa ſummaria diſcuſſa, iterum diſcuti poſſunt in plenaria, Barboſa 2.p.l Diuortio, §.fin num 55.l pen. ff de his qui ſunt ſui, l Si quis a literis, §.Si vel parens, ff.de liber.agnoſ. Surdus de aliment.quaſt.127.nu.5 6 & 10. Nihilominus veriùs eſt illum articulum incompetentiæ, non poſſe iterum ſuſcitari iam ſententia ſepitum, cum ſententia in illo articulo lata habeat vim diffinitiuæ, arg Ordin lib. 3 tit.20. § 9. & lib. 1. titul. 6. §. 9. Gama deciſ. 159. Cabed. deciſ 156 Valaſ.conſ.47.num.5. adeo vt Barboſa in d. l.Si quis ex aliena ff.de iudic. num 91. dixerit quòd ab ea tamquam ab habente grauamen ſucceſſiuum appellari poſsit, & mirandum eſt virum doctiſsimū in caſibus incōpetentiæ appellationem admittere, niſi dicamus loqui attento iure, quo non ſatis compertum erat, an appellandum eſſet. 17

Daretur inſuper abſurdum quia ſi ex nouis probationibus conſtaret rem illam eſſe Eccleſiæ, iterum cauſa foret remittenda ad priorem iudicem, quia conſtaret de ſacrilegio, cuius cognitio eſt Eccleſiæ, vt ſupra diximus, 18

inſuper

inſuper poſtquam iudex eccleſiaſticus cognouit an ſua eſſet iuriſdictio, & ſe pronunciauit incompetentem, non amplius de eo agi poteſt in iudicio ſæculari, ex ratione l. Si quis ex aliena, ff. de iudic. Gail. lib. 1. obſeruat. 48. num. 7. 8. & 9. vbi Barboſa n. 129.

Tertia quæſtio.

18 Si clericus vocauit laicum ad ſuum forum, nulla propoſita qualitate, & ille negauit; an ſit remittendus: vt ſupra diximus, quod ſemper intelligendum eſt procedere, quando ſimplici reiuindicatione actum ſit, ſine qualitate violentiæ, vel furti; quia ſi qualitas adſit, nihil proderit negatio, vt ſupra dixi, ex Innocentio in d. cap. Cùm ſit generale de foro compet. Barboſa in d. l. Si quis ex aliena, ff. de iudic. num. 147. Bobad. lib. 2. cap. 18. n. 161. Couarr. lib. 1. vari. cap. 4. num. 2. Rodoan. de rebus eccleſ. quæſt. 78. cap. 8. Caldas Pereira in l. Si curatorem, verbo Implorandum, n. 32. Menoch. d. conſ. 1045. nu. 14. Soares de primatu. lib. 4. cap. 14. num. 15. Vnde ſi reiuindicatione actum ſit, & ipſe negauerit rem eſſe Eccleſiæ, ſtatim remittendus eſt. Quibus poſitis primo dubitari poteſt quid dicendum ſi Eccleſia ſolam poſſeſſionem alicuius rei petat, an ſufficiat negare poſſeſſionem petitam, vt remittatur, an verò oporteat negare rem ipſam? ibi: *Dizer que a couſa he ſua;* non ergo ſufficit negare poſſeſſionem, niſi & ipſa res negetur, ſed videtur quòd illa expræſſio rei propriæ illum tantùm ſenſum admittit, vt ſufficiat negare rem Eccleſiæ, vnde cum ſola petitio attendi debeat argum. l. penult. §. 1. ff. de iuriſd. omni iudic. Ordinat. lib. 3. titul. 70. §. 7. ibi: *Couſa pedida, &c.* ſi negatur quod petitur, debet intelligi ſatisfactum formæ legis, quæ rei negationem deſiderat, niſi petatur reſtitutio, quia tunc vide quæ habes ad §. 6.

Secundo dubitari poteſt, an illa verba, *Dizer que a couſa ſua*, inducant præciſam neceſſitatem dicẽdi rem eſſe propriam, quaſi non ſufficiat, allegare rem eſſe alterius laici, niſi dicat propriam, in quo ſi mentem amplectimur, quæ ſemper ſequenda eſt, ex his quæ Barboſa in l. Poſt dotem, n. 18. ff. ſolut. matrim. Surdus conſ. 81. num. 2. & conſ. 3. nu. 24. & conſ. 82. num. 33. & 106. num. 30. & 179. nu. 62. tunc ceſſat actio in iudicio Eccleſiæ quando conſtiterit rem non eſſe ipſius, vnde vel reus dicat eſſe ſuam, vel alterius laici par eſt vtriuſq; allegationis ratio, dummodo concludatur Eccleſiam non eſſe dominam. 19

Tertio dubitari poteſt, an Eccleſia cenſeatur agere pro re ſua, ſi contra iudicem agit pro malè iudicatis, habemus enim iudicem perperam iudicantem ex ſuo facto teneri, & partibus contra iudices conſuli, cap. Conquerente de reſt. ſpol. Ordinat. 1. lib. tit. 87. §. 54. & titul. 5. §. 7. & lib. 3. titul. 45. §. 3. & titul. 20. §. 41. in fin. & tit. 63. §. 2. & 4. & tit. 21. §. 23. & tit. 70. §. 7. & 11. & tit. 87. §. 6. Sed hoc caſu non rem ſuam Eccleſiam petere, ſed factum perſonale, pro quo apud ſuum iudicem conueniendus eſt, licet ex eius facto Eccleſia ſuo iure ceciderit, ſuper quo apud iudicem ſuperiorem conueniendus eſt, arg. Ordin. lib. 3. tit. 75. §. 3. Super hac cauſa in Senatu Portuenſi ſententia lata fuit pro hac parte Ludouici Pinto ſupplicante à vicario Lamacenſi, iudice doctiſsimo Thoma Pinheiro da Veiga. 20

Quæſtio quarta eſt de vnica appellatione.

Semel tantùm appellandum his caſibus Regia decreuit Ordinatio, à iudice ad Epiſcopum, vel Archiepiſcopum, à iudice ſæculari ad Regem, ideſt, ad Senatum, vt accipitur Ordinatio lib. 3. tit. 7. §. 1. in fin. 21

Et ſtatim ſuboritur dubium, quid dicendum ſi cauſa incipiat corã vicario

Epiſcopi, vbi idem Tribunal cum Epiſcopo cōſtituitur, cap Romana de appel. in 6 cap Acollatione eod titul cap. 2. de conſuetud eod. lib. l. 2. C. de officio eius, quare cum eo caſu appellationi non ſit locus, videtur quód vel concedenda eſt appellatio ad Legatum, vel omnino deneganda, vt prima ſententia cauſa finiatur, vnde ſolùm huic Ordinationi locus eſſe poteſt quando cauſa incipiat coram vicario foraneo, quia cùm hic habeat iuriſdictionem delegatā, ab eo ad Epiſcopum rectè appellari poteſt, gloſ. verbo Foraneo in Clem. 2. de reſcrip Couar. practic. cap 4. n. 8. quia cum reſtrictione ad certum locum deputatur, & ſuccedit reg. cap Super quæſtionum, § Porro, de offic. dellegat. l. 1 in princ. ff quis & à quo appell.

Sed quidem dicendum eſt, quód hæc Ordinatio non ita accipienda eſt, vt ſolùm concedat appellationem à foraneo Epiſcopi ad Epiſcopum, & à foraneo Archiepiſcopi ad Archiepiſcopum, vt aliquando percepi interpretari ſolitam, ſed in eum ſenſum debet accipi, vt ſemper vna detur inſtantia, & ſic cautè loquuta eſt per illa verba à iudice eccleſiaſtico ad Epiſcopum, plures enim ſunt iudices eccleſiaſtici inferiores, qui attento iure iuriſdictionem habent ordinariam, prout in d cap Romana § Archidiaconis, & alij, de quibur ſupra: vnde ſi cauſa incipiat coram plebano Archidiacono, vel coram vicario foraneo, ad Epiſcopum appellandum eſt; quòd ſi coram vicario Epiſcopi incipiat cauſa, tunc ad Metropolitanum patebit appellatio, ex regula cap Paſtoralis, de offic. Ordin. licet aliter aliquando viderim iudicatum.

22 Quòd ſi cauſa incipiat coram vicario generali Archiepiſcopi, maius eſt dubiū, quia tunc neceſſarió danda eſt licentia appellandi ad Legatum, vt vnica ſaltem competat appellatio, & ſic menti legis ſeruiamus, potius quam verbis: ſed profectò Ordinatio ſolùm egit de cauſis quæ incipiunt coram inferioribus prælatis, vel Epiſcopo; atvero omiſit cauſas quæ ſtatim in foro Archiepiſcopi incipiunt, quæ cùm incipiant vbi reliquæ cauſæ finiuntur, pariter ibi finiri debent ſine vlla appellatione, ad Legatum, quia à Metropolitano non patet appellatio, niſi ad Sedem Apoſtolicam, de qua Ordinatio intelligi non poteſt, quæ appellationes tantùm admiſit inter Prælatos Regni, non inter alios, ſicu aliàs videmus quòd ſi cauſa incipiat coram quolibet iudice inferiori, prouocatur ad Senatum: ſi verò in ipſo Senatu incipiat, prout ſunt omnes cauſæ de quibus cognoſcit iudex nouarum actionum in Portuenſi Senatu, qui in Senatu cum adiunctis iudicat, vtiq; eo caſu appellatio nulla datur, ſed ſuplicatur ſi aliás cauſa iuriſdictionem Senatus excedat, ſic pariter fit in cauſis quæ coram iudice regio incipiunt in Senatu. Verum, & contrarium iudicatum reperi in Senatu Pallatij quód hoc caſu vna ſemper debet dari appellatio ab Archiepiſcopo ad Legatum: in contrarium extant plures ſententiæ in eodem ſupremo Pallatij Senatu confirmatæ.

Illud tamen ſemper aduertendum eſt, quód etiamſi appellatio non admittatur, ſi tamen impedimenta offerantur illi ſententiæ de illis ibi non denegatur cognitio, & illis pendentibus nihil inhil inmouendum eſt.

Sed dubitari poteſt, quando cauſa incepit coram inferiori cōtra laicum pro re Eccleſiæ, & qualitates non reperiuntur probatæ, iudexq; eccleſiaſticus cauſam remittit ad ſæcularem, an poſsit clericus ab hac pronuntiatione interlocutoria prouocare, & videtur quòd nō, 23 quia hæc Ordinatio ſolùm admittit appellationem quādo ſententia finalis lata eſt, condemnato reo, quando qualitates probatæ iudicantur, quia quando qualitates probatæ non ſunt, ſtatim cauſam remittendam dicit, non expectata appellatione aliqua, inſuper

daretur

daretur abſurdum quod in pronunciatione incompetentiæ daretur appellatio contra regulam quam præſcribit lib.3.titul.20.§.9. & lib.1. titul.6. §.9. & alibi

Sed videtur etiam hoc caſu licere appellare, quia in eo non datur ſimplex pronunciatio ſuper incompetentia, ſed admixta condenatione, in valore rei petitæ, & expenſis, quo caſu parti appellatio deneganda non eſt, quia quoad illum effectum finalis eſt pronunciatio arg. l. 1. ff. de re iudic. ibi. Quæ finem controuerſiarum pronunciatione iudicis accepit, & ſufficit hoc caſu appellationem non reperiri prohibitam, vt admittenda ſit, ex gloſ. fin. in l. Qui reſtituere 68. ff. de re iudic. ſingularem dicit Couarr pract. cap. 23. nu. 4. eam comendant omnes, vt per Socin. conſ. 195. col. 3. lib. 2. verſ. Sed præmiſsis, Deci. conſ. 28 n. 8. Meno de recup. remed. 9. num. 318. Inſuper quia hoc caſu manet cauſa in terminis iuris canonici, quo attento appellare licet, Soares in pract. 2. tom. prælud. 2. num. 17 Curia Philipica 1 p. §. 5 nu. 10 nec obſtat Ordinatio in præſenti, ibi: *O remeta logo*, quibus verbis videtur omnem appellationem intercludere, quia illa verba referuntur ad iudicem, quatenus prohibetur, ne in cauſa vlterius progrediatur, & ſtatim cauſam remittat, & intelligitur datis terminis habilibus, niſi aduerſa pars appellauerit, quia illa verba per ſe conſiderata non ſunt apta inducere cognitionem appellatione remota, quæ tamquam remedium neceſſarium nunquã cenſetur prohibita, niſi de ea fiat ſpecialis mentio, ex Acurſio in l. Qui reſtituere 68. verbo Reſtituitur ad fin. ff. de re iud. Socin. ſenior conſ. 195. col 3. lib. 2.

24 Sed ſtatim quæri poteſt, quid dicendum ſit ſi contingat vt Metropolitanus iudicet qualitates recte probari, & primam ſententiam reuocet; an eo caſu debeat cauſam iterum remittere ad foraneum, vt ſententiam finalem proferat, vel poſsit de ipſa cognoſcere quaſi fuerit cauſa deuoluta, ſicut alias probato grauamine appellationis quoad cauſam principalem deuoluitur in ſuperiorem cognitio, ex l. Eos, C de appell cap. Vt debitus de appell. Briſſon. lib. 2. ſelectar. cap. 18. Menoch. de arbitrar lib. 1. q 73. n. 3. & caſ. 458 nu 17. facit Ordin. lib. 3. tit. 68. in princ. & §. 2. & tit. 69. §. 8. & tit. 70. §. 7. & tit. 20. §. 46. facit Ord. hoc tit. §. 6. ibi: *Achando que as qualidades ſe prouão, pronunciará em final como for juſtiça*: quæ verba tam procedunt in primo iudice, ac in iudice appellationis, caſu quo ratione grauaminis deuoluta eſt iuriſdictio, non tamen erit abs re quód ſuperior cauſam remittere poſsit ad primum iudicem decidendam ſuper principali, ſi viderit ita expedire.

Sed quæret aliquis, an eo caſu quando Metropolitanus qualitates probatas iudicat contra ſæcularem, an liceat ad Principem conqueri ex iniuſtitia ſententiæ cum qualitates probatæ dici non poſſent: Hoc multoties vidi admiſſum, & emendatas Epiſcoporum ſententias, quibus qualitates probari iudicãt, quod quám inepte factum ſit, nemo mediocriter eruditus negabit, nam cum eo caſu ex vi concordiæ Epiſcopus iuriſdictionem accipiat priuatiué (Sicut alias de iure erat) eius iniuſtitia circa merita probationum, & cauſæ, non ſubeſt temporali poteſtati, ſed ſuis ſuperioribus eccleſiaſticis, nec obſtabit, ſi quis obijciat, quód cum eo caſu laicus vocetur ad forum Eccleſiæ ratione qualitatum, ſemper Principi licet examinare proceſsũ, vt videat an in fraudem ſuæ regiæ iuriſdictionis hoc fiat, ex doctrina Bald in l. fin. C. de edicto diui Adriani, Aufrer. reg. 1. fallent. 13. quia illa doctrina non ſecura eſt, nec Baldum ita aſſeruiſſe reperio: inſuper ſi ratione fraudis Princeps cognoſcere poſſet de veritate, & iuſtitia qualitatum, & probationum ne ſibi fieret fraus, pariter idé admittendũ 25

eſſet ex parte Epiſcopi, quando clericus trahatur ad forum ſæcularem cum qualitate violentiæ, quod tamen admittere eſt cæcutire, pariter ergo idem admitti non debet ex parte Regis, cum hoc caſu ex concordia competat iuriſdictio vtriq; poteſtati in ſuo caſu priuatiuè: alias enim cogeremur fateri quód Princeps ſæcularis de vtroq; caſu cognoſcit, nam quando qualitas non probatur, ipſe cognoſcit, & iudicat, neminemq; ſupra ſe recognoſcit; in caſu autem contrario quando Epiſcopus iudicat, ad ipſum ſupplicari poteſt, an malè iudicauerit circa qualitates, ergo de vtroque membro ipſe ſe implicat, quod ſi admittatur, erit in media luce calligare, nec fraus iuriſdictionis regiæ eſt in conſideratione, quia illa ſolùm attenditur quãdo de facto, & ſine titulo vſurpatur, de quo diximus ſupra ad Ordin. lib. 1. tit. 9. §. 12. Non verò conſideratur quando eccleſiaſticus ex titulo habili poſsidet, quia illa eadem fraus contemnitur in cauſis mixti fori, ſi forte contingat, vel in eo qui per fraudem ordines ſuſcepit, vt diximus ſupra hoc lib. 2 titul. 1. §. 3. Valaſ. conſ. 47. n. 3.

26 Tertio quæri poteſt, quid dicendum eo caſu quo reus laicus reiuindicatione conuentus, ipſe abſolutè negauit rem eſſe Eccleſiæ, & ſtatim remiſſus fuit ad ſuum iudicem, iuxta Ordinationem in hoc §. 5. ſi poſtea Eccleſia oſtendit in ſæculari rem eſſe ſuam, an iudex ſæcularis eam iterum remittere teneatur, & condemnare in valore rei; & videtur quód ſic, moueor ex illis verbis, ibi: *Afora o principal que ficarà para ſe julgar a cujo for*, quibus ſupponit remiſsionem faciendam ad iudiciũ competens, prout dixit in §. 6. qui eſt declaratiuus præcedentis, & de iure eſt, clauſulas ſicut influunt ſic refluere ad præcedentia, ex materia ſubiecta, l. Illud, ff. ad l. Aquil. Marta de iuriſd. 2. part cap. 30 num. 14. DD in cap. ſecundo requiſitis, de appel. quid autem dicendum eſt? Si laicus ſic remiſſus velit ſupplicare ad iudicem regium, & dicendum eſt ſupplicari poſſe, non ad iudicem Regiæ Coronæ, ſed appellari ad Senatum, ad quem aliàs ſpectabat de iure, quia non agitur ibi de præiudicio regiæ iuriſdictionis, quæ eo caſu non eſt Regis, & iudici ſæculari permiſſum eſt cognoſcere de negocio principali, ſicut aliàs in Ordin. hoc lib. 2. titul. 1. §. 28. appellatio de qua ibi non ad iudicem regium interponitur, cùm tamen agatur de remiſsione crimi noſi ad forum Eccleſiæ, & illa appellatio ad expeditores grauaminum ſpectat, vt ibi dicimus.

Quartò dubitari poteſt, ſuppoſito quòd lex regia unicam tantùm appellationem permittit, an ſicut permittit appellationem pariter admittat grauamina, ſeu appellationem ab interlocutorijs quando cauſa pendet coram Epiſcopo, ex reg. cap. Vt debitus, de appel quia illa vnica appellatio tam conuenit appellationi ab interlocutoria, ac à diffinitiua, dummodo à quolibet incidenti ſit vnica tantùm, ſicut aliâs quando cauſa agitur in ſæculari, ſi Eccleſia agat reiuindicatione ab incidentibus ſupplicatur ad Senatum, in quo vltima conſtituta eſt inſtantia. Si autem cauſa incæperit coram Metropolitano; maior eſt dubitandi ratio, quia Ordinatio ſolùm agit de appellatione á ſententia diffinitiua, & in dubio fauendum eſt conceſſioni appellationis, Surdus deciſ. 36. n 4. Gonzalez in regul. 8. gloſ. 9. §. 1. nu. 205. Azeued in l. 1 tit. 8. lib. 4 recopil Ceuall. de cogn. per viã violentiæ in proœmio, cap. 11. á n. 1. vnde videbatur poſſe appellari ad legatũ vt cauſam dirigat, & ordinet proceſsũ, & grauaminibus occurrat; ſed verius videtur nullo modo patere aditum, ad tribunal legati, vel alterius ſuperioris ſi in Regno eſt, prout eſt primatis Bracharenſis, adhuc tamen obſtat text in l. vbi ille qui appellare non poteſt, ſi cauſa verſatur in vltima inſtantia, à qua prouocatio licita non eſt, 27

cap Sua

cap. Sua nobis, de appell. tamen circa incidentia, & grauamina quæ in cauſa emergunt, ad ſuperiorem illius iudicis appellat, ſed ſatisfit ideo eo caſu licere recurrere ad ſuperiorem, quia adhuc non conſtat, an appellari poſsit, quia ſi tres ſententiæ conformes non ſint, licebit adhuc appellare, & ſic non abſoluté eſt appellatio prohibita, ſed poſt tres latas, non ante. Atverò in noſtro caſu omninô prohibita reperitur talis appellatio, quæ generalis prohibitio omnes excludit caſus, quod tamen non eſt ampliandum ad reconuentionem in eo iudicio factam, quia ſi laicus conuentus reconuentionem moueat contra Eccleſiam, reſpectu illius cauſæ, ceſſat prohibitio: vnde videtur quód his caſibus reconuentio debet ſemper propni in diuer ſo proceſſu, quia non poteſt vna ſententia finiri, prout diſponit Ordinatio lib. 3 titul. 33.

Quinta quæſtio.

Ibi: *Seja logo condenado em outro tanto quanto demandaua.*

28 Ex contractu inito â Regibus, & Prælatis proſilijt pœna mutuo conſenſu ſacrata, qua puniũtur, qui propoſitis qualitatibus laicum ad forum Eccleſiæ trahit, vel ſi ipſe indebitè negat, & qualitates poſtea in ſæculari probantur: Hæc igitur pœna deprompta videtur ex l. Conductores, C. de locato, cuius verba ſunt, ibi: Si non eam dominis recuperate volentibus reſtituerint, ſed litem vſque ad definitiuam ſententiam expectauerint, non ſolùm rem locatam, ſed etiam æſtimationem victrici parti, ad ſimilitudinem inuaſoris alienæ poſſeſsionis præbere compellantur, de eodem eſt text. in l. Non abs re, C. vnde vi, ibi: Æſtimationem victrici parti, vna cum re ipſa præbere compelli, agit nãq; Ordinatio in hoc §. 5. de inuaſore, & in §. 6. agit de emphyteuta, cuius conceſſiò maximè locationi accedit, cum annuis præſtationibus conſiſtat, l. 1. §. Qui ſuperficiem iunct gloſ verbo Agendo, ff. de ſuperficieb. licet à Zenone in l. 1. C. de iur. emphyt. ſpeciale nomen ſortita ſit, & ſpecialem contractum efficiat. Vnde non immeritò ad talem caſum acomodauit deciſionem, d. l. Conductores, & ad violentiam, regulam, d. l. Non abs re, cùm agat de violentia qua inuaſores rerum Eccleſiæ eius poſſeſsiones detinent, quam pœnam extendit ad Eccleſiam actricem, quia vtriuſq; partis eſſet æqualis conditio, ex reg Non licet, de regul iur. lib. 6. Quare explicanda eſt hæc Ordinatio, quôd locum non habeat, niſi quando ratione qualitatum laicus ad forum Eccleſiæ trahatur, quia tunc inuitus ibi reſpondet, nec declinare poteſt, ex Barboſa in d. l. Si quis ex aliena, ff. de iudic. n. 147. & alijs quos ſupra citauimus, atvero ſi reiuindicatione ſimplici agat, & reus negans remittatur impune fit talis remiſsio, ſicut aliàs erit quando natura cauſæ ſpiritualis ſit, prout ſi ſuper facto decimarũ agatur, Barboſa in l. Titia, ff. ſolut matr nu. 48. & in alijs cauſis mixti fori, quæ de iure ad illud iudicium ſpectant data præuentione.

Non ſine dubio eſt, an liceat Eccleſiæ qualitates omiſſas in libello in replica proponere, affirmatiuam comẽdat, quia replica eſt pars libelli, ex gloſ. in l. Quæſitum 31. §. fin ff. de pecul Bald. in l. Si quis, n 38. C. de hæred. inſtit. Pinel. in l. 2. 3 p. n. 25. Gama deciſ 350. n. 2. vnde in replica deduci poterunt, ſi reus omiſerit ſupplicare ad Regium Tribunal quód trahatur ad forum Epiſcopi, ſine qualitatibus ſacrilegij, ſicut aliàs in ea deduci poſſunt non contraria, ſed diuerſa, ex Paulo in l Sub prætextu, n 3. C. de tranſactio. Bald. in l. Petens, nu. 13. C. de pact. Pinel. vbi ſupra nu. 25 ad fin. licet ad ea pars citanda ſit, ex Ordin. lib. 3 tit. 20. §. 7. & 8 & in ſpecie quod in replica liceat Eccleſiæ qualitates mutare dixit Paz in practic 2 prælud. n. 18 & 20. 29

& 20. quod ſemper intelligendum eſt, ſi Eccleſia ordinariè agat, quia in cauſis violentiæ ſummariè cognoſcitur, & replicationi non eſt locus, ex Ordin. lib. 3. tit. 58. Quid autem ſi qualitates in libello omiſſas, velit Eccleſia per reſtitutionem proponere, an admittenda ſit, reo iam ad ſuum iudicem proclamante, & videtur poſſe cum ex inepto libello non mediocre damnum patiatur, ex his quæ Molin. de primog. lib. 4. cap. vlt. nu. 61. nec huic caſui applicari poſſunt, quæ de dilatorijs exceptionibus dici ſolent, in quarum omiſsione, an ſit reſtitutioni locus diximus ſupra ad §. 2. & dixit D. Caldas Pereira parens meus in l. Si curatorem, verbo Vel aduerſarij dolo, n. 11. tradunt DD. in cap. Coram, de in integr. reſtitution. Couarr. pract. cap. 26. n. 4.

30 Dubitari ſolet, an poſsit Eccleſia pœnam vitare ſi à cauſa deſtitit, & litis expenſas ſe ſoluturam pollicetur, an ſcilicet eo caſu condemnari debeat in pœna huius legis, quaſi qualitatibus non probatis receſſerit, & eo caſu duo conſiderari debent. Primum, quòd Eccleſia à lite deſtitit, lite conteſtata, vel poſt. Primo caſu non dubitarem quòd impunè deſiſtat a cauſa, ex his quæ Azeue. in l. 10. titul. 1. lib. 4. recopil. nec aliud euincit Ordin. lib. 2. tit. 1. §. 14. dum punit eos qui laicos citant ad forum Eccleſiæ, quia agit de laicis qui alios citant vbi dicemus.

In ſecundo caſu maius ineſt dubium, & pro Eccleſia facit, quia hæc Ordinatio ſolùm pœnam præſcribit, quando non probatis qualitatibus ſuam facit litem, quod non aliter conſtat, niſi ſententia prolata, vnde ſi ante illam deſiſtat condemnationi locus eſſe nequit, quæ non niſi conuicto imponitur & à ſimili probatur in cap. vnico, de plus petitio. vbi plus petens punitur pœna duplici ſi vſq. ad ſententiam perſiſtat, ibi: Super petione ſua duxerit in iudicio perſiſtendum, vbi gloſ. 1. verbo Perſiſtendum, declarat ſufficere deſiſtere ante ſententiam, l. Papinianus, § Meminiſſe, ibi: Sed ei demùm aufertur quòd teſtamento datum eſt, qui vſq. ad ſententiam in iudicium lite improba perſeuerauerit. Cæterùm ſi ante ſententiam deſtitit, vel diſceſsit, non ei aufertur quòd alijs datum eſt, d. l. Conductores, ibi: Sed litem vſq. ad diffinitiuam ſententiam expectauerint, facit Ordin. lib. 3. titul. 9. §. 1. vbi pœna vocantis in iudicium parentem ſine venia vitatur à citante, ſi à cauſa deſtitit, quia verba legis debent intelligi de actu perfecto, & conſumato, l. 1. § Hæc autem, & ibi Iaſ. ff. quod quiſq. iur. n. 6. gloſ. in cap. Super quæſtionum, verbo Si non poſſunt, de offic. deleg. Perez lib. 1. titul. 3. l. 17. verſ. Accedo, & l. 2. tit. 13. lib. 8. Guterr. pract. lib. 1. q. 9. n. 3. vbi agit de eo qui deſtitit ab exceptione ordinum, priuſquam ſententia lata eſſet, Vaz allegat. 21. nu. 28. idem Guterrez lib. 3. cap. 30. num. 34. vbi dicit, quòd quando pœna non imponitur ipſo iure, ſed conſiderato effectu iudicij, vſque ad ſententiam licitum eſt pænitere.

Sed obſtat fortiter quòd lite iam cõteſtata non liceat impune recedere, quia Ordinatio in præſenti agit de citatione, ibi: *Se o Clerigo citar algum ligo*, vnde delictum videtur conſumatum in ipſa citatione, & licet verum ſit, quod qui promiſit non citare non incurrat pænam, nec comittatur ſtipulatio ſi iudicium acceptum non ſit, de quo eſt text. in l. Amplius, ff. rem ratam haber. ibi: Si iudicium tamen non fuerit acceptũ, ego puto non comitti ſtipulationem, amplius non pati, vt explicat gloſ. ibi, verbo Iudicium, quæ iudicij acceptio importat litis conteſtationem, per text. in l. Vbi cæptum, ff. de iudic. tamen data litis conteſtatione, non eſt dubium pænam incurri, & ſtipulationem comitti, facit l. 1. § Tergiuerſari, ff. ad Turpil. & l. 1. C. eod. vbi Azo. in ſumma illius titul. facit Ordinat. d. § 14. hoc titul. vbi citantem

citantem ex ſola citatione punit, niſi deſtiterit ante litem cõteſtatam. Azeuc. l.10.tit.1.lib.4. facit Ordin.lib.3. titul.36. verſ. *Porem*, vbi plus petens non impune deſiſtit, lite iam conteſtata, Iaſ. in §.Sed hæc,n.12 inſtit de action. Caball. reſolut.criminal caſ.196.n.1. latè Farin. fragm. criminal.1.p. à num.725. lit C. Crauet.conſ.325.nu.2. Roland.conſ. 1. tom.1. Socin. regul. 64. incipit cautionem, Angel.in §.Si quis agens inſtit. de actio. n.7. facit l.Quis ſit fugitiuus, ff. de edilit. edict. ibi: Nemo enim pænitentia ſua nocens eſſe deſijt, Bart. in l. Amplius,n.6. ff.rem ratam haber, facit inſuper quia ex deſiſtentia colligitur Eccleſiam iudicium inſtituiſſe fraudulenter ex ratione l.1.§.Circa, ff.de doli exceptio facit in ſpecie text. in l.in criminali, C.de iuriſd.omni iudic.vbi vocans ad iudicium vetitum, eo ipſo punitur, licet cauſam non proſequatur,Guterrez d.cap 30 n.40. Quare hæc pars verior videtur, vt lite conteſtata pœna vitari nequeat,quia iam eo caſu actrix deſiſtere non poteſt, ſi reus velit litem proſequi,inuita actrice,Ordin.lib.3.tit.40.§.1. auth qui ſemel, C quomodo,& quando iudex,nec obſtat d.cap.Vni de plus petitio. quia licet Abb. ibi, n 16. vſque ad ſententiam pænitentiam admittat, per illum text in verbo Perſiſtentem,quod per ſeuerantiam denotat, in toto iudicio,arg.cap Forus de verbor.ſignific. vt eſt communis ex Salycet in l.vnica, C. de plus petitio.nu.3. tamen verius eſt in eo text non denotare perſiſtentiam in toto iudicio,ſed pro parte illius, ideſt litis conteſtatione, ex Farin.vbiſupra nu. 733. Peregrin. de iure fiſci lib.2. titul 1. n.13. quia per litis conteſtationem inter partes celebratus cenſetur quaſi contractus, qui duo continet, primum quòd in inſtantia perſiſtatur. Secũdum, quòd illud quod. iudicatum fuerit à partibus obſeruetur, colligitur ex Bart. in l. 2. §. fin. nu.2. ff. de prætor. ſtipul. Bald. in l. contra negantem, C. ad l.Aquil. quare circa inſtantiam nihil nouari poteſt, lite iam conteſtata, inuito aduerſario cuius eſt quæſitum, Felin in cap Ex parte decani de reſcript.num.27. & in cap.2. n.14. de libel obla.& lata ſententia oritur actio iudicati ciuilis, ex l 3. §.Idem ſcribit,ff.de pecul.vbi Bart.num.13 & eo ipſo quod conteſtatur lis ſuper negotio principali,cenſetur conteſtata ſuper pæna legali, quare vbi lex pœnitentiam non admittit, vt in Ordin lib.3. tit.34. & tit 36 induci non poteſt proſequitur, Barboſa in l.Qui prior, ff.de Iudic à n. ſicq; procedunt, l.Conductores, & ſimiles, in quibus â lege vſque a ſententiam permittitur pænitere,quare in omni facto pæna lite conteſtata incurritur, niſi aliter indultum ſit, Guterrez d.lib. 3. pract cap.30. nu.32. videndus Cuiac. tom 3.fol.46.& tom.4. fol.1512. & 1661. lit.A & 1 tom fol 529. lit D. & fol.243. & 420.lit.R. Surd.conſ.61 â n 43 Vidi tamen aliquando Eccleſiæ deſiſtentiam impuné in medio cauſæ admitti, quod fieri poſſe via reſtitutionis contra factũ procuratoris,no dubito,quia facto procuratoris,pœna non incurritur,ex Bart. in l Si procuratoris, ff quos quiſq, iur. & in l.Si procurator,ff.ſi quis ius dicenti: vnde in cauſis huius generis, ſemper ſpeciale mandatum requiritur, ne Eccleſia obligetur, quod ſi interueniat, maior erit dubitatio, an ſit reſtitutioni locus contra pænam conuentionalem, qualis hæc eſt, videndus Menoch. caſ. 260 Burſatus lib.1.conſ.53.& quæ Donelus in l.Qui Romæ, §.Duo fratus, ff. de verbor.fol.368.

31 Inſuper huius Ordinationis occaſione dubitari ſolet, an quando Eccleſia, vel clericus pro aliqua mixti fori cauſa egerit,propoſitis qualitatibus violẽtiæ, veluti ſi pro vſura, vel decimis agat cõtra laicum,an illis non probatis ſit condemnationi locus,ſupra tetigimus Legẽ Regiam non procedere in cauſis quæ natura ſua ſunt fori eccleſiaſtici, ſed in illis quæ cùm temporales eſſent,ratione ſolùm

ſolùm qualitatum fiunt illius fori, patet ex d. §. 5. vnde cum decimarum cauſa natura ſua fori ſit eccleſiaſtici, licet qualitas violentiæ non probetur, non ideo Eccleſia condemnanda eſt, quia non eſt remiſsioni locus.

Adhuc tamen dubitari poteſt de eo caſu in quo decimæ poſsideri poſſunt titulo temporali, cum earum cognitio ſæcularis Principis ſit; notiſsimum namq; eſt decimas ante Concilium Lateranenſe concedi conſueuiſſe, ex priuilegio S. Pontificis, quæ ex tali priuilegio reputantur res temporales, & à laico poſsideri poſſunt, & liberè alienari, cap. fin. ne Prælati vices ſuas, cap. Veſtra de locato, Rodoanus de ſpolijs clericor. q. 14. n. 14. tradit Bald. in l. vſusfructus, ff. de iur. dot. Soto lib. 9. de iuſtitia, q. 7. art. 1 col. fin. Garcia in tract. de expenſ. cap. 9. n. 97. Lazarte de decima cap. 19. num. 32. ſicut olim conceſſæ fuere Regi Alfonſo, vt refert l. 1 tit 21 lib. 9 Ordin. Lazarte vbiſupra nu 36. & Regi Ferdinando, Xuarez allegat 28 Barboſa in l. Titia, n. 41 ff. ſolut. matrim. Vnde his caſibus cognitio erit fori temporalis, ſiue quæſtio ſit iuris, ſiue facti, Couarr. cap. 35 pract. nu 2 Guterrez pract. lib. 1. q. 14. nu. 4. Rebuf. de decim. q. 10 nu 39. Lazarte vbiſupra, n 30. Belluga in ſpecul. rub. 13. §. Reſtat, §. 45 & caſu quo Eccleſia qualitates adijciat arguendo nullitatem tituli, & iniuſtam poſſeſsionem, videtur pænæ adiectæ locum fore, quia hæc cauſa aliàs tãquam merè temporalis erat exempta à foro Epiſcopi, vt dixit Gregor. l. 22 tit. 20 p. rt. 1. gloſ. 2. ad fin. & l. 24. in gloſ. *Tomen diezmos.* verſ. quo text. nota d. titul 20. Auend. 2. p. cap 4 prætor. nu. 20 Menchaca Illuſtr. cap 89 n. 2. ad fin.

32 Maius erit dubium in decimis obtentis ex donatione Prioris, vel Abbatis ad vitam ſuam, vel alio ſimili titulo, ſi pro annullanda conceſsione laicus ad forum Epiſcopi citetur, & tandem titulus validus iudicetur, & eo caſu pænæ locum non eſſe videtur, quia illud factum circa decimas eſt mixti fori, & in eo datur præuentio, ex Couar. d. cap. 35. n. 2. Guterrez lib. 3 pract. cap. 26. n. 2 Barboſa d. l. Titia. n. 48. Caſtan. conſ. 65. nu 28. vnde propoſitio, ſeu allegatio qualitatum, nihil immutat à natura rei, quæ de ſe Eccleſiaſtica eſt; nec obſtabit quód hoc caſu quæſtio potius verſatur ſuper titulo donationis infringendo, contra quem Abbas inſurgit, quòd ſupponit actionem perſonalem, pro qua forus rei adeundus erat, ex Mariano, & alijs citatis à Valaſc. de iure en phyt. q. 39 n. 14. Guterrez d. cap. 14. nu 4. a quibus ſine fundamẽto recedit Valaſ. ibi: ſicut aliàs conductor decimarum, attento iure, trahi nõ poterat ad forum Eccleſiæ ex ſuo contractu, idem Guterr. canon. lib. 1. cap. 34. n. 49. licet de iure regio aliud ſit ex Ord. lib. 2. tit. 1. §. 9 quia ſatisfit quód in illa actione cum facto ius inuoluitur, dum liberatio prætenditur, quæ priuatiuè fori eccleſiaſtici eſt, quæ ſi facti eſt citatione manſit præuenta in illo foro, vnde licet qualitates non probentur, numquam pænæ locus eſſe poteſt, cùm illa cauſa ſemper ſit fori eccleſiaſtici, nec pæna impoſita ſit, niſi cauſis ſua natura temporalibus, in quibus laici inuiti ad forum Epiſcopi trahuntur.

Quid autem dicendum ſit in donatione fructuum ad vitam Abbatis factam, vidi dubitatum. Impugnabat Abbas donationem fructuum ad vitam ſuam, ex Extrauagant. Ambitioſæ de rebus eccleſ. qua prohibetur alienatio fructuum vltra triennium, ibi: Et de fructibus qui ſeruando ſeruari non poſſunt pro inſtantis temporis exigentia: ex quibus colligit Guterrez d. cap. 14. num. 15. verſ. Omnia, quod ex generali huius Extrauagantis prohibitione circa bona eccleſiaſtica cenſetur, etiam prohibita fructuum alienatio, vnde cùm ſolùm permittat alienari qui ſeruari nequeunt, minimè conuenit poſt triennium naſcituris, quorum non poteſt 33

fieri

fieri alienatio antequam naſcantur, nec illud expoſcit inſtantis temporis indigentia: inſuper facit quod eodem modo prohibetur fructuum alienatio, ac rerum ipſarum, quæ in Eccleſia ſunt patrimonio: nihil enim intereſt, an locentur fructus, Clem. 1. de rebus eccleſ. in fine vbi res ipſæ, & earum fructus æquiparantur, quia licet fructus res temporales ſint, nec dici poſsit alienari res Eccleſiæ, etiamſi ipſi ad mille annos concedantur, ex his quæ Rodan. de rebus eccleſ. cap. 15. n. 13. Caſtillo de vſufructu. lib. 1. cap. 54. n. 25. Garcia de beneficijs 2. p. cap. 1. n. 32. Boer. deciſ. 224. nu. 2. Gama deciſ. 156. Nauarr. conſ. 11. de rebus. Eccleſ. Cened. collectan. 76. n. 3. & collectan. 32. ad 6. nu. 2. & data locatione expræſſa quæ nõ excedat decennium dominium non transfertur, l. Non ſolet, ff. locati. Tamen aliud eſt ſtante dicta conſtitutione Pauli Veneti in extrauag. Ambitioſæ, quæ omnes locationes ad triennium reſtringit diſputat Ceuallos q. 199. n. 8.

Verum vltraquam quod d. extrauagans Ambitioſæ vſu recepta non ſit, vt dicit Syluester, verbo Alienatio, nu. 15. & verbo Excommunicatio 7. n. 83. Albertus Troſsius de perfecto clerico, cap. 50. nu. fin. vbi dicit quòd conſtitutio d. extrauagantis ligabit vbi vſu recepta ſit, Cayetan. in ſumm. cap. 73. de excommunicat. an fin. Armilla in ſumma, verbo Excommunicatio, nu. 62. & verbo Locatio, nu. 5. Nauarr. in Manual cap. 27. nu. 150. vbi dicit illam in Luſitania non receptam, Sarmiento de reditibus 1. p. cap. 2. n. 20. Corduba in ſumma, q. 103. Fr. Ludouicus Lopez 2. p. in inſtructor. cap. 49. Couar. lib. 2. variar. cap. 16. n. 6. vnde inquit eleganter Rodoanus de rebus eccleſ. cap. 36. nu. 20. quod qui ſe fundat in d. extrauaganti tenetur probare pro fundamento, illam in ea prouincia vſu receptam fuiſſe, idem dicit Moedanus deciſ. 250. ſub titul. de rebus eccleſ. per gloſ. & DD. in cap. 2. de treug. & pace, licet Garcia de beneficijs dicat præſumendum fore vſu receptam, ita vt transferatur onus probandi contrarium in allegantem, 2. p. cap. 1. n. 41. apud nos enim vſu non receptam agnoſcit Gama deciſ. 156. nu. 2. ad med. & deciſ. vlt. vbi eam dicit ſolùm receptam quoad locationes.

Adhuc tamen etiamſi illius conſti- 34
tutionis rigor eſſet in viridi obſeruantia, non puto quòd in d. prohibitione comprehendi poteſt fructuum donatio beneficij, ſingulis annis colligendorum, etiamſi contingat in nouenium extẽdi, maxime ſi cauſa à iure approbata fiat, quia ſi bene perpendantur verba d. extrauagantis ibi, Pontifex totus eſt in prohibendo rerum eccleſiaſticarũ alienationem, & omnia pacta per quæ ius in re conſtituitur abſque Sedis Apoſtolicæ authoritate, atque ſub illo themate etiam prohibuit locationes, quæ licet natura ſua ſi ad decennium non fiant, non transferant ius in re locata, Odin. lib. 2. tit. 33. §. 9. 14. & 25. & lib. 3. tit. 47. tamen quia ad nouennium fieri ſolebant, ad duo, & tria nouennia vno contextu, per quas fraus legi fiebat, & attento iure ad ſeptennium licité locabantur vt in cap. fin. ne Prælati vices ſuas, & de modico tempore agit clem. 1. de rebus eccleſ. quod tempus modicum, Bald. in l. Iubemus nullam, C. de ſacroſ. eccleſ. pro decẽnio interpretatur, Gama dicta deciſ. fin. n. 4. Ideo Pontifex vt omnem fraudis occaſionem amputaret, facultatem alienandi reſtringere ſtatuit, vt Eccleſiarum vtilitati conſuleret, cumq; prohibuiſſet alienationes, venditiones, & hypothecas, & pacta, & locationes, excepit fructuum conceſsionem, & bonorum quæ ſeruando ſeruari nequeunt, prout inſtantis temporis poſtulauerit indigentia, quæ exceptio circa fructus regulam firmat in contrarium, ibi: Præterquam caſibus iure permiſsis, quibus verbis alienationes ſupra prohibitas, in caſibus in iure permiſsis admiſit, prout

ſunt

ſunt caſus neceſsitatis incomoditatis, vel pietatis, remunerationis, & ſimiles, de quibus per gloſ. in ſumma 12. q 2. D D. in cap. Nulli, de rebus eccleſ. Auend.de exequend.mand.cap 4.n.26. verſ. His igitur, & inter cauſas pietatis conumeratur bonũ nomen religionis, & religioſorum quies, ne litibus vexentur Cayetan. 22. q. 43. art. 7. & q. 87. art.1. & inter vtilitatis cauſas conumeratur,etiam gratitudo veluti ſi â Prælato remuneratoria fructuum fiat conceſsio, Auend.vbiſupra, verſ.Neque ab vtilitate:vnde his caſibus à iure permiſſis non video quid de nouo d. conſtitutio introduxerit, & ab hac prohibitione fructuum alienationes excepit qui provt neceſsitas poſtulauerit alienari poterunt: ſi quis autem quærat,cur magis circa fructus clericis diſponendi facultatem indulſerit,quàm circa eorundem fructuum locationem, ea videtur eſſe ratio,quia cùm locatio importet titulum,qui ſi ad decem annos aſcendat, transfert dominium vtile, Valaſ.de iur. emphyt.q.29 n.1 2.& 5. datur periculum vt res quæ à manu Prælati per locationem exiuit,vel ex tacitare conductione labentibus annis per incuriã Prælati poſsideatur, & non conſtito de locationis initio, ſaltem amittat Eccleſia ſuum dominium vtile, vt emphyteuſis conceſſa præſumatur,ex his quæ domi. Caldas Pereira de renouat. q 15. nu.4. Valaſc.conſ.167.n.17.& cap 92. nu.10. vel ius Coloniæ præſcribi poſsit,vt per ſupra citatos.

35 Vnde illa conſtitutio ſolùm prohibet contractus per quos ius in re conſtituitur, vel quorum occaſione poteſt in futurum conſtitui, quæ omnia deficiunt in conſtitutione fructuum, qui etiamſi per mille annos concedantur nullum ius in ipſa re conſtituitur, quia ſolùm datur nuda percipiendi licentia, nomine domini, Rodoanus de rebus eccleſ cap.15 n 13. & q 77 cap 8 in fin. Rotta in nouiſ. diuerſorum,1 p.diſt.14. n.3. Theſ.diſt.131 num.6 Couarr.lib.2. variar cap 16.n 6. in fine vbi aſſerit nõ habere locum in locatione fructuum, Molin.Theolog. de iuſtitia,diſput 466. n.5. Caranta in explicatione bullarum in explicatione d. extrauagantis, verſ. tertio, ibi: Secùs autem quando quis obligat ſe actione perſonali ad dãdam comoditatem, & vtilitatem percipiendi fructus in vita ſua durante, vel tanto tempore vltra triennium, quia tunc non transfertur aliquod ius in re, ſed tenetur dumtaxat exhibere comoditatem percipiendi fructus,& hæc eſt cautela vt valeat talis contractus, citat Afflict decif 101 & Vincent de Franch. deciſ 165 nu.7. Zerola in praxi, verbo Epiſcopus, fol. 154. vigeſsimo quinto, Caualcan. deciſ.43. 45. & 46. Cenedus in collectan 32. ad 6.

Si verò quis obijciat quòd videtur inconueniens,vt concedamus Rectoribus fructuum alienationem, etiam ad plures annos,locationem verò non vltra triẽnium cum tamen maius præiudiciũ videatur generari ex donatione fructuũm longæua, quàm ex locatione ad quinquennium, cum vtroque caſu fructus transferantur? Reſpondetur, quòd lex hoc caſu obuiare intendit illis contractibus, & pactis quibus Eccleſiæ lædi poſſunt,vel de præſenti,vel in futurum, quia locando dubitari poteſt,an noceat ſucceſſoribus, & in quibus caſibus D. Caldas Pereira forenſ.q 32. n 8. & non eſt mirûm quòd permiſſa ſit fructuum donatio,non verò locatio; nam locatio cùm fiat recepta mercede, l.Merces, ff. locati facilius quis rem locat, quam donat, Dynus in reg. cui licet, lib 6.nu.3. nec præſumitur quòd Abbas fructus ex quibus viuit donabit, ſeu iactabit, facit opinionum ſimile,ex l.Filiusfam ff. de donation. vbi cauetur quòd filiusfam. cui conceſſum eſt à patre, vt donet de peculio ſibi comiſſo donare poteſt inter viuos, non tamen cauſa mortis, cum tamen hoc vltimo caſu minus

præiu-

præiudicium generetur, cùm fiat ex actu reuocabili, l. Tam is, §. fin ff. de dona. cauſ. mort & vltra intellectum Bart ibi, n 6. Socin conſ 117. nu 7. lib 1. ad fin. dum ſentiunt generalem permiſsionem alienandi non ſufficere, quia cum donatio cauſa mortis vltimæ voluntati accedat, requiritur ſpecialis conceſsio, & authoritas verbis expræſsis, arg. l. 1. §. fin. ff. de authorit tutor. cap pen. iuncta gloſ 2. de re iudic. lib 6. Elegantius dici poteſt quòd ex eo ex permiſsione ad donandum inter viuos non comprehenditur donatio cauſa mortis, quia ex præſumpta voluntate patris, illam prohibuiſſe videtur, quia cùm facilius filij donarent cauſa mortis, vel quia reuocare poſſunt, vel quia diſponunt in tempus quo domini futuri non ſunt, inter viuos autem cùm ſe filij priuent dominio rerum donatarum, non ita facile donabunt, ſic procedit l. 3. C. de prædijs Decurio lib. 11. vbi curialis poteſt donare prædia, ſed non vendere, cum tamen difficilius donatio permittatur, quod ex eo eſt, quia facilius quis vẽdidiſſet pretium participaturus, quàm donaſſet. Ac proinde, cùm facilius Prælati locarent, quã donarent, oportuit locationibus occurrere: manet ergo quòd illa cõſtitutio Pauli Veneti ſolùm recepta eſt in locationibus, vt dixit Gama deciſ vlt. n. 1. nõ veró reſpectu donationis fructuũ, vel ad tẽpus, vel ad vitam, ſicut aliás videmus paſsim clericos ex redditibus ſuis dotes ſororibus cõſtituere, aſsignatis fructib9 pro ſolutione promiſsionis

Ex quibus ſequitur, quòd ſi laiçus ratione huius cauſæ ex nullitate oppoſita, & violentia trahatur ad forũ Eccleſiæ locus erit pœnæ huius Ordinationis.

39 Dubium graue eſt, quid dicendum ſit in cauſa quæ inceperit coram iudice delegato, ex commiſsione S. Pontificis, veluti quando monaſterium conceſsit rem Eccleſiæ in emphyteuſim titulo confirmato authoritate Apoſtolica, vt ſæpé fit ex paſſalibus Eccleſiarum, quem titulum cùm poſtea impugnare intendunt monachi iudicem petunt, coram quo cauſa incipiat. Primo dubitari poteſt, an ibi requiratur qualitatũ expræſſio. Secundo, an illis non probatis debeat fieri cauſæ remiſsio. Tertio, an debeat fieri condẽnatio in forma legis regiæ, & quoad primũ notandũ eſt quòd Eccleſiarũ paſſalia alienari nequeũt, vel in emphyteuſim concedi, inconſulto S. Pontifice, in his enim vſu recepta eſt extrauagans ambitioſæ: hæc paſſalia quæ in ambitu Eccleſiæ ſunt, manſos appellauit antiquitas, á manẽdo, quia ibi manebant Prælati, cap 1. de ſenſibus, bona manerij etiam appellantur, vt in cap. Querelam de ſimonia, vbi Felin. ante n. 2. dotẽ Eccleſiæ appellat, text in cap. 1. § Si quis de manſo, de controuerſ. inueſti. vt adinſtar dotalium nequeãt alienari, Afflict in c. 1. Epiſcopus, vel Abb. n. 10. D. Caldas Pereira de renouat. q. 15. á n. 15. Molin. de iuſt. diſp 449 & 466. Soarez de relig. tom. 1 lib. 3 cap 8 nu 2. Quare in his bonis vſu receptũ eſt neceſſariam eſſe Sedis Apoſtolicæ confirmationem, adeo vt nec 30. vel 40. annorum ſufficiat poſſeſsio, Decius conſ. 329. nu. 5. & an ſufficiat immemorialis dubitat Quintalianus de ſignatur. gratiæ, titul. ſi in euidentem, col 3 verſ Quæ autem, fol. 89. quod tamen limitandum eſt non procedere in paſſalibus Eccleſiarum vnitarũ, quia in his non obſeruatur ille rigor, ſed ſecuti alia bona Eccleſiarum alienari poſſvnt, quia in illis nulla reſidentia datur, & ſic definit eſſe mãſus, & ceſſat prohibitionis ratio, Rota deciſ. 369. Octauian. in pract. Rom. Cur. lib. 5 cap. 4. n 3. Belam. deciſ 617. per vnionẽ enim amiſerunt naturam, Gonzal gloſ. 5. § 7 à n 1. Flamin. de reſignat lib. 12 q 3 n. 47. Oldrad cõſ 257. n. 15. quia Eccleſia vnita dicitur prædiũ illius cui vnitur, Garcia de benefic. p. 2. cap 2 n. 12 & efficitur membrum illius, Paiſ conſ. 121 nu. 58. Azor. 2 p. lib 6. cap. 28. q 20. Menoc. de arbitr caſu 205.

ſicq; iudicatum reperi in antiquis proceſsibus, in cauſa Melchioris de Gouuea contra Stephanum de Mirāda, per Cõſeruatorem ordinum Militariũ, in hæc verba. *E como ſe proua ſer coſtume geral no Arcebiſpado de Braga, os aſſentos, & paſſais das Igrejas annexas andarẽ aforadas, & emprazadas, & diſto hauer muytas ſentẽças, dadas neſte juyzo, & os Prelados do dito Arcebiſpado hauerem por bõos os ſemelhantes emprazamẽtos, por ſerem aſſentos das annexas, & não das Matrizes principaes, abſoluo os reos, &c. Antonio Toſcano.* Et in foro ſæculari idem iudicatum fuit in Portuenſi Senatu. *Acordão em Relação, &c. Aggrauados ſão os aggrauantes pelo Corregedor em os obrigar q̃ abrão mão dos paſſais, & terras da contenda, & os deixem ao A. & ſua Igreja. Reuogando ſua ſentença. Viſtos os autos, & como ſe moſtra a Igreja de S. Vicẽte, cujos ſão os ditos paſſais ſer annexa, & não da reſidencia dos Abbades, pelo q̃ ſemelhãtes aſſentos, & paſſais ſe podem emprazar, interuindo as ſolẽnidades de direito: o q̃ viſto, & o mais dos autos, abſoluẽ o R. do contra elle pelo A. pedido, ao qual condẽnão, &c. Porto, 25. de Feuereiro de 1595. Gaſpar Fernãdez Ferreira. Frãciſco da Coſta. Gõçalo de Faria.*

37 Deinde notandum eſt, quód dupliciter poteſt hæc comiſsio ad cauſam cõſiderari, vel facta iudici delegato, vel facta vicario Epiſcopi Primo caſu offenditur Conciliũ Tridentinum ſeſſ 24 de refor. cap 20, quod non patitur cauſarum comiſsiones in prima inſtãtia, niſi reſcriptum ſit manu propria ſignatũ à S. Pontifice. In ſecundo caſu niſi aliud ſuadeat, comiſsionis forma ſemper videbitur ſuſcitata ordinaria iuriſdictio, cap Licet in corrigendis de offic Ordin. cap. Cũ aliquibus de reſcrip lib. 6. Bart. in l More, n. 26 ff. de iuriſd omni iudic Iaſon in l. §. Si quis, nu 5. ff de verbor Mandoſ. in reg 11. Chancel q 11. n 4.

Vnde ſiue vno ſiue altero modo cognoſcatur, vel ex comiſsione Apoſtolica, & delegata iuriſdictione, vel ordinaria vtroq, caſu cognoſci nequit, niſi ex mã dato S. Pontificis, quia cum cõfirmatio data fuerit eius authoritate, ſic oportuit eius authoritate diſſolui, ex gloſ vlt in cap. Frater 17. q. 4 Caual 2 p deciſ 4. n. 135 faciunt quæ Iaſ in d l. More, n 66. ne tamẽ credemus S. Pontificẽ voluiſſe Regum concordias infringere, ſed ſecũdum illas intẽdiſſe, vt tales comiſsiones exequantur vnde vel corã delegato, vel vicario Epiſcopi cauſa incipiat, debet actor qualitates violentiæ exprimere in libello, vt ad forũ Eccleſiæ laicũ trahat inuitũ & vt vtrũq caſum cõprehenderet caute Ordinatio inquit: *Do juyz eccleſiáſtico para o Biſpo*, vt ſic comprehenderet omnẽ iudicem datũ à Sede Apoſtolica, cap Graue, de offic Ordin. Obſtat tamen quód illa verba legis regiæ nõ poſſunt intelligi de iudice apoſtolico delegato, quia de illo ad Epiſcopũ dicit appellandũ: cum tamen à delegato ad ipſum delegantẽ appellandum ſit, non ad alium inferiorẽ, quare dicẽdum videtur quód vel in hoc Regno vigore concordatæ recipi debet S Pontificem velle vt appellatio interponatur ad Epiſcopum, vel Archiepiſcopũ, quod ſi non placeat dici poteſt quód nulla patebit appellatio, quia cũ ad Epiſcopum non pateat, & ad Sedem Apoſtolicã, vel legatũ à lege regia non ſit admiſſa, debet conquieſcere iuriſdictio in prima inſtantia, vt diximus ex cauſa quæ incipit corã Archiepiſcopo: vel tandem verius dici poteſt quód hic erit caſus in quo appellatio ad legatum, vnica tamẽ admitti poteſt, ne denegetur partibus illud remediũ quod lex regia concedit, quæ cum non cõprehendat delegatos iudices, ſaltem quoad modum cognoſcendi, debet delegati iuriſdictio adinſtar ordinariæ regulari, vt ſicut in hac vna eſt appellatio ad ſuperiorem, ſic pariter in illa, quia non videtur ſolutus ab obſeruatione ordinis iudiciarij, faciunt quæ Bartol in l. 1 in fine, C vt quæ deſunt aduocat. Bald in l. Præſcriptione, n 31 C ſi cõtra ius, Vantius tit de nullitat ex defectu proceſſ n 3.

Menoch.de arbitrar.lib 1.q.54.num 30. quia lex loquens generalitèr omnes caſus comprehendit arg. eorum quæ Valaſc.conſ 113.num.21. facit Ordin. lib. 1. titul 12.§.4.vbi loquitur de Prælatis, & quibuſcunq; iudicibus eccleſiaſticis.

Vnde ſiuè vno,ſiue altero modo hoc accipiatur illud, ſemper tamèn obſeruandum eſt,teneri talem iudicem delegatum non cognoſcere, niſi propoſitis qualitatibus legis regiæ,illiſq, non probatis ſe iudicare incompetentem,& tandem in pœna legis regiæ condemnare.

38 Quia tamen ex ſuperioribus reſolutionibus oſtendimus modum quem iudices eccleſiaſtici ſeruare tenentur,modo ſubſequitur vt videamus quid faciendum quando iudices eccleſiaſtici, contempta lege regia, eiuſq; præceptis, nec ſe incompetentes iudicāt quando qualitates probatæ non ſint,ſed cauſam finali ſententia determinant,Reo abſoluto Eccleſia tamen non condemnata in valore rei petitæ,& quidem vtroque caſu patet ad Regium tribunal ſupplicatio,ob non ſeruatam concordiam, in quo fit fraus regiæ iuriſdictioni, habetq; Princeps in caſibus concordatis ſuam intentionem fundatam arg. eorū quæ Doctores in cap Nouit de iudic. gloſ 2.in cap.2 de priuil. Auiles prætorum cap 20.verbo Vſurpan. Bobad lib. 2. cap 17.n.185.& cap.18.n.15 Azeued. lib.4 tit 1.l 11.n.10. Franciſcus Marcus q.215 Ordin lib.1 tit 9.in princ.Cabed. areſt.4. & 74 & 91 2.p. & 93 Guterrez lib.2.pract. q.132.n.9.

39 Dubium tamèn graue eſt quando iudex eccleſiaſticus ſe competentem iudicat,& Reum condemnat,vt rem Eccleſiæ dimittat, an eo caſu liceat ad Regiū tribunal ſupplicare, ob iniquitatē ſententiæ Epiſcopi,qui arguitur male iudicaſſe, & in eo regiam vſurpaſſe iuriſdictionem in caſu ſibi non permiſſo;ſæpè in Senatu tales ſupplicationes admittūtur, & examinatur proceſſus, an verè probentur qualitates,quod quidē nullo iuris fundamēto ſubſiſtit,quia cùm diuiſum ſit imperium cum Ioue,& Cæſare, & Princeps ſæcularis cognoſcat priuatiue, quandò nullæ qualitates proponuntur in libello, illiſq, propoſitis cognoſcat eccleſiaſticus, pariter priuatiue illud fieri debet,itaut ab eo malè iudicāte ſolúm pateat appellatio ad ſuum ſuperiorem,de quo iam ſupra diximus.

Quod ſi contingat quòd iudex eccleſiaſticus ob non probatas qualitates cauſam remittat, & Eccleſiam condemnet in valore rei petitæ, ſi ab hac ſententia appellatum ſit,& Metropolitanus comprobauerit remiſsionem, abſolutione tamen valoris rei petitæ excuſauerit Eccleſiam agentem,tunc poterit ſupplicari ob non ſeruatā legem regiam, vſurpatamq; iuriſdictionem regiam ex concordia competentē, vt per Gonzal. gloſ.26.n.5 & 28. & gloſ.28 n 21. & 24. Concordia namq; eſt indiuidua, & debet in forma ſpecifica impleri, idē gloſ. 12. n 95. Caputaq. deciſ.206.n.4. Mohedan.deciſ 10.n.1 de ſent.& re iudic.

Vltimo notabis plures caſus contingere poſſe quando non probatis qualitatibus cauſam iudex eccleſiaſticus ad ſæcularem remittendam cenſuit,quia ſi ſimpliciter cauſam remittit non condēnata actrice in valore rei,& expenſis,tūc Eccleſiā rectè appellare poteſt ad ſuperiorem,& Metropolitanum à remiſsione cauſæ,vel quia à ſententia incompetentiæ de iure cōmuni patet appellatio, vel quia lege regia, & contractu introducta, & permiſſa eſt, & habet locum gloſ.fin.in auth. habita,C.ne filius,Bart. in l.2.n.1.ff.de appell.recip. text in cap. Significantibus, de offici.delegat. Menoch remed.4. adipiſ. num 282, Gama deciſ.159. Valaſc.conſ.47.n.5. facit l.4. tit.16.lib.3 Ordin. 49

Vnde ſicut actrix à remiſsione appellare poteſt,ſic poterit ad regem ſupplicare Reus ob non factam condemnationem, vt ſupra dixi, nec ſeruatam concordiam, & inſuper ab abſolutione

pœnæ pariter poterit appellare ad Metropolitanum: ſi tamen prius appellauerit non videtur quòd poterit admitti ſupplicatio ad Regem, quia prima via appellationis electa, altera ſupplicationis videtur non permiſſa, arg. l. Si mulier 21. §. fin. ff. quod metus cauſ. l. Quòd in hærede, §. Eligere, ff. de tributor. ibi: Cùm ſciat ſibi regreſſum ad aliam non futurum: ſi tamen ab appellatione deſtiterit, videtur quòd admitti poſsit, quia data deſiſtentia, res manet ac ſi nunquã appellatum eſſet, Ordin. lib. 3 tit. 72. in fine. Caldas Pereira, verbo Vel aduerſarij dolo, n. 35.

41 Caſus magis dubius eſt quando eccleſiaſticus iudex qualitates non probatas cenſuit, & cauſam remiſit, abſq; condemnatione, Eccleſia appellauit à remiſſione, reus veró tacuit expectato appellationis euentu, tandem ſententia remiſſionis confirmata fuit ſimpliciter, inſtat Reus quód Eccleſia condemnetur in valore rei petitæ, & expenſis, & videtur ad hoc iam admitti non poſſe: primo, quia prima ſententia lata fuit ſine condemnatione in valore rei petitæ, & ab hac omiſsione Reus non appellauit, vnde illa omiſsio habetur pro abſolutione l. Terminato, C. de fructibus, & litiũ expenſis, Iaſ. in l. Properandum, §. Sin autẽ n. 7. C. de iudic. Menoch. de præſumpt. lib. 2. præſump. 89. Cened. collect. 60. ad decretal. n. 5. l. 4. C. de poſ. Gama deciſ. 191. Barboſ. in l. 1. 1. p. n. 48. ad fin. ff. ſol. matr. Surdus deciſ. 69. Valaſ. conſ. 107. n. 13. Alciat. conſ. 234. n. 3. maxime cùm omiſsio cadat ſuper membro nótabili, & videatur cõſulto facta ex gloſ. in cap. Inquiſitores, verbo Expræſſe de hæret. lib. 6. gloſ. fin. in clem. 2. de præbend. cum ſententia ſemper debeat interpretari in fauorem condemnati, vt minus lædat, Roman. conſ. 236. col. 2. Curtius Iun. conſ. 179. num. 1. Aymon conſ. 74. n. 10. lib. 1. per text. in l. Eæ enim cauſæ, ff. de ſuſpect. tutor. Alex. conſ. 46. lib. 5. Socin. conſ. 134. lib. 1. ſicq; aliquando in Senatu iudicatum percepi.

Sed his non obſtantibus contrarium ſecure tenendum eſt, quia ex appellatione, ab altera tantùm parte interpoſita, tota cauſa deuoluitur, etiam reſpectu nõ appellantis, Ord. lib. 3. tit. 70. ex his quæ Gomez l. 22. taur. n. 24. & tom. 2. cap. 11. n. 16. Azeued. in l. 3. n. 53. tit. 8. lib. 4. recopil. Surdus deciſ. 143. n. 4. Gracianus Forenſ. cap. 1. n. 4. cùm non ſint capitula ſeparata, ſed cõnexa ex eadem cauſa: inſuper ſi illa omiſsio habetur pro abſolutione, iudex eccleſiaſticus non poteſt abſoluere ab illa pœna conuentionali, & à ſuperiore qui de appellatione cognoſcit iterum peti poteſt, nec ex pacto à partibus omitti poteſt, tacito, vel expræſſo, cùm ſit in fraudem regiæ iuriſdictionis.

Vidimus in facto quòd qualitatibus non probatis ſententia à iudice eccleſiaſtico qua ſe dixit incompetentem lata fuit, actore non condemnato in valore rei petitæ: ſupplicatum fuit ad regium tribunal, & parti prouiſum expedita prima, & ſecunda charta, tandem in Senatu Palatij concluſum fuit chartas bene expeditas, nec condemnationem omitti potuiſſe, ſupplicans inſtabat pro executione pœnæ; eo tempore pars aduerſa impedimenta ſententiæ obtulit, quibus probare intendebat, male qualitates non habere pro probatis quæ admiſſæ fuerunt: dubitabatur an eo tempore potuiſſent talia impedimenta admitti, quia videbatur fieri in fraudem ſententiæ Senatus Palatij, vt illius executio illuderetur, ſed quidem ſi aliud non obſtet, nec fraudis appareant argumenta, ex ſe non videtur contemnenda talia impedimenta quaſi in fraudẽ ſententiæ, quia negari non poteſt, Eccleſiæ viam patere, vt impedimẽta offerat ſuper probatione qualitatis cum de iure ſit quòd via reſtitutionis audiri poſsit ſuper meritis proceſſus, & cauſæ, Ord. lib. 3. tit. 41. in princ. cum & aduerſus tres ſententias competat 42

reſti-

reſtitutio, Couarr. pract. cap. 25. num. 7. Dominus pater meus, verbo Per quod priſtinum, nu. 25. vnde non eſt cur hoc remedium Eccleſiæ denegetur, & reuocata tali ſententia conquieſcet iudiciũ ſuper pœna, quouſque cauſa decidatur.

43 Tandem aduerti debet, quòd licet pœnæ valoris petitæ, condemnatio ſemper infligenda ſit actore non probante qualitates, illud limitari debet ſi actor ſit clericus, vel perſona eccleſiaſtica, vnde ſi forte actor ſit laicus, & ſimilem laicum ad iudicium Epiſcopi vocauerit, tunc non eſt locus valoris rei petitæ, ſed pœnæ præſcriptæ in Ordin. lib. 2. tit. 1. §. 14. idem erit ſi aſsiſtat clerico, quia aſsiſtens non ſoluit expenſas, nec decimam.

SVMMARIVM.

1 *LEX Regia in §. 6. admittit laicos citari poſſe ad iudicium Eccleſiæ, propoſitis qualitatibus.*

Verbum, Suum, denotat dominium. ibi.

2 *Si Eccleſia petit emphyteuſim ſuam videtur agere reiuindicatione.*

Dominium vtile ſemel alienatum incipit eſſe res prophana. ibi.

Qualitas violentiæ neceſſario requiritur expreſſa in libello. ibi.

3 *Eccleſia debet exprimere conſolidationem vtriuſque dominij.*

An contra tertium in quem emphyteuta alienauit, poſsit Eccleſia agere in ſuo iudicio? ibi.

Alienatio facta domino inconſulto valet vt incurratur comiſſum. ibi.

4 *Eccleſia an agat contra ſpoliatorem ſui emphyteutæ.*

Si emphyteuta ſpoliatur fructibus Eccleſia non agit in ſuo foro, ſecùs ſi proprietate. ibi.

5 *Quid ſi emphyteuta rem deteriorauit contra legem contractus?*

6 *An ſufficiat exprimere in libello titulum eſſe nullum?*

Nullitas in hoc caſu debet proponi ex cauſis á iure canonico inductis. ibi.

7 *An ſit qualitas ſufficiens quód ſint finitæ vitæ emphyteuſis?*

Si emphyteuta occupat finitis vitis prædium emphyteuticum vim facit. ibi.

Finita generatione ipſo iure fit conſolidatio. ibi.

Emphyteuſis finita generatione acquiritur domino libera ab omni ſeruitute. ibi.

Ciuilis poſſeſsio trahit ad ſe naturalem.

8 *Qualitas violentiæ ſemper ineſt finita generatione.*

9 *Iudicium qualitatum eſt mixtum in quo vterque eſt actor, & reus.*

Reus qui retinet emphyteuſim pro renouatione iuſté ſe defendit.

11 *Omnes qualitates debent proponi cum expræſsione violentiæ, ex qua reſultet ſacrilegium.*

12 *Quando emphyteuſis conceſſa eſt cum præfinitione temporis, illo finito reſultat violentia.*

Prouiſio hominis facit ceſſare prouiſionem legis. ibi.

13 *Retentio vbi datur pro renouatione, non comittitur violentia inſiſtendo.*

Pactum in conceſsione appoſitum ne renouetur non obligat. ibi.

Rigor ille antiquus demittendi rem domino non obſeruatur. ibi.

Conditio ne renouetur eſt contra bonos mores ciuiles. ibi.

Æquitas ſcripta rigori ſcripto præfertur. ibi.

14 *Oppoſito comiſſo debet adhuc exprimi violen-*

violentiæ vt locus ſit legi regiæ.
Si plures ſint hæredes, & vnus non ſoluat tota res comittitur. ibi.
Si comiſſum proponatur contra eum qui probet ligitimum impedimentum, an ſit Eccleſia condemnanda? ibi.
15 Si reus ante litem conteſtatam penſiones conſignauit, an debeat ceſſare cauſa.
Qualitas quæ in principio requiritur, pariter requiritur quod decet vſque ad finem cauſæ. ibi.
Legatum quod habet cauſam ſucceſsiuam requirit exiſtentiam cauſæ. ibi.
16 Comiſsi expræſsio ſufficit vt cauſa fiat iudicij eccleſiaſtici.
17 Pro reſtitutione petenda Eccleſia trahit laicum ad ſuum forum.
Reſtitutio ſupponit validitatem actus. ibi.
18 Reſtitutio vel petitur propter damnum vitandum, vel ad lucrum captandum.
Qui læſionem intendit probare adhuc non petit rem ſuam cùm pendeat à probationibus. ibi.
Si laicus titulum habet licet inualidum coram ſuo iudice pulſari debet. ibi.
19 In contractu vbi datur læſio, ineſt dolus re ipſa.
Interpretatur text. in cap. Ad noſtram, de rebus eccleſ. ibi.
Reſtitutio gratiæ non comprehendit fructus. ibi.
20 Interpretatur cap. 1. de inintegr. reſt.
Intrepretatur cap. Conſtitutus, eod. titul. ibi.
21 Eccleſia pro reſtitutione rei ſuæ laicum in ſuo foro pulſat.
22 In reſtitutione petenda debet etiam exprimi violentia.
Minor licet ſolùm ſit læſus in pretio, non verò in vendendo adhuc rem ipſam recuperare poteſt. ibi.
23 Limitatur vt non procedat lex regia, ſi Eccleſia agit de ſe exonerando.
24 Limitatur ſecundò, ſi emphyteuſis ſit patrimonialis non Eccleſiæ.
25 Eccleſia non trahit laicum ad ſuum Ordinarium, licet trahat ad ſuum forum.
26 In reſtitutione petenda, ſemper debet proponi violentia.
27 Qualitate non probata, iudex eccleſiaſticus debet ſe pronuntiare incompetentem.
28 Qualitatibus non probatis, debet Eccleſia condemnari in valore rei petitæ.
29 Iudex qui poteſt condemnare, poteſt abſoluere. ibi.
Iudex aliquando poteſt condemnare, & non abſoluere. ibi.
Conceſſo quòd maius eſt non videtur denegatum, quod eſt minus. ibi.
30 Si iudex eccleſiaſticus non condemnat, ad Regem ſupplicatur.
31 Qualitate non probata, cauſa remittenda eſt ad iudicium ſæculare.
32 Si Eccleſia probet qualitatem circa vnum ex petitis, quomodo debeat fieri condemnatio.
33 Reus ſi reconuentionem offerat, an conſentiat illi iudicio?
34 Laicus ſi conſentit in iudicem eccleſiaſticum adhuc ſibi non præiudicat.
35 Reconuentio in iudicio qualitatum, nullo modo poteſt admitti.
Lex ipſa vetat eccleſiaſtico ne cognoſcat. ibi.
36 Reconuentioni quomodo locus eſſe poſſit?
37 Sed an ſit locus actioni, ſeu mutuæ petitioni in illo iudicio?

AN SÆCVLARIS EMPHYTEVTA *Eccleſiæ pro vtili dominio emphyteuſis poſsit in iudicio Eccleſiæ pulſari? ad intellectum Ordin. lib.2. titul.1. §.6.*

CAP. 28.

CVM in præcedenti paragrapho lex regia per verba ſatis dubia, & obſcura diſpoſuiſſet, vt ex ibi dictis apparebit, & caſus expræſſerit, in quibus ratione qualitatum laici ad forum Eccleſiæ trahi poterant. Adhuc non leue dubium erat circa emphyteuſim à laicò poſſeſſam, in quo iudicio petenda foret, quia cùm ſupra dixiſſet, quòd ſi reus agnoſceret rem eſſe Eccleſiæ, in iudicio ipſius conueniri poſſet, ſi negaſſet ſtatim remitteretur ad ſuum forum, caſus occurrebat medius in emphyteuſi, ſeu mixtus, quia emphyteuta partim agnoſcebat rem eſſe Eccleſiæ, quia directum dominium Eccleſiæ eſſe non infitiebatur, vtile tamen negabat, imó dicebat eſſe ſuum, & ſic non infæliciter dubitari poſſet, quæ pars præualere debuiſſet.

1 Hæc Ordinatio deſſumpta fuit à declarationibus Regis Sebaſtiani cap. 2. vbi per eadem formalia verba, quibus Ordinatio Regia componitur diſpoſitum fuit, & vnicus in hac lege continetur caſus, quando ſcilicet Eccleſia ſuam emphyteuſim recuperare intendit à manu laici poſſeſſoris, ſine vlla qualitatum expræſsione, & ſtatuit quòd laicus agnoſcat dominium directum eſſe Eccleſiæ, pro vtili negato ad ſuum iudicem remittatur. Ratio dubitandi in eo erat, quia cum laicus agnoſceret rem eſſe Eccleſiæ, videbatur quòd pro recuperanda re ipſius iudicium Epiſcopi ſubire compellendus eſſet, iuxta reg cap Si clericus, de foro compet. cuius deciſio omni actioni perſonali, & reiuindicationi conuenit, & caſu quo foret ſequenda opinio Innocentij in cap. Cum ſit generale illo titulo, vbi tenet quód in reiuindicatione rei ſuæ, Eccleſia tenetur adire iudicem ordinarium Rei, quem ſequitur Hoſtienſis ibi: illud tamen habere poſſet locum quando reus negaſſet rem eſſe Eccleſiæ in totum, Ordin. d. §. 5. ibi: *Ser ſua & não da Igreja*, quaſi ſecùs ſi ſit vtriuſque.

Non deſunt fundamenta quibus ſuaderi poteſt Ordinationem iuri repugnare, & reg. d. cap Si clericus, quia non deſinit res eſſe in totum Eccleſiæ, quando illius directum dominium non negatur, nam dominium vtile quod ſubeſt directo, non eſt propriè dominium, ſed quædam vtilitas directi, l. Si finita, §. Si de vectigalibus, ff de damno infect. Bart. receptus in l. 1. n 8 ff de acq. poſſ. refert plures Valaſ. de iure emphyt q 13. nu 3. nec text. requirit quòd Eccleſia habeat dominium plenarium, ſed quod pro re ſua laicum pulſet, verbum autem, Suum, denotat dominium, ex gloſ. 3. in cap. Quo iure, 8 diſt. l. Meorum, ff de verb. ſignif Bart. in l. 1. ff. de ſtatu. homin. Corſettus ſingul. verbo Meus, cùm igitur Eccleſia agat pro rebus in quibus dominium habet, agit pro rebus ſuis, & in quibus dominium habet, & perconſequens coràm ſuo iudice audiri debet:

aliàs enim videtur quòd ſine effectu manebit deciſio d. cap.Si clericus, quia ſi ſolum habere poteſt locum quando laicus fateatur rem quoad vtrumq; dominium eſſe Eccleſiæ,tunc nulla lis eſſe poteſt, quia in confeſſo nullæ ſunt partes iudicis, & de vtili dominio rei fæudalis dominum cognoſcere debere dixit Alex. conſ.79.lib.1.nu fin.verſ.Quis igitur. Bologn. in add ad conſ.84. Ananiæ num.7. Riminal.lib 3.conſ.344. num 12.

2 Verùm hæ obiectiones videntur dilui, ſi dubium metiamur ex ſuprapoſita regula,in § 5 quod laici pro re prophana Eccleſiæ, ad forum Eccleſiæ,attento iure nullatenus trahi poſſunt, niſi pro violentia,vel furto,vel alia ſimili qualitate,ex Innoc. in d.cap Si clericus, & in cap.Cùm ſit generale de foro comp. de quo ſupra latius diximus.

Vnde occurrebat dubium circa Emphyteuſim, ab Eccleſiâ petitam, cuius vtile dominium laicus negabat, qui caſus ad ſimplicem reiuindicationem ſpectat,& Ordinatio decidit ad forum Rei cauſam remittendã, ſequuta Innocent. Hoſtienſ. & alios, à quorum dictis per eadem ferè verba hæc lex tranſcripta fuit,vbi habent pro reiuindicatione rei ſuæ Eccleſiam in foro ſæculari agere debere,vel ſi aduerſus contractum aliás mero iure validum inſurgat, ex perſonali actione, quia his caſibus cum non conſideretur violentia, occupatio, vel inuaſio, forus rei ſequendus eſt, latè Marta 2 p. cap 29 nu.14. cuius deciſio quoad vtile dominium corroboratur, quia illud ſemel alienatum, numeratur inter prophana, & inter bona laici, ratione perſonæ cui adhæret,arg. cap.1. §. fin.de iur.patron.lib 6.l.Per procuratorem, in fine, ff de acq hæred Nauarr. in appolog. de fructibus beneficij, q.1. moni 58 nu.2. Tiraq lib.1.retract.§ 1. gloſ 13 n 8. qua ratione tale dominium ſubiectum eſt legibus ciuilibus tributa imponentibus, ex Bart & D D. in l.Si penes quos, C de agricol. & conſ lib.11. idem Bart. in l.1 C. de iur. emphyt. latè Socin.conſ 119. tradit Brunus de ſtatut. excludent fæmin art.8 num 7. & 106. Ruinus lib.1 côſ.168 n.9 & 12. Ægidius de collectis, fol 77. Valaſc. de iure emphyt q.17 nu 12. Menoch. de arbitrar. lib 2. caſ.180 num 8. Surdus deciſ 160. n.7. idem Valaſ conſ.134 n.13. Merito ergo cauſa remittitur ad forum ſæcularem, quia dum laicus negat vtile dominium, negat totam rem, cùm ipſe nihil amplius illo dominio poſsideat, quód ratione illius perſonæ cui adhæret laicale eſt quia mutata perſona poſſeſſoris, ipſa rei conditio mutatur,cap 1 § Verũ, de iur.patron lib 6.l.Fiſcus, ff.de iur.fiſci. Ideoq; requiritur neceſſario vt qualitas violentiæ in libello exprimatur, vt ſaltem ex clandeſtina violentia quæ reſultat ex occupatione, & retentione iniuſta, forus Eccleſiæ fiat competens, ad imaginem illius qui dominum ad ad rem ſuam reuertentem non admittit qui dicitur ſpoliare, l.Clam poſsidere, § Qui ad nundinas, ff de acq poſſ. Meminit huius clandeſtinæ violentiæ, Ripa in §. Nihil commune, l Naturaliter, num.79 ff.de acq. poſſ. vbi Fabius n 41. Zazius 48. quos citat Valaſ.conſ. 93 in fine, ſicut aliàs dicitur Eccleſiam ſpoliare,qui rem Eccleſiæ occupat malè alienatam, Rodoan. de rebus eccleſ. q.77 cap 4 n 9 quia ex tali titulo etiam poſſeſsionem non tranſire dixit idem Rodoan. vbiſupra,cap 2.nu.10 Bart in l 1 §. Si vir vxori, ff de acq poſſ. licet contradicat Alciat. Parergon. cap. 19. in fine, conducunt quæ Menoch. d remed 3 n 361.

Ex quibus ad ſingulas huius legis partes aliqua prænotanda ſunt, de quibus ſigillatim agere neceſſariũ decreui. ibi: *Mas tambem o vtil eſtar com elle conſolidado, &c.*

3 Inſpectis huius Ordinationis verbis videtur ſufficere, quod Eccleſia exprimat in libello,conſolidatum eſſe vtrũq; dominium,

dominium,ſed quidem hoc à mente legis longe diſtat, quia inſuper debet exprimere conſolidationis cauſas,quæ attento iure illud euincant, patet ex illis verbis, ibi: *Por o leigo poſſuir a tal couſa por força, ſem titulo,* quibus verbis oſtendit cōſolidationi allegatæ addere oportere cauſas,ex quibus illa induci debeat: dictio enim illa, *Por*, eſt declaratiua, & limitatiua præcedentium,vt ex Bart. & aliis reſoluit D. Caldas Pereira de renoua. q 11. nu 15. Coſmaſ. in prag. fol. 214. verbo Videlicet,Decius in cap.Ex literis de probation n.6. Menoc. conſ. 21. n 47. Surdus de aliment tit. 1 q 42. n 100 & deciſ. 161. n.8. ex quo conſtat conſolidationi intentatæ ſemper addēdas qualitates, ex quibus violentia inducatur,vt colligitur ex Innocent in d. cap Cùm ſit generale, ibi: Oportet tamen quòd ſemper in poſſeſsione mentionē faciat de oppræſsione, vel fraude, &c quem ſenſum videtur ſequuta Ordinatio, ibi: *Por o leigo poſſuir a tal couſa por força, ſem titulo,* Barboſa in d. l. Si quis ex aliena, num. 147. Menoch d. remed. 3. n 366. vbi Marian. Butrium,& alios citat. Marta d. cap 30 n. 14.

Dubitari poteſt, an habeat locum hæc Ordinatio quando emphyteuta ſeruitutē in fundo emphyteutico cōſtituit, nulliter tamen, quia hoc non licet ex lege cōtractus ſtante ordinaria clauſula non alienandi,quæ prohibitio efficit vt nec in vita poſſeſſoris ſeruitus vſusfructus, vel cenſus valeat conſtitui, ex reg. l. fin. C. de rebus alien. comprobat. D. Caldas Pereira de extinctione cap. 5. à n. 24 & 25. Corbulus de iur. emphyt. de cauſ. priuat ampl. 49. n. 16. Vnde licet idem D. Caldas Pereira vbi ſupra n. 6. teneat vſumfructum valere ad vitam conſtituentis intelligi debet de non proprio vſufructu,ſed de comoditate,vt per Barboſ. in l. Vſufructu, ff ſoluto matr nu 58. ſic in cenſu vt ſit obligatio perſonalis. An ſcilicet eo caſu contra tertium negantem qui cauſam habet ab emphyteuta rectè in foro Epiſcopi agi poſsit, expræſſa qualitate violentiæ, & ſacrilegij, & quod non poſsit videtur ſuaderi, quia hæc quæſtio reſpicit vtilitatem dominij,quæ apud emphyteutam reſidet,pro quo vel ipſe,vel is qui ab eo cauſam habet,in ſuo foro conueniri debet, quia illa vtilitas eſt res temporalis, & effecta patrimonialis laici,ex his quæ ſupra diximus.

Verum adhuc puto quòd hoc caſu pro re ſua Eccleſia agit,dum eam á manu tertij auocat male à ſuo emphyteuta alienatam,& quaſi cōſolidato vtroq; dominio ex d. alienatione, quæ licet nulla ſit reſpectu domini, valet tamen reſpectu alienantis,vt incurratur caducitas, D Caldas Pereira de extinctione, cap 17. nu. 1. in fin. dum ergo dominus agit vt rem priſtinæ reſtituat ſaluti, & libertati,non inciuiliter videtur admittendus.

4 Quid autem dicendum ſit, quando contigit quòd emphyteuta Eccleſiæ à tertio ſpoliatur,& ipſe acquieſcit, vel ob rei familiaris anguſtias,vel ob aliud, an Eccleſia ex ſua perſona tanquam pro re ſua pugnare poſsit, reo vocato ad iudicium Epiſcopi cum ſacrilegij qualitate,& videtur non poſſe,quia hæc actio perſonalis eſt, quæ ſolum ſpoliato, & contra ſpoliatorem, & mandantem cōpetit, l. 1. §. Deijciſſe, ff de vi, l. Cum à te, ff eod. Inſuper Eccleſia ſolùm agit quādo prætendit conſolidationem, Ord. d. §. 6. ibi: *Eſtar com elle conſolidado*, quando autem tertium hoc caſu conueniret, non ſibi rem tanquam conſolidatam retineret,ſed antiquo domino reſtitueret,cum ergo eo caſu pro re aliena agat, & non ſua,non videtur audienda.

Sed tamen in hoc caſu ſic diſtinguendum dicerem quòd vel emphyteuta ſpoliatus proponitur fructibus, & his quæ vtilitatem dominij reſpiciunt, vel re ipſa,in qua & vtilitas emphyteutæ,& directi dominij proprietas læditur, & inuaditur, iniuſteq; detinetur. Primo

caſu

caſu inciuiliter Eccleſia agit contra tertium,cum illa comoditas, ſeu vtilitas dominij ſit effecta temporalis,prout ſunt fructus qui à re ipſa colliguntur, cap.fin ne Prælati vices ſuas,cap. Vectra de locato latè Rodoan.de ſpolijs clericor. q.14.n.14. Barboſ.in l.Titia, n.41. ff. ſoluto matr. & hoc caſu ſicut contra emphyteutam in foro rei agit, ſic contra tertium. Secundo veró caſu,quando cum ipſa vtilitate occupatur prædium Eccleſiæ, offenditur ius directi domini, cuius res inuaditur,& cũ ſacrilegio detinetur,quare negãda non eſt Eccleſiæ rei propriæ recuperatio propoſitis qualitatibus violentiæ.

5 Maius eſt dubium ſi Eccleſiæ emphyteuta,in lite ſuccubuit,& prædij emphyteutici pars ab eo euicta fuit, cuius poſſeſsionem victor virtute ſententiæ occupauit,forte bona fide, an ipſa hoc caſu poſsit poſſeſſorem in ſuo foro pulſare, & duo caſus diſtinguendi ſunt, quod vel adiudicatum eſt prædium emphyteuticum illi qui ex ſententia poſsidet, recognoſcens tamen Eccleſiæ dominiũ directum, itavt ſolùm detur quædam colonorum ſubrogatio, vel rurſus poſſidet rem vt allodialem,& nulli ſuperioritati ſubiectam, primo caſu talis emphyteuta, in nullo alio niſi proprio foro ex hac cauſa pulſari poteſt, ex reg. cap. Cùm ſit generale de foro compet. In ſecundo licebit recuperare rem ſuã, propoſitis qualitatibus violentiæ, quia illæſum eſt ius domini arg. l. fin C. de acq. poſſeſ.

Hæc omnia procedunt quando finito titulo,vel habito titulo nullo contra poſſeſſorem agitur.Adhuc dubitari poteſt,an durante titulo poſsit emphyteuta ad forum Eccleſiæ trahi,veluti ſi deteriorauit rem Eccleſiæ, vel alienauit, quaſi inciderit in legem contractus, & non videtur dubium trahi poſſe ſi talis proponatur dilapidatio, vel deterioratio, ex qua caducitas incurri valeat, quia eo caſu titulus reducitur ad non cauſam, & fit dominiorũ conſolidatio, Corbulus titul.de cauſ.priu ex eo quod emphyt incultam reliq.& in tit.de cauſ. priua. ob deteriora vti obique, num. 1. Pinel.in l.1. 2.p. C.de bon.mater. n 60. Cened. ad decretal collect.144. num. 23.

Ibi: *Sem titulo,ou com titulo que he nullo*, Ad hæc duo reducuntur omnes qualitates quæ in hac lege regia, & extra illam poſſunt excogitari, vt laicus ad forum Eccleſiæ trahi poſsit: nempe *Por força, ſem titulo, ou com titulo que he nullo conforme a direito canonico*, nam reliquæ qualitates à lege regia infra expræſſæ potius ſunt exempla; nam illa qualitas, *Por as vidas do prazo ſerem findas*, comprehenditur ſub illa, *Sem titulo*, extinctus nãq; eſt titulus finita generatione, ſeu vitis nominatis, & admiſsis, vt lege contractus: inſuper illa: *Por ter caido em comiſſo*, pariter comprehenditur ſub illa *Ou com titulo que he nullo*, nam hoc caſu durat titulus, euacuatur tamen ſi dominus velit vti iure comiſsi, vnde ipſo tacente valet,ſicut & includitur illa qualitas vltima reſtitutionis; per reſtitutionem enim pariter titulus euacuatur.

Sæpè in Senatu dubitatur, an ſuffi- 6 ciat quòd Eccleſia proponat in libello contra laicum,quòd rem reſtituat,quia eam poſsidet ex titulo nullo, & videtur quidem formæ legis ſatisfactum, cum ſola qualitas nullitatis tituli ſufficiat, ex Innocent. in d. cap. Cùm ſit generale, verùm illa nullitas tituli ita inuolutè proponi debet, vt colligantur cauſæ, quæ ſint iure comprobatæ ad quod reſpexit Ordinatio dum addidit illa verba, *Que he nullo conforme a direito canonico*, vt ex iuris præceptis nullitas proponenda metiatur, & ab ipſo iure reguletur, vnde qualitas nullitatis debet eſſe talis, quæ ſecundum ius canonicum ſufficiat, & neceſſaria ſit, non verò ſecundùm ius ciuile, vel Hiſpanicum, vel regium, vnde ſi allegetur nullitas defectus gabellæ quæ ex lege municipiali incurritur,

incurritur, ex Ordin.lib.1. titul.78.§.14. vel altera ſimilis non ſufficiet, ad quod reſpexit Ordin. ibi: *Ou com titulo que he nullo conforme a direito canonico*, vnde fit quód ſi Eccleſia petit rem ſuam quæ à laico poſsidetur cum titulo licet inualido, tamen eo caſu negante reo, debet agere coram iudice ipſius rei, ex Auend. 1 p cap 4. prætor. n.42. receptum dicit Couarr.lib.1. vari cap 4.n.1. Caldas Pereira, verbo implorandum, nu.32. quia in ſimplici reiuindicatione nulla qualitas ineſt, ex qua ſacrilegium reſultet fraus, aut dolus, ſicq; iudicatum in ſupremo Conſilio refert Guterrez Cano. lib.1. q 34 nu 10. vbi inquit quód non fuit admiſſus defectus tractatus, in alienatione rei Eccleſiæ, quia talis debet eſſe nullitas quæ violentiam præ ſe ferat, Guterrez vbiſupra n.15. Sicq; in Senatu iudicatum vidi, quód rei ad ſuum forum remitterentur, quia Eccleſiá in libello objiciebat nullitatem, & extinctionem tituli, & non declarabat ex quibus cauſis ſecūdum ius canonicū titulus extinctus eſſet, in vna D Frācíſci de Ataide cum Monachis S Benedicti & in altera Emanuelis de Barros cum Martino Alphonſo de Souſa: poteſt tamen Eccleſia reſtitui ad has declarationes, vt libellum dirigat, vt clandeſtina violentia, vel nullitas proponatur, arg. eorum quæ Caldas Pereira ad l. Si curatorem, verbo Sua facilitate, num. 27. Guterrez lib.3. pract. quæſt 52. & quæſt.65.

Ou por as vidas do prazo ſerem findas.

Controuerti ſolet, an ſufficiat allega-
7 re generationes finitas emphyteuſis, & ex eo vtrunq; dominium conſolidatum eſſe, vt reus in foro Eccleſiæ conueniri poſsit: & ſi attendimus ad verba Ordinationis, nihil amplius deſiderari patet, cum ex tali allegatione finitæ generationis, ipſo iure fiat cōſolidatio, vtriuſq; dominij, cum extincta cauſa, extinguatur cauſatum, l. Seruus, §.1. & ibi Bald. & in l. Epiſtola, §.vlt. ff. de pact. l. Statu liberum, § Stichum, & l. Titia cum teſtamento, §.vlt. ff. delegat.2. ad imaginem vſufructuarij (cui comparatur emphyteuta iuxta gloſ in l.1. C. de iur. emphyt. & quæ Valaſc. de iure emphyt q.15.n.1) cuius vſusfructus finito tempore conſolidatur cum ſua proprietate, l 1. & per tot. ff. vſusfructu. quemadmodum, l. Ambiguitatem, l. Corruptionem, C. de vſufruct §. Finitur inſtit. eod. ita vt res emphyteutica domino acquiratur libera ab omni onere pignoris, ſeruitutis, vel alterius cuiuſuis obligationis, Afflict. deciſ.280.nu 2. Guid de delphina. 575 & 428. Guillelmus in cap. Rainūt. verbo Et vxorem, nu 560 plures citat D Caldas Pereira de renoua.q 18.n 17. adeo vt dominus verus efficiatur poſſeſſor, nam cum dominus ratione conſolidationis ciuilem retineat poſſeſsionem, ipſa ciuilis trahit ad ſe naturalem, vt dixit gloſ in l. 2. titul. 30 part 3. laté Tiraq. in tract. le mort p 3 declarat 2. n 3. dixit Afflict. deciſ.392 num.18 per text in l Locorum, C. de omni agro deſert. lib 11. quia poſſeſsio quæ ſine titulo haberi non poteſt, illo extincto pariter euaneſcit.

Nec deficit hoc caſu illa qualitas vio- 8
lentiæ, quæ ſemper requiritur vt laicus ad iudicium Eccleſiæ trahi poſsit, nam dum emphyteuta, finita generatione vacuam poſſeſsionem occupat, eamq; domino tradere recuſat, vim facit, adeo vt liceat domino, propria authoritate ſuam poſſeſsionem turbantem expellere impune, neque aduerſus ipſum poſſe emphyteutam iuuari interdicto vti poſsidetis, dixit Bart in l 2 n.4 C. de iur. emphyt latiſsimè Gomez in l 45. taur. n.169. vel poſſe interdicto vnde vi experiri, quod competit ciuili poſſeſſori, l.1.§. Deijcitur, ff de vi. Tiraq de conſtituto, 2.p amp 11. quaſi emphyteuta non reſtituens emphyteuſim ſpoliare videatur, Baldus conſ 117 lib 3 idem Tiraq. tract lé mort. 3.p. declar.1 nu 4. Valaſc.

de iure emphyt.q 18 n.8 Aymon conſ. 85. n.11. Ioſeph Ludoui.deciſ peruſ.17. nu 8. Valaſc.q.18 nu 9. Gama deciſ 4. n.2.& deciſ.333.vbi additio.

9 Et licet hæc aures demulcere videantur,& ſæpiſsime ex his,& alijs, etiam peririſsimi aliter ſentiant : tamen noto quòd hoc iudicium qualitatum eſt mixtum, in quo vterq; eſt actor, & vterq; reus, iuxta l.In tribus, ff de iudic. nam qui agit,& qualitates proponit eſt actor, dum qualitates allegat, ex quibus illud iudicium redditur competens,& eſt reus dum in fine litis, ſi qualitates non probantur, pœna legis afficitur, in valore rei petitæ, & expenſis, vnde fit quòd licet qualitas generationis finitæ, vel tituli extincti ſufficiant ad hoc,vt cauſa deferatur ad iudicium Eccleſiæ,tamen adhuc debet exprimi violentia in retentione,& occupatione,& probari,vt vitetur pœna, nam ſi reus iuſtificet ſuam retentionem, veluti quia ligitime retinet emphyteuſim,quia eſt proximior agnatus,vel hæres vltimi poſſeſſoris ad quem tranſit retentionis ius,vel ſi in contractu renouatio pollicita ſit,vtiq; eo caſu ceſſabit violentia, & qualitas propoſita, & Eccleſia debet condemnari.

10 Incidit in Senatum quæſtio valde ſimilis, vltima vita cuiuſdam prædij emphyteutici, illud domino approbante alienauit,ea conditione expræſſa, vt finita generatione, renouatio peteretur intra ſex menſes,obijt vltima vita,emptorq; intra tempus præfixum dominiũ pro renouatione interpellauit, annuit ille, & ab ordinario petijt licentiam ad emphyteuticandam in forma conſueta. pænituit dominum, deſtititq; renouationis conceſsionem,& retinuit apud ſe inſtrumentum,inſpectionis,vulgo, *da vedoria*, & ordinarij facultatem, & per aliquos annos tacuit,penſiones emphyteuticas recipiens, poſteaq; emphyteutam ad iudicium Eccleſiæ vocauit,allegata indebita occupatione, defendebat ſe reus ſe non vi, ſed iuſte poſsidere, ex approbatione, & conſenſu ipſius domini,& quod formam petẽdæ renouationis impleuerat,productis probationibus ſententia lata fuit in iudicio eccleſiaſtico abſolutoria, Eccleſia non condẽnata ſpreta forma legis regiæ,ſupplicauit reus ad Senatum,& illi prouiſum fuit.

Illud tamen ſemper obſeruandum 11 eſt, quòd quælibet qualitas, vel finitæ generationis,vel comiſsi,vel occupationis ſine titulo,ſemper debet proponi cũ violentia ex parte rei,ex qua ſacrilegium lato modo reſultet, vt explicauit Barboſa d.n.147 Matta d cap.30 n.14 quia ſi reus probet legitimas retinendi cauſas,ceſſabit violentia,& erit locus pænæ, ſicq; illud verbum, *Per força*, influit in omnes qualitates infra expræſſas, quaſi ſenſus ſit, *Per força ſem titulo,per força com titulo nullo, per força por as vidas ſerem findas.* Sicq; deducitur ex doctrina Innocent. in d. cap. Cùm ſit generale qui poſtquam de allegatis qualitatibus egit, addit illa verba, Oportet tamen quòd ſemper in petitione mentionem faciat de oppreſsione,vel fraude,vel minus ligitimo titulo, idem Barboſ.in l. Hæres abſens n.36.

Dubium grande eſt, quando Eccle- 12 ſia petit fundum emphyteuticum ob finitas generationes, & in ipſa inueſtitura clauſula appoſita eſt, ſub expræſsione temporis extinctiui, ne vltra tres generationes protendatur conceſsio, & ſtatim ad dominium libere reuertatur, cũ omnibus meliorationibus, an eo caſu ſatis probetur violentia,& iniuſta occupatio ex ipſo titulo, ex quo dominus cauit, ne pro renouatione interpellari poſſet, & ſic videtur eo caſu ceſſare equitas, l. 1. § Permittitur, ff. de aqua quoti. provt decidit Socin. Iun. conſ 9. n 14. verſ.ſed non exeundo,vol.3. conſuluit Reminald.Iun.conſ.257. nu.120. vol 3. cum conſtet dominum voluiſſe ſolùm ad tempus limitatum,emphyteuſim concedere,& non amplius, ex quo eleganter Curtius Iun.conſ.352 num 5.

aſſerit

aſſerit quòd dictio taxatiua adiecta diſpoſitioni hominis, facit ceſſare tacitam prouiſionem legis, qua cauetur vt emphyteuticæ conceſsiones renouentur proximioribus agnatis, nam cum proximioribus non acquiratur ius de præſenti, in conceſsione facta, primo acquirenti, ſed de futuro tantùm, exinde fit quòd illud nondum quæſitum, & informe pacto à principio tolli poſsit, & impediri ne acquiratur, l.3.§.Si is cum gloſ. ibi: ff. quod quiſq, iur. Caſtro, & Iaſ. in l.fin. ff. de pact. Reminald Iunior conſ. 257. num. 122. vol. 1. Ergo ex prouiſione qui de re ſua liberé diſponere potuit, ceſſat legis prouiſio, quæ renouationem concedit l.Precibus, C. de impub. ideo dum agnatus, vel hæres qui renouationem prætendit, rem occupat de facto, inuaſor rei eccleſiaſticæ cenſeri debet, D.Caldas Pereira de renouat. q.11.n.15.

13 Sed fateor quòd licet hæc in rigore iuris, ita reſoluenda ſint, adhuc mens fluctuat, & ſtare neſcit prædictæ reſolutioni, cùm videam beneficium renouationis hæredibus vltimæ vitæ competere de iure, ex doctrina Bart. recepti in d.§.Permittitur, adeo vt nec pacto tolli poſsit, ex eodem Caldas Pereira q 8 ad fin. maxime quia finita generatione cõpetit proximiori ius renouãdi ad quod dominus tenetur, idem D. Caldas Pereira q.7. n 28. pro qua parte pondero textum in d.§.Permittitur, vbi agitur de eo qui poſsidebat, & iure retentionis renouationem expoſcebat, quod fieri poteſt ex eod. Bart. conſ 157. nu 29. vbi reſoluit quòd non tenetur ille qui renouationem prætendit diſcedere domino petente, maximè cum rem ad dominum reuerſam, nõ ita facile domini renouẽt, de quo late diximus deciſ. 128. num. 1. cui æquitati cum proximior qui vacuam rem occupat innitatur, non video in quo delinquat, vt violentiam committere cenſeatur, vt tamquam rei Eccleſiæ inuaſor in foro eccleſiaſtico pulſari poſsit, neque obſtabit pactum in ipſa conceſsione appoſitum, cum clauſula extinctiua iuris petendi renouationem, quia illa tamquam contra bonos mores, à Republ. Chriſtiana exulat, vt in ſimili clauſula quando in ipſa inueſtitura exprimitur vt finita inueſtitura res libera ad dominum reuertatur, dixit idem D. Caldas Pereira d. quæſt. 11. n.22. licet contrarium videatur aſſerere, Gama deciſ. 41 n.6. & 326 n 8. nam incontrarium eſt Regni praxis, neque inſuper obſtabit illa cõſolidatio vtriuſq; dominij, de qua ſupra diximus, qua dominus directus verus efficitur poſſeſſor, adeo vt interdicto vnde vi experiri poſſit contra detentorem, nam ſatisfit quòd ille rigor iuris ciuilis olim obſeruabatur, ex lege contractus emphyteutici, quando æquitas renouandi vſu recepta non erat, nec ſcripta, ſicut eſt vulgare, vt rigor ſcriptus æquitati non ſcriptæ præferatur, ſed cũ iam hodie illa æquitas renouationis ita recepta ſit, in hoc Regno, vt nõ ſolùm admittatur in qualibet cõceſsione, verùm etiam in illis in quibus cauetur, vt res libera ad dominum reuertatur, finita generatione, & inſuper ſi apponatur conditio, ne petatur renouatio repellitur, tamquam contra bonos mores ciuiles, & cõtra ius publicum, quod partium pactionibus tolli non poteſt, D. Caldas Pereira vbi ſupra n.21 hæc equitas ſic ſcripta rigori etiam ſcripto præferenda eſt, vnde ſequitur quòd ille qui prætextu huius æquitatis in poſſeſsione eſt, vim non committit, niſi quando aliás appareat ad ipſum non ſpectare ius renouationis, & violenter inſiſtere, & retinere rem ad ſe non ſpectantem, maxime cum hodie illud ius ſit legabile, quia inter iura defuncti reperitur, Valaſ. conſ 157. nu. 11. & pro ea obtinenda competat ius in re, licet idem D. Caldas Pereira q 12. n.13. aſſerat nullum ius in re dari, ſed ſolùm actionem perſonalem, quia procedit de rigore antiqui iuris, quæ omnia, ſine dubio, pro-

cedunt, vbi aliquæ ſunt meliorationes factæ, pro quibus datur iuſtiſsima retentio, l. Si in area, ff. de condict. indebit. Valaſ. d. n. 11. Si autem ex lege contractus contineatur quòd finita generatione fiat renouatio, eo caſu nulla datur conſolidatio vtriuſq; dominij, abſque noua aprehenſione domini, & ideo iuſté retinebitur pro renouatione obtinenda idem Caldas Pereira de renouatione q. 8. nu. 34. vel quando pro renouatione dominus rem ipſam hipothecauit, idem D. q. 12. n. 16.

Ou por ter caydo em comiſſo.

14 Ex qualitate comiſsi ſæpé laici ad forũ Eccleſiæ trahuntur authoritate huius Ordinationis, in quo, ac in cæteris qualitatibus illud oportet obſeruari quód Eccleſia proponat ex occupatione iniuſta violentiam comitti, prout ex Innocent in d. cap. Cùm ſit generale, ſupra probauimus, à cuius doctrina hæc Ordinatio tranſcripta fuit, ſufficiet itaq; talis allegatio comiſsi vt fundet iuriſdictionem iudicis incompetentis vt pro vera habeatur, donec diſcuſſa cauſa veritas appareat, vnde ſi iudex compererit illum qui per biennium ceſſauit in ſolutione penſionis iuxta Ordin. lib. 4. titul. 39. §. 2. id ex iuſta cauſa feciſſe qualitatem non probatam pronuntiabit, & ſe incompetentem cum comiſſum non extet, nam requiritur probatio comiſsi non materialiter tantum, ſed formaliter vt oſtendatur quòd talis ſolutio iniuſté denegata fuit, nam ſi emphyteutæ dominus penſiones remiſerit in vita ſua, vel ille ex probabili cauſa non ſoluerit dominus iniuſté ex comiſſo aget, & eum extra ſuum iudicem vocans pœnæ legis ſubiacebit, quia vbi violentia non reperitur iudex eccleſiaſticus non cognoſcit contra laicũ Couar lib. 1. var. c. 4. n. 2. verſ. Verũ cum alijs ſupra citatis.

Vnde ponamus quòd erant plures hæredes, inter quos emphyteuſis diuiſa eſt, ita vt ab omnibus penſio exigatur, ſi vnus ex illis à ſolutione ceſſauerit pro parte ſua, res in totũ cadit in comiſſum, per gloſ. in l. Communi, in princ. verbo Contundetur, ff. cõmun. diuid. Hoſtienſ. de loco in ſumma, §. fin. verſ. Quid ſi vnus, Alberi in l. 2. C. de iure emphyt. Specul in §. Nunc aliqua, verſ. ſeptimo, quia quoad pœnã euitandam non ſufficit particularis ſolutio, l. In executione, §. fin. ff. de verbor. oblig. ſequitur Afflict. vbi dicit cõmunem deciſ. 153. n. 4. Ripa in l. 4. §. cato. n. 44. ff. de verbo. cuius rei eſt ratio quia cùm prima obligatio eſſet inſolidum in perſona emphyteutæ, non poteſt mutari facto hæredum, ſed tranſit in ſingulos cum alia obligatione ſolidi, Clarus §. Emphyteuſis, q. 8. verſ. Quæro Alij in contrariũ aſſerunt cõmunem, vt eſt Alber. in d. l. Cõmuni diuidundo, ff. com. diui. & de equitate canonica, hanc vltimam veriorem dicit Rodoan. de rebus eccleſ. q. 79. cap. 2. n. 13. Si modo cõtingat vt Eccleſia hoc caſu ex comiſſo agat, & iudex eccleſiaſticus ſequutus æquitatem canonicã comiſſum non eſſe incurſum pronuntiet, ſeq; incompetentem, quis negabit Eccleſiã fore condemnandã iuxta formam legis regiæ: vel ſi comiſſum prætẽdat ab eo incurſum qui probet ſe ligitimo impedimento impeditum, veluti paupertate, quo nullum maius, ex Rodo. vbi ſupra n. 13. & q. 79. cap. 3. nu. 24. vbi agit de carcerato, vel ſi comiſſum petat ab eo qui ligitimo tempore præſcripſit, puta 40. annis quia liberationẽ conſequitur, vt per Bald. in l. Cõperit de præſcript. 30. vel 40. Rodoa. d. cap. 3. n. 26. vel ſi petat comiſſum ab eo qui vni ex hæredibus ſoluit, quia is comiſſum non incurrit, vt per Bal. in text. in l. Cõmunis libertus, ff. de in ius voc. vel ſi ex contractu nullo comiſſum prætendat ex quo nõ incurritur, de quo D. Caldas Pereira c. 7. n. 10. 4. p. vel ſi alienauit cũ clauſula conſtituti, per eundem c. 10. n. 34. vel poſtquã purgatum ſit per receptionem penſionum cum ſcientia alienationis, vt per eũdem cap. 11. n. 25.

His

His ergò & alijs ſimilibus cauſis ſi Eccleſia comiſsi iure experiatur allegatio comiſsi faciet cauſam pertinere ad iudicium Eccleſiæ, quia reſultat tituli extinctio, & violenta occupatio, adhuc tamen expectabitur euentus cauſæ, an concludenter comiſſum probetur, & hoc oſtendit Regia Ordinatio dum iubet quod ex comiſso cauſa ad iudicium Eccleſiæ deferatur, & inſuper requirit vt probetur, aliàs iudex ſe incõpetentem pronunciet; ſignificans non ſufficere ſolam allegationem, ſed inſuper probandum fore comiſſum realiter incurſum, ex quo ſequatur condemnatio, non enim medium reliquit vt iudex abſoluere poſsit, abſolutio enim his caſibus interdicta eſt, vt infra dicam.

15 Dubius caſus eſt dum quis conuenitur ex comiſſo, ſi ipſe ante litem conteſtatam penſiones conſignauit, an cauſa ceſſare debeat? & videtur quòd ſic, quia qualitas comiſsi qua cauſa ad iudicium Eccleſiæ deferebatur ceſſare cenſetur per talem conſignationem, ex cap. Potuit de locato, verbo celeri, quæ ſolutio celeris arbitrio iudicis intelligitur vſque ad litis conteſtationem, gloſ. d. verbo celeri, quam ſequuntur Abb. conſ. 77. vol. 2. Anchar. conſ. 421. quidam, &c. Sequitur Decius in auth. qui rem, C. ſacroſ. eccleſ. num. 6. & probat Ordin. d. lib. 4. titul. 39. §. 2. Atque ex his ſupplicanti laico prouiſum eſt in Senatu, & iuſſum vt ſtatim ad ſuum iudicem remitteretur cũ comiſsi cauſa per conſignationem ceſſaret, quod quidem ſuadetur ex eo, quia qualitas illa comiſſi ab initio propoſita non ſufficit quòd ſemel extitiſſet, niſi duraſſet vſque ad finem cauſæ, ſicut aliàs omnis qualitas quæ requiritur per modum cauſæ finalis requiritur vt ſubſiſtat tempore quo diſpoſitio ad effectum perducitur, l. Humanitatis, C. de Impub. & alijs, declarat Bald. num. 28. quem ſequitur Ripa in l. Ex facto num. 36. in fin ff. de vulgar. quod quidem in hoc caſu maximè obtinet, cum illæ qualitates quæ in libello proponuntur, requirantur per modum exiſtentiæ, & fundamenti, & tunc talis qualitas debet adeſſe tempore ſententiæ, quia tunc actus ad effectum perducitur, vnde cùm comiſſum ceſſauerit per conſignationem, nec tempore quo actus conſumatur exiſtat, ceſſat etiam iudicium, ita Bald. vbi ſupra, qui ita interpretatur l. Tutellas, ff. de capit. diminu. l. Si cognatis, ff de rebus dub. facit l. Si cur balnei, ff. quibus modis vſusfruct. amitt. & l. Si vſusfructus eod. titul. vbi ciuitate deſtructa ceſſat legatum vſusfructus, quia legatum habebat cauſam ſucceſsiuam, cùm quotannis vſusfructus illi eſſet præſtandus, declarat Pariſ. conſ. 101. num. 32. lib. 1. Belon. conſ. 1. n. 8. & 9. Crauet. conſ. 202. nu. 31. Menoch. conſ. 106. n 98.

Sed de veritate huius articuli maximè 16 dubito, nam Eccleſia dum comiſsũ intentat, ſufficit vt in libello illa comiſsi qualitas exprimatur, vt cauſa ad iudiciũ Eccleſiæ pertineat, conſignatio autem penſionum nihil à propoſita qualitate immutauit, imò conſignans penſiones, agnoſcit illas deberi, & dominus poteſt eas recipere abſq; remiſsione comiſsi, Ordin. d. lib. 4. tit. 3. §. 1. quod ſi quis dicat quòd ex eo quod penſiones offerũtur ante litem conteſtatam, euitatur pœna comiſsi, illud ſolùm operatur, vt in ſententia abſoluatur ab illo, non poteſt tamen ex eo impedire cauſæ diſcuſsionem, cum adhuc Eccleſia poſsit opponere comiſſum non ceſſaſſe ex tali depoſito, quæ cum ſuo onere iudicium proſequi poteſt, ſed iudicatis ſtandũ eſt.

Ou pedir reſtituição contra o titulo que o leigo tem.

Addit Ordinatio Regia quòd in 17 reſtitutione petenda, Eccleſia laicum ad ſuum forum trahere poſsit, quod iuri conſonum videtur, ſi attendimus ad reg. cap. 1. de in integr reſt. vbi Alexander tertius Epiſcopo Sabinienſi iubet

vt rem alienatam Eccleſiæ reſtituat, in quo ſupponit in eccleſiaſtico iudicio agendum fore, iuuat cap. Conſtituimus 8 illo tit. cap. Ad noſtram de reb. eccleſ. quod ſuadetur quia in reſtitutione datur læſio dolo aduerſarij, vel re ipſa, Valaſc. conſ. 109 n. 6. 2. tom. Caldas Pereira in l. Si curatorem, verbo Vel aduerſarij, nu. 1. ex quibus caſibus reſultat ſacrilegium, cap. Nulli, cap. Prædia, 12. q. 2. cap. Sacrilegium, 17. q. 4. Thom. 22. q. 99. art. 1. Quintalian lib. 7. cap. 4. Grilland. de pœnis omni far. q. 1. num. 3. Caſſan. in conſuet. rub. 1. § 5. verſ. Simpliciter à n. 5 Guterrez lib. 1. cano. cap. 34 nu. 14. Salzed. ad Ber. cap. 87. lit. A. Soarez 1 tom. de Religione, lib. 3. de ſacrilegio in princ. art. 1.

In quo tamen videtur confundere Regia Ordinatio, quæ ſupra dixerat in alijs qualitatibus proponendis, vbi nullitas tituli violentia, & ſacrilegium conſideratur, ratione cuius laicus foro Eccleſiæ ſubijcitur, ex doctrina Innocent. in d. cap. Cũ ſit generale, & doctiſſimi Barboſ. in l. Si quis ex aliena, num. 147 Cum tamẽ in reſtitutione petẽda aliud ſit, quia tendit ad reſciſſionem cõtractus, qui validus ſupponitur, imò factus aſſeritur in caſu licito, & cum debitis ſolemnitatibus, licet in eo læſio intercedat, vt per gloſ. verbo Enorme, in cap. Ad noſtram de rebus eccleſ. gloſ. in cap. 1 de in integr. reſt. verbo redire, Archid. Gemin. in cap. 1 & 2. eod. titul. lib. 6. Rodoan. de rebus eccleſ. quæſt. 74. cap. 4. num. 1. nam ſi contractus eſſet nullus, vel per fraudem celebratus, alia iuris media competerent, non reſtitutionis Ordin. lib. 3 titul. 41. §. 2. cap. Conſtituimus de in integr. reſt. verſ. Quo circa quare cum in contractu valido nequeat conſiderari violentia, vel oppreſſio, ex qua ſacrilegium reſultet, alienum videtur à iure, vt pro reſtitutione petenda recedamus à iuris regulis, vt reus ſequi compellatur forum actoris, ex l. 1. C. vbi, & apud quem, atque hanc vt veriorem ſententiam ſequitur Couarr. Cald. Rodoan. ſupra relati, & Guterrez canon. lib. 1. q. 34. n. 10.

Quare alij mediam viam ſequuntur 18
aſſerentes diſtinguendum fore, quando Eccleſia petit reſtitutionem aduerſus contractum, ex quo rei Eccleſiæ alienatio proceſſit, donationem ſcilicet fæudum, vel emphyteuſim, vel venditionem, quibus reſciſis, vel euacuatis ſuæ rei dominium recuperare intendit, vel quando Eccleſia lucrum ex reſtitutione prætendit, vel ſe aliquo onere liberari, l. ait prætor, §. vltim. ff de minor. Tiraq. de retract. tit. 1. §. 35. gloſ. 2. nu. 9. Couarr. 1. var. cap. 5. nu. 2. Gama deciſ. 117 vt ſcilicet primo caſu coram iudice eccleſiaſtico agat, & ſic procedat communis, non verò in ſecundo.

Verum hæc diſtinctio peccat attenta 1
huius Ordin. diſpoſitione, quæ laicum ad forũ Eccleſiæ trahi non poſſe ſtatuit, niſi quando non neget rem Eccleſiæ, & ipſa petat rem ſuam, vt in d. §. 5 ibi: *Cenſo da Igreja*, & in § 6 Quare cum inficiari non poſſit, ex contractu Eccleſiæ in quo læſio interceſſit, dominium tranſlatum fuiſſe ex reg. l. Traditionibus, C. de pact. & Per traditionem inſtit. de rerũ diuiſ. Gomez l. 40 taur. nu. 16. Valaſc. 2. tom. conſ. 144. n. 11. ergo nunc Eccleſia non petit rem ſuam, ſed alienam, quam tantum ſperat ſuam futuram, quando probata læſione vincatur, quod pendet à futuris cauſis, cum tantum Ordinatio requirat vt petat rem ſuã quæ tempore præſenti ſaltem iuris præſumptione Eccleſiæ ſit, quaſi nunquam ab eius dominio exierit: vnde niſi contractus dolo, & fraude geſtus dicatur, ex qua nullitas reſultet, qua probata conſtet dominium nunquã exiſſe ab Eccleſia, non video quomodo in ſæcular. laici pro reſtitutione obtinẽda valeant cõueniri, ſic exploſa vna, & altera ſententia, nã quando læſio facilitate contrahentis contingit, nullũ ſacrilegium committitur, cũm debeat eſſe violenta occupatio, & inuaſio,

Guterrez d.n.10.vbi dicit quód quando laicus titulum habet, licet inualidum coram ſuo iudice conueniatur, nec reſtitutioni locus ſit in foro Eccleſiæ, niſi maxima reſultet læſio, & nullitas, & in chancellaria Valeſoleti iudicatum refert, quòd allegata nullitate ob defectum tractatus cauſa remiſſa fuit ad forum Rei.

19 Nec obſtabunt quæ Couar. d.cap.4. n.2. obijcit, dum ſentit in tali contractu ineſſe dolum re ipſa contingentem, qui æquiparatur dolo ex machinatione adhibito, vt dicit cõmunem Decius conſ. 180.n.7. Roland conſ.7.num.44.lib.3. quæ quidèm communis debet intelli de dolo re ipſa, qui ex circunſtantijs rei, & perſonarum arbitrio iudicis pro tali reputetur, non verò in omni læſione ineſſe fraudem, dolum, & ſacrilegium, & perconſequens ceſſare remedium reſtitutionis, quia ex nullitate potius ageretur contra poſsidentes, tanquam malefactores Eccleſiæ, ex Panor. in cap. Cúm ſit generale.

Nec aliud euincit text. in cap. Ad noſtram de rebus eccleſ. vbi noſter caſus figuratur, nam ibi agitur contra laicum pro reſtitutione rei Eccleſiæ, in fæudum conceſſæ, in qua conceſsione læſio proponebatur interceſsiſſe, ibi: Enorme diſpendium incurriſſe, & ibi: Prædictum fæudum dimittat liberum: nam inter alios huius text. intellectus ille eſt, quòd ibi non ad reſciſionem contractus actũ fuerit, ſed ex capite nullitatis, vt dixit Pinel. in l.2. C. de reſcind. 2.p.cap.4.nu. 14 inſuper ſi de reſtitutione actum fuit in eo text. non fuit reſtitutio iuſtitiæ, ſed gratiæ, vt ſentit Coſta in l. Gallus, §. Et quid ſi tantum, 2.p. nu.87. Couar 1. var. cap.3.n.15. qui intellectus ſuadetur, quià ſi ibi ageretur de reſtitutione iuſtitiæ, fructus venirent in reſtitutione, quod tamen Põtifex ibi aliter cõſtituit, iubens vt laicus fructus pro labore retineat quod conuenit reſtitutioni gratiæ, ex text in auth. idem Neſtorianis, C. de hæret. quem dicit ſingularem Alex. in d.§. Et quid ſi tantum, col.9. niſi intelligamus fructus non reſtitutos, quia Eccleſia non fuit læſa in vendendo, ſed in precio, quo caſu fructus non reſtituuntur pro rata pretij, Cepola de ſimulat. contract. 1.caſ. princ. num.7. Soarez lib. commun. verbo Fructus, n.353.

Nec obſtabit pariter text in cap.1. deininteg. reſt. vbi pro reſtitutione rei Eccleſiæ in foro eius agitur, nã vltra quod verba text. ibi ſub modico cenſu magis nullitatem contractus ſapiunt, in quo datur fraus, & nullitas: text. ille non determinat coram quo iudice agendum ſit, Couar. vbi ſupra n.5. 20

Nec tandẽ obſtat cap. cõſtitutus eod. titul. vbi pro reſtitutione bonorum patrimonialium clerici vocabant laicos ad forum Eccleſiæ, nam cum in eo text. agatur de bonis patrimonialibus, neceſſariò ille text. intelligi debet in terris ſubiectis Eccleſiæ quoad temporalem iuriſdictionem, vt explicat Couarr. d. cap.4.n.2. verſ. Eas tamen: nam clerici in patrimonialibus non gaudent Eccleſiarum priuilegio, vt latè dixi ſupra cap. Imó nec in patrimonialibus, ad quorum titulum ordines ſuſceperunt, ex Couar. d.cap.4.n.4.

Atque ex his hæc opinio in rigore iuris verior videtur, licet communis in contrarium ſit, qua docemur Eccleſiam poſſe pro reſtitutione rei ſuæ laicum in ſuo foro conuenire, quam tribuunt, Innocentio in d.cap. Cùm ſit generale, qui tamen dubius loquitur, ibi; quidam tamen dicunt, & non male, quòd pro reſtitutione, &c. eum ſequuntur Abb. in d. cap. Conſtitutus, & in cap. pen. de rebus eccleſ. Feli. n.11. Socin. 12. in d.cap. Cùm ſit generale, Couar. d. cap 4 num 2. Rodoanus de rebus eccleſ. d.q.78 cap 8 n. 1. Sfortia Odus p 1. de reſt. in integr. q. 32. art 15. Aufrer. in clem. 1. de offo. ordin. & in tract. de poteſtat. eccleſ nu 48. cuius communis illa eſt ratio quòd vbicunque datur læſio Eccleſiã ratione ſui 21 priui-

priuilegij quo iuuatur in hac parte cauſam ad ſuum iudicē deferre poteſt, quia in tali læſione datur dolus re ipſa, vnde largo modo poteſt dici quodam ſacrilegium, quod ſemper pertinet ad forum eccleſiæ; ſunt verba Rodoani vbi ſupra n. 3 in fine ſimilia refert Caldas Pereira verbo Implorandum, n 32. ibi, quoniā in ea fraude ineſt ſacrilegium, &c. quod cùm ita receptum ſit, non immeritò lex noſtra regia in fauorem Eccleſiæ reſpondit diffiniens ſequuta Innocentij opinionem in caſu reſtitutionis ab Eccleſiā petitæ eandem violentiam, ſaltem occultam, & clandeſtinam, præſumptione iuris reſultare, ac ſi vera eſſet, pro qua reparanda iudicium Eccleſiæ fiat competens arg. eorum quæ Valaſ. conſult. 93 ad fin. provt eam intellexit Barboſa in l. Hæres abſens, §. Proinde, n. 36. in fin. licèt verius videatur legem regiā non ſenſiſſe de quacunq; reſtitutione, ſed de illa quæ ſupponit violentiam cū continuatiue ad præcedentia capitula agat de reſtitutione petenda, caſu quo violenter Eccleſiæ res poſſideantur.

22 Primo amphabis prædictam Ordinationem, vt non ſolùm procedat in reſtitutione petita ſuper alienatione emphyteuſis, verùm & ſuper alio quocunq; contractu; licet enim ex materia ſubiecta in eo §. Solum de alienatione emphyteuſis actum ſit & ex eo d. Ordinatio videatur reſtringenda ad caſum in quo loquitur: tamen per coniunctionem clauſularum per illam particulam, *ou*, quæ exponitur id eſt, vel, inducitur ſimilium repetitio, vt ſicut in prioribus verſiculis egerat de emphyteuſi alienata, ſic in vltimo, quæ in continuato ſermone procedit, l. Talis ſcriptura, § fin. ff. de leg. 1. l 3 § Filiabus, ff. de liber & poſthum. eleganter dixit Bald. conſ 17. vol. 2. Decius conſ. 227. num 3. Simon de Prætis de interpretatione lib. 2 dub 1. ſolut. 3 n 146. loquitur ſolū de correlatiuis, maximè vbi eſt eadē ratio repetitionis, Rebuff. in tract. de nomin. q 5 nu 21. Mieres do maiorat. 2 p q 12. n. 5 Tamen cum eius deciſio deſſumpta fuerit à doctrina Innocentij in d. cap. Cùm ſit generale, quem communis ſequitur, eaſdem interpretationes recipere debet, ac illud à quo deſſumpta fuit, ex his quæ Gama deciſ 314. n. 6. Valaſ. conſ. 42. in fin. vnde cum Innocentius ibi generaliter loquatur, & ſupponat violentiam pariter Ordinatio debet intelligi, in caſibus in quibus datur violentia, vel oppreſsio, & Eccleſia in reſtitutione petenda debet talem violentiam proponere, vt laicum trahat ad ſuum iudicem, alias enim ſi ſimpliciter ſe poſtulet reſtitui, agere debet coram iudice rei, ſicq; debet exponi Innocentius, vt explicat Marta 2. p. cap. 30. num. 14. Ampliatur ſecundo dicta lex regia vt procedat non ſolùm quando Eccleſia intendit titulum reſcindere, ſed quando læſionem in penſione reformari, vel augeri, nam licet verba Ordinationis videantur dirigi ad titulum, quaſi ſignificent quod agunt de caſu in quo Eccleſia læſa eſt in alienando, non veró in penſione rei alienatæ, ibi: *pedir reſtituição contra o titulo que o clerigo tem*, tamen exiſtimauerim vtrumq, ſub hac facultate comprehendi, ita vt ſi Eccleſia proponat ſe læſam in eo ſolum quod alienauerit rem ſuam, licet in penſione rei nulla læſio intercelſerit audiri debeat in ſuo foro, adinſtar minoris qui reſtituitur aduerſus alienationem, cùm ſolū ſit læſus in alienando, ex D Caldas Pereira ad l Si curatorem, verbo In integrum à n. 14 & proſequuntur vltra ibi ab eo citatos Bal & Sali. in l. Siquidem, C. de prædijs minor. Roland. conſ. 59. n 4. lib. 1. Octauius Symoncel de decre. lib. 3 tit. 7 nu. 12. Plotus in l. Si quando, C. vnde vi, num 203 verſ Et ſicut poteſt Caualcan. in tract. de tutor. & curator. n. 171 Sicut è conuerſo quando non eſt læſus in alienando, ſed in pretio, licet aliqui teneant quod non poteſt minor rem petere, ſed ſolum vt pretium ſuppleatur,

pleatur, verior tamen eſt ſentẽtia, quòd etiam eo caſu rem ipſam recuperare poteſt, vti veriorem dicit D.Caldas Pereira verbo In integrum, num.15. verſ. Quinimo, & vltra ab eo citatos addo Natam conſ.548.nu.32.lib.3. Menoch. de recup poſſ.remed 15.q.15. num 138. Couar.variar cap 3 n.11 verſ tertio, Simoncel.de decret.lib 3 tit.7 nu.13 verſ. Quibus tamen, & eſſe communem dicit Pinel.in d l 2. 2 p.cap.fin n.1. Hyeron Gabriel conſ 33.n 6.vol.1 Octauius vbiſupra nu. 14. qui dicit communem. Quare adinſtar minoris non eſt dubiũ Eccleſiam vtroque caſu poſſe rem ſuam recuperare, vel in alienando, vel in pretio læſio contingat, iuxta l.Quod ſi minor, §.Reſtitutio, ff.de minor. l.Patri, §. Item ex diuerſo eod. quæ iura non diſtingunt inter vtrumq; caſum.

23 Limita hanc Ordinationem non habere locum quando Eccleſia per reſtitutionem intendat non reſtitutionem rei ſuæ, ſed lucrum captare, veluti ſe exonerare, vel liberare ab aliqua obligatione cum laico celebrata, quod ſuadetur quia Ordinatio ſolùm agit de Eccleſia recuperante rem ſuam, quam alienauit, à malefactore occupatam, & eam per actionem in rem recuperare intendit; non verò de Eccleſia quæ ſe exonerare procurat, quia hoc eſt petere rem alienam in ſuo foro, quod iura non patiuntur cum forum rei adire debeat, ex l 2. C vbi & apud quem, nec minor in lucro captando reſtituitur cum tertij præiudicio, l.Non omnia, ff.de minor. D.Caldas Pereira verbo Vel aduerſarij dolo, n.3 & 4.

24 Secundo limitabis hanc Ordinationem non procedere, ſi clericus reſtitutionem petat ſuper emphyteuſi ſua, & patrimoniali. Contrarium tamen dixere Roman ſingul 113 poſt Antonium in cap Conſtitutus de in integ reſt. per text ibi, vbi agebatur de patrimonialibus, nu.9. vbi Felin verſ Eccleſia reſtituitur, & in cap.Cùm ſit generale, verſ. Amplia, Oduſ.de reſt.in integr.p 1.q.32. n.123 ſed prior opinio verior eſt, nam clerici circa patrimonialia, Eccleſiarum non gaudent priuilegijs vt ſupra dixi, & probat Couar.d. cap.4. nu 2. & hæc opinio ex praxi totius Hiſpaniæ obſeruatur, teſte Bobad. lib.2. cap 18. num & Oduſ. de integr.reſt.q.2.n.8. vbi latè, & q.32.n 125.

Inſuper declarabis hanc legem regiã 25 in eo, an hæc reſtitutio peti poſsit coram Epiſcopo ordinario Eccleſiæ actricis, vt ipſa ad ſuum forum Reum trahere poſſit & videtur quòd ſic, ex generali reg. d.cap.Si clericus, & d.cap. Ad noſtram, d cap. Conſtituimus, cap. penult. de rebus eccleſ. quæ iura aiunt Eccleſiam in ſuo foro laicum conuenire poſſe Sed contrarium puto verius, quòd illa iura ſolùm ſtatuunt reſpectu fori, non verò reſpectu iudicis, vt ſcilicet ad forum Eccleſiæ cognitio ſpectet, non verò determinant qui ſit iudex competens, atque ideo ne duo ſpecialia circa eundem caſum conſiderentur, oportet vt dicamus quòd coram ordinario Rei agendum ſit, & non alibi, vt ſaltem in ea parte obſeruetur reg cap. Cùm ſit generale de foro compet. vt ſi in vno grauatur, in alio releuetur, Couar.d.cap 4.n 2. verſ. Verum per l. 3. C vbi & apud quem. Bero.in cap.1 de in integr. n.162. idem Sfortia Oduſ d.q 32 n.124.

Vltimo tandem declarabis hanc Ordinationem, vt Eccleſia petens reſtitu- 26 tionem debeat in libello exprimere violentiam, ex qua ſacrilegium reſultet, ac in reliquis qualitatibus ſupra enumeratis exprimit, in ſingulis enim violentiæ qualitas repetita cenſeri debet, vt diximus ſupra, & in ſpecie ponderat Marta explicans Innocentij doctrinam in d. cap.Cùm ſit generale, 2 p de Iuriſ. cap. 30. n.14. cuius verba ſunt, ibi: Debent intelligi vt coram eccleſiaſtico agatur retentis terminis fraudis, & oppræſsionis. Vnde manet quòd ſi Eccleſia alias reſtitutiones petat, in quibus ceſſet dolus

& rapina, in his debet ſequi forum Rei, quia tales reſtitutiones priuilegiatæ non reperiuntur, quam explicationem ſequitur Bero. in cap. 1. num 162 de reſt. in integr Couar. d cap. 4 n. 2 & alij quos citat idem Marta, cuius rei illa eſt ratio quia reg cap Si clericus de for. compet. limitatur ex c. Cùm ſit generale ſcilicet quãdo violentia allegatur ex parte Eccleſiæ oportet ergo vt illud priuilegium fori amittatur, vt illa qualitas in libello exprimatur, aliás manet cauſa in diſpoſitione iuris communis, vt actor forum rei ſequatur, quem intellectum veriſsimum dicit Marta vbiſupra, Parlador. differentia 9. §. 5. ad fin. Couar. variar. lib 2. cap. 4 nu. 2 & huius concordatæ conditor Barboſa in l Hæres abſens, §. Proinde, n 36. vbi explicat quòd in reſtitutione Eccleſia debet agere in ſæculari præter quam ſi interueniat dolus contrahentis, quia tunc eſt malefactor Eccleſiæ, & ſacrilegus, vel ſi intercedat dolus re ipſa veluti cum læſione enormiſsima, quia tunc dolus re ipſa æquiparatur dolo ex propoſito, vnde quando Eccleſia ſimpliciter reſtitutionem petat debet laicũ in ſuo foro conuenire, ſicq; erit dicendum quando Eccleſia ſolùm de læſione agat, qua interuenit in penſione conſtituenda in emphyteuſi, quia hæc Ordinatio ſolùm agit de Eccleſia recuperante rem ſuam, non verò agente ad ſupplementum penſionis.

E achando que ſe não prouarão, ſe pronunciará por não juyz.

27 Non ſatis notus eſt hic articulus etiã Iureconſultiſsimis, & paſsim in Senatu de hiſce controuerſijs agitur, & iudicum animi fluctuant, hoc loco Ordinatio formam iudicandi proponit iudici eccleſiaſtico de cauſis laicorum, quæ prætextu qualitatum ad eius examen deferuntur, decernitq; vt ſi violentia probetur, & occupatio, condemnetur laicus in forma iuris, ſi verò violentiæ, vel fraudis nulla concludens probatio offeratur, iudex ſe incompetentem pronuntiet ad deciſionem illius. Monet igitur non habere iudicem poteſtatem abſoluendi laicum, cùm eum condemnare poſsit contra text. in l. Qui condemnare, ff de re iudic. & l Nemo qui 38. ff. de reg iur.

Aliqui iudices eccleſiaſtici qui concordatas inter clerum, & Reges initas, & á Sede Apoſtolica confirmatas aſpernãtur ſuæ ampliandæ iuriſdictionis ſtudio ſi probatas non inueniunt qualitates, non attendentes ad formam legis regiæ laicos ſæpiſsimé abſoluunt, quod neutiquam efficere poſſunt, & tales ſententiæ nullæ ſunt, vtpote quia habent patẽtem errorem in contextu, quia prædictas vtriuſq; ſtatus concordatas infringere non poſſunt, imò illis ſtare debent, & lege reſiſtente in fauorem publicum omnia incontrarium geſta corruunt, l. Non dubium, C. de legib maximè quãdo ab ipſa lege, & concordatis ſpecialis actui forma deſignatur, cuius omiſsio etiam in minimo vitiãt, ex his quæ Valaſ. conſ. 149 n 6 & 15.

Oportet igitur vt ille qui ſe incompetentem pronuntiat, & actricem Eccleſiã condemnet in valore rei petitæ, & in expenſis ligitimis, in quo etiam perſonales continentur, quia hoc iudicium eſt mixtũ, in quo vterq; eſt actor, & vterq; reus, vt ſupra dixi, & in ipſa pronuntiatione circa interlocutoriam incompetentiæ additur condemnatio in rei æſtimatione, qua Eccleſiã actrix afficitur ob non probatas qualitates, & violentiam deductam in libello, quæ concludenter probari debet. 28

Nec obſtabit quód ex eo quod lex condemnare permittit, videtur pariter permiſiſſe, vt ille iudex abſoluere poſsit, quia cum condẽnare, & abſoluere ſint æquiparata, & pertineant ad eandem ſpeciem iuriſdictionis ex Deci. in d. l. Eum qui, verſ. Et ſecundum, ff. de reg. iur Bald. in l. Imperiũ, verſ. Circa tertiũ, ff. de

ff.de iuriſd. omni Iud. lex in vno permittens cenſetur etiam in alio permiſiſſe, ſicut alias lex corrigens in vno ex duobus æquiparatis cenſetur etiam in caſu omiſſo corrigere, ex gloſ.recepta, in l. Si quis ſeruo. C. de furtis, quod quidem à fortiori procedit in abſolutione quæ fauorabilior eſt, & facius conceditur.

Satisfit enim quòd d. gloſ. procedit vbi eadem militat ratio non diuerſa, nam licet abſoluere, & condemnare ſint correlatiua vt in vno diſpoſitum cenſeatur diſpoſitum in alio, l fin. C. de indict. viduit. cap. Translato de conſtitut. & probat d l. Nemo qui, ff de reg. iur. tamen illud deficit vbi vel propter fauorem alicuius perſonæ, vel ob publicum alterum eorum interdicitur, vt habetur in l fin. §. Adeo, C. Vbi ſenator, vel clariſ. vbi Præſes poteſt abſoluere ſenatorem, non autem condemnare, l. Abſentem, ff. de pœnis, vbi in cauſa criminali non condemnatur abſens, & tantum recte abſoluitur, Decius in d. l Nemo. num. 3. Ripa in d. l. Qui condemnare, num. 11. ſicq; procedit cap. pen. de off. legat. & cap. Ad eminentiam de ſent. excõmun. vbi legatus de latere extra prouinciam exiſtens abſoluit excõmunicatos, propter manus iniectionem violentam, cũ illos condemnare nequeat, ex cap. 2. §. fin. ff. iuriſd. omni iudic. Vnde nulli dubium eſt potuiſſe ex contractu, & concordia limitari poteſtatem iudicum eccleſiaſticorum, ne abſoluere poſsint, talis autem prohibitio colligitur ex ipſa lege, nam teneri ſe pronuntiare incompetentem, & poſſe abſoluere, incompatibilia ſunt, nam qui abſoluit ſe incompetentem pronuntiat, quare vno admiſſo, alterum excludi neceſſe eſt.

29 Nec tandem obſtabit, quòd conceſſa condemnandi facultate, quæ eſt maius, non videri poteſt denegata abſoluendi, quæ eſt minus, reg cui licet, de reg. lib 6. & in materia iuriſdictionis valet argumentum de maiori ad minus, ex gloſ. in l. Illicitas, §. Qui vniuerſas, verbo Ius gladij, ff. offic. præſid. gloſ. in l. 1. verbo Tribuuntur, ff. de off. eius quam ibi defendit Alex. nu. 23. quia reſpondetur cum gloſ. notabili in clem. fin. verbo Defenſor in fine, de rebus eccleſ. quod illud quod eſt minus aliquando cenſetur magis, propter iuris reſiſtentiã, tradit in ſimili Decius in cap Referente num 8 de præbend. qua ratione poteſt procedere textus in cap. fin. de tranſlatione prælati, ibi: vt indulgentiæ occaſione ipſius ad dignitatem poſsit tranſire maiorem, ad parem tamen ipſi tranſire non licuit, &c. De cuius intellectu Decius in l Non debet, de reg. iur. n. 6. & in c. At ſi clerici, n. 10. de iud. §. De adulterijs. Deinde reſpõdetur quòd regula illa quæ habet quòd valet argumẽtum affirmatiuè de maiori ad minus, cum refertur ad eandem perſonam nõ habet locum in iuriſdictione, nam cui conceditur maior iuriſdictio, non ideò dicitur conceſſa inferior, ſi eſt diuerſæ ſpeciei, l. Solemus, §. Latrunculator, ff. de iud. ſicut præſes prouinciæ poteſt damnare in metalum, quod eſt plus, l. Illicitas, §. Qui vniuerſas, ff. off. præſid. & tamen non poteſt deportare in inſulam, quod eſt minus, l. 1. §. Si quibus ff. de leg. 3. item magiſtratus municipialis non poteſt cognoſcere de cauſa ciuili, vltra 300. aureos, auth. de defenſor. ciuit. §. Iudicare, col. 3. & tamen poteſt coercere perſonam, quòd eſt maius, l. Magiſtratibus, ff. de iuriſd. omni iudic. atque ita reſpondet Fulgoſ. in l. Imperium, n. 4. & in l. Iubere cauere, n. 7. vbi Alex. n. 11 ff iuriſd. omni iud. ſed adhuc hæc reſponſio confunditur, nam ſuprapoſita exempla agunt de diuerſis cauſis, & diuerſis ſpeciebus iuriſdictionis, nos verò agimus de vna & eadem cauſa, & quæ ad eandem iuriſdictionis ſpeciem ſpectat, vt ſupra diximus, in qua qui cõdemnare poteſt debet, & poſſe abſoluere, cum circa abſolutionem non reperiatur aliquid diſpoſitum expræſſe, nec

cautum,

cautum, quare dicendum eſt quòd etiã in iuriſdictione valet argumentum de maiori ad minus, vt dixit gloſ. in d. l. Illicitas, §. Qui vniuerſas, verbo Ius gladij, ff. de offo. præſid. gloſ in l. 1. verbo Tribuitur, C. de offo. eius. quam ibi defendit Alex. n. 23. quare videtur dicendum quòd quando ſumus in dubio, nec aliud apparet reſpectu ſubiecti, prout diuerſorum iudicum, valet illud argumentum, vt quod minoribus licet, licebit maioribus, niſi ſpecialiter reperiatur prohibitum, l. 1. C. de offo. præfect. verb. Reſpectu verò eiuſdem ſubiecti non habet locum argumentum, quia conceſſa vno caſu iuriſdictio limitate non cenſetur conceſſa in diuerſo capite, maximè in illo eodem caſu ſi prohibitum eſt prout in præſenti eſt factum, dum lex regia poſtquam egerat de condemnatione conuertens ſe ad alterũ membrũ abſolutionis diſponit vt iudex ſe incompetentem pronunciet, & finalem ſententiam non proferat, quam iudici ſæculari reſeruat, limitata ergo iuriſdictio extendi non poteſt, ex reg. l. In agris, ff. acq ver. dom. & ad hæc reducendi ſunt Decius in l. Non debet, n. 5. a n fin. & ibi Cagnol. 9 ff. de reg. iur. Barboſ. in d. l. Hæres n 147.

30 In cuius rei confirmationem ſequitur, quòd ſi iudex eccleſiaſticus hac forma poſtpoſita ſententiam abſolutoriam proferat, poſsit ad Regem ſupplicari, vbi talis ſententia iudicanda eſt non ſententia, nec exequenda, iuxta reg. cap. Inter cæteras de re iudic. quia intolerabilem errorem continet, imò ſi ab ea appellandum ad Metropolitanum, poteſt inhiberi Metropolitano, ne de tali appellatione cognoſcat, quia omnia hæc fiunt in fraudem regiæ iuriſdictionis, cui hoc vnico remedio conſulitur, ne eccleſiaſticus iudex abſoluat, aliàs enim illuderetur lex regia, & concordata, nec eius pœna aliquo caſu ſibi locum vindicaret cum eccleſiaſtici iudices legem regiam hoc modo efugere poſsint

E remeterá a cauſa ao juyzo ſecular.

Propoſitis qualitatibus quæ ſacrilegium euincant ſuſtinetur hoc iudicium Eccleſiæ contra laicos, licet rei ſint, quouſq; in cauſa concluditur quando reus non abſolutè negat rem eſſe Eccleſiæ, ſed eam dominam agnoſcit, licet vtilitatem rei petitæ ſuam eſſe aſſerat, & qualitates violentiæ inficietur, nã cum negatio eo caſu reſpiciat peremptoriam exceptionem, & merita cauſæ, inde fit quòd ſuper ea in eo iudicio vſque ad concluſionem, & ſententiam inuitus detinetur, ex Innocent. & alijs quos ſupra citauimus in d. cap Cùm ſit generale de foro comp. Barboſ. in d. l. Si quis ex aliena nu. 147. Bobad. lib. 2. cap. 18. n. 161. Couar. variar cap 4. lib. 1. num 2. Caldas ad l. Si curatorem, verbo Implorandum, num 32. Guterrez lib. 1. cano. cap. 39. n. 4. 31

Quod ſi ſacrilegij qualitas probata ſit ſequitur partis condemnatio: ſi autem circa ſacrilegij probationem deficiat Eccleſia actrix, non debet reus abſolui, ſed cauſa remitti ad forum ſecularem, ex doctrina Vincentij in cap Cõqueſtus de foro comp ratio eſt, quia cũ illud iudicium contra laicum non ſit competens, quia ipſe reus eſt, qui apud ſuum iudicem pulſari debuit, niſi ratione ſacrilegij, quandò illud fundamentũ deficit, ædificium corruit, fundamento deſtructo, arg Ordin lib. 4. tit. 37 §. 4. & titul. 38 §. 3. & cauſa redit ad ſuum iudicem, ad quem originaliter ſpectabat, in quo illud ſingulare reſultat, de quo modo diximus, quòd in hoc iudicio qui condemnare poteſt, non poteſt abſoluere contra reg l. Qui condemnare, ff. de iudic. ſic enim ex conuentione partium obtinuit eleganter Barboſa d. nu. 147. ſed debet ſe pronuntiare incompetentem ad cauſam agnoſcens iuriſdictionem non eſſe ſuam, & ad hoc attendi debet, quia pluries iudicatum eſt contra

contra Canonicos Conimbriſenſes, in cauſa *de Pedro Lopez de Coadiós*, & *contra Marti Afonſo de Souſa Abbade de Taboado*, & in alijs. Et hoc munus Procuratori Regio incumbit ne ſententiæ abſolutoriæ proferantur.

Quid autem dicendum quando in
32 libello plura petantur, & Eccleſia circa vnam qualitatem violentiæ probet, non verò circa alia, tunc ſententia condemnatoria circa vnũ proferri poteſt, circa alia verò cauſa debet remitti ad ſæculare forũ condẽnato actore reſpectiue in expenſis, & valore rei, quia ſingula capitula diuerſas ſententias conſtituunt, probat Abb in cap. Significauerunt n. 8. de exception gloſ. in l. 9. titul 23. part. 1. Couarr. pract. cap. 27. num. 5. verſ. Sed ſi quis, Rebuff. ad leges Gall tit. de reſcrip. gloſ 4 art. 3. n. 5. Octaui. deciſ. 142 n. 27.

Vidi dubitatum, an ſi contingat
33 quód reus vocatus ad iudicium Eccleſiæ cum qualitatibus, de quibus Ordinatio agit ipſe ibi reconueniat actorem pro alia re. An ex eo cenſeatur prorogaſſe iudicium Epiſcopi, ita vt ipſe fiat competens ad cognoſcendum de cauſa actionis, & recõuentionis, ita vt non ſit remiſsioni locus, ſed poſsit ſententiam abſolutoriam proferre, vel condemnatoriam tam ſuper actione, quàm ſuper reconuentione; quod autem ex tali reconuentionis oblatione fiat illud iudicium omnino competens patet, quia vna ſententia vtraq; cauſa debet terminari, Ordin. lib 3. tit 33. l 2. titul 4. part 3. Cabed areſt. 80. Menoch. de Arbitrar. cap 184. Non ergo debet eadem ſententia diuerſo iure metiri, nec vere poſſet cauſa vna ſententia terminari, ſi partim cauſa deciditur finali pronuntiatione, partim veró indeciſa permanet, maxime quia iudicium Eccleſiæ reſpectu laici prorogabile eſt, licet è conuerſo non ita, cap. Si diligenti, & cap. Significaſti, de foro compet.

34 Adeo vt receptum afferat ſtyllo Hiſpaniæ Paz in praxi 2. p. prælud. vltim. quód quando laicici conſentiunt in iudicem eccleſiaſticum in caſibus in quibus ratione violentiæ Rex addiri potuit ſibi præiudicant, nec regia tribunalia illos defendunt, & apud nos dixit Cabed 1. p. deciſ. 32. nu fin. quod licet laici non poſsint Epiſcopi iudicium prorogare in fraudem regiæ iuriſdictionis, poſſunt tamen reconuentionem proponere, vt reſpectu illius cenſeatur iuriſdictio Epiſcopi prorogata.

Verùm hæc quæſtio multa expoſcit: & primo, an quando laicus ratione qualitatum fertur ad iudicium Eccleſiæ ſit locus reconuentioni. Secundo, ſuppoſito quod poſsit moueri, an inducatur prorogatió. Tertio, quomodo appellandum in ea cauſa ſit.

Et quoad primum videtur quod reconuentio in hoc iudicio, nullo modo poſsit admitti, quia non adhuc conſtat de iuriſdictione iudicis, imó declaratoria exceptio quæ ex qualitatum probatione pendet, iudicium ſuſpendit, quouſq; appareat an ſit competens, vel non, quare cum iudicantis iuriſdictio non ſit certa, non eſt reconuentioni locus, quæ requirit competentiam iudicij, circa actionem principalem, nec obſtat quód incompetentia ceſſat quando reus reconuentionem mouet, ex eo enim cenſetur diſcedere à declinatoria iudicij, ex reg. l. Non videtur, ff. de iud. vbi ſolum iudicium aprobaſſe non videtur ille qui ſibi acta exhiberi poſtulat: ſi verô alijs defenſionibus vtitur vtiq; aprobaſſe cenſetur, l. ſed et ſi, ff de iud. ibi, & alijs defenſionibus vſus fuerit, &c. Quia reſpondetur, quód hæc incompetentia quæ in hoc caſu conſideratur, non pendet á partibus, ſed á lege, quæ eccleſiaſticum iudicem ſine miniſterio partis repellit à iudicio, ſicq; lex ipſa ſubit vicem partis, dum vetat quód eccleſiaſtici cognoſcant de laicorum cauſis, niſi talibus qualitatibus propoſitis, ex quibus ſacrilegium reſultet, quibus probatis ſententiam proferant, alias

remittant

remittat cauſam, ſeq pronuntiet incõpetentem, vnde formam inducit, quam omittere non licebit, & probatur apertè, quia ſi hæc incopetentia penderet à partis oppoſitione, neceſſario requireretur quód reus exciperet in litis initio, ante conteſtationem, quia cúm eſſet dillatoria ante conteſtationem eſſet proponenda Ordin. lib. 3. tit 20. §. 9. tit 25. §. 5. tit. 49. §. 2 & lib. 1 titul 6. § 9. Atqui etiam ſi pars nihil opponat, iudex ex officio tenetur cauſam remittere, quando qualitates non probantur, ergo illa incompetentia non pendet à partis oppoſitionis, ſed legalis eſt.

Vnde videtur quòd in hoc iudicio tamquam priuatiuo ad qualitatum diſcuſsionem reconuentionem repellit, ſicq, ſentire videtur Barboſ. in l. Qui prior, ff. de iud n. 79.

Nec inſuper obſtabit, quód licet verum ſit, quód hoc iudicium ſolum ſuper incompetentia pendet, tamen adhuc dici poteſt quòd ſub illo primo caſu incompetentiæ alter caſus continetur, quod ſcilicet qualitates probentur, ſententia finalis ferri poteſt ſuper meritis cauſæ, ex quo fit quód in euentum huius vltimi caſus quando eccleſiaſticus ſe aſſerat competentem, & cauſam decidat, videtur quód poſsit ſuſtineri reconuentio & tunc ſuper ea, ac ſuper negotio principali ſententiam proferre poſsit, & ſic videntur partes intendere, ne aliàs reus qui in iudicium Eccleſiæ vocatur deterioris fiat conditionis, vt reconuenire non poſsit pro alia re, in qua eius patrimonium diminuitur, nam ſatisfit quòd vltra rationes ſuprà ponderatas, reconuentio nullo modo ſtare poteſt, ſi attendimus quòd laici vocantur ad forum Eccleſiæ, quando violentiam comittunt, & malefactores ſint Eccleſiarum quód earum res violenter occupant, quo caſu quaſi ex delicto cõueniuntur, ob vim comiſſam, cap Conqueſtus de foro compet, cap. Fælicis de pœnis, cap vltim. de rebus eccleſ. cum multis ſupra citatis Conſtat autem in cauſis violentiæ reconuentionem non admitti niſi de ſimili ſpolio, ex Ordin. lib 3. tit 33 § 4 tit 40 §. 2. titul 48 & 58. §. 2 quare nihil mirum ſi talis reconuentio admitti non debeat.

In ſecunda quæſtione.

Dvbium eſt an ſuppoſito quód admittatur reconuentio ex illa inducatur prorogatio iuriſdictionis epiſcopalis, quoad cauſam principalem, veluti quando reconuentio de ſimili ſpolio fiat, & hoc caſu dicendum quód talis reconuentio admitti poteſt conditionaliter, vt ſi caſus eueniat in quo iudex cauſæ de ipſa cognoſcat, & condemnare poſsit, tunc pariter ſententiam proferat ſuper reconuentione, ſin minus ſi ſe incompetentem pronunciet, ſic cauſam principalem indeciſam remittat ad iudicem ſæcularẽ, ac ipſam reconuentionem, quæ cauſæ principali adhæret, & eadem venit ſententia terminanda: non enim poteſt ille quæ ad cauſam incompetens eſt, reconuentionis cauſam diffinire, quia ad neutrum eſt competens, niſi ſub ratione cauſæ principalis. 36

Nec ex tali reconuentione prorogata cenſetur eccleſiaſtici iudicis iuriſdictio, quia partes cenſentur ſe conformare cum diſpoſitione legis, & ſuam reconuentionem in illum euentum dirigere, quando ſcilicet iuriſdictio ſit, nec partium conſenſus poteſt dare iuriſdictionem non habenti, l. Priuatorum, C. de pact maximè reſpectu iuriſdictionis alterius Principis quæ improrogabilis in hoc Regno eſt ex Ordin lib 2. tit 1. § 14. deſumpta ex l 3. titul 5. Ordin. vbi cauetur ne laici in iudicium Epiſcopi conſentiant, latè Guterrez pract lib 3 q 30. nu 2 & vltra pœnam ibi præſcriptam ſententiæ quaſi nulliter probatæ execucione carent, ibi: *Não dem execução às taes ſentenças.*

Aliud

Aliud dubium eſt quod ſi reus laicus
37 non per reconúentionem, ſed per actionem pariter actorem in eo foro cōnueniat: an poſsit, & videtur quōd non, ex his quæ Cábed d. deciſ 32 vbi reſoluit quōd conuentus ſuper vſuris in eo foro pro cenſu agere non poteſt, ſed contrarium verius eſt, quòd poterit reus ibi agere, ſi velit, Cabed. autem loquitur quando vterq; litigans erat ſæcularis, qui in iudicio Eccleſiæ pro vſuris pulſabatur, quia mixti fori illa cognitio erat qui non poterat reum pro cauſa prophana conuenire in eo iudicio, ex d. §. 14. poterat tamen reconuenire, quia cauſæ mixti fori reconuentionem admittunt: nos veró agimus de clerico, vel Eccleſia actore, quæ cum rea ſit coram ſuo iudice debet conueniri.

Circa autem tertiam quæſtionem diximus ſupra in art. Appellationum.

SVMMARIVM.

1 *SVper cauſa iuris patronatus quando cauſa ad ſæculare iudicium ſpectet. in princ.*

Sæculari eſt denegata poteſtas cognoſcendi de ſpiritualibus.

Patronorum prærogatiua, & ius vnde incæperit? ibi.

2 *Cauſa ſuper proprietate iuris patronatus in eccleſiaſtico dicēda corā capellano maiori.*

3 *Inter feudatarios iudex eſt dominus feudi.*

4 *Sæcularis eſt incapax cognoſcendi de cauſis ſpiritualibus.*

Queſtio facti rei ſpiritualis poteſt de ea cognoſci in ſæculari. ibi.

5 *Vis quotupliciter accipiatur.*

Ordinatio æque procedet in vi publica, ac priuata. ibi.

6 *Ordinatio habet locum in interdicto, vnde vi.*

An idem ſit in interdicto retinendæ? ibi.

Quid in alijs interdictis? ibi.

7 *Vbi vis reperitur Princeps occurrere poteſt in quocunq; interdicto.*

8 *Interdictum vnde vi eſt prætorium, & annale.*

Annus vtilis eſt ad incipiendum ad proſequtionem continuus. ibi.

9 *Si Rex aliquando præſentauit, ſemper reſtituendus eſt.*

Ius interdicti tranſit in ſucceſſorem. ibi.

10 *Quaſi poſſeſsio per vnicam præſentationem acquiritur, & ècontra amittitur.*

Interdictum non competit contra eum qui poſsidet. ibi.

Regij diplomatis verba.

12 *Si Prælati per vim occupant Regum beneficia reſtituitur Princeps.*

In beneficijs iurispatronatus Regij nen datur præſcriptio. ibi.

Verba deplomatis Regij circa præſcriptionem quomodo accipienda? ibi.

13 *Completa præſcriptione contra Regem ipſe reſtituitur ex cap. Iuſtæ ignorantiæ.*

Immemorialis præſcriptio eſſe non poteſt illa de cuius initio conſtat. ibi.

14 *Actio an debeat moueri cōtra poſſeſſorē beneficij, vel contra ordinariū collatorē.*

15 *Reſtitutio hoc caſu an operetur expulſionem præſentati ab ordinario.*

16 *Penſio in beneficijs iurispatronatus aſſignari non poteſt.*

17 *In beneficijs quæ præſentātur à donatarijs nō imponitur pēſio ſine Regis cōſenſu.*

18 *Super bonis quibus annexum eſt ius patronatus, an quæſtio ſit ſæcularis?*

Cauſæ iurispatronatus quando pertineat ad iudicem regium, & quando ad capellanum maiorem, ad Ord. lib. 2. tit. 1. §. 7.

CAP. 29.

IN Ord.lib.2.tit.1. §.7. quinq; notabilia continentur in quorũ enucleatione pauliſper immorari fas erit. Primo pro regula cõſtitutum eſt quod iurispatronatus controuerſiarũ cognitio ad iudiciũ eccleſiaſticum pertineat quantũcunq; regale ſit, mox quatuor limitationes ſubijcit Ord. videlicet ſi contentio ſuper iurepat fuerit inter Regem, & ab illo obtinentem inter duos donatarios, vel â Rege causã habentes, ſi de vi actum fuerit, vel denique ſi lis ſuper bonis agitetur, quibus annexum ſit iuspatronatus.

1 Et imprimis quoad propoſitam regulam dubitari poteſt quo iure Ord. diſponat de iurepat. cum poteſtati ſæculari non ſit data, imô interdicta facultas de rebus eccleſiaſticis diſponendi, c. Eccleſiã S. Mariæ de conſtitut. cap. Solitæ de maiorit. extrauag. vnam ſanctã eod tit. inter cõmun. c. Decernimus de iudicijs, & cõſtat iuspatronatus eccleſiaſticũ vel eſſe ſpiritualibus mixtũ, vt per gloſ. 1. in c. Piæ mentis 16. q. 7 Abb. in c Quanto de iud. n 5. Beroius 4. Rippa 660. Nau. in rub illius tituli nu 19 Rochus de iure pat verbo Ius q 1. à n 2. vel ſaltẽ antecedenter ſpiritualibus annexũ quatenùs illis coniungitur, & ad illum finẽ dirigitur vt præſentati à patronis in miniſterium ſpiritualis officij ab Epiſcopis aſſumantur, ex D Tho. 2 2. q 10. art 4. Cab. de iurepatr. reg. Cor c. 1 n. 4. Garcia de benef 5. p. c. 9 vſq; ad n 8 in quem ſenſum cõmunis obtinuit laicos incapaces eſſe huiuſmõdi iurispatronatus citra ſpeciale priuilegiũ, & S. Pontificis diſpenſationẽ, vt per Abb. in cap 3 de iurepat. vbi Beroi n 9 dicit cõmunem in rubr. de iud n. 4. Roland. conſ 47 n 15. lib 1. Roch vbiſupra q. 2. n 4 Lamb eod. tract. q. 1. cap. 1. art. 4 à n 3. Viuius lib. 1. Com. verbo Iuspatronatus, facit text in cap Si quis Epiſcoporum 16 q 5. cap. Meſſanæ de electione, cap. Causã quæ de præcrip. quæ communis facilimo negotio euerti poſſet ſi ad rẽ conduceret illam exactius examinare, ſed ad propoſitũ ſateſt præſentãdi facultatẽ à ſacris canonibus laicis indultã eſſe patet ſi aduertamus primis illis tẽporibus hoc eſt ſalutis anno 560. per Conciliũ Aurelianenſe primũ de quo 2. tom. Concil. cap 14, relatu in cap. Omnes Baſilicæ 16. q. 7. cõſtitutum eſſe, vt beneficiorũ collationes, prouiſioneſq; extra omnẽ Principũ populi, aut laicorum præſentationẽ poſitæ ad proprios Epiſcopos in vnaquaq; Diæceſi ſpectarent, quod cũ acerbe ferrent laici, & à Baſilicarũ Eccleſiarũq; fundatione paulatim retraherẽtur, ſummi Præſules maiori bono conſulentes quo magis laicorũ ſtudium frigeſcens in conſtruẽdis, dotandiſq; Eccleſijs marceſcebat eo maioribus propoſitis premijs ad pium opus fidelium animos concitarunt, hinc Aurelianenſe Conciliũ 2. circa annum 520 patronis honorem proceſsionis, & ceſsionis cõceſsit, de quo Calixtus in c. Piæmentis 16 q 7. c. Nobis ad fin de iurepat gloſ. verbo Præſentari in final. verbis, in c Cum dilectus de iurepat. aduertit Rip. in rub. de iud n. 74 Lamb. de iurepat. lib. 1 1 p. 1 q 1 art 4. a princ. deindè prope annũ 640. Concil. Tol vt egenti patrono Eccleſiã ſubueniret habetur, 3. tom. concil. c 37 refertur in c Quicũq; 16. q. 3. d. c Nobis in fine iuncta gloſ. vlt. quouſq, tandem in Concil. Tol. 9. circa annũ 657 conceſſa eſt præſentandi facultas, & abſq; præſentatione Epiſcopi interdicta prouiſio d. 3. tom. c 3 pag 210. refertur in cap Decernimus 16. q 7. & nouiter ſtatutum eſt per Concil. Trid. ſeſſ. 25. de reform. cap. 9.

2 Hinc optimo iure iuspatronatus annexũ dicitur ſpiritualibꝰ in c de iure 16. de iurepatr. & illius cauſa coniuncta, & ſpiritualibus cõnexa, in cap Quanto 3. de iudic & omnino à ſæculari iuriſdictione vindicatur, Rochus de iurepatr. verbo Ius in princ Lamb eod. tract. lib. 2. p. 2 art 7 q 3 prin. n. 4 & 5. Gail. lib 1. obſeruat 38. nũ 6. & apud Hiſpanos eſt l. 56 tit 6 p 1. Couar pract. cap. 36 num.

Perez

Perez l.1.verſ.ſeptimo queri poteſt, tit 6. lib 1.Ord. Azeued l.2.n 4.tit.1. lib.4 recop. Curia Philip.p.1 §.5. nu.4. Ceuall. com.q 897.nu.560.& in tract per viam violent.p.2 q.94.à n 1. quorum iurium deciſionē obſeruandam præcipit legiſlator in præſenti non id intendens, vt eccleſiaſticis iudicibus iuriſpatronatus cognitionē concedat, ſed eo potius ne ſæcularis de illo cognoſcat, vt antea fuerat concordatū inter Regem Sebaſtianum, & Prælatos, & ne qua dubitatio ſupereſſet addita ſunt illa verba: *Posto que ſeja padroado da Coroa*, prout fuerat habitum in concordia cū Ioanne I. art.6. vbi expræſſe cauſæ ſuper proprietate iuriſpatronatus ad iudicium eccleſiaſticum illibatæ reſeruantur, licet cū Rege agitentur ad pleniorē iuris canonici obſeruantiā d.cap. de iure, & cap. quanto, idq; ex noſtris agnouit D. Caldas Pereira conſ 5.n.6 & 7, Cabed.de iurepat. cap. 49. à n.1. Cardoſo in praxi, verbo Cauſa, à n.8. dūmodo tamen hæ cauſæ omnes corā capellano maiori, ſeu eius auditore in prima inſtantia agitentur, vt per Cab d c 49.n 5. iuxta bullā Leonis X. Pōtificis maximi, quam ibidē tranſcripſit n 15 Nec deſtinguimus, an procurator regius conueniat Prælatū Eccleſiam aut priuatū ſuper iurepatronatus, aut ab his conueniatur, quia vtroq; caſu ad iudiciū eccleſiaſticum ſpectat cognitio. Nā quoties aduerſus Prælatum clericū, aut Eccleſiam agit, obſtat exēptio à iuriſdidictione ſæculari tū perſonarum, cap. Si diligenti de foro comp. ſi iudex laicus de ſent.excom. lib.6. tū etiā ipſius rei d. cap. Quanto, ſi verò cōueniatur, vel cōtra priuatū agat, licet perſonarum conditio nō repugnet cauſæ tamen qualitas incapacem reddit iudicem ſæcularē, proſequitur Cald.d.conſ 5. à n.14. verū vt prædiximus reg.d c. Quāto limitatur per Ord.d.§ 7. ſi contentio ſit inter Regem, & vaſſalum, cui ab eo donatum, aut translatum ſit iuſpatr. vel inter duos donatarios, aut ab illo cauſam habētes. Ratio vtriuſq; limitationis eſt, quoniā ius patr. regium non ideo deſinit eſſe tale quòd à Rege donatū ſit, imò adhuc inter bona regalia conumeratur, tradit Cab deciſ.65.n 3 p.2 per Ord. lib 2. tit. 35 §.5. & 6 & 24. & de iurepat.reg. c. 4. & 12. vtrobiq; n.6. & nil mirum ſi cauſæ ſuper eo agitandæ ſint corā iudice regiæ coronæ, qui de cæteris bonis ad coronā regiam pertinentibus vbiq; cognoſcit Ord lib.2 tit 1 §.16 & ſeqq. diximus latè ad Ord.d.tit.1.§.17. Ratio autē rationis ea eſſe poteſt, quia bona donata à Rege, licet extra illius dominiū ſint iuxta naturā donationis, l 1.C.donat. Gom.l 45. tau.n 4. id tamen nō ita fit irreuocabiliter, vt nulla ſubſit ſpes ad regium patrimoniū reuertendi, vt videre licet per varios caſus Ord.lib.2. tit.35. & quāquam hæc minus videātur obtinere quoties donatio fit Eccleſiæ, vel comunitati quæ non moritur, c Si gratioſe de reſcriptis lib.6. D Cald Pereira de renou q 16 n. 18. ſ. Proponebatur ff.de iud. tamē adhuc ſpes ſupereſt remotiori quidem, vt puta, ſi bona alienentur ſi amittantur ob delictum, ſi comunitas, aut Eccleſia euertatur, & extinguatur.

Nec abſimilis eſt iuris reſolutio quæ 3
habet dominū fæudi eſſe iudicem cōpetentē cōtrouerſiæ inter ipſum, & vaſſalum motā, vt notat gloſ.per text ibi in c. Cæterū de iud. c.Nouit, vbi gloſ verbo nō enim eod tit. c.Imperialē ad fin verſ. Præterea de prohi fæud.alien per Feder. vbi fæudiſtæ Boer.deciſ.114. Duen reg. 321. Clar in §.Fæudū, q.40 Menoc.ret. rem.3.n.376. Curt.Iun.in tract.de fæud. 4
7.p.reg 2.q.8. relatiā Valaſ.de iur emph. q 39.nu 14. quod non tantum obtinet ſi fæudatarius laicus ſit, ſed etiam ſi ſit clericus, vt per gloſ. in ſumma, 11.q.1. Ioan. Andr. & communis in cap 1. de cler coniug.lib.6. Abb.& Dec n 6 Felin. n.13 & cōmunis in cap Verum de foro cōp. vbi Marian.n 2. Aufrer. de poteſt. Secul reg 1.n.2. Clar.vbi ſupra n.8 Menoch.d.rem 3 nu 379. Ordin.lib 2 tit 1.

§.17. & probatur expreſſe in d.cap Verum quod loquitur de vaſſallo præpoſito qui tanquam prior iuxta ſacros Canones curam habet animarũ,cap. Quãuis,de verbor.ſignif.& ex tex in cap Ex tranſmiſſa de foro comp. ſi aduertas cũ Doctoribus cõmuniter ibi, & Menoch. vbi ſupra milites de qq in eo text nõ laicos eſſe, ſed forum eccleſiaſticum illorũ competentẽ eſſe: & ita hãc ſententiam probat Gloſ. in ſumm. d.11.q.1. Innoc. in d.cap Cæterum,receptus ab omnibus ibidẽ Dec.n.3. dicit cõmunem Aufrer. d.reg.2 fallen 1. Marantã de ord.iudic. 4 p.diſt.11.n.49 Curtius Iun.d.q 7 reg. 292. Ripa in cap Decernimus.n.22 de iudic. Afflict in cap vnico, § Præterea pen.n 15 de prohib fæudi alien per Freder. Clar.in d.§.fæud. q.10.n 8, Valaſc. d.q 39. n.14. plures relati à Barb in remiſsion.ad Ordin d.titul.1. §.7. & §.16. vtrobique n 20.

Ideo queadmodum ſtante priuilegio, & exẽptione clericorum,cap.Qualiter, & cap.vlt.de iudic.cap Si diligenti de foro comp cap.Si iudex de ſent.excõmun. lib.6 item & priuilegio generali,cap.Cũ ſit generale,cap.Si clericus de foro cõp. nil obeſt quominus ad iudiciũ ſæculare cauſa fæudi ſpectet ita etiã non obſtãte quòd res ſpiritualibus ſit annexa ad idẽ iudiciũ pertinebit, admiſſo de perſona ad rem argumento,& èconuerſo, l Qui furere; ff ſtat homi l.Si quis inquilinos, §.Si ita legatũ, ff de leg.1. Fuerat.in loco à perſona ad res, Valenz.cõſ.63 n 85.

Verũ enim verò magna inter vtrũq; caſum diſsimilitudo eſt, nec ab vno ad alium licet argumentari,cum clerici nõ ita eximantur á iuriſdictione ſæculari, quin coram iudice ſæculari ſuper fæudo & mille alijs caſibus valeant conueniri, vt late diximus ſupra, atverò in cauſis ſpiritualibus non rerum tantum obſtat exẽptio,vt ad ſæculare iudiciũ trahi nequeant, ſed & ſæculariũ iudicum incapacitas, quæ duo vincula competentia ſunt ad interdicendũ iudici Regiæ Coronæ,ne de iurepatronatus cognitione aſſumat inter Regem, & vaſſallũ, vt expræſſe ſentit Cal.Pereira d.conſ.5 n 19. & 20. ſic limitans Ord.d. tit 1. §.17. ibi: *Bẽs da Coroa,rendas,ou juriſdições*,vt procedat in prophanis, vt diſpoſitũ fuerat in l.de his,C Epiſ & cler. nõ in ſpiritualibus,vel eiſdem annexis,& ita ſcribit referens Barb.ad d.§.16. n.3, quare rectius arbitramur cum Cabed de patron.reg. cor.cap.39.n.7. ideò cõpetẽtem eſſe iudicem regiũ, quia hoc caſu non ſuper iurepatronatus eſt principaliter contẽtio,aut ſemper eo incidit controuerſia, prout alias cauſa matrimonij incidit in cauſa dotis in cap.Tuã de ordin.cogni. ſed tantũ controuerſia vertitur ſuper cõtractu donationis, aut ſimili quo Rex iuſpatronatus alienauit,& ſemota iuriſpatronatus cõſideratione tãtũ remanet exẽptio clerici, aut Eccleſiæ donatariæ, quæ hoc caſu ſuum nõ habet vigorẽ ex reg d.cap Ex tranſmiſſa, d cap.Cæterũ, & nuda ſupereſt facti quæſtio oriens ex contractu,l.Conſilio,ff.de curat.furi. de qua iudex ſæcularis alias in cauſa principali incõpetens poteſt cognoſcere, vt cõmuniter recep.in l.Titia,ff.ſolut mat. Aufr.d.loco fall 25.Gutierr.canon.q.34. n.17.Couar.de ſpon.2.p.cap.8.§.12.n.3. per text.in c .Significauit 41.de teſtibus tradit Cab.1.p decif.82. n.2 & in ſpecie idẽ Cab.d c 36 n 8.& ij tradit Cald.Pereira d.conſ 5.n 2 vbi n 31 inquit donãtem, vel donare promittentẽ compelli poſſe per iudicẽ ſæcularem ad tradẽdũ, ſeu donandũ,quia hæc nõ dicitur cauſa iurispatronatus tradit Lamb.de iurepa. lib.3.art.3 q.9 fol.416.quòd ſi caſus eueniat,in quo vltra donationẽ de iurepa. ſit principaliter,aut incidenter cognoſcendũ,tunc ſeruabitur deciſiò Ord.d. §. 7.in princ.Tertia limitatio eſt quã Ord. d §.7. præſtat in illis verbis: *Ou for ſobre força*,quibus apertè decidit reſtitutionẽ poſſeſsionis iurispat Regij per vim ablatæ corã iudice regiæ coronæ petendam eſſe. Cuius limitationis explicatio dilucidius

cidius apparebit ex infra poſitis quæſtiũculis. Prima eſt, an Ordinatio procedat in omni, & quacunq, vi. Secunda, an omni, & quocunq; interdicto poſſeſſorio. Tertia, intra quod tẽpus actio proponenda. Quarta, aduerſus quos intentanda. Quinta, quid reſtituendum.

Et quoad primam, agnoſcimus vim
5 in plures ſpecies diuidi, de quibus laté DD. in Rubr. de his quæ vi met ve cauſ. fiunt, & in Rubr ff de vi, & vi arm. & ff. & C. de vi publica, & vi priuata, Hoſtienſ. in ſumma illius tit de his quæ vi, nu. 3. quem in Rubr. ſequitur Bellem. eod. n gloſ in l. Extát, ff. quod met. cauſ. gloſ. in cap. Ad audientiam eod. tit. Menoch. recuper. in præludijs, n 38. Oinot. in §. Quadrupli, nu. 33. Inſt de action. Gambar. in tract clauſularum, clauſula non vi, non metu, in princip. Si tamen proprie mentem, & rationem legis introſpeciamus ſolùm de vi expulſiua agit Ordin cum eo tantùm tendat vt poſſeſſio iurispatron. regij recuperetur quòd propriũ eſt interdicti recuperandæ, quo recuperare intẽdimus rem ſoli per vim occupatam, § Recuperandæ inſt de interd. l Si quis in tantam, C. vnde vi. Boſſius in tract. de pluribus violentijs. Menoch. recup. rem i. à n. i. Guterrez canon. lib. i cap 34. Azeued. lib. 4. tit 13. l. i. & ſeqq. nouæ recopil. Donel. de iure ciuili lib. i5 cap 3i. Nec propriè ad vim turbatiuam reſpicit Ordin hanc enim tunc interuenire oportet cum duo, pluresuè contendunt ſe alicuius rei poſſeſſores eſſe (agimus de imobilibus) §. Retinendæ inſt de interd l. i. §. Hoc interdictum, & §. vlt verſ. Hoc interdictum, ff. vti poſsidetis, l vnica, C illo titul. niſi dicamus hanc vim reduci ad expulſiuam quoties non vterq; ſe turbatum cõqueritur, ſed actor tantùm ſe in poſſeſsione inquietatum affirmat, vt tradit Hoto. obſeruat lib 7 cap 6 in fine, faciunt verba Ordin lib 2. tit i. §. 2 de quibus ſtatim agemus in ſecunda quæſtione: itaq, ſolùm de ea vi agit Ord. quæ pro violẽtia accipitur, vt in Rubr. ff de vi, & vi arm ff. quod vi, aut clam, C. vnde vi. & C. ad l. Iul. de vi publ & ff de vi publ. & vi priuat. & à maleficio non abeſt, l. Seruus, ff. de action. ſicut & violentia, vtraq: enim adeò ſibi inuicẽ famulatur, vt in nihilo differat, l. Quoniã multa, C. ad l. Iul. de vi publ. licet cõtrarium teneat Paul. de Caſtr. conſ. 27. vol. i ex eo inter vtrãq; differentiam cõſtituens quia vis aliquãdo in bonam partẽ accipitur, l. i. ff. de tutel, violentia verò ſemper in malã, cuius diſtinctionem admittit Greg Lop in l. i. tit i0. n 2. p 7. quia contra Caſtrenſem latè tenet Decian in praxi crim tom. 2. lib. 8 cap. i n 2 quẽ ſequitur Azeued. lib. 8. tit 13 l. 2 n. 20. nouæ recop. cuius opinio verior eſt: illud tãtùm ſupereſt animaduertendũ Ordin. deciſionem æque procedere in vi publica, ac in vi priuata, ſeu quod idem eſt in vi cũ armis ſit, & quæ ſine armis, § Sed ex cõſtitutionibus inſt & de interd. alius § Recuperãdæ §. Sed ex, §. Item lex Iulia inſt. de publ. iudic. Duaren. lib. i anniuerſ. c 22. Hotoman. de verbis iuris, verbo Vis, Rebuf. de verb. ſignific. l. 47. verſ Aliquandò Oinotom. in d. §. Sed ex cõſtitutionibus in verſ. Qui autẽ, n 4 & 5 dicit receptũ ab omnibus, Menoch in prælud. recup. n. 37 & de arbitr. caſu 394 n 2. Azeued. vbi ſupra n. 22. Nam neq, ex DD. liquido conſtat quænam inter vtramq; vim publicã ſcilicet, & priuatam ſit differentia, cum aliã præſtet Cuiac quam refert, & ſequitur Menoch. d. caſ 394. n. 4 in effectu improbatam ab Azeued d. nu. 22. aliam tradit Hotom. d. verbo Vis, quam reprobat, ac peſſundat obſeruat. lib. 7. cap. 6 ad fin. aliam adducit Duaren. d. loco quam improbat Auzelius lib. 3. ſententiar. cap. 22. alteram aſsignans, ſed vtramq, Menoch. ibidem reijcit, in nulla ſubſiſtit Oſuald. in Donelo inculcato d lib i5. cap 3i litera B in notis: neque quoad poſſeſsionis reſtitutionem magni referat vno vel altero modo vis illata fuerit, vt ſatis probatur in

d.§. Recuperandæ, & ſuadetur ex l. Extat, ff coquód met.cauſ. l. Creditores. ff. ad l. Iul de vi priuat in ſpecie, Menoch. recuper. rem.1.n.8. ſed ſatis ſit ſemel illatam eſſe, idq; agnoſcit Ordin in d.§.7. & in d.§ 2. de vi ſimpliciter mentionem faciens provt etiam lib. 4. titul. 58. in princip. & §.1. Azeued. lib.4.tit 13. l 1. n.46. nouæ recop. Et ſi amplius conſideretur in vi armata ob criminis atrocitatem apparebit in quinta quæſtione quó lectorem delegamus.

6 Secunda quæſtio pendet ex his quæ ſupra diximus ad Ordin d lib 2. tit 1. §. 2. ex quibus colligendo ad propoſitum quæ ibidem latiori calamo literis mandauimus, illud extra dubium ponimus quod Ordin. d § 7 habeat locum in interdicto, vnde vi pro recuperanda poſſeſsione, ſeu quaſi iuris patronatus regij, idq; non tantum ex vi concordatarum ſpeciali, quæ habentur 1. p. fol. 302. & eod. verſ. ad d.§.7 & ad §.2. ſed etiam ex recepta à Chriſtiano orbe ſententia, de qua diximus ſupra ad § 2.

Dubium tamen non leue eſt, an idem dicendum ſit in interdicto retinendæ, aut adipiſcendæ poſſeſsionis, in quo ille partem affirmatiuam tuebitur cui magis blandiatur communis illa opinio, quæ habet rerum ſpiritualium poſſeſsionem omnino temporalem eſſe iuxta text. & gloſ ibi ad fin in cap Literas de iuramento calumniæ gloſ. verbo Iuramento, in cap. Cum dilectus de elect. receptæ ex Couarr. pract cap 35. n. 1. Vallaſ. 5. Gutierr d q 34 n.18 Nauarr. in cap. Cùm contingat de reſcript. in opugnatione, contra primum remediū dicit magis communé Menoch. retin. rem 3. n 327 ex regul text in l Naturaliter, §. Nihil commune, ff acquir poſſ. Et ita hanc partem probat Barboſa in Remiſsion. ad d.§ 2. illius diſpoſitionem amplians ad interdictum retinendæ n.2 & ad interdictum adipiſc num 3. & procedere in quibuſcunq; interdictis reſtitutorijs firmat Cab. d. deciſ. 82. n. 4.

Verùm in ſupra poſito dubio verior videtur negatiua ſententia, vtpote ſolidioribus innixa fundamentis, tum quia aduerſus illam communem, altera communis habet cauſam poſſeſſoriam beneficij ſpiritualem eſſe eſſe, vt poſt alios Aufrer ad Capell 470. Couar. vbi ſupra verſ. Non oberit, latè Gartia de benefic. 1 p. cap 2. à n. 52. Gutierr. n 26. Valaſ 3. d locis ſecundum quos gloſæ prædictæ communiter reprobantur, & quamquā quoad acquiſitionem, & omiſsionem poſſeſsio à proprietate differat d. §. Nihil commune, nihil magis ita vna alteri eſt conexa, vt ad diuerſos iudices diuiſa continentia fri fas ſit, l. Nulli, C. de iudic facit cap. 1. de ſequæſt. poſſeſsion tum quia cauſa poſſeſſoria beneficij omninó temporalis eſſet, iuxta magis communem de qua ſupra, non ideo ſequitur coram ſæculari iudice peragendam, cùm reus ſit clericus, & coram ſuo iudice conueniendus, cap. Si diligenti de foro comp. cap Qualiter, & vlt. de iudic: iuxta reg cap Cùm ſit generale, & cap. Si clericus laicum de foro comp. l. vlt. C. vbi in rem actio.

Deinde facit quia, vt diximus in principio huius capitis, iudex laicus eſt incapax cognoſcendi de proprietate, & titulo iuriſpatron. ſiue de eo principaliter, ſiue incidenter agatur. Si ergo cognoſcat de poſſeſſorio adipiſcendæ, vel retinendæ inſimul cognoſcat de proprietate, & titulo iuriſpatr. Nā in vtroq; interdicto locum habet proprietas, exceptio ſtatim, & incontinenti probanda patet quia interdictum quorum legatorum, & quorum bonorum adipiſcendæ eſt, & tamen in eo admittitur huiuſmodi exceptio, vt ex Bart in l 1. n 3. ff quorum legat. & alijs tradit Cald Pereira recept ſent. q 22 nu. 33 & 34 Menoch. adipiſ rem. 1. n 103 Barboſ in l Si de vi, n 408. ff de iudic non obſtante l fin C. quor. bonor cum ibi non reijciatur omnis exceptio dominij quaſi fruſtatoria, ſed omnis, & illa tantū quæ fruſtratoria ſit,

ſic, vt per Bart. ibid. Cald. & Menoch. de locis, item & in retinenda, idem admittitur ex gloſ. in l. Si de vi, §. vlt. ff. de iudic. & Bart. in l. Si coloni, ff. de agric. & cenſit. lib. 11. tradit latè Caldas Pereira de loco n. 35. & quamquam Bart. ſibi non conſtans contrarium teneat in d. §. vlt. & in d. §. Nihil commune n. 2. & illum plures ſequantur, cum quibus eſt communis, de qua Caldas Pereira ibidem n. 36. quibus accedit Menoch. retin. rem. 3. n. 675. Barb. vbi ſupra à num. 402. ſatis eſt in beneficialibus, de quibus agimus hanc exceptionem incontinenti probandam admittendam eſſe, vt aduertit Menoch. d. loco n. 683.

Nec refragatur quòd in beneficialibus videntur exequata ſuperiora interdicta, cùm eodem modo, quo in interdictis adipiſcendæ, & retinedæ admittitur exceptio dominij incontinenti probanda, ita etiam in interdicto recuperandæ ſit admittenda, ex Rota 1. & 2. in nouiſ. de reſtitut. ſpol. Guido Papæ deciſ. 85. & ſingul. 231. Bellem. deciſ. 49. Bardus in tract. de tempore vtili, & contin. cap. 3. n. 13. Coſmas in pragmat. tit. de pacit. poſſeſſor. § Ordinarij, verbo Inquirant, verſ. Sed alia opinio, Aufrer. ad Capell. q. 15. Staphil. de ſignat. lit. iuſt. cap. Vtrum autem valeat proceſſus nu. 11. Couarr. præd. cap. 23. nu. 4. verſ. cum beneficium eccleſiaſticum, Menoch. rem. 15. à n. 458. quia reſpondetur admitti quidem exceptionem, attamen diuerſo iure nam in interdicto adipiſcendæ, & retinendæ ad eum finem admittitur, vt probato dominio in reſtitutione ſuperſedeatur vt Doctores ſupra citati agnoſcunt, atvero in interdicto recuperandæ eo tantùm tendit vt iuſtificetur poſſeſſio beneficij quod ſine canonica inſtitutione nequit obtineri, cap. 1. de reg. iur. lib. 6. lib. 6. & ne aliàs vitioſus detur ingreſſus in Eccleſiam Dei, cap. Licet Epiſcopus de præbend. lib. 6. cap. vnico de eo qui mitt. in poſſ. cauſ. rei ſeruan. eod. lib. neceſſario requiritur poſſeſsionem iuſtificari, ſaltem titulo colorato, Couarr. d. num. 4. & de ſponſal. 2. p. cap. 7. § 5. n. 10. & variar. 3. cap. 16. n. 8. Menoch. d. n. 458. & recup. rem. 1. à nu. 131. dicit communem D. Cald. d. loco n. 38. & 46. Gabr. lib. commun. tit. de reſtitut. ſpol. q. 1. num. 121. & concl. 5. num. 110. Flamin. de reſignat. benef. lib. 13. q. 5. num. 100. & 101. & ſeq. Vallaſ. conſ. 95. n. 2. Ideoq; iudex ſæcularis incompetens erit ad cognoſcendũ de huiuſmodi exceptione in interdicto adipiſcendæ, & retinendæ, ne aliàs tituli, & proprietatis cognitionem aſſumat cuius eſt incapax, vt ſupra dictum eſt, per contrarium verò competenter iudicabit ſuper interdicto recuperandæ, in quo de titulo in quæſtione tantùm facti diſceptatur quæ temporalis eſt, vt diximus ex doctrina Bart. in l. Titia, ff. ſolut. matrim.

Deniq; hæc noſtra reſolutio ſuadetur ex verbis concordiæ Regis Sebaſtiani, ibi: *Ou ſobre força*, & Ordin. d. titul. 1. § 7. ibi: *Ou ſobre força*, quæ ſecundum loquendi caſum interdicto tantùm vnde vi conueniunt, nec de vno ad alterũ caſum admittẽda eſt extenſio cùm propriè concordata ſint de re dubia inter Regem, & Prælatos facta trãſactio, cuius ea conditio eſt vt ſit ſtricti iuris quemadmodum, & tranſactio, §. Actionum inſt. de action. Bald. in l. Poſt rem, 3. lect. n. 4. ff. re iudic. Padill. in rubr. Cod. de tranſaction. n. 21. ſicq, concordatorum rigor verborum attendendus eſt argum. l. Quidquid adſtringendæ, l. Si quis ſtipulatus ſit ſtichum, ff. de verbor. obiig. Mantica de tacitis, & ambig. lib. 26. tit. 6. à nu. 1. nec de caſu expreſſo ad non deducta fit tranſitus, l. Age cum Geminiano, Cod. de tranſact. faciunt quæ Vallaſ. conſ. 39. n. 11. D. Caldas Pereira de iure emphyt. 3. p. cap. 9. n. 6. Caſtillo quotid. lib. 2. cap. 4. n. 129. Et ad hũc ſenſum reducenda eſt Ord. d. lib. 2. tit. 1. § 2. vt ibidem adnotauimus, non obſtantibus quæ incontrarium adducit ibi Barboſ. 7

n.2. & 3. nam ex dictis verior patet reſponſio,& reſolutio. Non tamen negabimus Ordin. d. §. 7. verba pariter compræhendere ſpolium per vim,& violentiam comiſſum, ac per vim clandeſtinam,vt in d.§.2. adnotauit optime Valaſc conf 93. nu.vlt Cabed. d. deciſ.82. n 3 Vnde etiam ſi dicamus ſolùm verè procedere in interdicto vnde vi, tamen non infælicìter dici poteſt quòd in omni interdicto hæc reſolutio procedet, quoties in vno, vel altero interdicto ea vís reperitur ad quam auferendam Manus Regia poſſet inuocari, quia Princeps ſemper occurrit vbi vis reperitur, & in hunc ſenſum poterit ſuſtineri contraría opinio.

In tertia quæſtione haud dubium eſt interdictum vnde vi prætorium, & annale eſſe l.1 ff de vi,& vi armata,Ordin. d.lib.3.tit 48 in principio,& in proprijs terminis, Ordin. d lib.2. titul 1 §.2. ad quam reducenda eſt Ordin. eodem tit. §.7. Itaq; intra annum,& diem aduerſus violentos iurispatr. poſſeſſores experiri oportet, hic autem annus licet in progreſſu continuus ſit tamen à principio eſt vtilis, l.Vi pulſos, C.Vnde vi, l.1. §. Annus, ff de vi,& vi armata, poſt alios tenet Menoch. recuperan. rem.1. á nu. 447. Vaz alleg 58. à nu 1 quamquam incautè contrarium dicat Cabed 1 part. deciſ.82. n 6 aſſerens anni tempus cõtinuum eſſe quoties interdicto clericus coram iudice ſæculari côueniendus eſt, ex eo motus quod Ordin.d.§.2. exorbitans ſit á regulis iuris, ſecundúm quas clericus ad iudicium ſæculare trahi nequit,cap. Qualiter de iudic. cum ſimilibus,quo caſu annus non vtilis, ſed continuus eſt: nam aduertere debuiſſet etiã Semotis concordatis d. § 2. & 7. quatenus clericos in iudicio ſæculari pro violentijs conueniendos eſſe decernit, non contra ius eſſe,ſed magis ſecundũm ius & iuſperitorum receptas vbiq; traditiones, vt ſupra adnotauimus, & tradunt DD. latè congeſti à Barb.ad d.§.2.nu.1. atteſtantes ita in pleriſq; orbis partibus obſeruari, nec vllus inibi facta inter ciuilem,& eccleſiaſticam poteſtatem concordiæ meminerunt. Sicut etiam fallitur Cabed. dum ibid. num.7. autumat huius anni tempus non currere aduerſus minorem,cùm ſit vt currat,& tamen minor contra diei,& anni lapſum reſtituatur,vt bene tradit D. Cald. conſ.30. n 33 pluries refert & iudicatum Vaz alleg.58 n 5 Quid autem ſi clericus, aut Eccleſia poſt anni curriculũ quatenus ad eum peruenit pro viquam dicimus veterem conueniatur, & quidem interdictum quod ad rei perſecutionem perpetuum eſt l. 1. in princ. ibi, Poſt annum, ff de vi & vi arm. Valaſc conſ 95 nu.12. Menoch.rem.1.n.453. Vaz alleg.58. n. 1. & ſeqq. attamen eo caſu ſemoto reſtitutionis auxilio magis eſt,ne clericus in iudicio ſæculari conueniatur, cùm ita diſpoſitum ſit per Ordin. d.§.2 tot concordatis pactionibus ſuffultum.

Hinc fortaſsis in praxi obtinuit, vt Rex ad poſſeſsionem iuriſpatr reſtituatur ſi conſtet aliquando fuiſſe in poſſeſſione præſentandi licet poſtea multi effluxiſſent anni,& interim Eccleſiæ vel, ad præſentationem alterius, vel vti liberæ collationis à Prælatis prouiſum fuerit de paſtore, vt ſæpius iudicatum refert Cabed poſt tract. de patron.reg.cor. areſto 1.7.9 & 11. & nos quoq; non ſemel vidimus obſeruatum, quod vel ex eo fit quod annus ille ad proponendum interdictum eſt vtilis à principio, & nõ incipit dato impedimento, vt per Menoch. recup d.rem.1 n.450 & non niſi à data ſpolij ſcientia,vt per Valaſ d. alleg.58. nu 1. & eleganter D.Caldas Pereira d.conſ 30 n 34. vel quia Rex circa bona ad Coronam Regiam ſpectantia iure minoris, & reſtitutionis beneficio congaudet. Couarr. variar. lib 1. cap 3. n 13 Sfortia de reſtitut. q 3 n.91. & clarius D Caldas Pereira ad l.Si curatoré, verbo Minoribus,n 62 poſt Greg l op. gloſ 2 l.10.titul.19 part 6. Guido Papæ deciſ.302.

deciſ.302. Boer deciſ.265.n.2. Ideoq; ſi Rex aliquam fecerit præſentationem, virtute cuius ſibi quiſitam haberet iuriſpatronatus quaſi poſſeſsionẽ, ex cap. Querelam de electione tenet Padilla in l Si quas actiones, num 24. C. ſeruitut. & aqua, Farin. deciſ.525. & 527. Flamin. de reſignat. lib 7. q.29. num 9. Gratian. diſcept forenſ. cap.310. n.77. & ſequenti, Celſus conſ 44 nu 2 Couarr. pract. cap.14. n 2. verſ tertium, Ceuall. commun. q 717. nu 4 Menoch. conſ 90 nu. 117. & conſ.126. n 6 D. Caldas conſ 5. n.24. Gonzal. in reg 8. Cancell gloſ.54. §.2. n 6 & 14 & gloſ.18 nu 22. diximus ſupra in 1.p. cap.7 nu 28. Quuantumcunq; incontrarium factæ proponantur præſentationes, ſeu collationes, vtiq; recuperato interdicto ſimul, ac ſe ſpoliatum ſciuit, aut petita reſtitutione iure aduerſus ſpoliatores experitur: non obſtante quód ipſemet Rex agens nunquã præſentauerit ſi modo appareat anteceſſores ſuos aliquando præſentaſſe, in illum enim tamquam in legitimum ſucceſſorem, & hæredem quaſi poſſeſsio tranſit, & ius interdicti competit, prout in ſpecie poſt Bald. & Freder. de Senis tenuit Lambert de iure patron 1 p. lib. 2. q.3 art 22. Guterr. in repet §. Sui, nu. 71. & conſ.3. n 2. Menoch recuper. rem. 1. nu.89. & alij, de quibus Garcia de benefic. 5 p. cap 5 ex num 33 Otolora de Nobil. 1. p 3 partis, cap 6. n 8. cuius rei ea ratio eſſe poteſt, quia cum ius præſentandi ſit incorporale non reperitur in eo vera poſſeſsio, ſed ficta quædam quaſi poſſeſsio, & a iure tantum efformata, vt DD modo citati aiunt, & nil mirum ſi tranſeat in hæredem, in quem omnia iura tranſeunt, l. Cum hæres in omne, ff de acquir. hæred. & ita firmat Menoch. recup remed.1. à nu 49, hæredem intra annum ſpolij aduerſus defunctum comiſsi agere poſſe, vel quocunq, tempore, ſi iure reſtitutionis potiatur.

10 Attamen incontrarium facit, quia ſi ex eo dicimus Regem eſſe in quaſi poſſeſsione iuriſpatron propterea quód aliquando præſentauerit à fortiori idem concedendum eſt Prælato, vel priuato patrono qui vltimo loco præſentauit, quemadmodum enim per vnicam præſentationem acquiritur quaſi poſſeſsio ita per omiſsionem perditur vt in ſpecie arguit D. Cald. d. conſ 5. n.29. & certum eſt in beneficiorum prouiſionibus vltimum ſtatum fore attendendum notant omnes per text in cap Ex litteris, & in cap. Conſultationibus de iure patron. cap Cum de beneficio de præbend. lib. 6. cap Cum olim, & in cap Cum Eccleſia ſutrina, de cauſſ. poſſ. & propriet. Menoch. conſ 90. à num.116 D. Caldas Pereira d. loco, à n.24. Celſus conſ 77. & conſ.91 n. vlt. Gonzalez d. gloſ 54. §. 2. nu 6. & 14 & gloſ.18. nu 22. Guterr. pract. lib.3. q.42. n. 40. & ſeqq & luculenter tradit Mareſcot. Var. reſolut lib. 1. cap 55 per totum, & in ſpecie à n 12.

Item ſæpius allegant Prælati, & alij priuati patroni, vel Eccleſiam ſuper qua eſt contemptio, eſſe liberam tum ob iuris præſumptionem, cap Omnes Baſilicæ 16. q 7. tum ob collationes iure ordinario factas tempore habili ad mutãdum beneficij ſtatum, vt notant omnes in cap. Cum de beneficio de præbend. lib 6. vel ſibi iuspatr cõpetere ex aliqua cauſa, de quibus in Concil. Trident de reform. ſeſſ.25. cap.9. multoties allegando iuspatr. præſcriptum habere per tempus à ſacris Canonibus definitum: imó & per immemoriale, conſtat enim præſcriptione iuspatronatus acquiri poſſe, & probari etiam varijs cauſarum figuris, ex Rocho de iurepatr. verbo Vel iis à quo, pag.26. Lambert in eod tract. 2. p. lib.1. q 10 art 5. Couarr. in reg. poſſeſſor, 2 p. § 10. n.20. Menoch. conſ 241. Caualcan. 3. p. deciſ 11 Mareſcot var. reſol. lib.2 cap.52. laté Garcia de benef. 5 p cap. 9. à nu. 82. & ſeqq. quod vtiq; taxatum non reperitur in iuribuspatronatus ad Coronam Regiam ſpectantibus,

quæ

quæ ſicut cætera bona regalia immemoriabili temporis ſpatio præſcribuntur,vt latiùs dicemus ad Ord.d.lib.2.tit. 1.§.17. ex quibus ſubmouere intendunt procuratoris regij intentionem ſicut alias agenti remedio poſſeſſorio obeſſe ſolet obiecta præſcriptio, ex Menoch. Recuper.remed.15.à n 415. Sarmiento de redditib.eccleſ.1p.cap 4.Fachin.controuerſ.lib.8.cap.13.

Denique non videtur rectè propoſitum interdictum aduerſus illum qui erat in quaſi poſſeſſione conferendi,aut præſentandi, cùm ex parte Regis deficiat poſſeſsio, à qua ſe deiectum aſſeuerare queat, & ex diuerſo ceſſet vis in eo qui ſuam continuat poſſeſsionem, cap. Quærelam de electione, quibus deficientibus ceſſat interdictum,l.1.§.Interdictum autem,ff.de vi arm.cap Conſultationibus de offic. deleg. tradit Gam. deciſ.14.n.1. Flor. in addit. ad eundem Gam. deciſ 4 in princ. Valaſ.conſ 88. n.2. Valaſ iunior allegat.75 nu 1 Barb. in l Si alienam nu 28 ff ſolut.matr Cabed. deciſ.172.p.1 n 1. Gail.lib.2. obſer. 129 nu.10.& obſeru 152 nu.1 Menoch. conſ.180 num.60 & in prælud recup.in princ & nu 21. & remed.15. à num 383. Flamin.de reſignat.benef. lib.13.q.5 nu. 44 Marta de iuriſd 2 p cap 5 per totũ, Gabr.lib.5 com.tit.de reſtit ſpol concl.1. n.29.Couarr.in d.reg.poſſeſſor in initio 2 part.§.1.n 4.& variar.lib.3.cap.16.n.6. in fine. Gomez l 42 Tau.num.185. Et ampliùs ſi quid diſceptandum ſupereſt reſpiciens iuspatronatus cauſam id omne quidquid ſit ad iudicium eccleſiaſticum remittendum eſt iuxtà regulam ſupra poſitam,ex Ord.d.§.7.in princ.& d cap.Quanto.

11 Ex quibus anceps ſatis,& dubia redditur huius controuerſiæ deciſio,in qua noſtrates maiori ſtudio inquirunt quòd iudicatum eſt,quàm quòd iudicandum, contra reg.l Nemo,C.ſenten.& interloc. & l Diui fratres,ibi pleniûs tractaremus ff.de iurepatr. ex Cicerone,& alijs notat in ſpecie D.Caldas Pereira d conſ 5. n 50. & adeò in praxi,& forenſi vſu obtinuit Regem hoc caſu fore reſtituendum ad patronatus iuris poſſeſsionem, vt diſceptationi locus omninò præcludatur,cum Senatores Regij tot ſcitis,tot ſententijs, tot præiudicijs offenſum ire ſibi nefas eſſe,& piaculum putent. Nec id mirum cum praxis hæc adeò inualuerit, vt legis virtutem, & poteſtatem acciperet ex diplomate regio, cuius hæc ſunt verba.

Eu elRey faço ſaber aos que eſte aluarà virem, que por ſer informado que hauendo em muytas Igrejas de meu padroado beneficios ſimples, & outros curados da preſentação, & collação dos Priores delles, os ditos Priores os deixão perder, pelo temer dos Ordinarios que com força manifeſta os occupão, & prouem quem lhes parece: Não obſtante alguãs ſentenças que ſe tem dado no juyzo da Coroa em fauor dos ditos Priores,os quaes ſe queixão que pela defenſão do padroado dos ditos beneficios ſão prezos, & auexados, aſsi elles como ſeus apreſentados, & os não querem defender,em perjuyzo do direito real,de que os ditos Priores ſão como donatarios no vſo do padroado dos ditos beneficios, que não he juſto ſe perca: Hei por bem, & mando ao Procurador dos padroados, que em nome de minha Real Coroa,per aução noua,demande todas as peſſoas que poſſuirem os taes beneficios ſem apreſentação dos Priores, intentando aução vtil contra os que occupão os bẽes do real padroado ſem meu conſentimento, no qual não póde hauer lugar preſcripção, por ſerem bẽes de minha Coroa, & que com mà fé ſe trazem vſurpados; & que juntamente veja ſe os ditos Priores por não defender o meu direito, o tem perdido. Eſte ſe cumprirà inteiramente como ſe nelle contem, poſto que não ſeja paſſado pela Chancellaria, ſem embargo da Ordenação em contrario. Miguel de Azeuedo o fez. Em Lisboa a 17. de Nouembro de 1617. Ioão da Coſta o fez eſcreuer. REY.

Por carta de ſua Mageſtade de 7. de Nouembro de 617.

Diploma hoc mirabilem continet deciſionem, quam ſi enixe obſeruauerimus, facilis erit reſponſio ad ea quæ pro Prælatis, & alijs patronis aduerſus Regem aduximus ſupra.

Et imprimis ponderanda ſunt illa verba: *Ordinarios que com força manifeſta occupão*, *&c.* Hæc vis in Prælatis ex eo redditur manifeſta quia vel ſciuerũt, vel ſcire tenentur quænam beneficia ad Regem ſpectent cum ipſiſmet Prælatis præſentationes regiæ offerantur, & ſibi noti ſint tituli clericorum Eccleſijs præfectorum, cap. Ordinarij de offic. Ord. lib 6. Cened 3 p collectan 18 n.2. Vnde ſi vacanti poſtmodum Eccleſiæ de rectore prouident citra Regis præſentationem illius poſſeſsionem adimunt clã ſpoliant, & ſe violenter ingerunt, quod erit in cauſa ne Prælatis proſit vltimus collationis ſtatus, cùm hic non attendatur quoties de violentia conſtat, vt poſt Rotam 7. de iurepatr in nouis adnotauit Mareſcot.d cap 55 n.53. & hoc modo reſponderi poteſt ad primam rationem ſupra poſitam in verſ Attamen.

Tandem notanda ſunt verba ibi: *No qual não pode haver preſcripção por ſerem bẽs de minha Coroa, & que com má fé ſe trazem vſurpados, &c* Ex quibus omnis remouetur præſcriptio tam temporalis quæ in bonis Regiæ Coronæ non datur, vt per Ordin lib 2. tit.45. §.vltim. è quorum numero eſt iuspatr. vt ſupra diximus, quàm etiam immemorialis ob interuentum malæ fidei quæ omnem inficit præſcriptionem, cap. vltim. de præſcription. ibi: Nulla, & ibi: in nulla tẽporis parte & cap Vigilãti de præſcri. ibi: Nulla antiqua, reg poſſeſſor de reg. iur lib.6 verbo Vllo tempore, ex quibus ita adnotauit gloſ. verbo Niſi, & DD. communiter in cap 1 de præſcript. lib 6. ex Couarr. in d. reg poſſeſſor, 2.p §.8. n 4. Gabr. lib commun. tit de præſcrip. concl 1.n 55. Molin de primogen. lib. 2. cap.6 nu 67. Valaſ. de iure emphyt. q 8.n.25.& conſ.95 nu 9. Veriorem teſtatur, & magis receptam Mench. Illuſt. cap.81 n.10. Cald. Pereira conſ.51. à n. 3. quidquid malam fidem immemoriali non obeſſe dicat, conſ.45 nu 25. & 26. cuius opinio obtinebit in mala fide præſumpta, quæ longiſsimo tempore euaneſcit, Menoch recup. rem. 15 n.424 & rem.13.q 10. Val. conſ 95. nu.14. Surd. conſ.234.n.31. Maſcard. de probation. concl.224.& 225.num.2. & 11. Mench. controuerſ. lib.2. cap.73. nu.9. & latiùs cap 81.n.2 & 7. Caualcan 1 p. deciſ 27. n.30. Mareſcot. d.cap.51. n.vlt. non vero in mala fide vera elicita ex vehementibus præſumptionibus quæ nullo vnquam tempore oboletur. Sicq; reſpondebis ad ſecundam obiectionem, de qua ſupra in verſ Item ſæpius. Et obiter cauebis á Valaſ. de iure emphyt. q.9 n.26. & 27 in fin & à Cabed. 2 p deciſ.65 n 3. & de patronat. reg. coronæ, cap.7 n.2. & cap.34. nu.3. exiſtimantibus iuspatr. regium, nec per tempus immemoriale præſcribi poſſe, cùm contrarium verius ſit, vt diximus ad Ordin. d. titul. 1. §.17. Non tamen diffitebimur Principem reſtituendum fore aduerſus præſcriptionem longiſsimi, aut vlterioris temporis ex capite iuſtæ ignorantiæ, ita Bart. in l. 1. §. Si quis, ff itin. actuq; priu. cuius opinionem dicit magis communem Balb. de præſcript. 4. p. 4. princip. quæſt.29. Theſau. deciſ.133. magis communem, & veriorem Ceuall. com. q.48 à num.1. & 11. Mareſcot. var. reſol. lib 1. cap.16. magis communem, & receptionem dicit Sfortia de reſtitut q 90 à n.18 & conſ 13. Surd. deciſ.4. id indiſtincte admittens data iuſta ignorantia, quãquam Theſ. deciſ.134 à n 4. hanc reſtitutionem admittat tantùm contra præſcriptionem longi temporis, & contra Bart. teneat Bald. Pinel. Sarmiento, & Mench. quia prior opinio quia Bartoli eſt ſequenda, & vti communior amplectenda, ex Ord. lib 3 titul. 64. §.1. Itaq; præſcriptio ſuo curſu peragetur attamen reſtitutio dabitur ob iuſtam ignorãtiæ cauſam, ideo mone-

monerem procuratorem Cæſaris, vt hoc, & ſuperiori caſu, vel ſimilibus reſtitutionem petat in ingreſſu cauſæ.

13 Item & ſi magis placeat explicabis dicta verba, *No qual não pòde hauer preſcripção*, itavt ſequentia, *Por ſerem bẽes de minha Coroa*, & ibi, *Com mà fé*, ponantur ampliatiue, quaſi dixiſſe ſufficeret iuſpatron. præſcribi non poſſe eo nempe caſu quo Rex aliquando præſentauit, quia tunc quæcunq; poſt præſentationem effluxit poſſeſsio in Prælato neutiquam dici poteſt immemoriabilis, aut cum de illius principio conſtet planum fit quantum ab immemoriali diſtet, ex Maſcard de probat. concl. 1220. nu. 53. Craueta de antiquit. 4 p. ſectione materia iſta num. 38. Miſsinger. cent. 1. obſeruat. 30. num. 5. Couar. d. 2. p in reg. poſſeſſor §. 3. n. 7. Gabr. d. concl. 1. n. 77. Molin. de primog. lib. 2 cap. 6. n. 31 alter Molin. de iuſtitia diſp 76 verſ. Poſſeſsio: & quod hic ſit verus illorum verborum ſenſus deducitur ex antecedentibus ibi, *Intentando ação vtil*, quod idem eſt, ac vtile interdictum, in iure enim interdictum, & actio in nihilo diſcriminantur, § fin. inſt de interdict. patet ex rubr. ff. de interdictis, ſiue extraordinarijs actionibus, notat Vuiſſ. vi parat. ibidem nu. 2. Cuiac obſeruat. lib 5 cap 17 & ex eo vtilis actio conceditur, quia interdictum directo tantum pro rebus immobilibus competit, l. 1. §. Hoc interdictum, ff. de vi & vi arm & vtiliter pro incorporalibus, Bart in d. l. 1 §. Vnde vi, & in l. fin. ff. quorum bonor. & ſatis deducitur ex cap. Quærelam de electione, VVeſembec d loco nu. 9. Donellus in coment. iur. ciuil. lib 14. cap. 33. & proprius hoc interdictum, ſeu actio vtilis oritur ex interpretatione legis, vt eleganter explicat D. Caldas Pereira de emptione, cap 24. num 27 & ſequentibus, ex quibus dicta verba, *Intentando ação vtil*, plane demonſtrant cauſam per interdictum vtile expediendam coram iudice Regiæ Coronæ ad id competenti, per Ord. d. lib. 2. tit. 1. §. 7. & inſimul ſupponitur hoc obſeruandum quando Rex virtute alicuius factæ præſentationis fuerit in quaſi poſſeſsione iuriſpatr. aliàs enim ſpoliatus non dicitur, niſi qui à poſſeſsione deijcitur, d. l. 1. §. Interdictum, ff. de vi, & vi arm. ex quibus patet reſponſio ad ad vltimam rationem ſupra adductam, verſ. Deniq; non videtur.

In quarta quæſtione examinandum 14
ſupererat, an procurator regius interdictum proponere debeat aduerſus Epiſcopum qui beneficium confert, an aduerſus Rectorem Eccleſiæ cui collatum eſt? Sed ex his quæ ſupra diximus ad d. §. 2. petenda eſt reſolutio, & ſecundum ea dicendum, alterutrum conueniri poſſe Epiſcopum vti mandantem Rectorem vti exequentem ſpolium, iura ſunt vulgaria Conſultius tamen faciet Cæſaris procurator ſi vtrumq; traxerit in iudicium, provt accidit ei qui pro emphyteuſi conuenit dominum, & poſſeſſorem cui facta eſt renouatio, diximus deciſ. 128 n. vlt & creditori qui debitorem inſimul, & fideiuſſorem trahi in cauſam, ex doctrina Flores ad Gamc deciſ. 21 nu. 1. ad fin. & var reſolut q. 11. n. fin.

Vltima quæſtio petit quid veniat re- 15
ſtituendum, cui plane ſatisfacit Ord. d. lib 2. titul. 1. § 2. ibi, *Reſtituir o forçado em tudo o de que eſtiuer esbulhado & mais não*, quaſi dicat ſpoliatum ad poſſeſsionem rei, à qua deiectus eſt reſtituendum fore, iuxta regulas iuris, cap. in literis de reſt. ſpol. l Meminerint, C. vnde vi, l. 1. §. Interdictum, ff. de vi, & vi arm. Non tamẽ condemnandum eſſe aduerſarium clericum ſpoliatorem in pæna l. Si quis in tantam, C. Vnde vi, de qua in Ordin. lib. 4. titul. 58. in princ. in quibus non amplius immoramur cum fuſius dixiſſemus ad d. §. 2.

Illud tamen in dubium reuocatur, an ſi procurator Cæſaris obtineat in interdicto, de quo ſupra remouendus ſit ab Eccleſia clericus inſtitutus á Prælato qui

qui erat in quaſi poſſeſsione conferendi, vel præſentatus à priuato patrono, qui ſimili modo erat in quaſi poſſeſsione præſentandi. Et pro parte affirmatiua facit, quia præſentatio facta ab eo qui verè patronus non eſt, nullius eſt momenti, cap Decernimus 16.q 7. cap. Ex inſinuatione, cap. vlt. de iurepatron. cap. Ea noſcitur de his quæ fiunt à Prælatis, vbi præſentatio non niſi virtute conſuetudinis ſuſtinetur ibi niſi ex antiqua conſuetudine. Verùm incontrarium eſt text. in cap. Conſultationibus, de iure patron. vbi præſentatus ab eo qui credebatur patronus non remouetur ab Eccleſia, in qua aduerſarius iuspatronatus euicit, ita gloſ. Innoc. & Anton. ibidem nu 1. Abb. n. 2. Anan. nu. 1. & 5. gloſ. & DD. communiter in cap. Cum olim de cauſ. poſſ. & prop. & in cap. Querelam de electione, Rochus de iurepatr. verbo Competens, q. 14. n 28. & q 12 n. 44. Lambert. lib 2 part 1. q. 3. art 1. à n. 1. Duen reg. 82. Praxi obtinuit clericum ab obtento beneficio citra Regis præſentationem fore ab Eccleſiâ amouendum: pluries refert iudicatum Cabed in areſtis poſt tract. de iurepatr. & vidimus Senatui placuiſſe coram excellentiſsimo Domino Marchione de Alanquer, dum huius Regni clauum fœlicibus auſpicijs moderaretur, in cauſa mota contra Ludouicum Aluarez Pereira, ab Epiſcopo Portuenſi, in quodam beneficio patronatus regij citra Principis præſentationem inſtitutum.

Et hæc quidem praxis optimis rationibus ſolet à doctiſsimis Senatoribus honeſtari. Primo quia Rex proponitur ſpoliatus à iure præſentandi, in quo cõſiſtunt fructus iurispatronatus, ex Celſo conſ. 75 à princio, Mantica de tacit. & ambig. lib. 12. tit. 30. à num 23 Gutierr. pract. lib. 3 q 42 num 40. Gonzalez in reg. 8. Cancell gloſ 45. à 2 n 8. D Cald. Pereira conſ. 5 nu 26 conſtat autem vi ſpoliatum cum fructibus ex integro reſtituendum eſſe tradunt omnes per text. ibi in cap. Grauis de reſtitut. ſpol Deinde quia Prælatus inſtituens Rectorem Eccleſiæ regij patronatus abſq; Regis præſentatione eſt in mala fide, vt declaratum eſt per diploma regium ſuprapoſitum, & probatur quia Prælati apud ſe habent libros cenſuales vbi tituli Abbatum, ac Priorum regiſtro publico mandãtur, ex indeq; præſumũtur eſſe in mala fide, ſi contra ibi contenta Eccleſijs Rectores ſufficiant argumento, l. Non eſt ferendus, ff. de tranſaction. Ordin. lib 2. tit 27 §. 3. Valaſ conſ. 141. nu. 9 & 10. Azeued lib. 4. titul. 15. in l. 1. nouæ recopil. Pinel in auth Niſi, nu. 60. verſ. Multo, C. bon. mat. Cabed. 2. part deciſ. 109 n 4. Balb. de præſcript 4. part. 4. princip. q 29. n 8 Maſcard. de probat. concluſ 1003 nu. 36. inſuper & Prælatis incumbit vigilanter inquirere quonam titulo Eccleſiæ poſsideantur, cap Ordinarij de officio Ordin lib 6 diximus ſuex Cened. 3 p collectan 18. n. 2 qua data mala fide omnes in vniuerſum fructus reſtituuntur, provt latè diximus deciſ 47. à n 2. & in hunc ſenſum intelligendus eſt text in d cap. Conſultationibus, vt procedat in bonæ fidei poſſeſſore, vt per Innocent ibid. n 3 Rochum d. verbo competens, quæſt. 22 num 44. Ioann. Andr. ibidem num 5. Anan. 3. Abb num 9. Beroi. 11 & 13 & facit text. in cap. Cum, Beitoldus in 1 reſponſo, & §. fin. de re iudic. ſicq; illum intelligebat collendiſsimus olim præceptor Sebaſtianus de Souſa Veſpertinæ Cathedræ ſacrorum Canonum moderator dignisſimus in priuatis ſcholijs ad eundem text. in 3 præludio. Vnde ſiue ob malam fidem, ſiue ob violentiam à Prælatis comiſſam, Rex reſtituitur ad plenariam, ac veterem iurispatronatus quaſi poſſeſsionem. Et idem eſt ſi priuatus quiſpiam ſuã aſſerat quaſi poſſeſsionem iurispatronatus ad Regiam Coronam pertinentis.

Quæ praxis eodem quoq; modo obtinet in penſionibus ſuper beneficijs 16

N patrona-

patronatus regij impoſitis: nam ſi quis à ſummo Pontifice obtineat penſionem ſibi reſeruari in Eccleſia iuriſpatronatus regij violentus poſſeſſor iudicatur in iudicio Regiæ Coronæ, niſi oſtẽdat Regis conſenſum, cùm penſio in huiuſmodi regalibus beneficijs conſtitui nequeat inconſulto Rege ex inueterata conſuetudine, vt per Cabed. de iurepat. reg Cor cap 13. num. 6 & idem ſeruari Caſtellæ dicit Couarr. pract. cap. 36. num. 10. quod ideo obtinet ne Eccleſiarum libertas vllatenus offendatur in perniciem regalis iuriſpatronatus, non ſine iactura principalis culminis, & maieſtatis. Nec diſtingui ſolet, an iuſpatronatus apud Regem ſit, vel apud donatarios, quia vt ſupra diximus, iuſpatron. inter bona Regiæ Coronæ enumeratur, nec deſinit eſſe tale quando penes donatarios reſidet propter ſpem reuertendi aliquando ad Regiam Coronam, non obſtante cap. 1. de iurepatron. lib 6. quia procedit in donatione ſimplici, & abſoluta, & ideo inconſulto patrono penſio eccleſiaſtica reſeruari nequit, provt ſæpius iudicatum extat apud Scribam Petrum Lamirante, in cauſa Eccleſiæ Sãcti Iacobi de Sampris, inter Conſtantinum de Magalhaẽs, & Ioannem Gonſaluez, & Dominicum Fraciſco, 14 Iulij. 616 Item in Eccleſia Sanctæ Mariæ Magdalenæ oppidi de Famelicão, 23. Iunij 621 Item in cauſa inter Dom Antonium Maſcarenhas, & Gaſparem da Coſta, ſuper penſione in Eccleſia Sanctæ Mariæ do Paul 20. Marcij 621. Item in cauſa penſionis Sanctæ Mariæ de Ribadanchora, contra Canonicũ Petrum Lopez, 12. Decembris 1623 & 8. Marcij 1624.

Quæret tamen aliquis, an in benefi-
17 cio quod eſt apud donatarium valeat penſio reſeruari adhibito donatarij conſenſu; an veró neceſſario à Rege ſit impetrandus. Et ſi reſpiciamus ad verba Diplomatis ſupra ſcripti, ibi: *Som meu conſentimento*, planum fiet conſenſum Regis non donatarij exquirendum eſſe maxime cùm hæc penſionis impoſitio videatur quædam ſeruitus perpetua argumento l. 1 ff. pro ſocio; & ſuo modo alienationis ſpeciem contineat, in bonis Regiæ Coronæ omnino interdictam abſq; regio conſenſu, Ordin. lib. 2 tit 35. § 19 & 20. Ideo ſentirem rectius eſſe vt à Rege conſenſus petatur, nec donatarijs hanc poteſtatem communicatam eſſe, quamquam quotidie videamus impoſitas penſiones, adhibito tantùm donatariorum conſenſu.

His ſic abſolutis ſequitur iam vlti- 18
ma limitatio ad regulam ſuprapoſitam, vt ſcilicet iudex ſæcularis ſit competens ſi cauſa mota ſit ſuper bonis, quibus annexum ſit iuſpatronatus, cum enim attento iure iuſpatronatus eccleſiaſticum tranſeat cum bonis, quibus anectitur cap. Ex literis, cap. Cum ſæculum de iurepatron. tradit Innoc. in d. cap Ex literis, tit. 1. Abb. nnm 2. & in cap. Quanto de iudicijs, Lambert. de iurepatron. lib. 1. 2 part. q 5. art. 11. & ſequentibus, Couarr. variar. lib. 1. cap. 13. num. 4 & var. 2. cap. 18. n. 6. Menoch. de arbitr. q. 14 num. 14 plures relati à Cened. 2. part. collectan, 5 Barb. in d. l. Diuortio, in § Si vir, num. 16 ff. ſolut. matr. laté Garcia de benefic. 5. p. cap. 9. num. 10. & ſequentibus. Nil mirum eſt ſi iudex laicus ſuper bonis prophanis iudicet, & declaret in conſequentiam bonorum iuſpatron. etiam venire, in quo lex regia nullatenus iuris Canonici conſtitutiones offendit.

SVMMARIVM.

1 Clericus hæres laici conuenitur in foro ſæculari.

Interpretata Ordin. lib.2. tit.1.§ 8.

2 Ex perſona ſucceſſoris non debet fieri deterior conditio actoris.

3 Clericus coram ſuo iudice conueniendus eſt.

Etiamſi inſtantia cum defuncto capta ſit. ibi.

4 Succedens non priuilegiato an gaudeat ſuo priuilegio?

Minor ſuccedens non priuilegiato non reſtituitur ad præterita. ibi.

5 Priuilegiatus propter fauorem publicum pro tempore antecedenti non iuuatur priuilegio.

6 Priuilegium ſucceſſoris trahitur ad futura tantùm.

Inſtrumentum ſi habet executionem paratam non tamen eam habebit contra clericum hæredem laici. ibi.

7 Priuilegiatus in corpore iuris citari poteſt ad iudicium vbi defunctus debuit.

Fallit ſi ſit conceſſum ob publicum fauorem. ibi.

8 Qui priuilegium habet clauſum in corpore iuris non poteſt citari vbi defunctus debuit.

Interpretata l. Si is qui Romæ, ff. de iudic. ibi.

Hæres non repræſentat defunctum in priuilegio. ibi.

Mulier quæ cum marito priuilegio fori renuntiauit non cenſetur renuntiaſſe priuilegio viduæ. ibi.

9 Fiſcus ſi ſuccedit tamquam hæres in eum tranſit inſtantia.

Inſtantia tranſit in ſucceſſorem ex neceſſitate iuris. ibi.

10 Laicus hæres clerici conuenitur vbi defunctus debuit.

Interpretatur l. Hæres abſens, ff. de iudic. ibi.

Hæres defenditur vbi defunctus habuit domicilium. ibi.

Quæ ſunt facti non tranſeunt in hæredes. ibi.

Laicus hæres clerici non conuenitur in foro eccleſiaſtico. ibi.

11 Laicus non repræſentat defunctum in clericatu.

Res hæreditariæ efficiuntur patrimonium hæredis. ibi.

Hæres laicus facit inuentarium in ſæculari. ibi.

12 Laicus hæres clerici non poteſt citari ad forum Eccleſiæ.

Clerici forus expirat eius morte. ibi.

Hæres Senatoris non ſubit forum priuilegij defuncti. ibi.

Hæres illius qui iurauit non conuenitur in foro iurantis. ibi.

13 Si clericus deceſſit iam citatus, tunc laicus hæres ibi reſpondere tenetur.

An requiratur litis conteſtatio? ibi.

14 Si clericus eſt hæres, clerici an coram ordinario defuncto pulſari debeat?

AN CLERICVS HÆRES LAICI *in ſæculari iudicio conueniri poſsit ad intellectum Ordin. lib. 2. tit. 1. §. 8. & lib. 3. tit. 11. §. 2.*

CAP. 30.

DIſponit Regia Ordinatio in hæc verba: *Se o Clerigo for herdeiro de algum leigo, que antes de ſeu falecimento era citado por algũa diuida, ou couſa outra, ſerá o dito Clerigo obrigado proſeguir a cauſa, & instancia começada perante o juyz leigo ante quem pendia a dita citação. Porem não ſerá citado para ſe começar outra noua inſtancia contra elle.*

Deducta eſt hæc Ordinatio ex concordia habita cum Rege Alphonſo II. in art 9. qui ſic habet.

Item, ſe o padre leigo auia filho clerigo, ſe eſte ſeu padre leigo era deuedor a outro, & o padre foy chamado por eſta diuida, & o filho clerigo póde ſer chamado, & deue reſponder perdante o juyz leigo, por hu ſeu padre reſpondia, aſsi como he conteudo em hũa ley que começa: Hæres abſens *no titulo* de Iudicijs. Ideſt, ſi pater laicus filium cleri cum habebat, ſi pater alteri tenebatur qui eum citauit dum vixit, poſtea filius poteſt vocari, & debet reſpondere corã iudice laico, vbi eius pater reſpondit, ſicut exprimitur in l. Hæres abſens.

Poſtea tempore Ioannis primi cum de hoc dubitaretur concordia inita fuit quæ in articulo 32 ſic habet.

Se o Clerigo ſuccedeo ao leigo, & o demandar ſobre qualquer couſa a que ſeja obrigado o defuncto, citano perante o juyz ſecular, & ſe pero declina ſua juriſdicção, não no querem remeter, & manda que reſponda perante elle. Reſponde elRey, que he artigo feito antre elRey Dom Dinis, & a clerisia, que deue reſponder perante o juyz leigo, & aſsi ſe coſtumou até hora, nem he rezão de fazer outra innouação, & manda que ſe guarde o artigo.

Idem diſpoſuit l 57. titul. 9. part. 1 vbi gloſ. 5. verbo, *Demanda contra aquel lego*, communis in l Si cum hominem, ff. de fideiuſſ. Paulus, & Romanus in l. Si conſtante n 14 §. fin. ff ſolut matrim. Idem Paulus in l. Cum quædam, ff. de iuriſd. omni iudi n. 9. Canoniſtæ in cap Quia V. ſeu quia, G. de iudic. plures citat Azeued. ad l 15. tit 4. lib. 5 nouæ collectio n. 6. Couar pract cap 8. nu. 2. & 8. Villalob in Ærario cõmun. opin. lit. C. n 101. Suarez in l Poſt rem amp. 1. n. 4. Auiles cap 1 prætor n 33. lib. 1. Auend. de exequend. mand. 1 p. cap 1. n. 33. Surdus conſ 222. n 16. & deciſ 110. n. 2. Donel. de iure ciuili, lib 17. cap. 11. Ceuall. contra cõmunes q 36. nu 1. & tom. 4. q. 896. n. 625. & de cognitione violentiæ part. 2. q. 13. n 25. & q. 40. nu. 5, Bobadilla lib 2 cap. 18 nu. 165. Caſtillo lib. 3. quotidian cap 25. nu 49 Gracianus Forenſ. cap 16. n. 31. Valaſ. conſ 143. n 14. Barb. in d. l. Si conſtãte, §. fin. n 27 & in l Hæres abſens à prin. & n. 104 ff de iudic.

Cuius rei illa eſt ratio quia ex perſona ſucceſſoris non debet deterior fieri 2
conditio actoris. l. 2. §. Ex his, ff. de verb. oblig maxime cum iudiciũ mutari non debeat, l. Vbi cæptum, ff de iudic. quã vt æquiorẽ ſequẽdam teſtatur Aufrer. reg. 2 n 7 fal 6 Paulus in d l Cum quædam puella & ibi Iaſ n 7. Bob. d n. 165.

Verum

3 Verùm huius legis deciſio attento iure nutat ex ſequentibus. Primo quia de iure canonico clericus quilibet coram ſuo iudice conueniendus eſt, cap. Qualiter de iudic. cum vulgaribus, neque illa qualitas hæredis potuit mutare forum, l. 2. C. vt in poſſeſ. legator. Ripa in cap. Decernimus de iudic. n. 22. Decius conſ. fin. n. 6. & eſt ratio quia priuilegiatus ſuccedens non priuilegiato ſuo vtitur priuilegio, Bart. in l. 1. §. In hac. ff. de verbor. obligat. Balb. 1. p. 5. princip. quæſt. 3. Iaſ in auth. quas actiones n. 36. C. de ſacros eccleſ. Palatius in rub. §. 39 ante num. 13 & eſt optima deciſio Rottæ antiquæ 552 citat plures Azcued. vbi ſupra n. 6. in fin. Deci in d. cap. Quia V. de iudic. nu. fin. Maſſa de obligat. in forma Cameræ, fol. 72. Myſinger. cent. 3. obſeruat. 45. vbi ita tenet in ſpecie.

Quæ omnia ſine dubio procedunt, etiamſi inſtantia cum defuncto cæpta ſit, ſecundùm Panor & communem in d. cap. Quia V. Maranta de ordine iudic. 4. p. diſtinct. 11. à n. 13. Auendan. de exeq. cap. 1. nu. 29. Felin. in d. cap. Quia V. n. 22. Deci. 11. Bald. in l. 1. C. Si pendet appell. Angel. in l. Tam ex contractibus, ff. de iudic. & alij quorũ meminit Anfrer. d. reg. 2. fal. 6. n. 7. Menchaca de ſucceſsio. reſolut. §. 18. num. 6. & pro hac parte facit Ordinatio lib. 3. titul. 11. §. 2. dum iudici ordinario facit poteſtatem citandi quemcunq; hæredem defuncti, niſi ipſe habeat priuilegium clauſum in corpore iuris, prout in clerico reperitur, reſpectu cuius laicus eſt omnino prohibitus, quod efficaciter oſtenditur in vidua, quæ ex eo quod priuilegium in corpore iuris habet, cauſas cæptas cum marito ipſa viduitate ſuperueniente auocat ad ſuum iudicem, vt eſt expreſſa Ordinatio, lib. 3. titul. 5. §. 3. ibi. *E eſta meſma eſcolha, & priuilegio terà a viuua, & orfaõ, nos feitos que ficarem começados por morte de ſeu marido, ou pay, ora foſſe Author, ora Reo.* Ideſt hanc eandem electionem, & priuilegium habeat vidua, orphanuſq; in cauſis cum marito, vel patre inceptis, vel ipſe defunctus eſſet Actor, vel Reus, Valaſ. 2. p. conſ. 136. n. 11. Cabed deciſ. 24 & ſeq. & deciſ. 173. Idem Cabedus areſt. 31. p. 1. ampliat etiã ad cauſas partitionũ, quæ videbantur priuatiue ad iudicem pupillorum pertinere, ex Ordin. lib. 3. tit. 87. in princ. ibi: *Eſpecialmente*, iuncto §. 45. & ſeq. vt ratione ſui priuilegij talis vidua cauſas ad iudicium auocare poſsit, etiamſi cæptæ ſint à fortiori ergo idem in clerico videtur admittendum, in quo fortiores concurrunt rationes, cuius priuilegium eſt clauſum in corpore iuris, & propter bonum publicum conceſſum eſt.

Pro reſolutione huius dubij recurrendum eſt ad celebrem diſtinctionem Cini in auth. quas actiones, C. ſacros eccleſ. n. 5. vbi agens de quæſtione, an ſuccedens non priuilegiato gaudeat ſuo priuilegio? Duas conſtituit concluſiones: prima eſt, quód quando obligatio procedit ex contractu defuncti non priuilegiati, priuilegiatus ille ſuccedens, non vtitur ſuo priuilegio, licet clauſum ſit in iure quando illud fauore perſonæ proponatur conceſſum, l. æmilius, ff de minor. ratio eſt quia ex priuilegio ſucceſſoris non poteſt fieri contrahens deterioris conditionis, l. Apud Iullianum, §. 1. ff. quibus ex cauſis in poſſeſ. eatur, Bal. de præſcript. 1. p. 6. princ. num. 21. & in minoribus ſuccedentibus defuncto non priuilegiato, poſt concluſum in cauſa vt non reſtituantur ad præterita dixit Afflict. deciſ. 212. num. 1 & 2. niſi aliquid cum illis factum ſit, quia tunc ad illud factum reſtitutioni locus erit, l. Cum filiusfam. § In hac, ff de verbor. oblig. gloſ. Bart. in l. Procurator, C. de edend. nu. 3. vnde fit quód emphyteuſi accepta per maiorem ſi ei ſit hæres minor & non ſoluat canonem, non reſtituetur priuilegio ætatis, ratio eſt quia ex parte minoris ſolùm 4

interuenit non factum, & pœna incurritur ex cōtractu præcedēti cum maiore celebrato, aduerſus quem ipſe non vtitur ſuo priuilegio, Bart. in d. §. In hac, n 4. Soccin 6. Alciat. ad fin.

5 Secunda concluſio ſit, quód ſi quis ſit priuilegiatus propter fauorem publicū principaliter, pro tempore antecedenti ſucceſsionem, non iuuabitur ſuo priuilegio, ſed ſolùm pro tempore ſubſequenti, etiamſi nihil cum eo actum ſit, probat l. Fiſcus 6. ff. de iure fiſci, l Cum quædam, §. Debitores, ff. de vſur. ſequuntur Bal. in d. auth quas actiones, n. 11 poſt medium, Angel. in l Creditores, n 6 ad fin C de pignor. & in notabili caſu tradit Iaſ. in l. 2 n. 51 C de iure Emphyt. & in d. auth quas actiones, num. 57.

6 Ex his patebit reſolutio ad præſentis hæſitationis dubium, nā clericus hæres laici in propoſito proponitur ſucceſſor laici defuncti cui nullum priuilegium competebat, cumq; ſucceſſoris priuilegium non ad præterita trahi poſsit, ſed ad ea quæ ſubſequuntur, inde fit quòd clericus ſucceſſor laici litem proſequi tenetur, vbi defunctus cui ipſe ſucceſsit citatus proponitur, l. Si is qui Romæ, 34. ff de iud. Rotta Genuæ deciſ. 330. Si quis autem inſtet, quòd clericus debuit hoc caſu litem deferre ad ſuum iudicem, cùm adhuc negotium pēdeat, quod omne cùm ipſo gerendum eſt, & ſic quoad illa quæ ſubſequuntur, debuit vti ſuo priuilegio. Reſpondebitur, quòd clericus vtitur priuilegio quoad ea quæ ſuo tempore incidunt, niſi ius quæſitum alteri tollatur, cumq; eo caſu tolleretur parti ius præoccupationis ante ipſius priuilegiati ſucceſsionem, ideo ceſſat prædicta conſideratio, in ſpecie Aufrer de poteſtat. ſæcular. ſuper eccleſiaſt. 2 reg. nu. 7. Sicq; intelligi debent quæ Alex in l. Si conſtante, §. fin. n 4. dicit in fiſco ſuccedente priuato, vt ſi iam iuriſdictio ſit præuenta ibi teneātur litē proſequi, l Si quis poſteaquā ff. de iud. quia d. præuentio ſemper dicitur præceſſiſſe ſucceſsionē clerici, & habetur in l. cū quidā, §. Fiſcus, ff de vſur: vnde ſi clericus citetur pro debito defuncti adhuc non citati vtetur ſuo priuilegio, quia cauſa contingit tempore ſuo vnde probabile eſt dictum Bald. in d. auth quas actiones, n 11. quòd ſi inſtrumentum ex ſtatuto habeat executionem paratam, tamen illam non habebit contra clericum hæredem laici ſubſcribit Soarez, l. Poſt rem 1 ampl. ad l. Regni, n. 4 quia executio quæ modo petitur incidit in tempus priuilegiati, ſed huius articuli dubito.

Totus eſt labor in reſponſione ad 7 obiecta ſupra poſita, primum eſt circa Ordin. lib. 3 tit. 11. §. 2. & circa Ord. eod. lib. 3 tit. 5. §. 3 & fateor quód dictæ Ordinationes non bene conueniunt inter ſe: non enim videtur ſufficere ratio aſſignata in fine, d. §. 2. ibi: *Saluo ſe o priuilegio for incorporado em direito*: Nam priuilegium eſſe clauſum in corpore iuris, non ſufficit vt taliter priuilegiatus, non poſsit citari ad locum vbi defunctus debuit, niſi tale priuilegium ſit ei conceſſum ob publicum fauorem, vt dixi in ſecunda concluſione, vnde fit quód debuit citari, & ibi reſpondere, ſicq; procedit l Hæres abſens, ff. de iud. Inſuper viduarum, & pupillorum priuilegium, reſpectu perſonarum conceſſum dicitur, ex l pen. C. de partis, Ord. lib 4. titul. 102. §. 2. ibi, *E renunciarão, &c.* Ita in ſpecie Cynus in d auth quas actiones, num. 6 licet Bal. ibi num 11 & Fulgoſ. in l. Hæres, n 3. repugnent quod ſi eorum priuilegium ob publicam vtilitatem eſſet conceſſum adhuc cauſas iam cæptas ad ſuum iudicem auocare non poſſent contra l. Si is qui Romæ, 34. ff de iudic.

Quare dic quòd Ordinatio Regia 8 eſt amplexa communem reſolutionem, de qua in d. l. Hæres abſens, ex mente Bald. Fulgoſ Pauli, & aliorum locis ſupra citatis, quæ habet quód ille qui

habet

habet priuilegium clauſum in corpore iuris ex eo ſolùm capite poſsit ad ſuum iudicem declinare, quam magis communem dicit Miſing. d cent. 3. obſer 45. & ideo Ord. d. §. 2. iubet citari quemcũq. hæredem, niſi priuilegium habeat in iure clauſum, Ordin verò in d. §. 3. dum de viduis, & pupillis agit illud ſpecialiter induxit in viduarum, & pupillorum fauorem, quod priuilegium non videtur eſſe contra reg d. l. Si is qui Romæ: Nam in d. l. Si is qui Romæ agitur de hærede, qui licet eadem ſit perſona cum defuncto, ipſumq. repræſentet, tamẽ non illum repræſentat in priuilegio ſuo, & ſic reſpectu illius diuerſa perſona eſt, vnde oportet vt citatio defuncti præcedat, vt ipſe hæres ibi reſpondere teneatur: Mulier verò quæ cum marito, ſuo priuilegio fori renuntiauit, non cenſetur renuntiaſſe priuilegio viduæ, quod illo tempore non habebat, ex reg. l. Mater. C inoffic. teſt l. Tres fratres, ff. de pactis, & licet hoc ſolùm euincat, vt non poſſent de nouo citari vbi maritus, vel pater debebat, tamen propter iuris regulas d. Ordin induxit, vt etiam cauſas iam cæptas ad ſuum iudicem deferant, ex illa æquitate, ne ſuo priuilegio videantur renuntiaſſe antequàm illud haberent, atq. præter iuris regulas illud induxit, vt in ſcholaribus habetur, & Senatoribus, Cabed decif 173.

9 Amplia ſupradicta procedere in fiſco nam is ſi tamquam hæres defuncti ſuccedat in eum tranſit inſtantia, DD. in l Si conſtante, § fin. ff ſolut. matr. Deci. conſ fin. n. 8. l Si legatus 30. §. fin. ff. ad Trebel. Barboſ. in d l. Si conſtante, § fin. nu. 18 ſecùs verò eſt quando per viam confiſcationis ſuccedit, quia tunc ſuccedit bonis non perſonæ, Menoch. ſucceſsio reſol. §. 18. num 8 facit d. l. Si conſtante, in §. final. vbi dicit fiſco ſuccedente extinctum eſſe iudicium, facit l. Quoties 14 § fin ff de noua Barboſ. vbi ſupra n 19 obſtat tamẽ quia fiſcus ſuccedens per confiſcationem cenſetur hæres, l Inter eos, 52. § fin. ff. de fideiuſ. l. 3. §. Ex cauſa, ff de iure fiſci, l 2. C de vi publ. atq. inſuper etſi non cenſeretur hæres, adhuc in eum tranſiret inſtantia, provt tranſit in l Tam ex contractibus 57. ff. de iudic. in patrem qui tamen hæres filij non eſt, l. Qui contra, ff. de fideiuſ. ſed tantũ ſucceſſor bonorum l. 2. ff de Caſtrenſ. deinde facit l. Si operarũ 29. ff. oper. liber. vbi iudiciũ operarũ cæptũ cũ patre tranſit ad filium etiam non hæredem, l. In iudicio, ff fam. hærcis, ex qua Bart. colligit inſtantiam tranſire in ſucceſſorem ex neceſsitate iuris, in l. Si cum hominem, nu 4. ff. de fideiuſ & ibi Paulus n. 2. quibus difficultatibus non obſtantibus ſuperior diſtinctio probanda eſt cum Barboſa, poſt n. 19. vbi latiſsime difficultatibus ſupra citatis ſatisfacit.

Amplia ſecundo, in laico hærede clerici, is enim conueniri poteſt vbi defunctus debuit, ex d. l. Hæres abſens, qui text. varios patitur intellectus, & notandum eſt quòd vt compræhenderet duos caſus in iure diuerſos, ſcilicet forum domicilij, & forũ cõtractus, vtitur illis verbis Hæres abſens ibi defendendus eſt vbi defunctus debuit, vt ita intelligatur de foro domicilij, defũcti, vt ſcilicet hæres, licet abſens ſit in foro domicilij defuncti defendendus ſit cùm defunctum repræſentet, quia licet domicilium conſiſtat in facto, ſcilicet in cõſtitutione familiæ, & facultatum, & quæ ſunt facti nõ tranſeant in hæredes, l. Cum hæredes ff. acq poſſ. ſicut alias domicilium patris non tranſit in filium, l. Aſſumptio, § fin. l Libertus, §. Patris, ff ad municipal. tamen cùm hoc pertineat ad obligationẽ ſuccedit reg l. 2. § Ex his, ff de verbor. oblig. vt eſt de mente Pauli in d. l. Hæres, nu. 2. Areti n. 14 in cap. Quia, V de iudic. atq. ideo hæres ad locum domicilij defuncti citari poteſt, & ideò text. vtitur verbo Defendendus, quia agit de hærede abſente, qui cùm abſens ſit non propriè conuenitur, ſed defenditur. In 10

ſecunda verò parte text. dum inquit, & ibi conueniendus, ſi ibi inueniatur, agit de foro contractus, in quo defunctus conueniri non poterat, niſi ibi inueniretur, iuxta text. in cap. 1. §. Contrahentes de foro compet.in 6. atque ideo dicit quòd ſimiliter hæres, ſi inueniatur in loco vbi defunctus debuit, ibi conueniatur, quod verbum conueniatur hæredis præſentiam ſupponit, non enim conuenire dicimur, niſi illum qui præſens eſt, vnde hæres præſens conuenitur in loco contractus rei ſitæ, & originis, in loco verò domicilij defuncti conuenitur etiam ſi abſens ſit.

Quibus ſic conſtitutis ſine dubio videtur eſſe, vt laicus hæres clerici in loco domicilij clerici poſsit conueniri, & ſic coram eccleſiaſtico iudice ex generalite d.Ord.lib 3 tit.11 §.2. & ratione contractus defuncti, quando in eo loco inueniatur.

11 Sed contraria ſententia eſt verior, quòd laicus hæres clerici, nullo modo poſsit citari ad forum Eccleſiæ, nam laicus repræſentat clericum defunctum ſimpliciter, non verò quoad qualitatem clericatus, quæ eius morte fuit extincta, prout nec hæreditas repræſentat minorem quoad ætatem, Bald in l. Ea quæ col.fin.in prin.C de tempor.in integrū: ſicut aliàs videmus, quòd laicus hæres clerici, licet ipſum repræſentet quoad perſonam, nō tamen repræſentat quoad res, quia cum poſt aditionem res hæreditariæ efficiantur proprium patrimonium hæredis, non ex perſona defuncti, ſed ex perſona hæredis conſiderabuntur, quia antiquam qualitatem cenſentur amiſiſſe, l. Per procuratorem, & ibi Bart ff. de acq hæred. cap vnicum, §. fin. de iure patr. lib. 6 Iaſ. in auth. quas actiones n. 42. C. ſacroſ eccleſ atq; ex eo procedit quod inuentarium quod hæres facit, debet fieri coram iudice ſæculari, Guido decif. 261 & 562 Caſſan. in conſuetud. rub. 7 §. 13. verbo, *Por benefic. de inuentario* ad fin. Phanuci. de inuentar. p. 7 n. 25. quod procedit etiam antequā hæres adiat hæreditatem, Guilel. in cap. Rainuntius, verbo, Et vxorem decil. 2 n. 132. Rebuf. 1 tom. ad leges Gall. tit. de ſentent prouiſio art. 3 gloſ. 3. n. 11. de quo tamen ſtatim plenius dicam.

Ex quibus fit, quòd quando laicus hæres clerici eſt, non poteſt citari ad forum Eccleſiæ, atq; ita in ſpecie tenuit Bal. in l. 2. ff. de iureiur num. Iaſ. in auth. quas actiones, C. de ſacroſ. n. 41. quia licet clericus domicilium habeat vbi habitat, eſt quoad alia, quatenus verò clericus eſt coram Ordinario ſortitur forum priuilegij clericalis, quòd eius morte extinguitur, hæres enim non repræſentat defunctum reſpectu fori priuilegiati, prout hæres ſenatoris non ſubit forum priuilegiatum ipſius, nec hæres monetarij coram iudice priuatiuo conuenitur, ſicut aliàs qui iurauit contractum licet ratione iuramenti poſsit cōueniri in foro eccleſiaſtico, cap. fin. de foro comp. lib. 6 Tamen eius hæres in eo foro non conuenitur, quia cùm ille forus ſit perſonalis ex cap Veritatis de iureiur. ad hæredem non tranſit, Ioan. Andr. in cap. fin. de ſepultur. videndus Aufrer. de poteſtat. ſæcul. ſuper eccleſ. reg. 4. n. 6. Iacobus de bello viſo, cap. 1. §. Contrahentes, n 65 de foro comp. in 6. Vnde Ordin. in d. §. 2. intelligi debet vt procedat reſpectu hæredis qui ſuccedit defuncto qui habebat forum domicilij, non verò priuilegij, ſicq; iudicatum vidi in Senatu. 12

Quid autem dicendum ſit, quando clericus deceſsit, iam citatus, an laicus hæres teneatur ibi reſpondere? & videtur quòd ſic, quia citationis ille eſt effectus, vt ſi defunctus fuerit citatus in loco in quo non poſsit conueniri niſi ibi reperiretur, prout eſt locus contractus, tamen hæres tenebitur in loco citationis eum defendere, quamuis remota citatione hæres non poſſet ibi conueniri, & vltra l. Si is qui Romæ, ff. de iudi. facit Ord. in præſenti vbi in caſu ſimili clericum 13

cum in ſæculari conueniendum cenſet, ſed adhuc videtur quòd eo caſu requiritur litis conteſtatio, vt ad forum priuilegij hæres obligetur, nam cum ibi iudicium ſuſceptum non ſit, non conſiſtit, nec ad hæredē inſtantia poteſt tranſire; nam citatio ſola ſufficit in d. l. Si is qui Romæ reſpectu fori priuilegiati, non proprij, ſicut aliàs videmus quòd licet hæres teneatur inſtantiam proſequi, ex ſola citatione defuncti: ſucceſſor tamen vniuerſalis non tenetur, niſi lis ſit conteſtata cum defuncto, l. Tam ex contractibus, ff. de iudic. & ibi Angel. num. 4. Paulus 3.

14 Vltimo notabis quid dicendum ſit quando clericus ſit hæres, an eo caſu coram iudice eccleſiaſtico ordinario defuncti pulſari debeat? & videntur ſequentes caſus diſtinguendi Primus eſt, quando defunctus, & hæres ijdem ſubſunt ordinario, tunc non eſt dubium ibi conueniri poſſe. Secundus, quando clericus hæres ſit alterius diœceſis, & tunc maius eſt dubium, in quo ſunt etiam duo caſus diſtinguendi Primus ſit, quādo clericus vocatur vt hæres ad locum vbi defunctus debuit, eo enim caſu comparere non tenetur, nec ibi conueniri poteſt, quia ipſe habet priuilegium in corpore iuris clauſum, nec alibi quā corā ſuo ordinario conueniri poteſt, ſine ipſius conſenſu, cap. Significaſti, de foro compet. Secundus, quando iam defuncti præceſsiſſet citatio ante ipſius obitum, & tunc videtur quòd poſsit vocari ex reg. d. l. Si is qui Romæ, faciunt quæ Marta caſ 5. num. 5 & 9. ſed verius puto quòd cum illud iudicium ſit competens ratione priuilegij, morte expirat quoad omnes iuris effectus, niſi acceptum iam ſit per litis conteſtationem, vt habeat locum l. 1. & 2. C. vt ab hæred. & contra hæred.

SVMMARIVM.

1 *INterpretata Ordin. lib. 2. tit. 1 § 9.*

2 *Laicus conductor rerum Eccleſiæ pulſatur in foro Eccleſiæ.*

3 *Laicus non ſoluens penſionem emphyteuticam apud Eccleſiam conuenitur.*

4 *Elapſo biennio ab ſtatuto aſsignato ſi laicus vltra poſsideat conueniri poteſt pro penſionibus præteritis.*

5 *Laicus colonus Eccleſiæ in eius foro conuenitur.*

6 *Sic pariter ſindicus religionis.*

7 *Amplia in hærede adminiſtratoris. Niſi habeat priuilegium clauſum in corpore iuris. ibi.*

8 *Penſioanarij conueniunt in foro Eccleſiæ conductores vt penſiones debitas ſoluant.*

Fructus ſunt hipothecati pro penſionibus. ibi.

10 *Conductores pariter poſſunt trahere parochianos ad forum Eccleſiæ vt ſoluant.*

11 *Conductor etiam pro pœnis viſitationum trahitur ad forum Eccleſiæ.*

12 *Succeſſor in beneficio pariter conductorem pulſat in foro Eccleſiæ.*

13 *Limita, ſi inter conductores lis agitata ſit, quia iudex rei adeundus eſt.*

AN

AN CONDUCTORES RERUM *Eccleſiæ poſsint ad forum Eccleſiæ trahi, & quando? ad Ordin. lib. 2. tit. 1. §. 9.*

CAP. 31.

1 CIrca conductores rerum Eccleſiæ diſponit Regia Ordinatio in hæc verba: *Se o leigo for rendeiro de algũa Igreja, ou tiver arrẽdada, ou emprazada algũa propriedade della, ſerá obrigado reſponder per tal renda, ou foro, perante o juyz eccleſiaſtico, durando o tempo do dito arrendamento, & foro, & dous annos alem: & deſpois de ſe acabar o dito tempo, não reſponderá perante olle, nem poderá ſer perante elle citado, nem demandado.* Ideſt, ſi laicus cõduxerit redditus alicuius Eccleſiæ, ſeu conduxerit, vel titulo emphyteutico aliquam rem Eccleſiæ acceperit, tenebitur reſpondere pro mercede, vel penſione coram iudice eccleſiaſtico intra tempus ſuæ conductionis, & intra biennium à tempore finiti contractus, quo tempore finito in eo foro reſpondere non compellendus eſt, nec ibi citari, aut conueniri poteſt Hæc Ordinatio deducta fuit ex tertia concordia habita cum Rege Dioniſio art. 21. quæ ſic habet: *Se algũas poſſeſſões da Igreja arrendão, ou alugão a algum leigo, por certa renda, ſe a renda lhe não dà o leigo que elle deue ſer juyz, ou ſeus vigairos, & conhecer deſte feito.*

Reſponde elRey, que em quanto o rendeiro eſtiuer na poſſeſſão daquillo que arrendou da Igreja, & o clerigo quer demandar pela renda, que o demande pelo juyz da Igreja: mas ſe o jà leixou como deuia, & fica pela renda, ou parte della como diuida, deueo chamar perante juyz leigo, que he juyz deſto. Ideſt, quòd ſi poſſeſsiones ſuarum Eccleſiarũ alicui laico locant, pro mercede certa, ſi ille non ſoluit, quód cauſa debet ſpectare ad iudicium Epiſcopi, vel Vicarij, vt de cauſa cognoſcat. Reſpondet Rex, quòd quandiu conductor in poſſeſsione rerum ab Eccleſia conductarum perſtiterit, ſi pro mercede conueniatur, quod illud facere poſsit coram iudice eccleſiaſtico, quod ſi jam rem coductam dimiſerit, & ſe obligauit mercedem integram, vel reſidua ſoluere, tunc debet conueniri coram ſuo iudice, quia ipſe competens eſt.

Hæc concordia ampliata reperitur ex regio diplomate quod continetur lib. 3. Senatus, fol. 221. verſ. quo ſupra dicta concordia, & altera ſimilis habita cum Rege Ioanne primo in art. 45. auctæ fuerunt ex Regis liberalitate, ex quo diplomate hæc Ordin. deſſumpta fuit, quoad tempus biennij vltra tempus conductionis conceſſum, provt etiam iam continebatur in extrauaganti antiqua 2. p. tit. 2. §. 3. ab eodem reſcripto deducta.

Conſtat ex ſupradictis concordijs, & 2
lege regia in fauorem Eccleſiæ hæc omnia introducta fuiſſe à Regum munificentia, & liberalitate, qua noſtri Principes Eccleſiam, eiuſq; libertatem colunt, decorem adamant, & vtilitatem appetunt, quia hoc caſu cùm laicus conueniatur ex perſonali actione, apud ſuum iudicem pulſari debebat, non veró in iudicio Eccleſiæ ad quod non trahitur niſi quando qualitas furti in mobilibus violentiæ in rebus ſoli, addita fuit, ex doctrina Innocent. & Hoſtienſ. quam ſupra retulimus, ad Ord. §. 5 & 6. huius tit. 1. ad tex. in cap Cũ ſit generale, vbi Antonius nu. 9. Cardi. oppoſitione 1.

Marian.

Marian.n.15 Felin 4 à quibus diſcedit Valaſ.de iure emphyt q.39. nu 14 ſentiens ex perſonali actione agi poſſe in iudicio Eccleſiæ cõtra laicum, ſine fundamento, vt videre eſt per Guterrez pract. lib.3. q 26. nu.10. vbi dicit quod contrarium ſeruari poterit vbi probetur ſic de conſuetudine eſſe illius loci,& cano. lib.1.cap 34 nu.49 Azeued in l. 33.tit 3. lib.1. & l.10 tit.1.lib 4. num 58. nouæ recopil.deciſ.Pedam 31 n 6. Borrel.in ſumma deciſ.tit 34 de foro comp. n 53. Bobadilla lib 2.cap 18 n.180 licet Marta 2 p cap.30.à nu 5. deſſentiat ſine iuſto fundamento. Huius tamen æquitatis iudicandæ ea videtur eſſe ratio, quia dum Eccleſiæ non ſoluitur penſio tempore ſtatuto contra legem contractus conſiderari poteſt in-iuſta, & violenta occupatio, & ſuccedit doctrina Innocent in d.cap.Cùm ſit generale, & forſam vſus Hiſpaniæ, de quo teſtatur Azeuedus, Boballa, & Guterrez vbi ſupra ex hoc fonte profluxit.

3 Quæ praxis magis ſine dubio procedere poteſt in penſione emphyteutica debita Eccleſiæ, quia in hac non ex perſonali actione agitur,ſed ex iure reali in prædio emphyteutico conſtituto, nam ex obligatione perſonali iuncta hipotheca pro penſione emphyteuſis domino ſoluenda ex partium intentione reſultat ius reale, arg l Si creditor, §. fin. ff. de diſtract pignor. Couarr. reſol. lib. 1.cap.7.n 6. Alciat.reſponſ 3. Paulus conſ. 333 Iaſ in l.Sciendum, ff. qui ſatiſd.cogant n.23. ex qua ratione penſiones emphyteuticæ à quolibet poſſeſſore peti poſſunt, de quo Valaſ. de iur. emphyt.q.4.n 7 & q.32 n.23. in fine, & q.17 n.17. D.Caldas Pereira forenſ. q. 11. nu 18. vnde dum emphyteuta penſiones denegat Eccleſiam priuat iure ſuo violentiamq; facit, & ſuccedunt quæ Couarr.lib 1.variar. cap 4. num.2. D Caldas Pereira verbo Implorandum num 32 Barboſa in l Si quis ex aliena n 147.

Primo ampliabis hanc Ordinationem habere locum in conductore qui vltra biennium aſsignatum, adhuc rem ipſam Eccleſiæ detinet, quia tunc recte conuenitur pro penſionibus præteritis, ex his quæ Speculator in tit de compet iud §.1 verſ. vigeſimoſeptimo. Panor. in cap.2 de foro comp.col 2.verſ.Quid autem, Marian.in cap.1.eod tit. declaratione 5. vbi dicit hoc caſu ſeruandam loci conſuetudinem. Cùm ergo in hoc Regno lege municipali cautum ſit laicum, durante tempore contractus in foro Eccleſiæ pulſari poſſe ;& intra biennium à tempore finiti contractus, merito intelligendum eſt hoc etiam habere locum, quando poſt illud tempus ſtatutarium laicus eſt in poſſeſsione rei, quia illud idem compræhendi, ex mente legis dicendum eſt. 4

Secundo declarabis hanc legem debere procedere in eo qui fundum colit Eccleſiæ etiam tamquam colonus, cum certa penſione, vel ſi partiarius colonus ſit, nam eius iuris eſt fructus fundi, hipothecatos eſſe domino tacitè pro penſione debita, l. In prædijs, ff. in quibus cauſ pign. Adeo vt ſi adhuc extent in fundo poteſt dominus eos retinere ne extrahantur, Valaſ. de iure emphyt. q. 20. n.15.Gracian.diſcept.forenſ.cap 25. n 14 quia qui conducit non facit fructus ſuos, niſi ſoluta pẽſione, vt per Caldas Pereira de emption.cap.23.num 13. Mendez de Caſtro lib.3.cap.21 nu.61 & lib 4 cap 4 n.9. Farin deciſ 783. adeo vt dominus habeat prælationem anterioribus creditoribus, Surdus deciſ.97. n 4. Gracian.vbi ſupra nu 9. Cùm ergo Eccleſia pro re ſua agat, violenter denegatur penſio,& pro ea poteſt laicus trahi ad iudicium Eccleſiæ, ſuppoſita Ordinatione Regia quæ iam illud idem in conductoribus admiſit, cùm nihil interſit, an conductio ſit plurium annorum, vel ad annum tantum, an expræſſa, vel tacita, & in ſpecie dixit Innocent. in d. cap.Si clericus, Valaſ.d cap 39.nu 14.& 5

quód

quod magis eſt quòd idem erit ab eo in quem ceſſa eſt actio, Gutierrez canon. lib.1 d.cap 34.n.50 & 51.

6 Amplia tertio, in ſindico alicuius religionis, vel collegij, qui ob ſuſcepti muneris obligationem ſe videtur ſubmiſiſſe iudicio Eccleſiæ, vt ibi rationes reddere teneatur, quia conſideratur hic quædam operarũ locatio, ad illud munus obeundum, & colligendos redditus collegij: inſuper æquiparatur tutori, vt per Guid q *69*. n.4. & eſt ſimilis procuratori cum libera Maſcar. concl 1309. n *9*. qui ratione negotij in eo foro conueniri poſſunt, Ord. lib.3. tit.11. § 3. faciunt quæ Auend *de las excepciones*, n.14. & quæ diximus 1.p cap 17.n 17. Nec eo caſu obſtabit Ord. lib.2. titul 1. §.14 quæ vetat prorogari poſſe iuriſdictionem eccleſiaſticam, nam hoc caſu non ex vi prorogationis trahitur laicus ad forum Eccleſiæ, prout in Regno Caſtellæ poſſe fieri teſtatur Gutierez lib. 3 pract d. cap.*26*.n 10. & Azeuedus ſupra citatus, ſed ex natura locationis operarum cum retentione rerum Eccleſiæ iniuſta, cum authoritate inſuper legis regiæ, quæ permittit quòd laici tales adminiſtrationes ſubire poſsint: vnde illa Ordinatio in §.14 ſemper accipi debet, vt agat de illis caſibus qui natura ſua ad temporalem iuriſdictionem ſpectant, vt ibi dicemus, in cuius fraudem laici in Epiſcopum conſentiunt.

7 Ampliatur quarto, hæc Ordinatio in hærede huius adminiſtratoris quia vocari debet ad forum, ad quem defunctus potuit, & vbi ipſe reſpondere debuit ex reg. l Hæres abſens, ff. de iudic. ſicq; olim in Portuenſi Senatu vidi iudicatum contra Agnetem Leitoa vxorem Petri Lopez nobilis ciuis Bracharenſis, qui illius Archiepiſcopiſcopatus redditus receperat, eoq; defuncto, rationes petebantur à nobiliſsima eius vxore, & pronuntiatum fuit vt in iudicio Epiſcopi rationes redderetur, de cuius ſententiæ viribus maxime dubito, quia etiamſi verum putem hæredem teneri reſpondere vbi debuit defunctus, tamen aliud eſt ſi hæres habeat priuilegium clauſum in corpore iuris; quia tunc coram ſuo iudice conueniendus eſt, non obſtante natura negotij, ſeu cauſæ, niſi lis fuerit cæpta cum defuncto; Auendan. de exequend 1 p.cap 1. num 33. Menchaca de ſucceſsio. progr. lib 3. § 22. nu.72. limit. 17. Azin. in praxi Florent. §.2. cap. 12. n.45. Surdus conſ 222. nu *16*. Ceuallos contra communes, q.*36*. à n 1 & p 4. q. 8*96*. n. *625*. & de cognitione per viam violentiæ, p 2. q.13 nu.23. & q.40. nu 5. Tuſcus 4. tom lit H concl.48. Cened. ad decretum collecta 37.n.7 & in pract. q.31. lib 1. nu *9* Gratian Forenſ. cap.*16*. n.31. Barboſ. in l. Si conſtante, ff. ſolut. matrim. §. fin. à nu. 17. & in d. l. Hæres abſens, ff. de iudic. nu 104. Valaſ. conſ. 143 n 14 vnde cùm priuilegium viduæ ſit in corpore iuris clauſum videbatur non poſſe trahi ad forum Eccleſiæ, nec alibi quàm coram ſuo iudice pulſari: vnde illa ſententia ſuſtineri non poteſt, niſi in hærede non priuilegiato iuxta formam Ordin. lib.2. tit.1 §.8.

Amplia quinto, quòd non ſolùm 8
poſſunt conductores ad iudicium Eccleſiæ trahi ratione ſui contractus, ſed à penſionarijs, quibus penſio debita tempore ſtatuto ſoluta non fuit, quia hi ab ipſis conductoribus fructuum ſuas portiones ligitime expoſcunt, quia penſio eſt onus fructibus impoſitum, quos cõductor colligit, faciunt quæ Valaſc. de iure emphyt q.4 à n *6* & q.32. à. nu 23. & q.17. n 17. & 24 Couarr. 3. reſol cap 7. à n.8. & quia licet penſio reſeruata ſuper fructibus alicuius beneficij non ſit beneficium regulariter, ex Felin. in cap. Ad audientiam, n.*6*. de reſcript. Gigas de penſion q.28 Deci. in rub de reſcrip. ad fin. Corraſ de ſacerdotio 1 p cap.4. licet Barbatia in d cap Ad audientiam, n *6*. contrarium concludat cuius arg. ibi dilluit Felin. & Selua de benefic. 1 p. q 3. n.11. qui dicunt cõmunem citantes pro

pro ea, text. in cap. Quamuis, 1. de præbend. lib. 6. quod tamen non probat, ſolùm enim ibi probatur in literis ad beneficia penſionis non compræhendi, quia ambicioſæ, & reſtringendæ, deficit namq; Papæ intentio quemadmodum in beneficio Eccleſiæ Chatedralis, quod etiam non compræhendatur, vt verſ. Quamquam in eodem text. probatur, ſicuti nec curatum iuxta cap. Cum in illis in princip. illo titul. vnde qua ratione iſta non compræhenduntur ex defectu intentionis Papæ, quia literæ illæ ſunt ſtricte intelligendæ ita & penſio vt ille text. probat, vera eſt tamen communis reſolutio.

Vnde licet penſio talis non ſit beneficium, tamen illa penſio eſt quædam portio beneficij ab ipſo ex cauſa ad tempus ſeparata ſecundùm Cardin. in clem. 1. §. Eadem, quæſt. 3. de ſupplend. negli prælator. Gigas de penſio quæſt. 1. Rebuf. de pacificis poſſeſſor. num. 96. & ipſi fructus dicuntur hipothecati pro præſtatione penſionis, & quicunq; illos ſuſceperit tenetur ſoluere penſionem, arg. l. In prædijs vbi Doctores, ff. in quibus cauſ. pig. Iaſ. in l. Item quia, n. 15. ff de pact. facit l. 1. vbi Doctores, C. ſi ob publ. penſit. l. Cum poſſeſſor, ff. de cenſib. l. Imperatores, ff de publican. cum vulgaribus, licet Barboſa videatur ſentire penſionem eccleſiáſticam, ex obligatione perſonali tantùm recipi in l. Diuortio 2. p. num. 40. aliàs namq; eſſet in manu penſionati illudere penſionarios conſtituendo conductores, à quibus antecipatam ſolutionem acciperet, deinde facit quia cùm hæc quæſtio ſuper fructibus, ſeu decimis ſit facti, eſt mixti fori ex Barboſa in l. Titia, ff. ſolut. matrim. num. 48. quare cum in foro Eccleſiæ prius conductor conueniatur ſuper illo facto decimarum præuenta debet cenſeri iuriſdictio, ne alibi agi valeat.

9 Vnde ſi contigerit fructus beneficij alicui addici, vel inſolutum dari pro debitis beneficiarij, ſemper tranſibunt fructus cum ſuo onere, vt penſionarius in iudicio Eccleſiæ agere poſsit, l. Is qui opus vbi Iaſ. num. 6. ff. de noui oper. Tiraq. de retract. §. 1. gloſ. 9. num. 102. Barboſa in l. Poſt dotem, num. 5. ff. ſolut. matrim. D. Caldas Pereira de extintione cap. 3. num. 33. & de emptione cap. 27. num. 79. & cap. 10. nu. 10. facit Ord. lib. 4. tit. 3.

Pariterq; erit dicendum, vt beneficiatus cui portio ratione alimentorum reſeruatur cum beneficio: poſsit à conductoribus ſuam portionem in iudicio Epiſcopi petere, licet ipſe non locauerit quia factum iudicis hoc caſu reputatur factum partis.

Et ideo ipſe poteſt conductores in iudicio Eccleſiæ pulſare pro ſua portione, cum hæc parochi alimenta ſemper fori eccleſiaſtici ſint vt agnoſcit Ordinatio Regia, lib. 1. tit. 62. §. 76. & 77. vbi diximus in 1 p.

Amplia ſexto, è conuerſo quod ſicut conductores ad forum Epiſcopi trahi poſſunt, ſic pariter, & ipſi trahere poſſunt ad eundem forum parochianos qui decimas non exoluunt, quia eo caſu conductor ex ceſſa actione agit nomine Eccleſiæ, vt dixit Guterrez lib. 1. canno. cap. 34. n. 49. & diximus latè ad Ord. lib. 2. §. 9. 10

Amplia ſeptimo, vt ſicut conductores trahi poſſunt ad forum Eccleſiæ, pro mercede locationis, ſic pariter compelli poſſunt pro pœnis viſitationum in Eccleſiâ, vel comenda impoſitis, quia ſequuntur illa onera res ipſas, vt ſuprà dixi: nec obſtat quód Ordinatio in d. §. 9. videtur loqui cum ſolis Prælatis, qui mercedem ſuarum locationum exigũt, ex quo illa Ordinatio non videtur ad alios caſus extraneos extendenda, & ſatisfit quod non excludit caſus ſimiles, in quibus eadem eſt ratio: vnde fit quod diſpoſitio etiam odioſa compræhendit caſus æquiparatos per viam regulæ, in quibus eadem eſt ratio 11

O D. Caldas

D. Caldas Pereira verbo Hunc contra-ctum, num.36. in fine, quod ego exten-do vt non ſolùm locum habeat in pœ-nis quæ reſpiciunt tempus arrenda-menti, ſeu conductionis, ſed pro illis quæ præcedunt locationem, quia cùm onus reale ſit fructus ſequitur, & inſe-quens tempus influit, reſeruata condu-ctori contra locantem actione pro eo quod eius cauſa vtiliter ſoluit arg. l.Sol-uendo, ff.de negot.geſt. vnde vidi iudi-catum conductorem non releuari in his caſibus, etiamſi iàm merdedem an-ticapate ſoluiſſet. Verba ſententiæ ſunt.

E o ſupplicante poderà requerer deſpois de ter pago ao Vigairo, ſe lhe pareçer, que à cuſta dos fruitos da comenda, pois pagou dantemão, lhe faça ſatisfazer o que pelo Comendador pagou, &c.

Amplia octauo, quòd non ſolùm ip-ſe qui locauit fructus aget in iudicio Eccleſiæ pro ſolutione ipſorũ, verum ſi renuntiauerit beneficio, ſucceſſor in be-neficio poterit pulſare conductorem, vt remoueatur à conductione, quia cum ius prædeceſſoris per renuntiationem expirauerit, nouus ſucceſſor non tene-tur ſtare locationi, poteſtq; conducto-rem repellere, quia ſingularis ſucceſſor non cogitur locationi ſtare, niſi caſibus iure expræſsis, l.Emptorem, C.de loca-to, proſequitur D. Caldas Pereira de emptione, ſicq; in facto iudicauit Se-natus.

Supradictam Ordinationem limita- 13
bis quando inter duos conductores controuertitur, quis eorum debeat præ-ferri, quia cum eo caſu Eccleſia non agat, ſed lis mota ſit inter partes, ad iu-dicem ordinarium Rei pertinet cogni-tio, cap. Cùm ſit generale de foro com-pet. cum vulgaribus, nec obſtat quòd hoc caſu ſuper facto decimarum con-trouertitur, quo caſu ſi prius in iudicio Eccleſiæ actum ſit, ibi videtur iuriſdi-ctio præuenta, ex his quæ Barboſa in l.Titia, ff. ſolut. matrim. num.48. quia reſpondetur quòd hæc quæſtio non eſt ſuper decimis, quia verſatur circa præ-lationem vtriuſq; conductionis, vnde inter ſæculares non alius quàm ſæcula-ris iudex eſt: vnde ſi Prælatus ſe immiſ-ceat ad decidenda ſimilia dubia, vide-tur quòd recte tanquam ab abuſu ſup-plicari poteſt, quia inter ſubditos ſæcu-lares cognoſcit, & habebit locum diſpo-ſitio Ordinationis lib.2. tit.1.§.17. quod quidem ita Senatui placuiſſe mihi con-ſtitit.

De Ordinatione lib.2. titul.1. §.10. diximus ſupra ad Ordin.d.tit.1.§.6.

SVMMARIVM.

1 *CLericus laudatus defendit emptorem in foro ſæculari.*

2 *Quæ ſit ratio? ibi.*

3 *Qui ſentiant contrarium.*

Clericus defendit in ſæculari.

Clericus non poteſt conſentire in iudicem non ſuum. ibi.

Denuntiatus voluntarie litigat ſi ipſe velit. ibi.

Hic caſus eſt poſitus extra clericale priuilegium. ibi.

Confunditur opinio Martæ. ibi.

4 *Interpretatur lex tertia, C.de iure fiſci.*

Fiſcus ſi aſsiſtit cauſa defertur ad ſuum iudicem. ibi.

Emptor reì fiſcalis apud ſuum iudicem conuenitur. ibi.

5 Fiſcus excepta cauſa nullitatis vtitur iure priuati.

Clerici non gaudent priuilegio Eccleſiarum. ibi.

6 Nuntiatio duplex eſt, vel à colono, vel à reo conuento.

Quando colonus nuntiat clericus fit dominus litis, & cauſa remittitur ad ſuum iudicem. ibi.

7 Quando reus nuntiat, clericus ſubit forum laudantis.

8 Vſufructuarius an nominet dominum?

9 Nuntiatio quomodo fieri debeat?

10 Laudatio fit omni tempore, attento iure.

De iure regio fit tantùm ante publicatas atteſtationes. ibi.

Si plures ſint authores nominandi, oportet omnes vocari. ibi.

11 Nuntiatio ceſſat vbi notoriè conſtat de non iuſtitia partis.

12 Eſt tamen opinio ſuſpecta.

13 In hoc Regno talis opinio non admittenda.

Nuntiatio eſt pars contractus præcedentis. ibi.

14 Quando executiue agitur contra emptorem, non requiritur laudatio.

Vel ſi reus, & laudandus ſimul citantur ad cauſam. ibi.

15 Nominatio ceſſat in omni actione perſonali.

16 Venditor re euicta tenetur ad intereſſe.

Duplum non venit niſi promittatur. ibi.

Laudatus quando litem ſuſcipere poſſit. ibi.

17 Confunditur opinio Barboſæ dum ſentit ante litem motam poſſe laudandum ſe liti offerre.

18 Laudatus an in eodem foro poſſit conueniri vt ſoluat.

Confunditur Barboſæ opinio. ibi.

Clericus in ſuo foro pulſandus eſt. ibi.

Aduerſus fideiuſſores agitur in eodem iudicio. ibi.

19 Contra aſsiſtentem non proceditur in eodem foro.

20 Euictio ceſſat in pluribus caſibus.

Si non fiat laudatio tempore debito. ibi.

Si non proſequatur emptor appellationem. ibi.

21 Interpretatur l. Harenius, §. Caya. ff. de euictio.

Sit præſens, vel abſens laudandus, non mutat neceſsitatem nuntiandi. ibi.

22 Euictio non datur expulſo.

23 Si emit rem ſcienter alienam.

24 Ceſſat euictio in donatione.

25 Ceſſat ſi ſententia eſt nulla.

AN CLERICVS TENEATVR SVbire iudicium ſæculare laudatus à laico emptore, vt eum defendat, ad Ordit. lib. 2. tit. 1. §. 11. & lib. 3. tit. 44. & 45.

CAP. 32.

VErba Ordinationis ſunt: *Eſe o Clerigo vendeo algũa couſa ao leigo, & o leigo he citado, & demandado por ella perante ſeu juyz ſecular, & o Clerigo for citado, & requerido pelo leigo que lhe ſeja author, o Clerigo o deue defender perante eſſe juyz ſecular aonde o leigo he demandado, ſe author quizer*

quizer dar a dita demanda. Ideſt, ſi clericus aliquam rem vendidit laico, qui ratione illius pulſatur in iudicio ſæculari, clericuſq; laudatus ſit vt eum defendat, ipſe debet reſpondere in eodem iudicio ſæculari, in quo laicus citatus extitit, ſi authorem litis eum vocare velit, quæ Ordinatio deſſumpta fuit ex concordia vnica cum Rege Alphonſo tertio, cap 2. vt videri poteſt 1. part. huius tractatus in ſecunda concordia Regis Alphonſi d. cap.2. fol.220 n 36.

Ligare clericos diſpoſitionem, l. Ven-
1 ditor, ff. de iudic. videtur ſentire Regia Ordinatio, dum diſponit vt in ſæculari foro præhabita nunciatione emptoribus aſsiſtant, cum qua conuenit lex Caſtellæ 57. titul.6. part.1. vbi gloſ. 6. & gloſ. 2. in l.3. titul 4. part. 7. & l. 29. titul.2. part.3. l.32 titul 5. part 5. in quo ſecundum ius reſpondit ex Aufrer de poteſtate ſæcular. reg 2. fal. 5. num.23 Couarr. practic. cap 8. num 3. Gama deciſ. 332. Guterrez pract. lib. 1. q. 3 num 4. ille enim qui ad cauſam voluntarie accedit, vt alteri ex litigantibus aſsiſtat, tanquam ſimplex defenſor, propter affectionem cauſæ, & proprium intereſſe, non poteſt mutare iudicium ex ſua perſona, & iuris diſpoſitionem, de qua in l. 1. C. vbi in rem actio. quia reſultaret quædam nouatio tam reſpectu iudicij, quàm obligationis quæ non fit, niſi de partis conſenſu, cui ius agendi competit, l. Si mandato, §. 1. ff. mandat. Bartol. in l. Solutionem, ff de ſolution num 6. Bal. in l. Si actor ad fin. ff. de procurator. Nata conſ 360. num 2. lib.3. receptum dicit Ioannes de Amicis conſ 19. nu.2. quos citat Barboſa in d. l. Venditor, num 107. Couarr. reſol. lib.3. cap. 17. Paz in praxi tom 2. fol 41 num.1. Bobadill. 2 part. polit cap. 18. num. 169. Ceuallos 4 part. quæſt. 1. num.626. Cened. collect 37. num. 8. Adeo vt licet venditor fori priuilegium habeat, tamẽ illo vti nequeat, vt cauſam ad ſuum iudicem trahat, cuius rei rationem aſsignat Cabalin de euictio. § 3. nu.118. quod ea ſit quia cum reiuindicatio reſpiciat rei poſſeſſorem, in quem actio dirigitur, non veró ipſum venditorem, ideo ſolúm forus rei conuenti attendi debet, Socin. conſ 91 lib.3. poſt princip. Nata conſ. 360. num. 4. lib 3. ſed melius ſentit Gail obſeruat. lib 1. cap 17. à num. 3. quòd hoc caſu venditor verè aſsiſtit ſuo emptori, vt ipſum iuuet, ac tueatur, vnamq; perſonam rei vterq; conconſtituit, ex quo fit quòd vna perſonà non debet diuerſo iure cenſeri, cumq; aſsiſtens accedat reo qui in illo iudicio iam pulſatus proponitur tanquam acceſſorium, in eo iudicio reſpondere cogitur, cum inſtantia ſemel cæpta extingui non poſsit, Socin. Iun. conſ 46 n 8 lib 1. ſicq; procedit Ordin. lib 3 tit 20. §. 32. & titul. 45 §. 11 Couarr. pract. cap 13. vnde diſputat Syluan. conſ. 49 n 80. an confeſsio facta ab aſſiſtente præiudicet ſocio, multa Cabed. deciſ 97. 2. part. n 13. & deciſ. 118 nu. 7. part. 2.

Adhuc tamen non deſunt qui dubi- 2
tent, an clericus accedens ad iudicium pro defenſione rei ſuæ poſsit, ratione ſui priuilegij, cauſam ad ſuum iudicem auocare, ex authoritate gloſ 2 in cap Clericus nullum 11. quæſt. 1. ad imaginem fiſci, qui ſuum emptorem defendit in ſuo foro, ex l.3 C de iure fiſci lib. 10. ſecundum gloſ quam probat Paulus in dicta l. Venditor, num 3. Decius conſ vltim. num 8 & eſt apud nos expræſſa lex regia lib. 1. titul. 9. §.16 & titul 12 §.2. & titul.10. §.7. quibus locis diſponitur quòd vbi procurator Cæſaris ſe opponat, vel aſsiſtat, cauſa ad iudicium Regiæ Coronæ deferatur, ſicut ergo Cæſar hoc vtitur priuilegio, ſic pariter Eccleſia eodem frui debet, ex æquiparatione, quã inter eos facit gloſ. in l. Imperatores, ff. de rei uẽd quod ita in Cæſare dixit Capic. deciſ.197. n.7 Boer deciſ 69 n.35 Perez ad

leges

leges Caſtel. lib. 5. tit. 2. l. 4. vbi gloſ. pen. Barb. in l. Si conſtante, §. fin. ff. ſol. matr. n. 17. verũ quia hæc ſententia nec adeò probabilis, nec iuri conſona eſt; hanc euictionis materiam ad ſequentes articulos reducam. Primus eſt.

An clericus ab emptore interpellatus teneatur eum defendere in ſæculari?

3 Controuerſa eſt quæſtio; & clericum indiſtinctè non teneri in foro ſæculari reſpondere, dixit Bal. in auth. nunc ſi hæres, n. 3. C. de litigioſ. in praxi ſeruari dixit Aretin. in §. Omnium de action. nu. 19. Barboſ. in d. l. Venditor, n. 139. & in Neapoli practicari teſtatur Maranta in ſpecul. par. 3. diſt. 11. n. 78. Afflictus in Conſtit. Regni incipit Si quis, Capici d. deciſ. 197. n. 7. Grãmatic. deciſ. 21. quorum opinionem amplectitur Marta de iuriſd. 4. p. cent. 1. caſ. 34. n. 21. cuius opinionis fundamẽtum eſt, quòd clericus conſentire non poteſt in laicum iudicem, ex prohibitione, cap. Si quis diligenti de foro cõp. quando autem citatur ad defenſionem cauſæ, conſtat ipſum vocari, & notificari vt defendat, eo prætextu vt contra eum competat euictio; quo caſu non voluntarie, ſed iuris neceſsitate coactus acccedit, vt rem ſuam defendat, cuius æſtimationem refundet, niſi emptori aſſiſtat, quare illa prior opinio quæ habet quòd clericus denuntiatus debet defendere ſuum emptorem, in foro ſæculari debet exponi vt procedat quando clericus non vocatus, ſed ſponte, pro defenſione emptoris accedit, illi aſsiſtens, vt diſponit Ordin. d. lib. 3. §. 32. aſsiſtens enim non citatur ad cauſam; vt illa Ordin. diſponit, ſicq; loquuntur DD. pro contraria parte citati, vt eſt Bal. in d. l. Venditor, ibi, Quod de clerico qui vult in ſe ſuſcipere iudicium, Abb. in cap. Quoniã frequẽter, §. In alijs, n. 28. vt lit. nõ cont. hoc idẽ dicit Burg. & alij, quos in hunc modum ponderat Marta d. caſ. 34. nu. 10. nam de reo voluntario, aliter quam de neceſſario, & citato iudicandum eſt, ex Butrio in cap. fin. de emption. & vendit.

Contrariam tamen opinionem; imò clericum denuntiatum in foro ſæculari reſpondere teneri, dixit Aufrer. citato loco, vbi ita eſſe de conſuetudine Franciæ teſtatur, & ad Capel deciſ. 360. nu. 2. idem obſeruari in Curia Tholoſana, & in Hiſpania Couarr. pract. cap. 8. nu. 3. ex d. l. 57. part. 1. in hoc Regno Barboſa in d. l. Venditor, n. 137. Cabalin. in d. §. 3. nu. 119. Fachineus lib. 2. cap. 37. verſ. communis eſt, & vera ſententia Gail. obſeruat. 37. n. 7. & alij.

Quæ quidem opinio longe verior, & probabilior eſt; nam ille qui denuntiatus ad iudicium accedit, vt emptorem defendat, reus neceſſarius nũquam efficitur, itavt comparere neceſſe habeat, cùm lis contra ipſum non inſtituatur, & ſententia ferenda ſit contra reum principalem, Bart. in d. l. Venditor, Nata d. conſ. 360. n. 4. lib. 3. & talis aſsiſtens liti propter proprium intereſſe, non reus eſt propriè licet forum, & partes rei ſequi teneatur, vt ponderabat Gail. d. obſer. 71. nu. 3. atq; in hoc non bene aduertit Marta d. n. 10. dum exiſtimauit quòd quando clericus accedit ad iudicium tamquam reus admittitur, adeo vt contra eum ſit dandus libellus, quod alienum eſt à iuris principijs, cùm inſtantia non finiatur per aduentum clerici in perſona rei principalis, imò duret, & cum eo proſequenda eſt cauſa, Ioannes de Amicis conſ. 19. n. 1. Socin. Iun. conſ. 46. n. 5. lib. 1. Barboſa vbi ſupra n. 104. & 114. & ſeq. & eſt Ord. d. tit. 45. §. 8. nam illa doctrina procedit in alio caſu longe diuerſo, quando ſcilicet clericus nominatur, & denuntiatur vt dominus illius rei à colono, vel ab eo, qui ipſius nomine poſsidet; tunc enim ipſe verè reus eſt, & libellus contra ipſum porrigitur, ſicq; procedit l. 2. C. vbi in rem actio, & d. cap. Quoniã. §. In alijs

vt lite non conteſtata,& Ord lib 3 tit 45. §.10. ad quæ non videtur attendiſſe Marta vbiſupra.

4 Nec inſuper obſtabit quód clericus non poteſt conſentire in iudicem non ſuum ex reg. cap. Si diligenti de foro comp. quia illa prohibitio non verſatur in clerico actore, iuxta reg. cap. Si clericus laicum de foro compet. cumq; ipſe agat,quando litem ſuſcepit pro defenſione ſui iuris,nil mirum ſi in ſæculari foro agat: obſtat tamen quód eo caſu clericus non eſt actor, ne dicamus quód in eadem cauſa ſunt duo actores contrarij contra l. Inter litigantes, ff.de iudic. ibi, Alter petitor, alter poſſeſſor, nam cum ipſe reum defendat, illiq; aſſiſtat vnum corpus efficiunt, & reus dicendus eſt; & partes rei aſſumere vt litem defendat pro ſuo intereſſe quod videtur verius, & hunc ſenſum ſequuta eſt Ord d titul 45. § 6 ibi *Se eſſe ſegundo reo nomeado por author, &c.* Et § 8 ibi; *E em todo o caſo onde o ſegundo reo.* Licet eo caſu clericum tamquam actorem conſiderari dixerit Gail. vbiſupra, & eo citato Barboſa minus bene n 103. quare dicendum eſt quód etſi clericus vere non agit quia conuenitur,& reo adhæret, conſideratur tamen ſecundum quid tamquam actor, quia & ipſe non veré reus eſt, quia reus etiamſi nolit actor, cauſam proſequitur,iudicium enim redditur in inuitum; at veró denuntiatus voluntarie accedit vt de iure ſuo doceat tanquam procurator,vt dicit gloſ. in d. l. Venditor,& ſaltem conſideratione iuris agit, vel adminus aſsiſtit reo voluntarie,& ſine vlla neceſsitate legis, & ne fiat nouatio ſine partis conſenſu, vt dicit Ordin.d. tit. 45. § 6 ibi: *Com tenção de innouar a primeira aução.* Et litem cæptam proſequitur in eo iudicio,ne offendatur reg l.Nulli,C.de iud. l.Si mandato, §.1. ff mand l. Vbi cæptum, ff.de iud. Nec vlibi legitur in hoc caſu requiri proprij Epiſcopi cõſenſum ad aſsiſtendum parti,vt neceſſarium arbitratur, Marta vbiſupra n.12. nam hic caſus nunquam compræhenſus fuit ſub prohibitione, cap Significaſti,quaſi extra priuilegium clericale poſitus, prout eſt cauſa reconuentionis, in qua prorogatur à lege iuriſdictio contra clericum ratione boni communis, qui quidem caſus, & alij ſemper apud iuriſdictionem politicam remanſere, nec continentur in canonum reſeruationibus, in quo labitur idem Marta n.14. dum legem Caſtellæ 57. tit.6. part.1 damnat vt latam contra libertatem Eccleſiæ, non aduertens quód iſte caſus nunquam intra limites iuriſdictionis eccleſiaſticæ fuit ſequendo magis communem opinionem, quæ iuriſdictionem cognoſcendi ſæcularibus iudicibus tribuit, & ita obſeruari comprobatur apud varias orbis partes per ſupra citatos.

Neq; inſuper obſtat l 3 C de iure fiſci lib. 10. ex qua deducunt, quód fiſcus quando pro iure ſuo in cauſa aſsiſtit, negotium defertur ad ſuum iudicem, cuius priuilegio gaudet Eccleſia,ex l.fin. C. de ſacroſ. eccleſ. & notatur per gloſ. in l. Si procurator, §. 1 ff. de iure fiſci, Cabalin in d.§ 3.n.124.Couarr.d.cap.8. n.3 Fachineus d.cap 37. in fin. Theſau. deciſ 213. Marta vbiſupra n.15. nam reſpondetur, quód licet controuerſum ſit, an fiſcus venditor habeat hoc priuilegium,& plurimi affirment, vt per Bart. ibi n 4. & Cagnolum in d l. Venditor, n.17. Peregrin de iure fiſci lib 7 titul.1. nu 9. plures etiam negant authoritate, text. in l. vnica ad fin. cum gloſ. C. de vendit. rerum fiſcal. ibi: Emptorem igitur prædiorum, de quibus libellum dediſti apud ſuum iudicem conueni vſurum defenſionibus ſi quæ ſibi competunt, Socin.conſ.91.lib.3. Rebuf.3 tom. ad leges Gal. tit. de dilatio. art 4. gloſ. vnica n 9. ibi, Idem in fiſco eſſe debet, cùm non debeat eſſe in hoc magis priuilegiatus, quàm clericus,quamuis multa pro eo poſſunt allegari,text in l 2. C. ſi aduerſ. fiſcum, & in l. Cum eorum, 5

C.de ſent.& l.Si minori de iure fiſci lib. 10. & in l.vnica,C de vend. rerum, &c. dixit Capitius deciſ. 197. & eſt deciſio Pedamon 213.n.3. quos citat idem Barboſ. num.152. ſequitur Marta d. caſ. n.15.& 18.

Verùm Marta non ſatis reſpondet dum ex collatione Doctorum nititur oſtendere contrariam non eſſe magis communem, poteſt ergo ad illum text. reſponderi cum Socin d conſ 91. ad fin. & Caballin d § 3.nu.25. ex eo ibi agi in foro fiſci, quia impugnabatur venditio à fiſco facta quòd nulla eſſet, quo caſu fiſci factum impugnatur,& arguitur, ex quo fructus eſſent reſtituendi, & nihil mirum ſi apud ſuum iudicem illa quæſtio eſſet agitanda,ex l 1.C.de fid inſtru. lib. 10. l. Ad fiſcum, C. vbi cauſ. fiſcal. quare propter nullitatis cauſam,in alijs fiſcus iure vtitur priuati, quando emptori aſsiſtit, ita Bart. in l. vnica, C. de vend.rerum fiſcal poſt princ.quem ſenſum videtur ſequi Regia Ord d.tit 45. §.fin dum fiſcum aſsiſtentem non vti ſuo priuilegio ſtatuit,prætterquam quãdo lis ſit ſuper re à Rege habita, tit. donationis,non verò venditionis,quia cũ res à Principe donata non aliter peti poſsit, quàm annullata donatione regia,reſpectu nullitatis oppoſitæ, ipſe fiſcus eſt ligitimus defenſor.

Cui intellectui non obſtant Ordinationes ſupracitatæ,in quibus regius procurator aſsiſtens cauſam ad forum Regis auocat,nam illud procedit ex ſpeciali prouiſione legum regiarum: nos autem loquimur attento iure communi, nec Regibus imputari poteſt,quòd illud idem priuilegium clericis non conceſſerint cum ad validitatem legis ſæcularis ſufficiat, quod priuilegium clericis à iure competens non adimatur.

Maximè quia etiamſi diceremus hoc priuilegium eſſe Eccleſijs communicandum,adhuc eſſet abſurdum illud ad clericos extendere,qui Eccleſiarum priuilegijs non fruuntur,niſi in caſibus iurè expræſsis,vt latè explicat Couarr.lib. 1. var.cap 4. num 3. & diximus cap.27. num.9.

Ex quibus infertur in hac materia, quód clerico denuntiari poteſt, vt ſolet fieri, idq; dupliciter, vel ab eo qui eius nomine poſsidet,vel à reo qui nuntiauit litem vt eum defendat: & inter vtrũq; caſum maxima eſt differentia conſtituenda, nam in primo caſu quando denuntiatio fit a colono,vel alio per quem clericus poſsidet, cum eo caſu ipſe denuntiatus ſit dominus rei ſuper qualis agitatur, ſtatim iudicium tranſit in laudatum, & inſtantia perit contra colonum qui abſoluendus eſt ab obſeruatione iudicij, l 2.C.vbi in rem actio, d § In alijs, Gama deciſ 332 n 1, Rota Bononi. deciſ 93. Barboſa qui alios citat vbi ſupra num.127 Ordin.d.tit.45 § 10. quæ quidem Ordinatio eſt notabilis in eo, dum iubet vt laudatus à colono citetur ad cauſam, etſi ipſe non compareat in illo eodem iudicio contra illum, tamquam contra contumacem procedatur vſque ad ſententiam diffinitiuam;ſi autem compareat allegata exceptione declinatoria fori ad ſuum iudicem remittatur, quæ diſpoſitio nullatenus cõuenit quando clericus à colono vocatur, nam eo caſu ſufficiet illa nominatio vt abſoluatur à iudicio colonus ſtatim remiſſa cauſa ad iudicium Eccleſiæ, ratio eſt quia clericus ad iudicium ſæculare vocari nequit, nec ipſe tenetur ibi comparere declinatoriam allegaturus quia iudicium eſt omninò vetitum, & ſic ſunt accipienda quæ Gozad. conſ. 27 n 2. Panor conſ 49 vol.2 n 2 & quæ Alex conſ 117.vol.5.nu 9.& gloſ.2.l.73. tit.18 part.3.

Ex quo fit vt huius Ordinationis forma,ſeu procedendi modus eo caſu ceſſare debeat, quæ ſolùm inter laicos diſponit,& illicó cauſa remittenda erit, & ad hunc caſum pariter debent reſtringi quæ generaliter Marta d caſ.34. nu.10. vbi tenet quód cauſa ad iudicium Eccleſiæ

cleſiæ ſtatim oblato libello remitti debet, & in ſpecie Ripa cap 2. n 24. de iud. Grãmat. d. deciſ. 21. n. 3. Nata conſ. 324. lib. 2 ad fin. Barboſa nu. 128 Gama d. deciſ. 332. nu. 2. Afflict. deciſ 217. idem Gama deciſ. 265. n. 4.

7 In ſecundo autem caſu nominari poteſt clericus à reo, qui ius in re habeat, veluti ab emphyteuta, vel vſufructario, vel ſimili poſſeſſore; qui cum per reiuindicationem in iudicium vocatur dominio directo litem denuntiandam petit, in quo articulo extat doctiſsimã Gama deciſio 332. num. 2 & deciſ. 295. vbi pronunciatum refert quód dominus in eo iudicio tenetur reum defendere, ex gloſ. in d. l. Venditor, & in l 2. C. vbi in rem actio, in qua varié DD. loquuntur, quidam vſufructuarijs, & emphyteutis, dominum nominare permittunt, vt eſt Odofred. & Salic. & alij nominationem abſoluté negant; inter quos Acurtius reſtringit illius legis diſpoſitionem ad ſolos colonos, quem ſenſum videtur ſequi Regia Ordin. d. § 10. mediam viam ſequitur Bart. vt vſufructuarij reſpectu ſui iuris dominum nominare nequeant, reſpectu veró iuris dominici quód proprietatem concernit recté poſsint.

8 Cuius media ſententia verior videtur, & in iudicando probanda, vt illicò poſsit emphyteuta conuentus clericum authorem nominare, ſi quæſtio moueatur ſuper iure proprietatis, licet reſpectu ſui iuris non poſsit, ne videatur ſe liti offerre quo caſu poſſet condemnari ſi paſſus eſſet litem agitari, ex reg. l. Si is qui ſe obtulit, ff. de reiuindic. atque ideo meritò ab eo diſcedit Barboſ. num. 132. cum Bart. in d l 2 nu. 9. Salicet. 5. Paulo 12. quos citat Rebuf. ad leges Gal. 3. tom. tit. de dilation. art 2 gloſ 1 n. 10. Valaſ. de iure emphyt q 18 nu 24. Nam ſicut colonus dominum nominat quando pro iure alieno conuenitur ſic pariter emphyteuta, quia quoad hoc colono æquiparatur vt optimè pungit Gama d. deciſ. 265. num. 2. quibus addo Ferrari. in ſua praxi ciuili, in forma libelli, in actione reali, verbo Tenet, Deci. conſ. 62. n 3 Miſinger centur. 2. obſeruat. 58. & cent. 3. obſer. 24. Afflict. d. deciſ. 217. late Marian. Socin. in d cap. Quoniam, §. In alijs, á num. 100. Marcus deciſ 832. part. 1. Pinel. in l 1. C. bon. mater. nu 62. Caualcan in tract. de vſufructu á nu. 7. Ficardus lib 3. commun. tit. 15. num. 12. Flores ad deciſ. 332. & 265. vbi vide quam ſententiam merito amplectitur Barboſa d n. 132. & á Gama diſcedit.

Quomodo fieri debeat nuntiatio.

Oportet venditori litem nuntiari vt euictionis remedium emptori competere poſsit, d. l. Venditor, l 1. C. de pericul. & comodo reiuend. l. Emptor fundi, C. de euict. cap fin. de emp & vend. & comprobatur ex l. 32. tit. 5. part. 5. quæ nuntiatio debet fieri cum expræſsione cauſæ, ſeu litis motæ, vt in d. cap. fin. ibi, Vt rem venditam ſibi defenderet nuntiare, Duen. reg 241. Couarr. reſol lib. 3 cap. 17 n 2. Maranta de ordin iudic. 6. p. memb. 5. n 1 Ord. d. tit 45. § 2. nec ſufficiet quód ipſe venditor ſciat litem pendere, quia etiam ſcienti debet fieri denuntiatio cum pro forma á lege requiratur, ex Bal in l. 1. nu. 6. C. de pericul. & comod. quia non ſolùm requiritur ad certificandum venditorem, ſed vt virtute illius denuntiationis poſtea conueniatur, quam actionem remittere videtur qui denuntiare omiſit, l. ſi fundo 53 §, fin ff. euict, Bart. & Salicet in l. Emptorem ff. actio emp. Rebuf. ad leges Gal. 3. tom. tit. de dilation. art. 5 gloſ. vnica, nu. 37. Deci. conſ. 74 col. fin. nam ſicut pacto tolli poteſt euictionis actio ſic pariter in contractu ineſt, vt venditori lis nuntietur, deducitur ex Bart in l. Denuntiaſſe in princ ff de adult & in l. 2. §. voluntatem, ff de ſol matr. cõmunis ſecundũ Decium conſ. 74 poſt nu 2. Viuius lib. commun. 9

commun. verbo Venditor, fol 174. Valaſ.de iure emphyt.q 27.n.13. in fin. Capella 407. Couarr. d.cap 17.num 3. tenorem libelli mittendum dixit Rebuf. ad leges Gal.fol 346.n 33. Couarr. d cap 17 poſt. n.2 Gigas de penſion.q. 77 n 21. Maranta 6 p. tit.de laudatione, n.7.ſed praxis aliud obſeruat vt per Gomez 2.tom.cap.2 poſt nu.39. Duen. vbiſupra limit. 2 quem ſenſum amplexa eſt Regia Ordinatio d.tit 45.§.2.

10 Quo autem tempore debeat laudatio fieri dubitari poteſt, & attento iure omni tempore poſſe fieri conſtat ex l. Si rem, ff de euiction. vbi gloſ.vlt. quæ firmat ſufficere vt fiat ante teſtium publicationem, vt ſcilicet fiat tẽpore quo proficiat gloſ.vlt in d.l.Si rem,gloſ.1. in l.Si eum 17.C. illo titulo, Couarr. vbi ſupra num 8. Gomez 39. cuius gloſ. opinionem ſequuta videtur Regia Ordinatio in d. § 2 ibi: *Antes de abertas, & publicadas*, licet Couarr. vbiſupra teneat vt ſufficiat ſi in gradu appellationis laudatio fiat; quem ſenſum verba legis regiæ non patiuntur, illius tamen opinioni locum fore exiſtimarem quando ſententia lata contra abſentem, & indefenſum ipſe appellauerit, & comparens remedio, l Per hanc, C de temp. appell. admiſſus ſit ad allegandum ea quæ in prima inſtantia non allegauit venditorem laudat; vt iuſ ſuum defendat vtiq; eo caſu nominationem admittendam dicerem, gloſ. in d l Si rem, Bart. in l. aut qui aliter, ff. de vi per text.in l. Ita demum, C de procurator. quam ad id adducit Gomez d. c 2.n 38.verſ Ex quo infertur.

Si autem plures ſint authores nominandi ad cauſam, non ſufficit vt alter laudetur, oportet enim omnes laudari l Si rem, 2. § 1 ff.de euictio Rebuf vbi ſupra nu 28 & ſicut non ſufficit vt quis per tertium certus fiat de lite, niſi per ipſum emptorem, vt dixit Capitius deciſ. 106 n 2. Cabalin.d §.3 num 6 Barboſa n 12 ita pariter non ſufficiet vt denuntiatio fiat procuratori generali ipſius denuntiatis, gloſ l 32 .tit.5 part.5. lit.H. Rebuf. d. n 28. nec ab hoc onere excuſatur minor, vel Eccleſia, Couarr.d.cap. 17. n 4. Mencha. forenſium cap 9.n.13.

In quibus caſibus ceſſet nuntiatio.

Denuntiationis neceſsitatem ceſſare dixere plures quando de notoria cauſæ iniuſtitia conſtet, ita vt nulla venditori competere poſſet defenſio, cuius opinionis fundamentum eſt in l Si vendideris, & in l Non tamen ff de euictio. ex his quæ Alex. conſ 63. n.12 lib 6 Burgos in cap vlt.de empt & vendi.n 6. Craueta conſ 83.n 6.& conſ. 179 n 6. Capi.deciſ.106.n 4. Aufrer.ad Capel.q 407.fal 6. Nata conſ.232.n 5. lib. 1. Afflict. deciſ.49 Menoch. conſ. 128. n 16. Gregor.verb. *No lo fizieſſe*, in d.l 32 vltra alios citatos à Barboſa in d. l.Venditor, nu 30. quorum opinionem ipſe ſequitur. 11

Hæc tamen opinio mihi valde ſuſpecta eſt, cùm videam denuntiationis neceſsitatem eſſe partem contractus innixi, vt ſcilicet venditor ſe de euictione obligauerit ſi præhabita tali denuntiatione interpellatus eſſet, conformando ſe cum diſpoſitione iuris, à quo contractus, & clauſulæ in eo appoſitæ interpretationem recipiunt arg l. Quod ſi nolit, §. Quia aſsidua.ff.ædilit edict ibi, Quia aſsidua eſt dupli ſtipulatio idcirco placuit, & ex empto agi poſſe ſi de dupla venditor mancipij non caueat, videlicet in contractu non reperiatur expræſſum quod non facta denuntiatione vẽditor non teneatur, tamen ſufficit ex mente partium ita ſubintellectum accedente diſpoſitione legis quæ ſequuta mentem contrahentium, ita faciendum ſanxit, in quo formam induxit, ex Bal. vbiſupra, quæ forma omitti nequit ſine nullitatis labe, l.Conſtitutionibus, ff.ad muni l.Iullianus, § Si rem, ff.ad exhib. l.Cum eorum. ff. de ſent & interlo, ibi conſe- 12

conſequens eſt datæ formæ obtemperari, atque ideo non immerito à tali opinione receſſerunt Bart. Salicet. in l. Emptorem, ff de actio emp. & contrariam dicit commuuem Decius conſ. 74. ad fin. Rebuf. ad leges Gal. vbiſupra, nu. 37. & apud nos eſt ſequenda ex eo quod ſit Bartoli, & recepti communiter ex Ordin. lib. 3 tit. 64. ibi *Opinião de Bartolo.*

13 Quare non videtur tenendum quod non ſit admittenda illa opinio, quæ fuit Imolæ in d. cap. fin n. 24. vt admittatur emptor ad probandum quòd nulla defenſio competebat venditori, cùm nulla cauſa adeo deſtituta ſit fundamento, quin defendi poſsit, maximè cum eo caſu potuerit emptor laudare vẽditorem, vt cauſam defenderet, quia ipſe eam omni fundamento deſtitutam agnoſcebat, quòd cõprobatur ex eadem ordinatione in §. 3 quæ præcipit vt emptor appellationẽ perſequatur nõ contẽtus prima ſentẽtia iuxta l. Herenius, §. Caya. ff. de euictio cum ex ea ſatis conſtet, & præſumendum ſit, non bonam cauſam fauere venditorem, cum pro iudice ſemper præſumatur; & pro eius ſententia, cap. In præſentia de renuntiatione, & nihilominus iubet, vt appellationis inſtãtiã ſubeat, nulla diſtinctione facta, an notoria ſit cauſæ iniuſtitia, vel non, dixit Pinel. in l 1 3. p fol. 291. n 50. Cabed. areſto 90. & deducitur ex doctrina Bar. in l Si procuratorem, §. Si ignorantes in fin. ff mand. Barboſ vbiſuprà n 56.

Ex quibus infertur non poſſe admitti ſententiam illorum qui aſſerunt poſſe emptorem bonam fidem ſequi, quãdo cauſa iniuſta ſit, & rem ſine lite dimittere non vocato domino, vt eam defendat, vel appellationem non proſequi, quando bonam cauſam nõ foueat, de quo eſt magis communis opinio, teſte Barboſa in d l. Venditor, n. 53 arg. l. Quoties, § Sicut. ff. de adminiſ. tutor. & ex l 2. vbi gloſ. verbo Non abſens, C. de contrario iud. tutel. & in appellatione iniuſta non proſequenda eſt tex in l. Herenius, §. Caya. ff. de euictio. vbi DD. Gomez d. cap. 2. nu 40. Nata conſ. 208. lib. 3. Cabalin d. § 3. n 145.

Verùm hæc magis communis confunditur ex his quæ ſupra dixi in prima huius articuli quæſtione, vbi ex multorum authoritate probaui neceſſariam ſemper eſſe denuntiationem, & hanc partem velut magis rationi conformem ſequuta fuit Regia Ordinatio d. tit. 45. § 2. ibi: *E não o chamando ate eſſe tempo, não será o dito author nomeado obrigado a lhe pagar, &c.* explicat Gama deciſ 79. & 195. & pauló infra: *Por lhe a couſa ſer tirada por ſentença*, arg. Ordin. lib. 3 tit. 87. § 3 de quo Cabe. areſt 90. quibus locis Regia Ordinatio parti ademit poteſtatẽ dimittendi rem liberè ſine lite, ne fieret in poteſtate emptoris occaſione iniuſtæ litis, cuius ipſe non eſt æſtimator præiudicare venditori, nec aliud probant iura quæ pro contraria parte citantur: agunt namq; de tutore qui iniuſtam litem proſequi non tenetur, cùm nulla lex obliget tutorem iniuſtam litem proſequi, quod nullo modo conuenit denuntiationi, quæ fit ex neceſsitate legis ita præcipientis quod factum debet impleri in forma ſpecifica vt probat d. l. Cum eorum, & ſuſtinet vicem contractus inter partes geſti cui ſatisfieri oportet ſicut inter eos conuenit, l. 1 ff. de pactis, atque ex his non videtur doctiſsimũ Barboſam rectè illam opinionem admiſiſſe, in hoc Regno, reluctãtibus legis regiæ verbis, quæ alium ſenſum non admittunt: ſicq; exploditur ſententia Gomez d cap. 2. verſ. Item etiã adde, Cabalini, & aliorũ, qui ex vi notoriæ iniuſtitiæ ceſſare neceſsitatem nuntiandi opinantur, moti authoritate text. in l 1. §. Occiſori, ff. ad Silan. quæ agit de non puniendo ſeruo qui opem non tulit domino, eo caſu quo non prodeſſet, licet ſuccurreret, & l. fin. § 1 ff ad l Rodiam, vbi non tenetur de caſu culpa ſua eueniente, quando talis caſus etiam ſine culpa

culpa eueniret, horum enim iutium arg. quæ in ſuis caſibus loquuntur non debet forma à lege præſtita immutari, & partium conuentio, quia ridiculæ ſunt hæ argumentationes, & ideo non immemor.

14 Dubitari poteſt, an ſit denuntiationi locus quando contra venditorem lata eſt ſententia, cuius executio imploratur contrà emptorem rei, provt ſæpé contingere poteſt iuxta terminos Ord. lib. 3. tit 84. §. 14. & tit 86. §. 4. An ſcilicet eo caſu emptor teneatur denuntiare venditori executionem ſententiæ, & videtur ſemper neceſſariam eſſe nuntiationem, cùm tunc lis incipiat circa executionem, in qua multa allegari poſſunt, quibus ſententia reſcindi valeat, vbi autem pro forma requiritur laudatio, vt ſupra dixi omitti nequit, quia non tantùm ſit nuntiatio, vt venditor ſciat litem mottam, ſed vt impleatur forma legis, & contractus, in quo ſubintelligitur vt denuntiatio fiat venditori priuſquam res dimittatur, etiam quando nulla defenſio competere poſsit, vt dixit Alber. l. At qui natura, §. Cum me abſente in fine, ff. de negot geſt. Grattus conſ. 1. nu 57. lib. 1. Socin. in l. 2. §. fin num. 15. ff. ſolut. matr. vbi Alciatus num 29 Bart. in d. l. Emptorem, ff. de actio. empt. Verùm in hoc caſu non eſſe opus denuntiatione exiſtimo, non ex ea ratione quôd videatur eo caſu nulla defenſio competere parti, & ſic ocioſam eſſe nuntiationem, quia non ſufficit deficere legis rationem in caſu particulari, vt ab eius rigore recedamus, l. Propexit, ff qui, & à quibus, niſi quando negatiue, & contrarie ceſſet, l. adigre, §. Quamuis, ff. de iure patron. Sed ex eo quod iura quæ denuntiationem præcipiunt, procedunt in lite mota ipſi emptori, cui neceſsitas imponitur denuntiandi domino, vt pro ſuo intereſſe aſsiſtat, qui caſus longe diuerſus eſt ab eo, quando cum venditore lis agitabatur ſuper eadem re, & ipſe poſt primam ſententiam executionẽ fecit, antequam appellatio eſſet recepta, iuxta Ordin. lib. 3. titul. 4. §. 14. vel quãdo impedimenta ſententiæ oblata fuere, iuxta terminos Ordin d. §. 4. quo caſu executio debuit perfici, & finiri, quia per impedimenta oblata non retardatur executio, ex eadem Ordin. §. 1. quia his caſibus venditor ſatis denuntiatus eſt ab ipſa lege, cui ſe ſubmiſit executionem faciendo ſub illa conditione reſolutiua, niſi virtute impedimentorum ſententia fuiſſet reuocanda, quo ſuppoſito patet inter ſic contrahentes, non ineſſe pactum quo ſe ad denuntiandam executionem obligaſſent, imò ex natura actus & mente partium colligitur intendiſſe ſe confirmare cum diſpoſitione Ordinationis, vt ſcilicet lata ſententia reuocatoria, res per executionem ablata, ſtatim antiquo domino eſſet reſtituenda, quare hoc caſu denuntiationem hominis ceſſare exiſtimo, cùm à lege ſatis monitus ſit, & via executiua poſſe emptorem pretium recuperare à venditore, & in hoc caſu videtur poſſe admitti, eorum ſententiam qui dicunt ſufficere venditoris ſcientiam, vt neceſſaria non ſit nuntiatio, quia ſciens certificari amplius non debet, l. Item veniũt, §. Petitam, ff de petit. hæred. l. 1. §. fin. ff. actio emp. reg. eum qui certus de reg. iur. lib 6. Alex. conſ. 77. ſicut aliàs nulla nuntiatio neceſſaria eſt quando poſſeſſor rei, & venditor ſimul citantur ad cauſam, vt illi ſentẽtia noceat, quæ aliàs non noceret, ex his quæ Alex. in l. Peregre, §. 1. ff. acq. poſſ. Gama deciſ 265. ad fin. quia tunc nulla nuntiatione opus eſt, ex gloſ. verbo Poſsit, l. Si dictum, ff. de euictio. Rubeus in l. Non ſolùm, §. Morte, ff. de noui oper. n. 426. Socin in d. l. 2. §. Voluntatem, ff ſolut. matr n 18. & Ripa ibi n 23.

Deinde ceſſat authoris nominatio in omni perſonali actione, ex Gama deciſ. 101. addo ad Marant. 4. p. 6 princ. memb. 6 n 7. fol. 304 ſicut etiam ceſſat in interdicto vnde vi, Afflict. deciſ 217. 15

Menoch.

Menoch. remed. 15 recuperand. n. 485. & remed. 16. n. 65. Gama deciſ. 289. n. 2. & ſine vlla nunciatione agitur quando res fuit euicta per hipothecariam, ex Maranta tit. de laudatione n. 2. fol. 399. quia poteſt agi quòd res non fuit tradita libera, citat Alex conſ. 67. vol. 3. & DD. in l. Ex prædijs, C. de euictio. de hac tamen doctrina dubito, cùm videã nuntiationem pro forma exigi, & ex contractu, nihilq; immutari ab his, ſi hoc, vel illo modo, hipothecaria, vel reiuindicatione agatur, cùm contra hipothecariam multa obijci poſsint, ſuper quibus audiri, & vocari debuit, quare horum ſententiam, & attento iure communi, & regio explodendam dixerim: ſine dubio autem abſq; nuntiatione agi poterit quando hoc beneficium remiſſum ſit pacto, ex gloſ. in l. Hærenius 63. ff. de euictio. ibi Pacto ei remiſſa, Rebuf. d. 3. tom. n. 3. Gomez d. cap. 2. d. nu. 38. verſ. item adde, nam remitti poteſt inter partes etiam ius quod venit ex natura contractus, l. 1. §. Conueniat, ff. de poſ. l. Si vt certo, §. Interdum, ff. comod.

Quæ veniant in euictionis obligatione.

16 In euictione continetur vt venditor teneatur ad intereſſe emptori re euicta l. Euicta, ff. de petit. hæred. quod continet duplum, adeo vt ſi per incuriam omiſſa ſit d. duplæ intereſse appoſitio, poſsit emptor conuenire venditorem, vt apponat quaſi à natura contractus ſit probat l. Quod ſi nolit, § Quia aſsidua, ff de edilit. ædict. quia aſſueta poni in aliquo contractu ſubintelliguntur, & pro expræſsis habentur, etiamſi omittãtur, Menoch. de præſumption. lib. 2. præſumpt. 43. Bernard Alphanus in repert. n. 610. Gabriel lib. commun. lib. 6. tit. de conſuetudine à princ. Seraphinus de priuil. iuram. priuil. 73. nu. 44. licet ille text. non ita probet, ſed quòd exempto agi poſsit vt exprimatur, quia cõſuetũ, & melius probatur in l. 2. ff. euictio. ibi, licet dupla non promitteretur ſi eo nomine agetur dupli condemnadus eſt reus, ſequitur Menoch. lib. 1. conſ. 37. n. 29. quem immerito repræhendit Barboſ. in d. l. Venditor, n. 6.

Noſtra tamen Regia Ordinatio in §. 3. hanc dupli æſtimationem non admittit in illis verbis, ibi: *A lhe compra a couſa vencida com ſeu intereſſe, ou pagar o preço que por ella recebeo, qual o reo vencido mais quizer*: quibus verbis ſolùm ſimplex rei æſtimatio continetur cum intereſſe quanti intereſſat emptori rem emptã fuiſſe, vel lucri ceſſantis ſic reiecta differentia quæ de iure communi erat inter pretioſas, & viles, vt in prioribus ſtipulatio dupli ſemper interpoſita cenſeretur, etſi omiſſa eſſet, vt explicat gloſ. in d. l. 2. per text. in l. Emptori, ff. eod. nam de iure regio nulla dupli ſtipulatio competit tacita etiamſi res pretioſa ſit duplum autem peti poſſe, non aliter quam ex conuentione admittit, ibi: *E aſsi ſerá obrigado comporlhe o dobro quando aſsi o prometeo em algum contrato.*

In euictionis obligatione eſt vt venditor illum iudicem ſubeat, apud quem emptor conuenitur, l. 1. C. vbi in rem actio nam contra perſonam rei originarij ſententia ferenda eſt, ex Bart. in d. l. Venditor, Gregor. in gloſ. fin. d. l. 57. Nata conſ. 99. lib. 1. n. 8. & probat Ord. d. tit. 45. §. fin. obſtat tamen Ordinatio d. titul. 45. §. 7. qua cauetur quòd ſi aſsiſtẽs ſuſcipere velit pondus litis præſtita cautione de iudicato ſoluendo, & quòd ſententia ſine impedimento executioni mandabitur eo caſu inuito actore litem ſuſcipiat, & detur nouatio contra illud quod dixerat in §. 6. nam ſatisfit quòd Ordinatio Regia in §. 6 agit de aſsiſtente qui prætendit vt tota actio iam in iudicium deducta in ipſum transferatur, quia ipſe ſe rei poſſeſſorem aſſerit nouata, & extincta priori actione ad quod nõ admittitur actore inuito, ex reg. l. Vbi cæptum, ff. de iudic. l. de qua re eod. quia talis mutatio nullo iure permittitur 17

tam

tam reſpectu illius iudicij, quàm obligationis, niſi partes conſentiant, l. De qua re, §. 1. ff. de iudic. ibi: etiam de re maiori iudicari poſsit ſi inter litigantes conuenerat, Barboſ. in d. l. Venditor nu. 107. At vero in §. 7. diſponit quòd quando nominatus vult aſsiſtere emptori non animo nouandi obligationem, ſed ſuſcepturus defenſionē rei in eodem iudicio præſtita cautione de parendo iudicato is inuito actore admittatur, niſi actor probet in ea mutatione perſonæ ſibi præiudicium generari, quod non repugnat ſupradictis in §. 6. quia ibi egerat de mutanda perſona rei in totum, & actione, hic agitur de ſubrogando nominato in locum rei principalis in eodem iudicio, & in eadem cauſa; quod quidem actor pati tenetur, cùm ſibi non noceat, & proſit aduerſario arg. l. Si actor, ff. de procuratori. ex quibus explodi videtur ſententia Barboſæ in d. l. Venditor n. 108. vbi de iure aſſerit quòd poſsit nominatus comparere in iudicio ante litem motam animo nouandi actionem, ita vt emptor maneat omnino liberatus à iudicio, ad quod adducit text. in l. Sed etſi lege, §. Item ſi rem diſtraxerit, ff. de petit. hæred. qui nihil ad propoſitum conducit, quem text. inaduertenter dixit expreſſum, & aliqua inuenio, ibi animaduerſione digna primū, dum dicit quòd nominatus ante litem motam accedit ad defendendum emptorem, & non percipio quomodo hæc duo ſtare poſsint vt datur nominatio antequā emptor in iudicium vocetur, cùm nominatio authoris citationem ſubſequatur, deinde quomodo qui defenſurus reū accedit venire poſsit ante litem motam, hæc enim duo inter ſe meram continent repugnantiā, nec in illis terminis loquūtur, nec loqui poſſunt, d. l. Sed etſi lege. & l. Si mandato §. 1. ff. mādati, qui ſolum habet quod qui ex mandato meo ſuſcepit litem, non poteſt eam deſerere ante appellationem finitam, ex quorum iurium deciſione non video quid ad noſtrum caſum induci poſsit, cùm verius videatur, quòd nominatio ſemper fiat poſt litem motam, in qua vel ante, vel poſt inuito actore iudicium mutari non poteſt, ſi autem nominatus in eo iudicio agere velit, & ſuſcipere defenſionem rei in totum præſtita cautione à lege regia requiſita, ſolus litem proſequetur, niſi clericus ſit, quia is non poteſt hoc petere, ex reg. d. cap. Significaſti, quia eo caſu fit propriè reus, & ſe ſubmittit foro ſæculari ex ſua perſona, quod ipſe efficere non poteſt, niſi quando iudicium conſiſtat in perſona rei, quem ipſe defendat pro ſuo intereſſe: atque inſuper quia actori fit præiudicium, quia potentior eſt clericus, & difficilioris excuſsionis, dicit Socin. d. conſ. 91. lib. 3. DD. in cap. fin. de emptione, & venditione, vbi Burgos num. 20. d. §. 3. num. 122.

E conuerſo autem dubitari poteſt, an 18 finita cauſa, in qua clericus aſsiſtit pro reo, ſi contingat vt contra eos feratur ſententia, poſsit emptor clericum conuenire in eo iudicio ſæculari pro valore rei euictæ, vel ſuo intereſſe, & licet in alijs authoribus nominatis recipiendum ſit quòd in eodem foro teneantur de euictione reſpondere, vt pluribus citatis dixit Barboſa in d. l. Venditor, num. 183. citato Suarez titul. *de los emplazamientos*, §. 5. à num. 23. qui loquitur in fideiuſſore condemnato, cui tribuit vt via executiua agat in ſententia contra ſuum principalem arg. l. fin. C. de vſur. rei iud. & citat l. Cum eorum C. de ſentent. & interlocution. quem textū allegat ad hoc quod ſi fideiuſſor eſt captus pro debito per eundem iudicem poteſt capi reus principalis, licet aliàs eſſet incompetens, quam deciſionem in text. non inuenio, nec ex eo probatur, rationem aſsignat Barboſa ex eo eſſe, quia hæ cauſæ inter ſe ſunt connexæ, & ideo ad eundem iudicem ſpectant, multa in confirmationem adducit Capicius deciſ. 197. num. 1. & ſequentibus.

P Verum

Verùm hæc opinio mihi nõ applaudet, cùm videam nullam connexitatem verſari in cauſa quæ de nouo emergit ad intereſſe, vel æſtimationem rei contra venditorem, vt tanquam in connexis iudex competens fiat ille qui de cauſa principali cognouit, cum illud ſolum poſſet habere locum, quando ſcilicet nominatus defenſor eſſet fideiuſſor iudicij, non veró contractus, quia tunc eſt illius fori, ac ſi eſſet illius domicilij, vt pungit Bal. in d. l. Cum eorum, & recte in eo iudicio conueniendus eſſet, nam alias oporteret fateremur quòd etiã clericus eodem modo poſſet conueniri in foro ſæculari, quod tamen Barboſa, & alij non admittunt ex ea ratione, quia eſt cauſa noua, vt per ipſum n. 192. ſi ergo noua cauſa eſt; etiam laicus ex tali
8 cauſa erit ad ſuum iudicem remittendus, ex priuilegio quod tanquam reus habet, cap. Cum ſit generale de foro compet. Si autem cauſa ex eo quia connexa eſt principali, in eo iudicio agitari poteſt, pariter pro ea cauſa clericus in foro ſæculari reſpondebit, quia adhuc negocium principale nõ dicitur finitũ, cum omnes dependentiæ prius finiẽdæ ſint, quæ ipſi negotio principali adhærent, reg. acceſſorium de reg. lib. 6. & reſpectu connexorum tam competens eſt iudicium, quàm reſpectu cauſa principalis plura exempla proſequitur Bal. in l. fin. C. ſi aduerſus fiſcum, Aretin. Conſ. 83. per text. in l. Si quis ex argentarijs, § Rationem, quem ibi ponderat Paulus de Caſtro ff. de edend. Socin lib. 2. conſ. 244. num. 4. Omnes autem agnoſcunt clericum non poſſe in ſæculari foro pulſari pro euictione, vt colligitur ex Rebuff. vbi ſupra, n. 344. declarat Angel. in l. Non ſolum, § Quod vulgo, ff. de vſucap. Gramat. deciſ. 21. num. 3. Couarr. vbi ſupra, n. 3. licet pro cõtraria parte citetur Afflict. in cap. 1. nu. 33. ſi de fæudo inter vaſ. Nec percipio quæ differentia ſit inter clericum quo ad hoc, & alium quemlibet priuilegiatum, etiamſi ſæcularis ſit, vt ſuum forum cenſeatur amiſiſſe ex priori lite coram non ſuo iudice mota.

Quare verius videtur quòd ad ſummum via executiua ex ſententia habita agi poſſet contra venditorem, vt vitentur circuitus, l. 2. § fin. cum lege ſeq. ff. ſi quis cautio, ſatis enim auditus proponitur ille qui cauſam defendit, & ſuccedit reg. l. Sæpe, ff. de re iudic. & eſt opinio gloſ. recepta in d. l. Venditor, verbo Soluere, quam ſequitur Bart. & alij, Cagnol. ibi nu. 25. dummodo tamen fiat executio in foro ipſius rei, nec obſtabit quòd in executionibus non attenditur forus, ſed vbicunq; inuenitur reus compellitur ſoluere, & pignora tradere, licet iudex executionis nõ ſit iudex domicilij, ex Cabed. deciſ. 210. n. 1. quia illud debet intelligi, vt procedat reſpectu illius iudicis, cuius iuriſdictionem priuilegiatus prorogauit quoad cauſam principalem, tunc enim ad executionem declinare non poteſt, Vaz conſult. 175. n. 16. non verò habet locum quando apud diuerſum iudicem executio petitur, reſpectu enim illius nulla prorogatio iuriſdictionis datur quæ impediat, vt ille contra quem petitur executio ad ſuum iudicem declinare valeat, maximè cum in executionibus multa accidant quæ cauſæ diſcuſsionem deſiderant. Vnde fit quòd cum in aſsiſtentia nulla prorogatio fiat ex voluntate aſſiſtentis, ſed ibi defendat ex legis neceſsitate, & ſententia feratur contra reum principalem, vtiq; prorogatio ſolùm reſpectu rei originarij conſideranda eſt qui eſt propriè reus, non verò reſpectu aſsiſtentis, contra quem ſententia illa non exequitur, vt infra dicam; qui ſolùm via executiua ex illa ſententia tanquam ex ſcriptura, ex qua conſtat de debito poteſt in ſuo foro conueniri, etſi appertis oculis legantur quæ Suarez vbi ſupra à num. 22. & ſequentibus, dicit totus eſt in probando quòd fideiuſſores contra

ſuum

ſuum principalem via executiua coram eodem iudice agere poſſunt ex eadem ſententia, licet ipſe iudex ſit alias incompetens reſpectu rei, quod in fideiuſſoribus admitti poteſt cum vna, & eadē cauſa ſit principalis, & fideiuſſoris adeo vt fideiuſſor poſsit coram iudice, apud quem executio petitur petere vt ſuis expenſis fiat executio in ſuo principali, ad quod admitti debet, ex l. Si procuratorem, §. Si ignorantes, ff. mandati, ex Hipo de Marſil in rep. rub. de fideiuſſ. 4. q. vbi ait quòd ſi eſt pauper poteſt ſoluere de bonis principalis, Angl in l. Plautius, ff. de procurator. idem Suarez n. 25. in eo enim iudicio quo quis pro alio ſoluit quaſi contrahunt inter ſe partes vt ibi reſpondeant, & conueniantur, arg. l. 2. ff. quod certo loco.

29 Quod longe differt ab aſsiſtentia, in qua nuda partis defenſio verſatur, qua finita res manet in primo ſtatu, vt pro euictione reus in ſuo foro conueniatur, cum ipſe pro aſsiſtentia in nihilo ſe obligauerit reo, aliàs enim fateri oporteret quod ſi illa ſententia lata contra emptorem operaretur contra venditorem effectum executiuum, reſpectu Rei, pariter poſſet ipſe Actor eam exequi contra aſsiſtentem, ſi facilioris eſſet conuentionis, vt ſentit gloſ in d. l. Venditor, verbo Soluere, quod tamen Fulgoſ. & Lancelot. Decius non admittunt Cagnol. ibi num. 25. cùm ſententia lata ſit contra emptorem, & dirigatur in rem, quam ipſe poſsidet, & habeat locum l. Qui reſtituere, ff. de rei uindic. quæ non obligat illum qui nec poſsidet, nec ſe Reo, vel Actori obligauit, vt rectè defendit Barboſa à num. 197 Quare cùm nec empori aſsiſtens ſe obligauerit ex vi ſuæ aſsiſtentiæ, niſi ad hoc vt ſibi præiudicet ſententia, & vt præparetur via euictioni, & incipiat competere actio ad intereſſe quæ aliàs non competeret, niſi ipſi lis, & cauſa nuntiaretur ex limitata illa cauſa ſolùm ille effectus producitur vt emptor ex ſententia contra ſe habita tanquam ex ſcriptura authentica ſummariè agat in iudicio vbi aſsiſtens defendendus eſt.

In quibus caſibus non detur euictio.

Euictionis beneficium aliquando 30
ceſſat. Primo, ſi non fiat laudatio debito tempore, nempe ſaltem ante publicatas atteſtationes, cuius rei eſt ratio, quia cum non reperiatur in iure præfinitum certum tempus, omnino oportet vt fiat tempore quo prodeſſe poſsit, quod ſaltem eſt illud quod condemnationem antecedit, l. Si rem vbi gloſ vlt. ff. euictio. Gomez d. cap 2. num. 39 Ordin. d. titul. 45. §. 2. Secundo, ceſſat ſi emptor appellationem non proſequatur quando contra eum fertur ſententia in prima inſtantia, ex Bart. in d. l. Si procuratorem, § Si ignorantes ff. mandati, Alex in l Inuitus num. 10 C de procurator. Caballin. d. § 10 num 10. Ordin. d. titul 45. §. 3. explicat Pinel. in l. 1. C de bon mater 3. p. num 50 fol mihi 291 Nec videtur diſtinctio quam facit Barboſa in d. l Venditor num. 57 admittenda dum dicit quòd emptor poteſt non appellare quando defenſio authoris erat iniuſta, & inſuper num 58. ſubiungit, & diſtinguit quòd nihilominus emptor tenebitur appellare ſi venditor eſt abſens Secùs verò, ſi eſt præſens ad quod monetur, ex l Herenius, Caya, ff. de euictio. Cōfunditur enim vtraq; aſſertio apertiſsime, primo ex lege regia in dicto §. 3. ſemper imponitur emptori neceſſitas appellandi à ſententia contra ſe lata, nec fit diſtinctio iniuſtitiæ circa defenſionem authoris, nec obſtabit ſi quis replicet legem iuri communi conformem ab ipſo iure interpretationem recipere vt probat l. 2. Codic. noxal.

Ac proinde cùm de iure ſit quód quando cauſa authoris iniuſta ſit, non ſit neceſſarium appellare vt ſupra in denuntiatione dixi, & probatur in l. Bonam, C.de adminiſtr tutor. ex gloſ 2. in d. l. Hærenius. §.Caya, ex Afflict decis. 49. num.1.& alijs meritò illa Ordinatio debet ſic à iure ipſo interpretari, quia reſpondetur quód conſtanter negamus de iure ita eſſe, imó contrarium longe probabilius quod non excuſat emptorem à laudatione aſſerere authori non competere iuſtam defenſionem cum illud pro forma à lege requiratur, & ſic inter eos ſit placitum, vt ſupra dixi ex Imola in cap.fin de empt. & venditiop. quem plurimi ſequuntur.

Deinde ſecunda aſſertio confunditur dum diſtinguit inter authoris præſentiam, vel abſentiam. Nam attento iure requiritur authoris laudatio pro forma, l Et ideo, §. 1 ff. de euictio. ibi, Præſenti autem venditori denuntiandum eſt. Vnde ſi author nominatus nõ accedit defenſurus emptorem, tunc ipſe ex lege contractus tenetur litem proſequi, & appellationem, vel ipſe nuntiatus ſit præſens, vel abſens, quia cùm vẽditor non teneatur de euictione, niſi quando res euicta ſit per ſententiam, quia tunc conſtat de non iure venditoris eſt quædam pars contractus, & venditionis, vt emptor in ſe ſuſcipiat litem, & appellationem, á quo onere poſſet venditor emptorem liberare, ſi comparere voluiſſet, ſed potuit nolle & vti iure ſuo, in quo nemini fecit iniuriam, l.Iniuriarum ff de iniur.

21 Si autem ipſe comparuit, & cauſam defendit aſsiſtens reo, & á ſententia cõtra ſe lata non appellauit, tunc etiam excuſabitur reus principalis, nec tenebitur appellationem proſequi quando ipſe venditor bonam fidem ſequutus ſententiæ acquieuit, iuxta l.Deſtitiſſe, ff.de iud. ibi, Plane ſi quis cognita rei veritate ſuum negotium deſeruerit, nollens in lite improba perſeuerare, &c. Et in hunc ſenſum debet interpretari Ordin. d.§.3 dum ſupponit emptorem vocaſſe venditorem, & ipſum non comparuiſſe, dum eum obligat vt appellet, & proſequatur appellationem: nec aliud probat d l.Hærenius, in d. § Caya, nam verba text. ſunt: Caya, ſeja, fundum, lutio, titio emerat, & quæſtione mota fiſci nomine, authorem laudauerat, & euictione ſequuta fundus ablatus, & fiſco adiudicatus eſt venditore præſente. Quæritur cùm emptrix non prouocauerit, an vẽditorem poterit conuenire. Hærenius Modeſtinus reſpondit; ſiue quod alienus fuit cúm veniret, ſiue quod tunc obligatus euictus eſt, nihil proponi cur emptrici aduerſus venditorem actio nõ competat: Hærenius Modeſtinus reſpondit, ſi emptor appellauit, & bonam cauſam vitio ſuo ex præſcriptione perdidit, ad authorem reuerti non poteſt.

Ex quibus primum colligitur, quòd præſentia authoris nihil ad rẽ de qua agimus cõducit, nã in hoc textu author laudatus fuerat, qui in iudicium venerat, & eo præſente ſententia lata fuit, qui ſententiæ aquieuit, & eo caſu rectè decidit Iuriſcõſ.quód emptrix cõtra ipsũ agat, quia licet emptor teneatur appellationem regulariter proſequi, quando laudatus non venit in iudicium, tamen ſi ipſe accedit, & præſens ſententiæ non appellat, non eſt cur domino inuito emptor appellet, & authorem ſuum maioribus grauet expenſis, cùm ipſe ſecreta cauſæ magis ſcire præſumatur, & ſic reſpondit nihil proponi cur emptrici aduerſus venditorem actio non competat: nam in eo textu præſentia debet accipi in ſenſu iuris, de eo qui defenſurus cauſam accedit, & cùm poſſet appellare noluit, vt explicat gloſ. ibi, verbo Præſente, quia ſcienti nulla fit iniuria, ex reg text. in l Nam ſi actor 27. ff de iud.

Nec obſtat quòd in eo text.in fin habet quôd ſi appellauerit, & cauſam non fuit

fuit proſequuta emptrix non habebit recurſum aduerſum authorem, in quo videtur ſentire, quod etiam poſtquam emptor laudat venditorem,& ipſe comparet tenetur appellare, nam ſatisfit quod illa verba ſunt accipiēda de emptrice,quæ potuit non appellare,ſi vellet, v explicat gloſ. ibi, verbo Appellauit: nam cùm ipſa vocaſſet venditorem, & ipſe comparuiſſet releuabatur ab onere appellandi, quia tamen eo caſu appellauit,& voluit ſe ſubmittere iuris neceſſitati tenetur appellationem proſequi, ex reg.tex.in l Is qui ſe obtulit,ff.de rei uind & l.Qui ſe liti,ff.petit.hæred. nam forte author omiſit appellare ex ea cauſa, atque ideo cū emptrix appellaſſet ſe obligauit ad appellationem proſequendam,& ideo tenetur ex negligentia ſua cum paſſa fuerit ex præſcriptione cauſam perimi,quod factum ipſius concernit, & non defectum iuſtitiæ, Cabalin. d.§.3.n.145.

Qui videtur verus ſenſus illius text. & maxime conuenit cum lege regia,in qua præſentia aduerſarij non conſideratur ad hoc vt appellare teneatur emptor, vel non ſicut de iure communi erat.

22 Deinde ceſſat euictio provt in eo qui per vim expulſus eſt ex text. in l.Lucius ff.de euictio. Ferra: in libello venditio. verbo promittens,col.pen.ad med.& eſt bonus text.in l.fin.C.de actio.emp.communis ex Gomez vbiſupra num. 43. Ordin. titul.45. §.4. vel quando mandato Principis emptor re empta priuetur Gomez vbiſuprà n.41. gloſ.in l 37. tit. 5. p.5. lit.K. quod ego intelligo, niſi alienās ſciuerit,& tacēs alienauerit,quia in dolo videtur eſſe Meneſ. in l.Conſtitutiones,nu.8. C.de iuris, & fact. ignor. Soto de iuſtit. lib.1 quæſt.1. art.4. col.2. ad fin. ſicut etiam ceſſat quando rem habet emptor,ex titulo tranſactionis,ex l.Si profundo 33.verſ fin.C de tranſact. vbi Bart num 3 Paulus 7. Ioſ.6 Gomez vbiſupra num.38.

Deinde ceſſat euictio,ſi emptor emit rem ſcienter alienam, Couarr. lib.3 d. cap 17. num.1. Ordin.d.titul.45. §.5. & emens pretium amittit Gomez d.cap.2. num.42.& emptor non recuperat, imò redemptioni captiuorum applicatur,in quo Ordin.videtur habere ortum à lege fin. C.de litigioſ & l.Lutius in fine,ff de iure fiſci,& l.2. C ne rei domini. Vtrum autem in donatione habeat locum dixit Cabed deciſ.118.num 13. 2 part. vbi tenet non habere niſi in remuneratoria, quia non habet locum in his quæ acquiruntur titulo lucratiuo, Valaſc. de partition cap 37. num 3. & an in legatis detur euictio ad intellectum, l Cum pater, §.Euictis, ff de leg 2. Valaſ.vbiſupra num.3. An autem in beneficijs ſit locus euictioni, inter permutantes vide. 23

An in donatione ſit locus euictioni, Gomez 2 tom.cap.2.num.35.vbi diſtinguit quando res incæpit à traditione, vel à promiſsione. An in dote rebus traditis, & euictis quod non teneatur dotans,licet aliàs ſit quando dos incæpit à promiſsione n.37. 24

Vidi dubitatum in caſu ſequenti, cōuentus fuit laicus coram Epiſcopo pro quadam re capellæ annexa, quam emerat ab altero laico, ibiq; ſententia contra eum lata eſt laudauit authorem, & poſtea in ſæculari pro euictione egit contra venditorem; dubitabatur, an poſſet; ratio eſt,quia illo caſu iuriſdictio eſt legis, ex Ord.lib.1.titul 62. §.39 nec potuit reus ad tribunal Epiſcopi vocari,& conſentiendo nihil egit, ex Ordin. lib.2 tit.1.§.14. & ſententia fuit nulla, & ſic ceſſat euictio. Sic iudicatum in cauſa Petri Pimenta de Moura, contra Simão Marquez, Eſcriuão Mattos 25

SVMMARIVM.

1 & 2 Clerici in minoribus poſſunt compelli vt incendijs occurrant.
3 Poſſunt cogi vt arma capiant pro defenſione patriæ.
4 Clerici tenentur ſubuenire Principi quando indiget.
Multa de eo exempla. ibi.
Clerici in ſacris ad hoc non ab alio compelluntur quàm à ſuo Epiſcopo, & cum magna cauſa. ibi.
5 An poſſit compelli vt capiat delinquentes, & quomodo?

AN CLERICI IN MINORIBVS poſſint compelli vt incendijs, vel inimicis inuadentibus occurrant, vel vt rixantes ſeparent, & delinquentes capiant? ad Ord. lib. 2. tit. 1. §. 12.

CAP. 33.

1 Regia Ordinatio diſponit in hæc verba: *E os Clerigos que não forem de ordẽs ſacras podem ſer conſtrangidos, por noſſas juſtiças, que vão ajudar a apagar algum fogo quando ſe aſcender no lugar, ou termo onde ſaõ moradores. E ben aſſi para defenſaõ da terra, quando a ella vierem enemigos. E para acudir em fauor da juſtiça a algũs arroidos, para os eſtremar, ou ajudar a prender os que nos taes arroidos forem culpados.* Ideſt, clerici in minoribus poſſunt cogi per miniſtros ſæculares, vt incendijs occurrant in eo loco in quo habitant: & ad defenſionem terræ ab inimicorum incurſu, & vt opem præſtent miniſtris ſæcularibus in rixis vt rixantes ſeparent, vel vt delinquentes capiãt. Hæc Ordinatio ſumpta fuit ex concordia cum Rege Petro, à Sede Apoſtolica confirmata, art. 2. 1. p. huius tractatus, n. 142. quæ ſic habet: *Que os conſtrangem que vão guardar os portos do mar & as villas: & aos Clerigos caſados, que vão em hoſtes, & em galès, ſendo em tempo delRey ſeu pay defeſo por ſua carta. Reſponde elRey, que os Clerigos caſados que eſtão de ſua juriſdição, ſiruão com os leigos: & aos outros Clerigos ſe lhe guarde o que o direito manda, & for aguiſado.*

Inſuper in concordia Dioniſij art. 16. n. 133. ibi: *Que porque os Clerigos que ſaõ caſados com mulheres virgẽs, hũa vez, & não mais, que pertem com os leigos, & reſpondaõ perante elle em todos os caſos, ſaluo no crime, o que he contra direito, & contra a liberdade da Igreja, & contra o coſtume do Biſpado de Lisboa. Reſponde elRey, que em todos os caſos he juyz, ſaluo em dous, que ſaõ contheudos no decreto de Bonifacio, conuem a ſaber, ſe o accuſarem de crime para lhe*

lhe darem algũa pena : & ſe o demandarem de crime, que faça corregimento em hauer. E manda que eſta decretal ſe guarde no capitulo primeiro de cler. coniug. lib. 6.

Hæc Ordinatió circa quatuor verſatur. Primum, an clerici compelli poſſint vt incendijs occurrant? Secundum, an pariter cogi vt arma ſuſcipiant pro defēſione patriæ, vel terræ in qua degūt: vel vt rixantes componant: & tandem vt delinquentes capiant, ad idq; auxilium ferant?

2 Et quoad primum quód clericus in minoribus poſsit cogi vt incendijs occurrat, videtur ſuadere quód dum compelluntur ad extinguenda incendia hæreditatum, ſeu poſſeſsionum, vtiq; compelluntur tanquam ciues illius Reipublicæ, in qua nati ſunt, vel vbi beneficium habent, Bart. in l. 1. n. 11. ff. ad municipal. l. Ciues, C. de incol. lib. 11. Marta de iuriſd. 4 p. caſ. 96. num. 4 & 5 & quia noſter ſermo hîc non eſt de clericis beneficium habentibus, qui eodem foro gaudent, ac conſtituti in ſacris, ideo de clericis noſtra lex regia agit, qui in minoribus conſtituti ſunt, nec debet extēdi ad beneficium habentes: tales igitur clerici in minoribus ſæculares reputantur in omnibus, niſi in cauſis criminalibus, in quibus ſuo gaudent foro, ideoq; nihil mirum vt compellantur incendijs occurrere perſonaliter ac cæteri laici, cum etiam clerici in ſacris ad talia opera obeunda contribuere teneantur, vt per Ancharr. conſ. 96. Borrel. in addit. ad bellug. in Specul. rub. 6. §. 19. lit. A. ſicut ad vermes nociuos neccandos, vulgo *Gafanhotos*, Hiſpanice, *Langoſta*, compelli poſſunt vt contribuant, & perſonaliter occidant, vt per Ripam de remed. ad curand. peſtem vlt. p. Mexia taſſa panis concluſ. 5 num. 41. & 46. Salzed. ad Bernard. cap. 55. fol. 172. verſ. quarto, facit l. 12. tit. 13. lib. 1. recopil. & multis ornat Caſſaneus conſ. 1. per tot. vel ad cuſtodiendas vineas, & paſcua, & ſegetes, de quo l. 12. titul. 3. lib. 1. recopil. Auend. in cap. 14. prætorum 2. p. n. 13. Nauarr. in ſumma cap. 27. n. 115. Salzed. in additio. ad Bernar. cap. 55. fol. 173. Humada in additio. ad Gregor. in l. 54. gloſ. 2. nu. 18. tit. 6. nu. 1. Bobadilla 2. p. cap. 18. nu. 292. 294. 296.

Quoad ſecundúm quód clerici in minoribus poſsint cogi vt arma capiāt pro defenſione patriæ, vel terræ, ſicut aliàs in ſacris conſtituti à ſuo Epiſcopo debent compelli, cap. Conuenior, 23. q. 8. Hoſtienſ. in cap. 2. de immunit. eccleſ. Gregor. in l. 52. verbo *Vaſſallos*, & verbo *El Obiſpo*, titul. 6. p. 1. Lucas de pena in l. 2. col. 3. ad fin. C. de quibus muner. nemin. liceat lib. 10. cap. Repræhenſibile eadem cauſ. & quæſtion. & cap. Cyprianus, 23. q. 3. Caſſan. in conſuetud. burg. rub. 1. §. 1. n. 17. Auiles in cap. 9. Sindicatus, gloſ. vni. in med. Gregor. in ſintag. iur. part. 2. lib. 18. & cap. 20. n. 13. Gregor. Lopez in l. 52. verbo *Enemigos*, titul. 6. part. 1. Duenas reg. 100. limit. 12. Guterrez lib. 1. pract. q. 3. nu. 4. facit l. 15. & 17. tit. 18. & l. 4. tit. 9. part. 2. & l. 11. tit. 3. lib. 1. recopil. ibi, *Para guardar, & velar, &c.* 3

Vnde non ſolùm clerici tenentur defenſioni publicæ adeſſe, ſed & quando Princeps laborauerit inopia, itavt nō ſuppetant viris quibus hoſtibus occurrere poſsit, iniuriamq; propulſare, vt commune periculum vitari poſsit, pariter tenebuntur eccleſiaſtici ex proprijs facultatibus ſubuenire Principi, vt publicam defenſionem ſuſcipiat ſicut in Regno Aragoniæ cum Rex Petrus 29. inopia laboraret, ſubſidium á populo exegit, á quo nemo immunis erat, vt refert Zorita in Annalibus 1. p. lib. 2. cap. 52. quod quidem ratione boni publici, & communis ſtatui poſſe videtur, Soto de iuſtit. lib. 10. q. 4. tit. 5. fol. 907. verſ. & quarto, quod bonum commune particulari præfertur, ex Thom. 2. 2. q. 26. art. 4. ad 3. idem Soto lib. 4. de iuſtit. q. 5. art. 1. 2. concluſ. & art. 4. in princip. ſuperueniente namq; hac fatali neceſsi- 4

 tate,

tate,omnia priuilegia conquieſcunt, ex his quæ Bobadilla lib.5.cap 5.n.5. & lib. 2 cap 18. nu.317. & pium eſt,vt etiam eccleſiaſtici faueant eo modo quo poſſunt, vt laici pro cõmuni periculo cum vitæ diſcrimine pugnent, Taon Ægyptiorum Rex cum bellum cum Perſis gereret,Sacerdotes interpellauit vt perſonaliter ſimulq; cum ſubſidio bonorum belli expenſas coadiuuarent , refert Petrus Gregor.in ſintagma.iuris 1 p. lib 2.cap.20.nu.fin. refert Titus Liuius lib 3. decad. 4. quod Flamines Augures ex ſententia quæſtorum fuere compulſi vt pecunias exoluerent ad bellum ſuſtinendum apud Athenienſes ex Demoſtene,quem citat Gregor.vbiſupra , nemo excuſabatur à belli ſubſidijs , diximus ſupra quòd perſonaliter etiam tenebuntur clerici defenſioni ciuitatum incumbere , quod circa clericos in ſacris ita accipiendũ eſt,vt non ſine magna,& vrgenti cauſa fiat,ad idq; non niſi à ſuo compellantur Epiſcopo , d. cap. conuenior 23.q.8 Gregor.d l 52.verbo *Vaſſallos*, vnde circa clericos in minoribus minus erit dubij , vt à Principe ſæculari compelli poſſint,cum legibus ſæcularibus ſubſint,excepto caſu quo foro gaudeant ad criminalia.

In tertio, & quarto caſu, quando ad
5 diuidendos rixantes, vel ad capiendum delinquentes,à miniſtris ſæcularibus interpellantur : in vltimo caſu maius eſt dubium, dum clericos compellit vt apparitoribus , vel merinis præſto ſint in rixa,& cùm opus fuerit ſuppetias omni modo ferant,& omnia vt ait Imperator in l.2. C de his qui latro.ciuilia dirigant auxilia, nam contra hoc ſcripſere Maſſuer.in pract.tit.de pœnis n.28. Rebuf. ad leges Regni titul. de liter.obligator. art.6 gloſ.2.n 35. ex ea potiſſimum ratione quia clerici legibus ſæcularibus ſunt ſoluti quibus magis incumbit reorum vincula relaxare , quàm turpiter inijcere,verum eorum ratio vana, & futilis efficitur , quia quod à diuis Principibus in ea lege ſancitum eſt pro vero habendum,& firmandum;quia ſi clerici minores ſæculares in omnibus habentur (vbi per priuilegium non eximuntur)& ideo legibus ligantur publicis,vnde in hoc auxilio exhibendo ſemper ratio conditionis perſonæ habenda eſt, vt ſcilicet Alguazelus non imploret auxilium à perſona nobili ad capiendum aliquẽ quia illius perſonæ conditio nõ patitur , vt tale auxilium ſine dedecore exhiberi queat. quare illa Ordin.ſemper debet accipi ſeruatis circũſtantijs loci,& perſonarum , ſicut aliàs ille qui ad capiendum delinquentem vocari poteſt, non tenetur abſolute capere,nec periculum ſubire vitæ, vt reos præhendat, ſed tantùm facere debet quantum bono modo faciendum videbitur. Sunt verba Antonij Correa in fragment. fol.37, num 71.

SVMMARIVM.

1 *Concubinarij quomodo conueniantur in iudicio Eccleſiæ.*

2 *Ordinatio obſtat correptioni fraternæ quæ de neceſſitate obligat.*

3 *Offendit Concilium dum vetat procedere contra ter non monitos.*

4 *Offendit ius dum permittit capere laicos quando iuditialiter procedat.*

5 *Epiſcopi poſſunt in ſuis diecaſibus pro peccatis ſubditorum inquirere.*

Inqui-

6 Inquiſitio ſolùm fit pro peccatis quæ habent tractum ſucceſsiuum.

7 Correptio frterna non obligat vbi non datur ſpes vt reſipiſcat pecator.

8 Denuntiatio euangelica, & inquiſitio inſeruiunt correctioni pralatiua.

9 Concubinatus crimen licet iure naturali prohibitum de iure tamen communi eſt permiſſum.

Concubinatus hodie ſolùm punibilis inter eos qui contrahere non poſſunt. ibi.

10 Concubinatus crimen eſt ſaculare.

11 Concubinatus ad Eccleſiam non defertur ad vindictam.

Fallit in concubinis ter monitis, vel ſi inſordeſcat in excomunicatione. ibi.

Concubina clericorum an ſtatim puniri valeant in eccleſiaſtico. ibi.

12 Ordinatio in §.13. explicatur.

Monitiones debent eſſe diſtincta. ibi.

De iure nullæ pœnæ ſunt præſcriptæ contra laicos concubinarios. ibi.

13 Epiſcopi non poſſunt capere concubinarios.

Interpretatur Concilium in cap. 8. ſeſſ. 24. ibi.

Pœnæ quæ manent in ſuo robore ſunt illæ quæ à iure concubinatui damnato impoſitæ ſunt. ibi.

14 Contra laicos ſolutos nulla pœna in ſuo robore permanet.

15 Epiſcopi durantibus munitionibus nullam pœnam infligunt.

Aliæ emendæ non prohibentur. ibi.

16 Concubinarij pœna pecuniaria puniri nequeunt ante trinam monitionem.

Concilium tres monitiones requirit tempore, & modo non deſsignato. ibi.

Monitiones debent eſſe diſtinctæ cum temporis interuallo. ibi.

17 Vbi iudicialiter cognoſcit iudex eccleſiaſticus punire poteſt ante monitiones.

Intellectus Ordin. in d. §. 13. in verſ. fin.

18 Prælati non poſſunt capere laicos per ſuos miniſtros.

19 De iure regio Prælati capere poſſunt per ſuos miniſtros laicos quos iudicant.

20 Laici dum vocantur vt moneri poſſint non recte conquæruntur.

21 An monitio debeat eſſe cum eadem perſona, vel ſufficiat cum diuerſa.

22 Si concubinarius corrigitur cum eccleſiaſtico, non indicetur prauentio ne in ſæculari puniatur.

QVOMODO CONCVBINARII LAICI in iudicio Eccleſiæ corrigi poſſunt, & quando capi ad intellectum? Ordin. lib. 2. tit. 1. §. 13.

CAP. 34.

Circa concubinarios diſponit lex regia lib. 2. tit 1. § 13. in hæc verba: *E porquanto o direito natural não conſente condenarſe, nem infamarſe publicamente algũa peſſoa, ſem primeiro ſer ouuida, & conuencida iudicialmente, ou per ſua confiſsão, por o grande eſcandale, & perturbação que ſe ſegue na Republica do contrario coſtume, & opreſſão, & dano que recebem noſſos vaſſalos, a quem como Rey, & ſenhor temos razão de acudir, os Prelados, & ſeus officiaes deuem guardar em ſuas viſitações a forma do direito Canonico, & o decreto do ſagrado Concilio Tridentino, não procedendo a excomunhão, prizão, ou degredo contra os barregueiros caſados, ou ſolteiros, ſem precederem primeiro as tres admoeſtações do dito decreto, as quaes deuem fazer com o interualo de tempo que lhes parecer que cõuem para bem das almas. E nos outros*

caſos

caſos fóra deſtes, em que o dito Concilio lhe dá faculdade para prenderem, ou penhorarem os leigos, por ſe euitarem as cenſuras, deuem guardar a forma delle, não prendendo, nem penhorando, ſenão nos caſos em que procedem judicialmente. Porem ſe os Prelados neſtes crimes, ou em outros de que conforme a direito podem conhecer, quizerem proceder ordinariamente ſem prizão, penhora, ou degredo, antes de final ſentença podelohão fazer, & noſſas juſtiças lho não impedirão. Ideſt, quia ius naturale non permittit condemnari vel infamari aliquẽ publicè, quin prius audiatur, & conuictus ſit iudicialiter, aut ex propria confeſsione, propter ſcandalum, & perturbationem quæ in Rep. oriri poſſet ex conſuetudine contraria, vltra oppræſſionem, & damnum quod vaſſallis noſtris incutitur, cui nos tanquam Rex, & dominus tenemur occurrere: Prælati, eorumq; officiales debent obſeruare in ſuis viſitationibus formam à iure Canonico præſcriptã, decretaq; ſacri Cõcilij Tridentini, non procedentes ad excommunicationem capturam, vel exilium, contra concubinatos coniugatos, vel ſolutos, quin prius præcedant tres monitiones à ſacro Concilio deſignatæ, quæ debent fieri per interualla temporis opportuna, & conuenientia animarum ſaluti.

In alijs autem caſibus (extra hos) in quibus ſibi à dicto Concilio indulgetur capiendi laicos, vel pignorandi facultas, vt cenſuræ euitentur, debent ipſius formam obſeruare, non capientes, vel pignorantes laicos, niſi in illis caſibus, in quibus iudicialiter procedunt. Verum ſi Prælati in his criminibus, vel in alijs, in quibus de iure poſſunt cognoſcere, velint ordinariè procedere ſine captura, pignoratione, vel exilio antequam finalis ſententia lata ſit, procedere poterunt, à noſtriſq; miniſtris ſæcularibus non impediantur.

Hæc Ordinatio in prima parte, dum infamiæ ſubditorum conſulit, deſſumpta fuit ex illis concordijs à Pontifice confirmatis, quæ in prima parte adduximus ad Ordin.lib.1 tit.9. § 12. quatenus oppræſsioni, & violentiæ quæ ſequeretur ex contrario vſu occurrit, & poſt illas primas concordias tempore Regis Sebaſtiani, idem cum prudentum conſilio ſancitum fuit in cap. 12. illius concordiæ, quæ habetur in prima parte.

Quatuor inuoluit huius Ordinationis deciſio in matera ſatis obſcura, & difficili, ex qua arduæ quotidie in Senatu quæſtiones emergunt. 2

Primum, dum diſponit quód ius naturale non patitur quem infamari de crimine, quin prius iudicialiter conuictus, vel confeſſus ſit.

Secundum, quòd Prælati debent ſeruare in ſuis viſitationibus decreta Concilij, & ius Canonicum non procedentes ad excommunicationem, capturam, vel exilium contra concubinarios, quin tres monitiones diſtinctæ præcedant.

Tertium, quòd in alijs caſibus extra viſitationem in quibus Prælatis de iure competit iuriſdictio ad capturam, vel ad pignorandum, non capiant laicum, nec pignora, niſi in illis caſibus in quibus ſeruato iuris ordine proceſſerint.

Quartum, quòd ſi in reliquis criminibus iudicialiter procedere velint, ſine captura, exilio, & pignoratione, ante finalem ſententiam, â ſæcularibus iudicibus non impediantur.

Quoad ſingulas ipſius partes non mediocres patitur hæc Ordinatio difficultates; nam in illa príma parte videtur obuiare fraternæ correctioní, quæ in ſe continet præceptum naturale, Clem. Exiui, verſ. Et quia, & verſ. Non tanquã de verborum, ac proinde neceſſitatem imponit, cap vltim. verſ. Quod præcipitur 14 q. 1. DD. in cap Nouit de iudic. cap Cum iniuncto ad fin. de hæret. ibi, Quiſque tenetur, &c Nauar. in d. cap Nouit notab. 4. Soto de ratione tegend. ſecret. memb. 2 q 1. concl 1. 3

& licet

& licet contingat quod non reſipiſcens per eccleſiaſticam diſtrictionem corripiatur, & ſequatur aliqua denũtiari infamia, tamen ſalus ſpiritualis quæ prætenditur, præferenda eſt famæ, arg. cap Sacris, de his quæ vi metus ve cauſ. cap. Super eo de vſuris cum Vulgaribus.

4 In ſecunda parte videtur iuri obuiare dum iubet vt contra concubinarios vxoratos, vel ſolutos, non procedatur, quin prius ter moniti proponantur, per interualla opportuna; quod præceptum videtur offendere ſacri Concilij verba ſeſſ. 25. de reform. cap. 3. & inſuper offenditur ius. quia crimen hoc eſt merè eccleſiaſticum, vt eſt communis ex Claro in §. Adulterium, n 6 & in pract. cap 37. n. 6. ex ea ratione quia ſola lege canonica prohibetur, cap. Nemo, 34. q. 4. d. Concil. ſeſſ. 24 de reform. cap 8. Nauar. d cap Nouit, notab. 6 nu. 42 vel ſaltem eſt mixti fori, Ord. lib. 2 tit. 9. ac proinde nulla monitione præcedente laici poſſunt corripi in iudicio eccleſiaſtico, ad quod illius criminis punitio ſpectat, ex d Ord. & eſt text in cap. Contra idolorum 26 q 5 cap Attendendũ 17 q 4. cap. Quamuis de pœnis lib. 6 & tandem d. Conc. Trident. cap 3. vbi liberam facit facultatem eccleſiaſticis iudicibus procedendi contra laicos, in criminibus ad illum forum quomodolibet pertinentibus.

5 In tertia parte admittit capi poſſe laicos ab eccleſiaſticis iudicibus, caſu quo contra illos iudicialiter procedãt, quod quidem repugnat receptis traditionibus, quæ habent vt laici capi nequeant á iudicibus eccleſiaſticis; ſed quód ipſi implorent ſæcularium magiſtratuũ auxilium, vt habet Ordin. Regia d. tit. 9. §. 1. vel quando illud habeant ex conſuetudine ligitime præſcripta, Balb. de præſcript. 2 part 5. princ. quæſt. 4. num. 4. Azeued in l. 14 tit. 1. lib 4. recop. n. 9. Et hic verſiculus ex diametro pugnat cum verſ. finali, ibi, *Porem*, vbi præcedentia declarãdo, quia clauſula in fine poſita ad præcedentia, refertur cap. 2. requiris de appell. lex regia ſtatuit vt non capiantur laici, nec in exilium mittantur ante diffinitiuam ſententiam: cùm tamen in ſuperiori verſiculo dixerit quòd vbi primum iudicialiter proceditur, capi poſſint iuxta decretum Concilij, d. cap 3. igitur non bene conſtat.

His conuelli videtur noſtræ Ordinationis deciſio, quibus non obſtantibus, & alijs quæ breuitati conſulens omitto, quia longum mare reſtat arandum, lex regia, & iuri, & ſacro Concilio conſona cenſeri debet, ad quod præſupponẽdum eſt.

Primo, quòd Epiſcopi in ſuis Diœcæ 6
ſibus poſſunt, de quibuſcunq. peccatis mortalibus, etiam contra laicos inquirere ratione paſtoralis officij, DD. in d. cap Nouit, de iudic. vbi Nauar. notab. 6. vſque ad 14. ad quod aſſequẽdum duobus vtuntur medijs, vel denuntiationis, vel eo deficiente inquiſitionis. Prima dicitur denuntiatio euangelica, qua quilibet ex præcepto charitatis tenetur fratrem in peccato perſiſtentem corripere, & ſi ille non audiat, denuntiare Eccleſiæ, Math. 18. ibi, dic Eccleſiæ, Albertin. de ſecreto, num 61. Belarmin, de verbi Dei interpretation. cap 5. Nauar. in manu cap. 25 n 33 Secunda qua Prælati denuntiatione defficiente, ex officio tenẽtur inquirere de peccatis gregis ſibi comiſſæ, iuxta illud Iſayæ 58 Clama ne ceſſes, & illud Pauli ad Timoth. 4. Argue, & increpa, Trident. ſeſſ. 6. cap. 3. de reformat. ex qua oritur prælatiua correctio, quæ non actus eſt charitatis, vt de fraterna diximus, ſed iuſtitiæ, de qua in cap Irrefragabili in princ. de officio Ordin Thom. 2. 2. q 33 art 1.

Hæc autem denuntiatio, ſeu inquiſi 7
tio non pro omnibus peccatis fit ſed pro illis tantùm, quæ tractum habent ſucceſsiuum, & quando nulla ſubſit ſpes pœnitentiæ, quia tantùm contra perſeuerantes inſtituitur ad ipſorum correctionem, deducitur ex d cap. Nouit, ibi, proce-

Procedere valeamus, ſuper quolibet mortali peccato, vt peccatorem reuocemus à vitio ad virtutem, & ibi corripere quemlibet, etſi correctionem contempſerit per deſtrictionem eccleſiaſticã, &c. Nam à fraterna correctione, & quolibet eius gradu ceſſandum eſt, vbi peccator deterior fiet, vel melior futurus non ſperatur, vel pœnitentiæ non adſunt coniecturæ, futura enim peccata non præterita reſpicit gloſ. in cap. Si peccauerit 2. q. 1. Soto in relectione ſecreti memb. 2. q. 2. concl. 2. Sic pariter non admittitur in peccatis, quæ ſine longa diſcuſsione, & Reipubl. perturbatione diſcerni nequeũt, quando peccatum eſt inuolutum ſub aliquo contractu, veluti in læſione intra dimidiam iuſti pretij, quia maiora orirentur mala, quam eſt bonum quod prætenditur, quibus motus Valaſc. de iure emphyt. q. 7. nu. 22. dixit in cauſis ciuilibus huiuſmodi denuntiationes eſſe antiquatas.

8 Vltimo dicendum eſt, quód licet denuntiatio euangelica, & inquiſitio inſeruiant correctioni prælatiuæ, ex text. in cap. Super his, ibi: Sed ad correctionem de accuſatio & in cap. 1. de cenſib. lib. 6. Maranta de ordin. iudic. 6. p. in princip. nu. 14. & ex text. in cap. Irretragabili in princ. de offic. ordin. Tamen Inquiſitio aliquando ad correctionem tendit, aliquando veró ad criminis vindictam, ſicut & accuſatio: vnde fit, quòd loco deficientis denũtiationis inquiſitio ad correctionem inſtitui poſsit, & in locum deficientis accuſatoris pariter ordinari valeat ad criminis punitionem, cap. Inquiſitionis, ibi: Pœnam de accuſatio. cap. 1. §. Sane de cenſib. lib. 6. vbi probatur inquiſitionem ad correctionem etiam inſtitui poſſe. Videndus Zerola in praxi Epiſcop. 1. p. verbo Concubinarij, §. 2. tit. 60. Bobadilla in ſua polit. lib. 2. cap. 17. n. 53. Cabedius 1. p. deciſ. 65. Salzed. ad Bernard. cap. 79. Azeued. in l. 2. tit. 6. lib. 1. recopil. & l. 1. tit. 5. lib. 8. n. 192. Clarus §. fin. q. 37. à n. 8. Couarr. pract. cap. 10. & lib. 2. variar. cap. 9. nu. 8. & 9. Ozaſcus deciſ. 103. Rebuf. in concord. titul. de publicis concub. §. Quia veró. Menoch. de arbitrar. caſ. 210. & caſ. 289.

Secundo præmittendum quòd con- 9
cubinatus crimen, licet iure naturali, ſit prohibitum, & illicitum, cap. Audite 14. diſtin. cap. Meretrices 32. q. 4. Clem. ad noſtram de hæret. iure tamen Romanorum fuiſſe permiſſum, l. In concubinatu, vbi Bart. ff. de concubin. quando ſcilicet illa cum qua matrimonium cõtrahi poterat inſtar vxoris domi retinebatur, l. Maſſurius, 144. ff. de verbor. ſignif. Guillel. in cap. Raynunt. verbo Vxorem, nu. 106.

Vnde nec iure Canonico olim prohibitos reperitur, cap. Is qui, cap. Chriſtiano 34. diſtin. Nec obſtat quòd laici concubinarij tanquam infames à teſtificando repelluntur, cap. Infames 6. q. 1. illud enim procedit ex infamia facti, quam omnes qui in peccato mortali ſunt incurrunt, cap. Omnes 6. q. 1.

Ex quibus fit quòd hodie concubinatus inter illas perſonas ſolum punibilis eſt qui ad contrahendum ſunt inhabiles provt inter clericos, & inter coniugatos, probatur in l. 1. titul. 14. p. 4. l. 11. Tauri, Guillel. in cap. verbo Et vxorem, ſupra num. 146. Perez ad l. 23. lib. 1. tit. 3.

Et apud nos eſt Ordinatio lib. 5. titul. 10
29. & 30. & ſeqq. licet aliquando videamus quód ex ſpeciali Principis comiſsione de concubinarijs ſolutis fiant inquiſitiones, & puniantur in ſæculari concubinarij & in Ordin. lib. 5. tit. 27.

Vltimo notandum, quód concubinatus crimen de ſe ſæculare eſt, ſcilicet ex parte materiæ, & ex parte agentis, & ex parte offenſi: nam ſi ratione peccati eſſet eccleſiaſticum hoc crimen, vt ſenſit Clarus d. q. 37. nu. 6. idem pariter dicendum eſſet de quolibet furto, & homicidio, & de alijs criminibus quæ contra naturalia præcepta comittuntur ex

quò fit quòd etiam concubinatus clericorum de ſe crimen ſæculare eſſet, & apud ſæculares puniretur, niſi ex ſpeciali Canonum reſeruatione omnia clericorum crimina iudicio Eccleſiæ eſſent reſeruata priuatiuè cap. 2. de foro comp. cap. Decernimus de iud. Nam ex eo hoc crimen eccleſiaſticum dicitur, quia ſola lege Canonica prohibetur ex cap. Nemo 32. quæſt. 4 ex Concil d. de reform. ſeſſ. 24 cap. 8. Nauarr. in d cap. Nouit notab. 6 num. 42. & in eum ſenſum eccleſiaſticum dicitur quaſi denominetur ab Eccleſia authore illius prohibitionis.

11 Ex ſuprapoſitis fit conſequens quòd cum hoc crimen concubinatus de ſe, & natura ſua ſit ſæculare crimen, & non ſubſit Eccleſiæ iudicio, niſi ſub ratione peccati quando ad Eccleſiæ iudicium, vel per denuntiationem, vel per inquiſitionem deferatur, nunquam talis inquiſitio ad criminis vindictam in eo iudicio poteſt inſtitui, ſed tantùm ad correctionem peccatoris, ſi concubinarius laicus ſit: nec obſtabit ſi opponatur quòd hoc crimen etiã inter ſæculares eſt mixti fori, ex Ordin. infra titul. 9 vnde ſicut eccleſiaſtici Prælati in reliquis criminibus mixti fori criminaliter, & ad vindictam cognoſcunt prout eſt in furto rei Eccleſiæ, vel contra vſurarium, & ſimiles, ſic pariter concubinarium punire poſſunt: nam reſpondetur hoc crimen concubinatus eſſe mixti fori, non ſimpliciter, ſed quoad correctionẽ tantum, dum in ſæculari de eo cognoſcitur ad vindictam in eccleſiaſtico ad correctionem. Vnde eſt menti tenendum, quòd concubinarij ſæculares in duobus tantùm caſibus ordinariè, & præcedente accuſatione, poſſunt ab eccleſiaſticis Prælatis puniri. Primus eſt quando concubinarius ter monitus inſordeſcit in peccato, & excomunicatus per annum perſiſtit, ex cap. Rurſus 11. quæſt. 3. cap. Cùm contumacia de hæret. lib. 6. Couar. in cap. Alma. 1. p. §. 7. n. 10. Perez ad leges Ordin. lib. 8 tit. 5 l. 1. prope finem.

Secundus eſt caſus, quando concubinæ pariter ter monitæ non reſipiſcũt, atq; his duobus caſibus rectè Prælati criminales proceſſus contra laicos inſtituunt, in alijs verò minimè.

Quòd ſi è conuerſo concubinarius ſit clericus, tunc ratione perſonæ non eſt dubium poſſe eos accuſari ad vindictã ad pœnas iuris, de quibus in cap. Nullus, 32. diſt. & in toto titulo de cohab. cleric. Bern. in pract. canonica, cap. 73. Couar. in Epitome 4. p. c. 8. §. 4. n. 5. quid autem ſit contra concubinas clericorum, quæ laicæ ſunt magis dubitari poteſt, & poſſe per eccleſiaſticum iudicem diſtringi, quia per cõmunicationem de foro Eccleſiæ eſſe dicuntur, dixit Abbas in cap. Cùm ſit generale, & in cap. Si concubinæ de ſent. excomunic. Pal. in repet. cap. Per veſtras, ſed eſt pulchra, §. 70 fol. 297. n. 23 text. eſt optimus in cap. 2. ibi canonicè iudicetur de cohab. clericor. iuncto cap. Fraternitas 34 diſtin. & quod ſi ſit concubina notoria poſsit puniri à ſæculari, dixit Boer. deciſ. 72. Gomez l. 80. num. 21. deciſ. Pedam 10. Perez in leges Ord. fol. 139. l. 21. tit. 3. lib. 1. ſi verò ſit ſecreta minimè, vt dixit Auen. 2 p. cap. 26. n. 7 Bernard. de publ. concubin. fol. 304. n. 2. & 6. aſſerit communem Zazius in reſponſ. ſing. cap. 17. Azeued. in l. 1. titul. 19. lib. 8 n. 122. apud nos tamen eſt hoc crimen mixti fori, ex Ord. d. lib. 5 tit. 30. vbi certæ pœnæ contra tales concubinas præſcriptæ ſunt.

Ex his (ni fallor) patet noſtræ legis regiæ verus ſenſus, vt in prima parte, dum 12
aſſerit attento iure naturali neminem inauditũ poſſe publicè infamari procedat in cauſis viſitationum quæ ad correctionẽ inſtituuntur contra laicos ad effectum prælatiuæ correctionis, vel per denunciationem, vel inquiſitionem incipiant, debent enim prius moneri in

forma Cõcilij,& caſu quo negent,debẽt inſtituto iudicio conuinci per ſententiã, & tunc primo moneri vt à peccato reſipiſcant,& ſic praxis obſeruat, vt infra dicam.

In ſecunda autem parte de concubinatu laicorum agit in ſpecie,in quo monet Prælatos,vt decreta Concilij obſeruent cõtra neminem procedẽtes niſi ter monitum in forma Concil. de reform. ſeſſ 24.cap 8 cuius rei illa eſt ratio,quia cum crimen hoc ſolum ad correctionẽ, deferatur ad iudiciũ Eccleſiæ, & quoad illud tantum ſit mixti fori, debent præcedere tres illæ monitiones, ex quibus vera contumacia eliciatur non reſipiſcentis à peccato, quæ monitiones debẽt eſſe diſtinctæ,& ſeparatæ,facit in argum. Ord lib.5 tit 60. §.7. vbi incorrigibilitas furis ex tribus diſtinctis actibus colligitur,nec ſufficit vt vno ictu de tribus furtis conuictus ſit, niſi cum diſtinctione actuũ fiat,explicat Gomez in 3 tom. cap.5.n 9 licet ipſe ibi contrarium opinetur,Clarus §.Furtum, n 14 Tiraq de retract tit 2.§.2 gloſ 1.n 22. Couar.lib.2. reſolut.cap 9.n.7. quod ſi correptus agnoſcat crimen,vel negans conuictus ſit, & moneatur debet illud in actis publicis reduci ad probãdas monitiones,ex reg. text.in cap. Quoniam cõtra de probat. quia eorum dicto ſtandum non eſt arg. cap Si clericus,vbi Felin.limit.2.n.3. de foro comp. Valaſ de iure emphyt. q.7. n.12.Ord lib.1.tit.24 §.21.nec ante contumaciã vllo modo puniri poteſt, quia ſolum in euentum dictæ contumaciæ, pœnis exilij,& pecuniarijs ſubijcitur,nõ ante cum illæ ad vindictam eo caſu ſpectent,non vero ad correctionem: obſtat tamen quód ſi ad verba Concilij attendimus has tres monitiones,non requirit reſpectu criminis, ſed reſpectu excommunicationis, quæ pro concubinatu ſolet imponi,quæ cum non poſſit ferri niſi in contumaciam debet præcedere trina monitio, cap. Sacroſan. de ſentent. excomun. Soarez de cenſur. diſp 3 ſect. 9. & diſp 8 ſect 3.n.29.

Quare, excepto caſu excomunicationis, quando Epiſcopi alijs pœnis vti velint,non inconuenit vt illis afficiantur concubinarij,nulla præcedente monitione, qui ſenſus literæ conſonat, in verſicul. *Porem*, & ita reſponſum fuit in ſacra Rotta reuerendiſſimo Archiepiſcopo Bracharenſi in hæc verba: An iudex eccleſiaſticus,non expectata trina monitione, poſſit pœnis pecuniarijs,aut exilij, ſiue per proceſſus criminales, etiam vſque ad capturam qualitate criminis id exigente procedere contra laicos concubinarios tam ſolutos,quàm vxoratos,non obſtãtibus inhibitionibus, ac mandatis iudicum ſæcularium, qui impediunt eccleſiaſticos ſic procedere,& dicunt trinam monitionem in præfatis caſibus præcedere debere.

Reſponſio.

Ad quartum trinam monitionẽ,tum tantum eſſe neceſſariam, cùm ad excomunicationem contra concubinarios proceditur,quód ſi alijs pœnis à iure comuni, vel à Synodo ſtatutis, Epiſcopus afficere velit huiuſmodi delinquentes, vtiq, trinam monitionem minime requiri, Hieronymus Cardinalis.

Sed hic ſenſus nec de iure probatur, 12 cùm de iure nullæ pœnæ ſint contra laicos concubinarios præſcriptæ, vt ſupra dixi,nec verba legis regiæ talem ſenſum patiuntur,quæ inſiſtens iuris principijs, tale crimen informe, & imperfectum ſanxit ante trinam monitionem, quaſi ex contumacia non reſipiſcentis oriatur,& fiat punibile,imò vt videatur, pariter puniri ipſa incorrigibilitas & cõtumacia inſordeſcentis in peccato, & non parentis iuſto ſuperioris præcepto, ac ipſe concubinatus, ex trina enim monitione vrgẽs reſultat indiciũ praui animi, & incor-

& incorrigibilitatis argumentum, arg. Ordin. lib. 2. titul. 9. §. 1. & titul. 45. §. 35. & lib. 5. titul. 60. §. 3 & titul. 80. eod. & arg. Ordinationis lib 3. titul 13. & lib. 4. titul. 67.

13 Ex quibus apparet quòd iniuſte Prælati eccleſiaſtici laicos quos in publico concubinatu reperiunt in viſitationibus capere ſtudent, & punire criminali proceſſu inſtituto, non aduertentes quód huiuſmodi concubinatus nulla pœna iuris ciuilis, aut Canonici punitur nec obſtabit quód hoc crimen ſit eccleſiaſticum,& perconſequens poſſit puniri in hoc iudicio: nam ad hoc ſupra reſpondimus. Secundo, quòd ex decreto Concilij d. cap 8. videtur illis tributa hæc poteſtas coercendi per pœnas criminales, & in fine ipſius, dum dicit, quód reliquæ pænæ in ſuo robore permaneant: nam reſpondetur quód ex dicto cap. 8. data contumacia, tribuitur iudicibus eccleſiaſticis poteſtas coercendi, vt dixi ſupra,& non ante,& tandem illa verba finalia, dum iubet vt reliquæ pænæ in ſuo robore permaneant intelligi debent de pænis à iure pontificio inductis contra clericos concubinarios, quorum concubinatus à iure dámnatus eſt, cap. Nullus, 32. diſtinct. & in toto titulo de cohabitat. clericor. provt eſt ſuſpenſio ab officio clericali, & beneficiorum priuatio, quas quidem pænas iubet in ſuo robore permanere, & oportuit ita exprimi, ne videretur ex nouo decreto Concilij omnes iuris pænas ſublatas eſſe, ex reg. l. Sanctio legum, ff. de pænis, qui ſenſus aperte colligitur ex Concilio Baſilienſi, ſub titulo de electione cano. 8. num. 11. vbi agens de clericis publicis concubinarijs, & non publicis, concludit in hæc verba pænis alijs contra dictos, & alios non publicos concubinarios, ſtatutis in ſuo robore permanentibus.

14 Vnde fit quòd cum contra concubinarios laicos pæna iuris Canonici nulla ſit præſcripta, nulla pæna eſt quæ in ſuo robore permaneat contra illos, niſi duobus illis caſibus ſupra poſitis, quando ſcilicet ipſi contumaces efficiantur, vel in cenſuris inſordeſcant, tunc enim à iure puniuntur, pæna autem legis regiæ contra concubinarios, lib. 5. tit. 29. & ſequentibus non compræhenditur ſub verbis Concilij, nec de illa intelligi debet, ſed de pænis iuris canonici, quæ attento iure extabant.

Ex quibus patet, quòd Prælati, ſeu ſuperiores eccleſiaſtici, durantibus tribus monitionibus, nec pecuniariam, nec exilij, nec capturæ pænas laicis infligere poſſunt, cum in iure non reperiantur expræſſæ, & ipſi ſolúm ad correctionem agant, finitiſq; monitionibus poſſunt excomunicare etſi per annum inſordeſcant, poſſunt capere, & in exilia mittere concubinarios, nouo iudicio ſuper his inſtituto, ibi infligentes pænas quæ ſibi videbuntur, vel mulctas quæ inter criminales pænas computantur, gloſ. recepta ad verbum Aureotum centum, in l. 3. ff de ſepulchro violato, niſi dicamus (quód certum videtur) illas mulctas pecuniarias etiam ad correctionem imponi ſolere, atque ob id potius emendæ appellantur, vt in cap. Dilectus de officio Ordin & in cap Venerabilibus, §. Denique de ſent. excomunicat. lib. 6. plane tales emendæ per Cócilium non prohibentur, ex reg cap. Cum expediat, de electione, lib. 6. & in hunc ſenſum debet ſaluari decretum Palatij Regij, quod refert Valaſc. allegat. 34 in fine, vbi habetur quód pænæ pecuniariæ ab Epiſcopis imponi poſſunt. Verba ſunt hæc. 15

Forão ouuidos na meſa do deſembargo do Paço o Procurador. da Coroa de ſua Mageſtade, & o Prouiſor do Biſpado do Porto, com o Iuyz dos feitos de ſua Mageſtade, & aſſentouſſe que as cartas não eſtauão bem paſſadas, viſta a qualidade da cauſa, & a forma do Concilio Tridentino, & da Ordenação.

Pelo que, mandão que as ditas cartas ſe não cumprão, & ſe cumpra a ſentença do Prouiſor. 25 de Março de 605. Supplicans fuit Sebaſtianus Barboſa, qui in trina monitione decem libris ceiæ mulctatus fuit, & cùm ſupplicaſſet ad Senatum, illi prouiſum eſt, anno 1604.

Exploditur ſecundo praxis qua Prælati monitiones contra huiuſmodi concubinarios tribus diebus feſtiuis continuis decernunt, & contra eos tanquam contra ter monitos procedunt, capiunt, & exterminant, quód non patiuntur huius Ordinationis verba.

16 Secundus punctus erat, an concubinarij poſsint puniri pœna pecuniaria ante trinam monitionem poſt Concil. Trid. & reſpondeo: Poſſe ſicut antea poterãt, quia Concilium ſolùm poſuit illũ ordinem quoad excomunicationem ferendam pro cõtumacia in illo crimine, per hoc autem non abſtulit alias pœnas contra adulteros, & cõcubinarios inflictas, vt expræſſe ipſummet Cõcilium in fine capitis monet & ita inuenio expræſſe declaratum à Cardinalibus in manu ſcriptis declarationibus, in quibus inuenio reſponſionem datam ad tertiũ punctum per hæc verba: Etiam cum diuerſis concubinis, & mihi valde placet reſponſio quia contumacia in delicto eadẽ eſt, vnde cenſeo poſt trinam monitionẽ excõmunicari poſſe, etiamſi concubinatus ſit cum diuerſis, quia intentio præcipientis non eſt tantum vt caueat à tali fæmina, ſed vt caueat à tali delicto, in quo ille contumax eſt, & incorrigibilis perſeuerat, obſtat tamen Concil. Trid. d. cap. 8. vbi ſolùm præcipit vt tales moneantur ter, non deſsignato loco, & tẽpore quod totum relinquit Prælatorũ arbitrio, cùmq; certa forma mouendi non ſint præſcripta in arbitrio Prælatorum eſt, vnde ad illos ſpectat eligere illud tẽpus, & deducitur ex d. cap. Nouit, ibi: Si Eccleſiam non audierit, &c. Et cõprobatur ex illo iuris axiomate, quod conceſſo vno conceduntur omnia ſine quibus, &c. prout ſunt media accommodata ad finem, l. 2. ff. iuriſdict. omni iud. cap. Præterea de offic. deleg. Euerardus loco 126 Nauar. in principio de pænit. diſtinct. 5. n 29. idq; multo magis habet locum quando finis excellẽtior eſt medijs, & conſequens dignius antecedenti, & principale acceſſorio, vnde in concordatis Franciæ obtinuit vt Prælati nõ prohiberentur procedere contra concubinarios publicos, tit. de public. concubinar. § Iniungimus, vbi Coſmas, & Rebuf. tit. de publ. concubin. Sed adhuc dicẽdum eſt monitiones debere eſſe diſtinctas cum temporis interuallo, quæ redigantur in ſcriptis, ex quibus conſtet præceſsiſſe, non enim ſtandum eſt dicto Prælatorum, vt ſupra dixi, nec Concilium admittit generales monitiones in diebus feſtiuis, ſed ſpeciales, cuius forma ſi non ſeruatur, notoria oppræſsio reſultat, cui Reges occurrere ſolent, ex Ordin. lib. 1. titul. 9 §. 13. Nec obſtabit quód videtur non poſſe Reges circa hos caſus ſe intromittere, ſtante Bulla Cænæ cap. 14 vbi habet quód excomunicentur illi qui Prælatis eccleſiaſticis præcipiunt, vt decreta Concilij obſeruent. Si enim Prælati vltra caſus ſibi cõceſſos cognoſcant non dubitarẽ Reges poſſe occurrere ad tollendã violentiam, & Prælatorum exceſsũ. At vero quãdo ipſi de caſibus ſibi permiſsis cognoſcũt, licet excedant illud vtiq; reſpicit iniuſtitiam cauſæ quã Princeps ſæcularis corrigere non poteſt prætextu violentiæ, quæ nõ reperitur niſi vbi tollitur ius naturale, vel prima citatio, vnde fit quòd cùm Prælati ſic, vel ſic monendos concubinarios decernunt non excedunt in cognitione cauſæ, ſed in expeditione iuſtitiæ, quod ſubeſt ſuis ſuperioribus. Nam ſatisfit quòd iniuſtitia per ſe ſola non eſt cauſa ſufficiens vt Princeps ſuccurrat ſubditis, niſi inſimul cum ipſa detur notoria nullitas actus geſti contra ſubditum, ex qua reſultet oppræſsio, & manifeſta violentia, & generetur

retur regiæ iuriſdictioni præiudicium, quod in præſenti obtinet, dum non ſeruatur forma Concilij circa monitiones quæ in omni cauſa vbi iubentur fieri deſtinctæ eſſe debent, in ſimili Guterrez pract. lib 4. q. 41. n. fin. Bobad lib. 4. cap. 5. nu. 42. & ſubditorum datur notoria oppræſsio dum excomunicantur, quæ pœna eſt capitalis, ſpræta Concilij forma. Nec cum Regibus loquitur d. Bullæ Cœnæ, agit enim de magiſtratibus inferioribus, quorum appellatione Reges non veniunt, nec eorum tribunalia in quibus per viam defenſionis, & manifeſtæ violentiæ tollendæ cognoſcitur, explicat Morla in ſuo emporio tit 2. de iuriſdictione q 14. num. 8. verſ. Hodie, Seſse de inhibition. cap 8. §. 3. n. 102. latè Ceuallos in epiſtola ad Regem inuictiſſimum, à n. 92.

An autem quando cõcubinarij monentur, requiratur vt publica infamia laborent, vt de illis inquiri valeat, & ipſi moneri poſsint, vide in titulo 9 quæ habes

17 In tertia parte inquit Ordinatio in hæc verba: *E nos outros caſos fora deſtes, em que o dito Concilio lhe dà faculdade para prenderem, ou penhorarem os leigos, deuem guardar a forma delle, não prendendo, nem penhorando os leigos ſenão nos caſos em que procedem judicialmente.* Videtur agere hìc Ordinatio de criminibus mixti fori, ac alijs quæ ad eccleſiaſticum iudiciũ priuatiue ſpectant contra laicos, in quibus non ad correctionem agitur, ſed ad criminis vindictam, & ſequitur deciſionem Concilij ſeſſ. 25. de reform. cap. 3. vbi generaliter ſtatuitur quòd in cauſis eccleſiaſticis quomodolibet ad forum eccleſiaſticũ pertinentibus poſsint Prælati laicos coercere pænis pecuniarijs, ac alijs, provt neceſsitas negotij exigat, idemq; eſt de iure ex text. in cap. Dilectus, cap. 8 de offic. Ord. cap Si vos 23. q. 5. cap. Venerabilibus, § Denique de ſentent excomunication lib. 6. Abb in cap. Licet de pænis, Couarr. lib. 2. reſol. cap 9. n. 9. DD. in cap. Cum Epiſcopus de offic Ord lib 6. additio ad Reg Bernard. reg. 197. cap. Contra idolorum 26. q 5. cap. Attendendum 17. q 4. de qua quæſtione latius infra dicam. Sufficit ergo ad propoſitum quòd ex hac Ordinatione deducunt, quod permittit vt circa cauſas quæ ad forum Eccleſiæ deferuntur ad criminum vindictam, vel ciuiliter mouentur, vel ex ligitima præſcriptione ad Eccleſiæ iudiciũ ſpectant, iuxta cap Si clericus, ibi: Licet in pleriſq; partibus aliter de conſuetudine habeatur, cap. 2. de exception. in 6. quia hæc iuriſdictione acquiſita propria eſt, Aufrer. de poteſt. eccleſ ſuper laic. n 73. Nauarr in manu. cap. 27. num. 69. Prælati iudicialiter procedendo in laicos iuriſdictionem exerceant, & ipſos capere poſsint ſi expediat, vel pænis multare, & qui ſic interpretantur dicunt quòd non aduerſatur, ſupradictis verſ. finalis, ibi: *Porem.* Vbi videtur Regia Ordinatio contrarium aſſerere, vt ante ſententiam non poſsit iudex eccleſiaſticus pænam, vel capturam decernere; nam ille verſiculus, inquiunt illi, referri debet ad initium illius §. vbi egerat de criminibus concubinatus, & cauſis viſitationum vt legatur cum prædicto principio continuatiue, quia cùm ſupra dixiſſet quòd in cauſis viſitationum Prælati non caperent, nec punirent laicos niſi præuia trina monitione ſubiungit, quod ſi contingat vt in illis caſibus velint Prælati ordinariè agere ſine aliqua pæna, nõ prohibeantur à ſæcularibus, videlicet quòd in illis caſibus viſitationum poſsit ordinarié iudicium inſtitui quando ex generali, vel particulari inquiſitione conſtet concubinarium eſſe in eo peccato, vt ſcilicet ſic conuictus moneri poſsit, hicq; ſenſus in hoc Senatu recipitur, & ita audiui ſenes Senatores dicentes, vt dicit Iuriſcõſ. in l. Si chorus, ff. de leg. 3. Sed eſt intellectus diuinatorius, nec literæ conuenit, cum verſiculus ille ad immediate præce-

dentia referri debeat.

Vt igitur verus ſenſus appareat oportet vt aduertamus ad verba concordatæ olim inter Regem Sebaſtianum, & clerum ordinatæ, ex qua conſtat Prælatos conqueſtos fuiſſe ſe impediri à ſæcularibus magiſtratibus in cauſis viſitationum, & ſecundùm quæ proponerentur, Rex ipſe reſpondit in duodecimo articulo.

In hac tertia parte Ordinatio Regia conuertit orationem ad alios caſus mixtæ cognitionis, vel alio modo ad Eccleſiæ iudicium pertinentes, & in illis diſponit quòd ſequendo formam Concilij in dict. cap. 3. vbi iudicialiter proceſſerint laicos poſsint capere quando ita viderint expedire, recipiendo Concilij decretum, tam in ciuilibus, quàm in criminalibus indiſtinctè, quod tamen tantum in ciuilibus loquitur, vt diximus cap.

18 Dicet fortaſſe aliquis, quòd admittimus Prælatos poſſe capere laicos in cauſis viſitationum, quando ſic iudicialiter procedunt, cùm tamen illud admitti nõ debeat ex Ordin. expræſſa lib. 2. tit. 8. §. 2. vbi in cauſis viſitationum, oſtenſa inquiſitione, iubet vt concedatur auxiliũ brachij ſæcularis, in quo apperte ſentit quòd Prælatis licentia, ſeu facultas capiendi laicos nulla eſt, facit Ordin. eod. lib. 2. tit. 9. §. 1. vbi Prælatos ad capiendũ laicos admittit, quando ligitima præſcriptione muniantur, non ergo de iure hoc ius illis competere poteſt. Pondero itidem hanc eandem Ordinationem in illis verbis, ibi: *Em que procedem judicialmente*, quæ non videntur ſine myſterio poſita, quaſi ſignificent quòd ad hoc vt laici capi poſsint ad requiſionem Prælatorum, illud tantùm obtineat, quando iudicialiter procedant, non verò extraiudicialiter, quia Prælatis non iudicialiter procedentibus brachij auxilium cõcedi non poteſt, vt multis citatis comprobat Salzed. in pract. cap. 149. nu. 9. in quém ſenſum hæc Ordinatio videtur ſentire quòd captura debet fieri ad requiſitionem Prælatorũ, ſed exequi per ſæculares miniſtros, implorato ſcilicet auxilio, quod illis conceditur, ſi iudicialis præcedat cauſæ diſcuſsio: facit inſuper quia hæc Ordinatio Concilij decretum obſeruandum decernit, in quo facultas fit Prælatis per ſuos, vel alienos miniſtros, in caſibus de quibus cognoſcunt, laicos capiendi, quæ verba exponũtur vt per ſuos miniſtros capiat ſuos, per alienos ſubditos alienos: & fori ſæcularis implorato regio auxilio exponit Azeued.

Nec igitur admittamus ex hac Ordinatione plus conceſſum fuiſſe Prælatis, quàm Concilij verba ſonant, quæ illo modo interpretantur, poſſet tamen dici illum ſenſum obſeruaſſe ſine præiudicio iuriſdictionis regiæ, quam poſtea in d. §. 1. tit. 9. & in §. 2. tit. 8. cõprobauit ne ſibi ipſi videatur fuiſſe contraria.

Verùm ſi verum amamus, & libere philoſophandum eſt dicendum plane Regiam Ordinationem laxando politicæ poteſtatis habenas ſentire, & permittere Prælatis vt quando iudicialiter procedant, ſcilicet extra caſus correctionis, laicos per ſuos proprios miniſtros capere poſsint, cuius rei argumentum efficax eſt, quod cum hoc idem dubium Regi Sebaſtiano tum temporis Regni clauum moderãti offerretur, ipſe legem protulit anno 1569. quam habes infra ad Ord. lib. 2. tit. 9. §. 1. qua ſanxit vt libera ſit facultas Prælatis laicos capiendi in caſibus ad illum forum ſpectantibus, reuocatis decretis concordijs priuilegijs quæ ſibi competere poſſent, ex quibus clauſulis omne ius à ſe abdicauit, decretaq; Concilij obſeruari iuſsit ad vnguẽ quantumcunq; præiudicium politicæ iuriſdictioni afferrent, qua lege reuocatæ proponuntur Ordinationes d. tit. 8. §. 2. & tit. 9. §. 1. quæ continentur in extrauaganti, 2. part. titul. 2. l. 13. c. 3. & 6. & conditæ fuerunt anno 1568. provt eas abrogatas dicit Valaſ. conſult. 179. n. 29. 19

ſecun-

ſecundùm cuius legis decretum concordia inter vtrumq; ſtatum fuit innita anno 1578 ex qua in duodecimo articulo continetur originale, ſeu integra huius legis regiæ, quæ debet cenſeri facta cum relatione ad legem quæ eo tẽpore vigebat lata dicto anno 1599. Agnoſco quód praxis aliud obſeruat ea forte ratione, quia Rex non potuit ſuæ iuriſdictioni præiudicare, quæ ſua non eſt, ſed Regni, & ideo illa lex in noua compilatione non reperitur.

Tandem in verſ. fin d. Ordinatio non aduerſatiue legenda eſt quaſi aliquid nouum, & contrarium diſponat, ſed continuatiue legenda eſt ad verſ *E nos outros caſos*: vnde illud verbum, *Porem*, legendum eſt *Por tanto*, vel *Pelo que*, declarans quód illa captura quæ permiſſa erat Prælatis, in caſibus de quibus cognoſcũt, ſolùm procedat lata diffinitiuâ ſentẽtia, argumẽto Ordin. lib. 1 tit. 65. § 29. quod pariter habebit locum in quacunq; interlocutória vim diffinitiuæ habente, diximus laté deciſ. 117.

20 Vnde infertur primo non recte ſupplicare ad Regum Tribunalia, laicos qui dum vocantur à Prælatis vt moneri poſsint ipſi recuſant comparere, tenentur nanq, ſubire monitionem, etſi non confiteantur, peccatum debent cõuinci, & tunc moneri vidi tamen in Senatu hoc caſu ſupplicatum, & prouiſum laico, ſed non bene, vnde non poſſunt compelli vt fateantur culpam, vt ſæpè fieri ſolet, ſed tantùm poſſunt compelli vt monitionem accipiant caſu quo confiteantur, vel ſi negent, debent prius conuinci. Forma ſentnetiæ ſic habet.

Viſtos os autos de aggrauo que do Vigairo Geral, &c. tirou a aggrauante, & como ſe moſtra o Vigairo Geral a fazer liurar das culpas de amancebada, ſem contra ella preccederem as amoeſtações do Concilio, & concordata, & querendo ella, & offerecendoſe a fazer ceſſar a fama que della ha, & para iſſo queria ſer amoeſtada, elle a não admittir, antes a mandar fazer termo, em forma, para effeito de confeſſar o crime de que ella ſe moſtra innocente, & a condenar em pena de dinheiro; & como em aſsi a condenar logo em pena, & obrigar a fazer termos na dita forma, & a não admittir a moſtrar ſua innocencia, lhe faz notoria força, opreſſaõ, & violencia, & lhe tira a defenſaõ natural, &c. Mandão, &c. mais ſe não proceda contra a ſupplicante pela dita condenação de dinheiro, nem a obrigue fazer termo na dita forma, & a admitta a moſtrar ſua innocencia, & no procedimento das amoeſtações guarde a Ordenação: & não o fazendo aſsi, &c.

Vnde omni carent fundamento ſententiæ quæ ſæpe proferri ſolent, quòd monitio debeat dari, & ſi peccator non confiteatur culpam, quod quidem eſt in media luce calligare, quia non monetur niſi qui confitetur, vel ſi negat debet conuinci vt monitioni locus ſit.

Vnde vidimus dubitatum, an illæ tres monitiones debeant eſſe cum eadẽ perſona, vel ſufficiat eſſe cum diuerſis concubinis, & licet aliquando iudicatũ viderim monitiones requiri cũ eadem concubina, tamen verius omnino eſt ſufficere vt cum diuerſis concubinis quis moneatur, quia hic ſolùm punitur incorrigibilitas, quæ æque conſideratur cum eadem, vel cum diuerſis, nam non monetur vt caueat à tali fæmina, ſed vt caueat à tali delicto, in quo ille eſt contumax, & incorrigibilis perſeuerat, probat Concil. Trid. ſeſſ. 25. cap 14 ibi Cum eadem, vel alia fæmina perſeuerantes, ſicq; illuſtriſsimi Cardinales declararunt. 21

Secundo dubitari poteſt, an hoc crimen concubinatus ſemel punitum per viam correctionis, ab eccleſiaſtico inducat præuentionem, vt in ſæculari nequeat puniri, vel è conuerſo, caſu quo quis ab Eccleſia monetur à ſæculari capiatur, & condemnetur, pro concubinatu, an poſsit excipere, & videtur quòd non, quia ſpecialiter hoc crimen differt ab aliis, quoad cognitionem in vtroq; iudicio, nam in ſæculari punitur inter 22

ſolos coniugatos, & inter eos defertur ad Eccleſiam, non ad punitionem, ſed ad correctionem, ratione ſpiritualis finis, vt à peccato exeat concubinarius, atq; ideo non eſt eadem petendi cauſa, nec modus vt habeat locum, l Et quia, & l.Cum quæritur, ff de except. rei iudic. quod diuerſum erit in crimine mixti fori, quod in vtroq; foro defertur ad punitionem, quod poſtquam punitum in vno foro eſt, poteſt & in alio puniri ſi non condigne punitum ſit, proſequitur Bobadill.lib.2 cap.17. à n 94.

SVMMARIVM.

1 *LAici poſſunt prorogare iuriſdictionem eccleſiaſticam.*

Princeps poteſt prohibere ne ſubditus ſe alieno iudici ſubmittat. ibi

2 *Prorogationem his caſibus nõ dari vbiq; rec ptum eſt.*

Princeps poteſt prohibere prorogationem. ibi.e

3 *Pœna huius legis an incurratur per ſolam citationem partis?*

4 *Quòd ſola citatio non ſufficiat?*

Si ante ſuſceptam litem citans pœniteat, venia dignus eſt. ibi.

5 *Conſiliatio opinionum.*

Re integra locus eſt pœnitentiæ. ibi.

6 *Si citatio maneat circunducta, nulla pœna incurritur.*

7 *Si partes compromittant in iudicem eccleſiaſticum, pœna non incurritur.*

8 *Procurator generalis ſi citauerit pœnam dominus non incurrit.*

Facultas generalis citandi ad quęcunq; iudicia, ſemper intelligitur vbi pœna non incurritur. ibi.

9 *Procurator an hoc caſu condemnandus, vel dominus.*

Actio iudicati datur aduerſus procuratorem. ibi.

10 *Contraria opinio.*

In iudicijs attenditur perſona domini, non procuratoris. ibi.

Si procurator eſt in rem ſuam recte condemnatur. ibi.

11 *Laicus miſerabilis poteſt agere in iudicio Eccleſiæ ſine metu pœna.*

12 *Si agit pro implemento iuramenti non habet locum lex regia.*

13 *Pœnitentia an licita ſit vſque ad ſententiam.*

In delictis non datur moræ purgatio. ibi.

14 *Sententia lata in eccleſiaſtico contra laicum an habeat executionem in ſæculari?*

Geſta contra legis prohibitionem non valent. ibi.

15 *Ordinatio hoc caſu non inducit actus nullitatem.*

16 *Prorogatio iuriſdictionis non fit Principe inuito.*

17 *Confratres ſuper bonis confratriæ non poſſunt prorogare iuriſdictionem Epiſcopi.*

18 *In cauſis mixti fori pulſatus in eccleſiaſtico poteſt aduerſarium reconuenire ſine metu legis regiæ.*

AN ILLI QVI CITANT LAICOS ad iudicium eccleſiaſticum quando ad Principem ſæcularem ſpectat iuriſdictio ſint puniendi? Ad §. 14. eiuſdem Ordinationis.

CAP. 35.

1 QVæſtionem abſoluit Ordin. in hoc §. 14. quæ concordata reperitur cum Rege Ioanne primo in art. 46 in prima parte huius tractatus, fol. 267. n. 219 & in art. 44 eiuſdem Regis, vbi videbis, & concordat l. 10 & 13 tit. 1. lib. 4. recop Bob. lib. 2 cap. 18. n. 18. Et tria continet. Primum quód ſæcularis non poteſt conſentire in iudicem eccleſiaſticum eius iuriſdictioné protogando.

Secundum, quando pæna ſit impoſita citanti ad iudicium eccleſiæ & quãdo reus debet ſupplicare ad Regem vt pænam euitet.

Tertium, quód ſententiæ latæ ab eccleſiaſtico illis caſibus careant executione.

Circa primum videtur eſſe contra cap. Grauem de ſententia excomunicat. vbi ſimile ſtatutum reprobatur, deinde quia iure Canonico attento, laici poſſunt prorogare iuriſdictionem iudicis eccleſiaſtici; nam eſt regula quod ordinaria iuriſdictio ad omnes cauſas ſubditorum poteſt extendi, & ad quaſcunq; alias etiam inter non ſubditos, niſi tales ſint quæ priuatiue ad certum iudicem ſpectent, prout contingit in cauſis fiſcalibus fæudalibus, & regij patrimonij, ex Ordin. lib. 1 titul. 9. § 11 Barboſ. in l. Si conſtante, §. fin á nu 18 Conſtat autem iudices eccleſiaſticos, reſpectu ſæcularium, non eſſe vetitos, ſed incompetentes, l Si qui ex conſenſu, C. Epiſc aud. ibi, Si qui ex conſenſu apud ſacræ legis antiſtites litigare voluerint non vetabuntur, idem probatur in l. Epiſcopale eod, ibi: Epiſcopale iudicium ratũ ſit vt omnibus qui ſe audiri á ſacerdotibus elegerint, quare eorum iuriſdictio improrogabilis non eſt: nec obſtabit quód quilibet Princeps ſæcularis qui ſupræmam habet poteſtatem, poteſt ſuis ſubditis prohibere ne in iudicem alterius Imperij conſentiant, ex text. in l 2. §. Sed etſi iudex, ff. de iudic Octauian. deciſ Pedam. 31. n. 7. DD in cap. Significaſti de foro compet. Alex. in l. 1. §. Et poſt operis nu 23 ff de noui oper. Capi. deciſ 9. n 2. quos ſequitur Barboſ. in l 1 de iud, art. 3 n. 147. Hi enim iudices prohibiti ſunt, & vetiti, vt poſt Ioan. Andr. dixit Belam in cap. De cauſis de offic. delega. n. 11. Paul in l. 1 § Et poſt, ff. noui oper. Capi. deciſ. 9 n. 2 pro quibus expenditur cap. Per venerabilem, verſ Inſuper qui fil. ſint ligit. vbi dicit quód ille qui Regem habet non poteſt ſe alterius Regis iuriſdictioni ſubmittere: quod in iudicibus eccleſiaſticis verificatur qui alterius imperij ſunt, cuius iuriſdictionem á laicis non poſſe prorogari dicit Anton. de Petra in tract. de poteſtat. princ. cap. 4 nu. 10. & cap. 6. num 87. quem citat Marta de iuriſd 4 p. cap 92 nu 1. tamen verius videtur in puncto iuris, reſpectu iudicis eccleſiaſtici, & reſpectu iudicis alterius Imperij nullam prohibitionem verſari, ſed ſolam incompetentiam, vt contra

contra Paul. defendit Alex. n. 20. Iaſ. in fin. d. §. Et poſt, & eſt de mente Bart. ibi, & aliorum, quorum ſententiam dicit communem Maranta de ordin. iudic. 4. p. diſt. 12. num. 19. & ſuadetur ex reg. text. in d. l. 1. & 2. ff. de iudic. quæ in hoc caſu limitata non reperitur, & eſſe de iure verius dixit Capi. deciſ. 9. num. 3. & Ioann. Faber. l. Si qui ex conſenſu n. 6. C. de Epiſcop. aud. licet aliud obſeruari ſi Princeps contradicat ipſe aſſerat. Cuius rei videtur eſſe ratio, quòd ſicut extra Regnum contrahentes, vel delinquentes ibi forum ſortiuntur, ſic per expræſſum conſenſum illius iudicis iuriſdictionem prorogantes cẽſendi ſunt, nec aliud probat d. §. Inſuper, quia procedit in reſeruatis Principi, prout eſt poteſtas legitimandi, in qua nec intra Regnum ſubditi ſe poterant alij ſubijcere. & ita nec extra Felin. in d. cap. Significaſti, n. 3. Marant vbiſupra num. 20. inſuper quia tunc prorogatio admitti non poteſt, cum ex ea reſultet vt in alieno Regno Princeps alius iuriſdictionẽ exerceat, quam ipſe ex conſenſu partis recipere non poteſt, quod ſecus eſt reſpectu cauſæ particularis quæ ſolum fauorem ipſius reſpicit litigantis.

2 Sed his non obſtantibus, his caſibus prorogationem iudicis eccleſiaſtici non admitti apud omnes fere orbis partes inuiolabiliter obſeruatur, vt in Francia dicit Guillelmus, verbo Et vxorem, deciſ. 2. n. 53. vbi citat Fabrum in l. Si qui ex conſenſu, C. Epiſcop. aud. & Bart. in l. 1. §. Et poſt operis, ff. noui oper. nũtiatio, quem citat Marta d. caſ. 92. num. 1. Aufrer. de poteſt. eccleſ. ſuper laicos q. 31. in Nauarra Nauarrus conſ. 51. nu. 4. ſub titulo de ſentent. excomun. in Hiſpania Azeued. l. 10. tit. 1. lib. 4. Guterrez pract. lib. 4. q. 30. per tot. in Luſitania Barboſa in d. l. 1. art. 3. ff. de iudic. nu. 141. & vltra eos Menoch. conſ. 332. num. 20. Bobadilla lib. 2. cap. 17. n. 192. & cap. 18. n. 18. Marta de iuriſdict. p. 4. cent. 1. caſu 92. & caſ. 126. Pradil. in ſumma legum pænal. 2. p. caſ. 12. Cabed. 1. p. deciſ. 32. n. 6. Petra de poteſtate Principis cap. 4. n. 10. & caſ. 6. n. 87. Seſſe de inhibition. cap. 9. §. 3. Perez in ll. Ordin. l. 4. tit. 1. lib. 3. à qua hæc noſtra Ordinatio deſumpta videtur, Cabed. deciſ. 32. vbi late ex ea ratione quòd Princes ſupremus poteſt ſuis ſubditis imperare ne alterius Principis iuriſdictioni ſe ſubmittant, vt multis citatis comprobat Barboſ. vbiſupra, n. 145. & ſeq. & n. 164. conſideratur enim in tali prorogatione ipſius Principis præiudicium dum ſui ſubditi alterius imperio ſe ſubmittunt, ex quo Coronæ Regiæ perinde indirectum poteſt præiudicium gigni, dum tales ſubditi alienum Regem adeunt pro iuſtitia conſequenda, quod in dedecus Regis naturalis redundat, qui ſubditis ius reddere tenetur, & patrimonia ciuium exhaurirentur dum ad lites proſequendas aliena tribunalia frequentarent, & inſuper eſſet occaſio vt ſubditi Regibus obſequium aliquando denegarent contra Reges vicinos, apud quos eorum negotia pẽdebãt indeciſa, quare vt his, & alijs quæ conſiderari poſſunt occurratur iuſtiſsime introductum eſt, ne exteri Principis iuriſdictio prorogari poſsit, Meno. conſ. 340. n. 55. facit inſuper quia qui ſub iuramento fidelitatis, eſt de iuriſdictione alicuius nõ poteſt prorogare iuriſdictionem in alterum iudicem, teſte Guillelm. num. 54. vbiſupra conſtat autem in hoc Regno ſubditos ſub fidelitatis iuramento teneri, atque ex his ſine fundamento videtur loquutum fuiſſe Martam d. caſ. 92. dum ex friuolis rationibus nititur probare legem temporalem hanc prorogationem impedire non poſſe, quia diſponit facta mentione eccleſiaſticorũ, nam lex ciuilis cum ſuis loquitur ſubditis, & inter eos diſponit vt ſuam tueatur iuriſdictionem, cuius conſeruationi intẽdit principaliter, & nõ eſt attendẽdũ quód minus principaliter euenit, & præter intentionem legiſlatoris, cuius mens non eſt eccleſiaſticam libertatem dimi-

diminuere, ſed ſuæ conſeruationi conſulere electis medijs opportunis, prout Eccleſia ſuis clericis prohibuit ne Epiſcoporum alienorum iuriſdictionē prorogent ſine proprij Epiſcopi facultate, ob rationes quas DD. reddunt in d. cap. Significaſti.

3 In ſecunda quæſtione in controuerſiam reuocari poteſt, quomodo laici citantes laicos ad forum Eccleſiæ in cauſa ad ipſam non pertinente, pænam á lege præſcriptam incurrant: an ſcilicet per ſolam citationem, & hæc quæſtio tripliciter diuiditur? Primo, an per ſolam citationem? Secundo, an ſi facta citatione citantem pæniteat ante litem conteſtatam? Tertio, quid ſi lite iam conteſtata, & ante ſententiam diffinitiuam.

In primo caſu, quód ex ſola citatione hæc pæna á lege præſcripta incurri debeat probatur ex verbis Ordinationis in præſenti, ibi: *E mandamos q̃ aquelle q̃ citar, & demandar*, quæ verba oſtēdunt legislatorem intendiſſe prohibere citationem quaſi fundamentum oppræſsionis, & iudicij, quaſi ſentiret de eo qui citauerit, & citatione vſus fuerit, illud enim inſinuat verbum *Demandar*. Poteſt namque contingere vt poſtquam citatio facta ſit, nihilominus citans in iudicium non compareat vt litem moueat, quo caſu iuſtum eſt, vt cum pænituerit in limine iudicij, & ab ipſo reuocatus fuerit quód pænam non incurrat, vt dixit text in l. Quamuis, ff. de in ius vocand. ibi. Quamuis non adijciat prætor cauſa cognita ſe pænale iudicium daturum, tamen Labeo ait moderandam iuriſdictionem, veluti ſi pæniteat libertum, & actionem remittat, vel ſi patronus vocatus non venerit, in quem ſenſum hæc Ordinatio videtur accipienda, qui quidem ſenſus verus apparet, ſi attendamus quòd lex regia præcipit vt reus pari pæna puniatur ſi ante litem conteſtatam non ſupplicet ad Regem ab iniuſta citatione: vnde fit quód ſicut actori ſola citatio ad iudicium deducta nocet, ſic reo litis conteſtatio, vt pariter puniatur, ac ipſe actor ergo ante conteſtationē actor citans pænam incurrit, quia eo ipſo quod vtitur citatione delictum perficit reum ad forum Eccleſiæ deferendo, vt notat gloſ. in l 1. ff. de in ius vocand. ſicut alias qui promittit alium in iudiciū non vocare incurrit pænam per ſolam vocationem, ex Bart. in l. Amplius, n. 6. ff. rem ratam haber. Socin. in cap. Significantibus, de libel. oblation prout ponderat Azeued. in d. l. 10. n. 8 plura argumenta pro hac parte adducit Guterrez d. q. 30. in terminis legis Caſtellæ ex ſola citatione pænā incurri, quod ex verbis illius legis minus dubij habet, ibi: *Que ningun lego ſea oſado de mandar citar, ni emplazar a otro lego*, quæ particula, *Ni*, dicitur complicatiua explicat Guterrez ubi ſupra n. 20. vt in altero tantùm verificari poſsit diſpoſitio, vt per eundem Guterrez à n 10 & ſeqq. licet ab hac interpretatione recedat Azeued. vbi ſupra á nu. 2. quod ante litis conteſtationem liceat pænitere eandem Guterrij opinionem adſtruit Perez in l. 3. tit. 1. lib 3. in gloſ. verbó *Citar*, & iterum l. 5 gloſ 1. tit. 1. lib 3 pro quo eſt text. in l. Qui ea mente, ff. de furt. & in l Quid ſic fugitiuus 17. ff. ædil. edict. ibi: Nemo pænitentia ſua nocens eſſe definit. Guterr. vbi ſupra n 23. Azeued. ad l. 10. num. 3. Marta caſu 126. nu 6. Borrel in ſumma deciſ. tit. 43. de foro comp n. 84.

Cōtraria opinio quòd ad hanc pænā legalem incurrendam, ſola citatio non ſufficiat, ſed requiratur litis conteſtatio, videtur probari ex verbis noſtræ legis, ibi: *Citar, & demandar*, quæ non per verbum, *Ni*, iuxta legem Hiſpaniæ, ſed per particulam, *&*, quæ vtrumq; coniungit concepta eſt quaſi ſignificet quod & citatio rei, & cauſæ diſcuſsio requiritur, & ſic iuris effectum attendit quatenus verbum, *Demandar*, ad cauſam in iudicio ventilatam refertur ille enim qui ante litem conteſtatam à iudicio 4

recedit

recedit non dicitur egiſſe, ſed voluiſſe agere, gloſ.in l Si poſteaquam, ff de peculio, notat Alex in l Intra dies, n.5 ff. de re iud. quem citat ad hoc Azeued. d.l. 10. nu 4 nec iudex dicitur aditus, niſi in eo iudicio actor, & reus adſint, reus autem non eſt in iudicio, niſi lite ſuſcepta per conteſtationem, l. Sed etſi ſuſceperit, ff. de iud. igitur ſi actorem pæniteat ante iudicium cæptum venia dignus eſt, ex d.l. Quamuis, ff. de in ius vocand. plura alia fundaméta ponderat Azeued. pro hac parte, quæ apud ipſum videri poſſunt, quare pro intelligentia huius Ordinationis notandum eſt quód ille qui citat laicum ad forum Eccleſiæ non punitur, ex vexatione quam parti irrogat, dum eum cogit litem in eccleſiaſtico ſuſcipere, aut quia in eo opprimitur cauſa inſtituta, & libello oblato, ſed ex eo quód contra regiam iuriſdictionem, & in eius præiudicium temerario auſu laicum citat ad forum Eccleſiæ irrogans, iniuriam iudicibus ordinarijs, apud quos ipſum conuenire poſſet in ſuo foro, l Litigatores ff de arbitris, gloſ.in cap. Placuit, verbo Neq; 11. q 1. quia nemo ad alienum forum trahendus eſt, l.Iuris ordinem, C.iuris omni iud. cap.Cum ſit generale, de foro compet.l.32.titul 2 part.3. Socin.reg. 10. Azeued.d l 10.n.3 & Regi quem offendit, dum eo inuito eius iuriſdictioné eccleſiaſticis iudicibus tribuit: quare vt hæc audacia cohibeatur, & puniatur, parum refert, an lis conteſtata ſit, vel ſola citatio executa contra iuriſdictionem regiam, & legum præcepta.

5 Vnde cum ea diſtinctione videtur hæc Ordinatio interpretanda, quód vel ille qui citationé exequutus eſt ea vſus fuit in iudicio eccleſiaſtico, quouſque aduerſarius ad Regem ſupplicauit, vel citationem fecit, & ea vſus non eſt aut ſi cum citatione ad iudicium acceſſit libellum non propoſuit, aut illo iam exhibito meliori ductus conſilio re integra pænituit. Primo caſu videtur dici poſſe pœnam incurriſſe ex ſola citatione ad effectum perducta, cùm lex regia conteſtationem non deſideret, imó reo iubeat vt ante illam per querelam adeat Regem, & ſi conteſtatio eſſet neceſſaria nunquam pœnam actor incurreret, quod â legis mente alienum eſt; & in hunc ſenſum videtur accipienda ſenté-tia Guterrij, & Perez d. locis. In ſecundo autem caſu videtur verior ſententia Azeuedi, dum ſentit re integra locum eſſe pænitentiæ, cùm adhuc delictum ſit informe antequam pars litem ſuſcipiat, vel alijs defenſionibus vſa ſit, prout loquitur, l Sed etſi ſuſceperit, ff.de iudic. ibi. Vel alijs defenſionibus vſus fuerit, vnde illæ defenſiones quibus reus vtitur habentur loco conteſtationis ad hunc effectum, dum enim ad Regem ſupplicat ſe defendit ab iniuſta oppreſſione: quibus ſic pōderatis poteſt vtraq; opinio ad concordiam reduci, vt ſola citatio ſufficiat quando actor inſtat, & eam proſequitur. Secunda autem procedat, vt ante litem conteſtatam pæniteat, ſi tamen actor ad iudicium non accedat, nec libellum offerat eo namque oblato pœnam comitti verius eſt.

Ex quibus infertur primo, quód ſi laicus laicum citet ad forum Eccleſiæ & non accuſetur ibi contumacia rei, ita vt citatio maneat circunducta nulla pœna incurretur, quia cum eo caſu citatio proſequuta non ſit, perinde habéda eſt, ac ſi nulla citatio facta eſſet, ex text in d. l Quamuis, ff.de in ius vocand vbi Iaſ. n. 9. Rebuf. 3 tom. titul de citatione in præfatione, n.130. Azeued d.l.10. n 19. & probatur ex l 5 tit 7.part.3 Nam litis pendentia non inducitur ex citatione circunducta, ex Afflict.deciſ.366.nn.14. nec talis citatio proſequuta eſt, vt pœna incurri poſsit, vt ſupra dixi Nec obſtat quod vbi punitur factum á lege pœna incurritur etiam ex actu nullo, ex Bart. in l.Quid ergo, § Cum autem, C ſi mãci ita fuer alien. Molin. de primogen. cap.16. num.19. Guterr lib.2 pract.q 4. n.6. 6

num 6. quia reſpondetur quòd hoc caſu lex non purum factum attendit, ſed iuris effectũ, & cauſæ diſcuſsionem ſaltè vt reus ibi reſpondeat & compareat.

Secundo infertur quòd ſi partes componant ſine citatione, vt coram iudice eccleſiaſtico compareant, vt ipſe cauſam decidat nulla eo caſu pæna incurratur, cuius rei illa eſt ratio, quia lex agit de citatione ad effectum iuris vt cauſa, & lis incipiat, quæ diſpoſitio non conuenit illis qui ex concordia iudicem eccleſiaſticum adeunt tãquam arbitratorem ſeu compoſitorem quare cùm verba legis non conueniant, nec eius diſpoſitio, l. 4 §. Toties, ff. damno inflict. Guterrez conſ. 21 n. 2 ſequitur Azeued. d. l. 10. n. 21 licet contrarium ſequatur Perez l. 7. tit. 1 lib. 3 Ordin. & in gloſ. 1 in l. 5. eod. titul. quem reprobat Guterrez d. q. 30 nu. 43 & Azeued. vbi ſupra eo temperamento niſi præcellerit citatio, ratione cuius reus comparuerit ſponte, quia eo caſu, licet voluntariè, compareat pæna incurretur, quorum quidem aſſertio neſcio quo iure fulciatur, cũ ipſi agnoſcant quòd ſi partes amicabiliter ad iudicem accedant, nulla pæna incurritur, quod quidẽ non immutatur ex citatione præcedenti, quæ iam euanuit per nouam partium compoſitionem, & cum virtute illius actum non ſit, nec talis citatio exequuta nullius effectus eſſe debet, nec debet actum ſubſequentem, qui ex nouo conſenſu partium perficitur inficere, cũ verè, & realiter, quando partes compareant in iudicio eccleſiaſtico dicuntur ſine citatione comparere, ex Hipol. in l. De vnoquoq; n. 44 in fin. ff. de re iudic. quare ſi verè conſtet partes ex conſenſu communi voluiſſe iudicem adire, vt arbitretur, cùm nihil ex citatione præcedenti actum ſit, imò ab ea receſſerint non eſt cur puniantur.

8 Tertio infertur quòd pœnæ huius legis locus eſſe non poteſt quoties procurator generalis ad negocii laicum ad iudicium Eccleſiæ citauerit, non enim ex eo dominus pæna affici poteſt, niſi ad illam cauſam ſpeciale mandatũ conceſſerit, ex l. 3. §. Si procurator, ff. quod quiſq; iuris. ibi: Si procurator meus poſtulauerit, quæritur quis eodem iure vtatur, & putat Pomponius me ſolum vti ſi hoc ei ſpeciatim mandaui, vel ratũ habui, Bart. in l. Si procurator ff. de cõdict. indebit. in his enim in quibus pæna incurritur ſpeciale mandatum exigitur veluti quando appellatur ab executione l. Ab executione, C. de appell. recip. vbi appellans quinquaginta librarũ argenti pæna punitur, ſequuntur plures relati à Roland. à Val. conſ. 43. n. 11. vol. 1. Rebuf. 1 tom. Conſt. Franc. tit. de ſentent. executor. tit. 7. gloſ. 13 n. fin. nec ſufficit ſi in tali mandato per generalia verba fiat facultas adeundi quæcunq; iudicia, ſemper intelligitur de iudicijs, in quibus pæna nõ incurritur, ſicut aliàs in obligato reſpondere in quocunq; iudicio, intelligitur dixiſſe de idoneo iudicio, ſecũdũ gloſ. fin. in l. 1. ff. de eo quod certo loco vltra DD. in l. Filiusfam. §. 1 ff. verbor. oblig. tradit Soarez, l. Poſtremò, verſ. Circa iudicem, nu. 13 ff. de re iudic. Azeued. in d. l. 10 tit. 1 lib. 4 n. 34.

Dubitari tamen poteſt, quo caſu procurator ligitimum mandatũ habens 9
agat in iudicio, & condẽnatus ſit, an cõtra ipſum, vel contra dominum cõpetat actio iudicati, & contra dominum dari videtur probare, l. 4. ff. de re iud. l. Plautius, ff. de procurator. ibi Plautius ait, procuratorem cõndẽnatum nõ debere conueniri niſi ſi aut in rem ſuam datus eſſet, aut obtuliſſet ſe cùm ſciret cautum non eſſe omnibus placuit: obſtat tamen ex diametro tex. in l. 1. C. de ſent. & interlocutio vbi ſententia lata contra dominũ eſt, ipſo iure, nulla, quia debet ferri contra procuratorem, cũ quo lis agitata fuit, ibi non videtur nobis habere rationẽ ſententia deceſſoris tui, qui cùm cognouiſſet inter petitorem & procuratorem, non procuratorem, ſed ipſum dominis litis condẽnauit, cuius perſona in

R iudi-

iudicio non fuit; potes igitur vt re integra de cauſa cognoſcere, ratio eſt quia quæcunq; gerimus a noſtra perſona initium ſumunt, l. Quæcunq; ff de actio.& obligatio. cùm ergo verba ſententiæ in perſonā procuratoris concipienda ſint, pariter aduerſus illū debet dari actio iudicati, ſicq; ſentit gloſ. in § Si ex conuētione, verbo condēnatus, in l.4. ff de re iud. aſſerens quòd ratione ſententiæ cōdēnatoriæ oritur actio directa iudicati aduerſus procuratorē condēnatum, & oritur etiam vtilis actio aduerſus dominū, cuius nomine procurator condēnatus extitit, quia in iudicijs eſt ſpeciale, vt pro omnibus ibi geſtis quæratur vtilis actio domino ſine ceſsione, & vtilis etiā aduerſus eum cōpetit ipſo iure, l. In cauſæ 27.§.fin. cum l. ſeq. ff. de procurator. l. In omnibus, § 1 ff de prætor. ſtipul Iaſ. in d.4 p.§ Si ex conuentione, n 11 Bart. in l. Hoc iure, n 4 ff ſolutio Paulus in l. Plautius, nu.4. ff de procurator, Afflict. deciſ 64 n 3.

10 Verius tamen eſt, quòd nulla actio iudicati cōpetit aduerſus procuratorē, ſed tantùm aduerſus dominū, quia in iudicio ſemper attenditur ad perſonam domini tāquam principalis, l. Si pupilli, § 1. ff. de negoc geſt. vbi notat Angel. nu 2. Socin. conſ.154 n.4. lib 2. Deci. cōſ 510. n. 4 neq; aliud euincit d l. 1 quia licet verum ſit quòd obligatio, & actio mero iure cōpetat aduerſus procuratorē, quia obligatio, & actio ab eius perſona initiū ſumpſere, d. l. Quæcunq; gerimus, tamen executio illius ſemper fit in perſona domini, l. 2. ff de adminiſt tutor quod tamē intelligendum quādo procuratorio nomine egit, nam ſi ipſe in rem propriam conſtituatur, & ipſe agat in hoc iudicio ſæculari rectè in eius perſona fiet executio cū eo caſu agat rē ſuam, & non alienam, ex his quæ Bart. in l. Si quis in rem ff de procur. Quid autem in tutore reſpectu pupilli, quis eorum pænam ſoluet dixit Azeued. vbi ſupra n 36. & ſeqq.

11 Quarto, non habebit locū hæc pæna in laico miſerabili, qui poteſt pro iuſtitia conſequenda iudicem eccleſiaſticum adire ex cōmuni opinione, in cap Significantibus, de offic deleg Maranta in pract. deciſ. 11 n 9 fol 216 Couar pract. cap 6. nu 1. verſ. Imó & in hoc: ſed licet hoc ita ſit, attētō iure, tamen praxis Hiſpaniæ aliud obſeruat, & condēnandus erit qui prætextu iuſtitiæ aſſequendæ iudicē eccleſiaſticum adierit quicquid dicat Innoc in cap. Cùm ſit generale, & multa congerat Marta de iuriſdictione

Quinto, non habebit pæna huius legis 12 locum in laico qui iudicem adit eccleſiaſticum vt iuramentū appoſitum in contractu adimplere faciat, iudicéq; ſæcularem compellat, iuxta cap. Licet mulieres de iureiur. in 6. ex Guillel. in cap. Rainuntius, verbo Duas, n 247. Auend. lib. 2 de exequend. cap. 27. n 14 Guterr. in Auth Sacramenta, n 162. & pluribus citatis, Barb in l 1 ff ſol matr n 75. licet repugnet Valaſ conſ 99. n 17 & contrarium teneant Auend. Guterr Couar. & alij ab ipſo citati n. 76. ad fin apud quē vide: cuius rei poteſt eſſe ratio, quia cum hoc caſu laicus nō citetur ad forum Eccleſiæ, non videtur eſſe locū pænæ huius Ordinationis, quæ ſolùm contra citātes diſponit, licet ex alio capite puniri poſſit, quia inhibitoriam impetrauit

Ex his manet reſoluta ſecunda quæ- 13 ſtio quam ſupra propoſuimus, & in ſola tertia quæſtione, quādo is qui alium ad forum Eccleſiæ citauit poſt litis cōteſtationem pænituit, dubitari poteſt, an pænam legis euadat, & quod à lite liceat diſcedere impune, etiam poſt litem conteſtatam, vltra ea quæ dixi ſupra, videtur comprobari, quia eſt regula quòd in pænis legalibus vſque ad ſententiam licita eſt pænitentia, quia per litis conteſtationem iudicium incipit, ex gloſ. in cap Super quæſtionum, de offic. deleg § 1. cap Ex parte de verb. ſig. l. Et quia, ff de iuriſd omni iud l 3 tit 10. part. 3. Maranta in pract. verſ. Litis cōteſtatio, n.1 fol.420 & in terminis quod in pæ-

in pœna legali proſit pœnitentia, probat cap. Dudum 2. in fine de electiône, Boer. deciſ.206. Azeued. d.l.10.n.5. faciuntq; l.Conductores,C.Lorati,& alia iura quæ citaui,quibus probatur requiri diſcuſsionem cauſæ, vſq; ad ſententiam vt pœna incurratur, quibus tamen in contrarium adductis minime obſtantibus per litis conteſtationẽ omnem ianuam eſſe clauſam vt pœnitentiæ locus eſſe poſsit in noſtro caſu,apertè conſtat ex fundamentis ſupra citatis, atque inſuper quia litis conteſtationem lex regia ponderat, vt reus etiam in eadem pœnam incidat,in quo inſinuat ſentire actorem iam in pænam incidiſſe per citationem executam, & in iudicio accuſatam, neq; obſtat quòd in pænis legalibus vſq, ad ſententiam locus eſt pænitentiæ,vt in d cap Dudum,nam vltra reſponſionem, Guterrez d. q. 30. n.42. quòd ibi agebatur de caſu dubio, an pæna à lege præſcripta eſſet incurſa, & ideo ante ſententiam deſiſtentia partis admiſſa fuit. Ego aduerto quòd in eo textu Pontifex admiſit ceſsionem iuris, & litis,ex eo quia ex tali ceſsione pæna incurſa per detentionem beneficij incompatibilis exequebatur, in amiſsione ipſius,atque ideo non erat, de quo amplius quæreretur,niſi an fieret inhabilis, & ineligibilis, quam Pontifex videtur remiſiſſe ex ſpontanea ceſsione facta in caſu dubio, quia talis inhabilitas non reſpiciebat partem, cui acquiri poſſet. At verò in noſtro caſu nulla conſiderari poteſt dubietas cauſæ cum ex notorietate facti permanentis conſtet, citantẽ cauſam in iudicio Eccleſiæ introduxiſſe, & inſuper pæna à lege impoſita parti applicatur, & captiuorum redemptioni quæ cum partibus ſit acquiſita, ab illis auferri nequit, ex pænitentia partis, cum hæc pæna non ſit cominata, ex eo, quod vſque ad ſententiam lis durauerit, nam licet eo caſu maior vexatio detur, tamen lex factum ſolùm puniuit quaſi temerarium & cum iniuria regiæ iuriſdictionis quæ per ſolam citationem exequutam incurritur vt eleganter ponderat Guterr.vbiſupra, n.42. & nu.25. vbi purgationi moræ in delictis aſſeruit non eſſe locum, faciunt quæ idem Guterrez de iuram.4 p. q.17. Donel. in l.Si ſeruum, §.Sequitur, ff.de verborum obligat. Surdus conſ. 157. à n.32. & conſ.97 n 1. & conſ 558. à prin. faciunt quæ Meno.lib.2.caſ.7 & Caſ.36.

Tertia quæſtio eſt, an ſententiæ latæ in eccleſiaſtico ex vi huius citationis habeant executionem in ſæculari contra laicos decidit lex regia quod non, ex qua deciſione meritò dubitari poteſt, an illis deneget executionem, & actionem iudicati, ex eo quod nullæ ſint quaſi latæ contra directam legis prohibitionem,ex reg. l Non dubium, C.de legib. quæ bonum publicum ciuile tanquam ſuum finem reſpicit in hac prohibitione, quod duobus modis obſeruatur, vel diſponendo circa ea quæ bonum ciuile in commune reſpiciunt, vel circa actus particulares, ex quibus bene diſpoſitis reſultat idem bonum commune ciuile: & hoc ſecundo modo, inquiunt Doctores, quòd lex reſpicit vtilitatem priuatam principaliter, & in conſequentiam publicam aduertit Fortun. in l. 1. §. Huius ſtudij n 10. ff. de iuſtit. & iur. Vacon. lib. 1. declarat. cap. 28 n.3 Thom.12.q.98 art 1.in corpore, Nauarr. in cap.Si miniſter,23. q 5.n 29. verſ. Eſt item alia Dioniſ.Elicarnaſ.lib. 2. antiq. Roman fol.68 quod quidem huic prohibitioni maxime accomodatur,in qua lex ſubditorum actiones dirigit,eorum oppreſsionem tollens,ex qua bonum cõmune aſſequitur, quare contra hanc directam prohibitionem geſta nullius ſunt roboris,maxime cum ſupra diximus quòd poteſt Princeps prohibere ſuis ſubditis ne eo inuito in iudicẽ eccleſiaſticum conſentiant. 14

Verùm ſi attendimus ad verba Ordinationis, non videtur quòd ex illis prohibeatur prorogatio iuriſdictionis 15

eccleſiaſticæ, quia Ordinatio ſolùm illam prorogationem impedit. reſpectu pœnæ cominatæ quam dum præſcribit in dubio actus nullitatem non inducit, ac proinde eo modo limitatur d. l Non dubium excomuni ſententia, Bart.in l. Prætor in princ ff noui.oper. recepta ex Gama deciſ.252.n 2.pro qua expendi ſolet,cap. Sacro de ſent. excomunication. Deinde quia dum Ordinatio ſubtrahit auxilium executionis ab Imperatore cōceſſum,in l Epiſcopale, C Epiſcop aud. & præcipit ſæcularibus,ne tales ſentētias exequantur eo caſu latas per eccleſiaſticos ſatis ſupponit,dari,& valere ſētētias, quarum executionem alia via non tollit vt fieri poſsit per ipſos eccleſiaſticos, vel ex delegata poteſtate, ſi eam habeant,vel ex ordinaria.

16 Sed priori opinioni adhærendum videtur, vt tales ſententiæ nullæ ſint ex defectu poteſtatis, ſuppoſita enim legis iuſta prohibitione iudex eccleſiaſticus eo caſu eſt vetitus, cuius iuriſdictionem ſubditi, inuito ſuo Principe prorogare nequeunt,ne vna iuriſdictio aliam perturbet,cap Nouit de iudic, ibi:Non putet aliquis, & gloſ in cap. 2. de priuil. Auiles Prætor. cap. 20. verbo vſurpan. Bobadilla lib 2.cap 17.n 185 & cap 18. n.15. Azeued.lib 4 tit.1.l.11.n.10. ſequeretur enim maxima perturbatio,ſi tales ſententiæ validæ eſſent in foro eccleſiaſtico,& nullæ in ſæculari,quare ſatiùs eſt vt in totum nullæ iudicentur, vt in ſimili,& magis arduo caſu praxis obſeruat circa contractum iuramento firmatum, de quo Valaſ.conſ.99 nu.17. Vnde illa nullitas erit perpetua, vel excipiendo, vel alio modo quoties oportuerit,vt declaretur nulla, quia cum ex ipſo contextu colligatur nullitas aperta cum vitium inſit non poteſt præſcribi, arg. l Non eſt ferendus, ff. de tranſaction. Seraphin. de priuil. iuram priuil. 31. num 72. Menoch. de præſumpt. lib 3. q.132 num 79. Maſcard. de probation. concl.1140.n 25. Valaſ.conſ.162.n.20.

An compræhendantur ſub hac lege confraternitates laicorū quando adminiſtratores conueniuntur ſuper poſſeſſionibus confraternitatum coram eccleſiaſtico iudice,& dicendum eſt compræhendi, quia ſuper bonis talium confraternitatum nulla datur præuentio, nec eccleſiaſtici ſe intromittere poſſunt:nam licet de iure caſu quo confraternitas poſsideat bona ſibi relicta, & ratione alicuius operis pij poſſet in eccleſiaſtico agi, vt probauimus ad Ordin. lib 1 tit.62. 1.parte. 17

Tamen ex ſpeciali concordia in hoc Regno habita cum Rege Alphonſo quinto cautum eſt,vt omnes cauſæ confraternitatum, & hoſpitalium ſuper bonis ipſius, licet fundatæ ſint,authoritate ordinarij,& ſic in totum eccleſiaſticæ,ex Ordin.d.tit.62 §.42. & lib 3.tit 93. in fine princ. nihilominus tales cauſæ in foro ſæculari decidantur,ex Ordin d. tit. 62. §.39.verſ. *Porem*, iuncta Ordin lib. 2. titul.9. §.2. atq; ideo licet confratres, vel adminiſtratores prorogauerint, talis prorogatio erit nulla,& ſententia ibi lata non merebitur executionem, quia ſubditi hoc caſu in præiudicium regiæ iuriſdictionis conſentire non poſſunt in iudicem non ſuum, imò puniuntur ex hac eadem Ordinatione.

An autem ille qui in cauſa mixti fori trahitur ad iudicium Eccleſiæ, poſsit ibi ſuum aduerſarium conuenire ex ratione Ordin. lib.3. titul. 33. §.2. vbi diſponitur quód actor alibi conueniri nequit, ex text. in cap. Diſpendia, § Reus de reſcript. lib. 6. & non poſſe reſolui Cabed. deciſ. 32. licet aliud dicendum ſit in reconuentione, quæ eſt prorogatio legalis, vt dixi; reconuentioni autem locus non erit quando quis ad illum forum ratione qualitatum defertur, vt dixi ſupra.

Vltimo declarabis hanc legem non habere locum, ſi citatio ad forum Eccleſiæ facta nulliter expedita ſit, vel à iudice ad quem non ſpectabat, nam cū acta

acta corruant pœna non incurritur, ex reg. l. 2. vbi Bald. & Salicet. C. de Eunuchis, Tiraq de retract. Lignagier. § 1. gloſ. 7. n 7. in decima pungit Auendan. reſponſ. 23 nu 3 plures citat Lazarte de decim cap. 14. n. 1. Verùm cùm hoc caſu citatio nunquàm valida eſſe poſsit contra legis reſiſtentiam, quæ directo prohibet prorogationem, videtur quòd ſuſtineri debet actus ad illum ſolùm finem vt puniatur citans ad forum Eccleſiæ in caſibus, quorum cognitio iuriſdictionis regiæ eſt, ſicut alias videmus venditionem liberi hominis valere, vt contra venditorem detur actio exempto, l. Liberi hominis, ff. de contrah. emp. & in eo qui emphyteuſim alienat domino irrequiſito ſuſtinetur venditio vt incurratur comiſſum, dixit D. Caldas Pereira de extinctione cap. 10. n 39. citato Oldrad conſ. 139 limit 3 n 5. Decio conſ 247. col. 2 verſ. vltim. Tiraquel. de conſtitut. limit 3 n. 6. ſicq; debent accipi quæ idem Caldas Pereira cap 7. n. 10. vbi habet ex contractu nullo caducitatem non incurri, & quæ Lazarte d. cap. 14. n 47. quôd aliqui ſunt actus qui de iure non tenent, & tamèn ex facto ſeruantur, in quibus idem dicendum, ac in rite celebratis, ex gloſ in l. 1. verbo Non iuris, ff quod quiſq; iuris, quid quando laicus trahitur ad forum Eccleſiæ in actu de ſe indiuiduo, videndus dominus Caldas Pereira de emptione cap 10. num. 46.

An autem hàbeat locum Regia Ordinatio in eo qui ſe obligat reſpondere apud iudicem exterum, vel Caſtellanũ, videndi DD. in cap. Pet G. de officio deleg. affirmat Barboſa de iudic. in l. 1. art. 3. nu. 139. & 166. faciunt quæ Bobadilla lib. 2 cap. 17. n. 192. Azeued. lib. 4. tit. 1. l. 10. recopil.

SVMMARIVM.

1 Princeps ſupremus eſt iudex inter proprios ſubditos etiam in propria cauſa.

2 Inter duos Principes eſt iudex ſumus Pontifex.

AN IVDEX REGIVS SIT COMPEtens quando quæſtio mouetur inter ſæcularem, & eccleſiaſticum ſuper iuriſdictione regia, ad Ordin. lib. 2. tit. 1. §. 15. & lib. 1. tit. 12. §. 5.

CAP. 36.

Iudex Regius dubia ſuper regia iuriſdictione decidit inter iudices ſæculares, & eccleſiaſticos, vt diſponit Regia Ordinatio in præſenti, ibi: *Hauendo duuida entre os julgadores Eccleſiaſticos, & ſeculares ſobre a qual delles pertençe a juriſdição, os juyzes de noſſos feitos ſaõ competentes para conhecer*

ſe a juriſdição pertence a noſſas juſtiças, & lhes pertence a determinação do tal caſo, ſendo o aggrauante leigo, os quaes procederão na maneira que temos dito, liuro primeiro titulo do procurador de noſſos feitos da Coroa, o que foy aſsi ſempre custumado & vſado em noſſos Reynos. Ideſt, ſi dubium emergat inter iudices ſæculares, & eccleſiaſticos, ad quem corũ pertineat cognitio, iudex regius eſt competens inter eos vt quæſtionem dirimat, & videat an iuriſdictio ſit Regis, quod intelligendũ eſt quando ſupplicans eſt ſæcularis, qui procedet eo modo quo diximus ſupra lib. 1. tit. de procuratore regio, ſic enim ſemper vſu, & ſtyllo Regni receptum fuit.

Quòd iudex regius ſit competens ad cauſas, quæ regiam attingant iuriſdictionem diximus ſupra ad Ordin lib 1. tit 9. §. 12. in art. ab abuſu, & ex vſurpata iuriſdictione 1 p. huius tractatus, & ſic inter Regum concordias reperitur cautũ, vt videre eſt in art. 58. Regis Ioannis primi, n 231. conducunt concordiæ ad Ordin. lib. 2. tit. 1 §. 15. 16. & 18 vbi videri poteſt.

1 Et citra omne eſt dubium Principem ſupræmum eſſe iudicem inter ſuos ſubditos, etiam in propria cauſa, & iuriſdictione, vt in hac Ordinatione comprobatur, & l Proxime, ff de his quæ in teſtam. delen. communis in cap. Cùm veniſſet de iudic. quæ ſemper debet explicari, & ampliari per Ordinationem lib 1. titul. 12. § 5 vt hoc etiam procedat inter clericos in caſibus, in quibus ad Principem ſæcularem ſpectat cognitio, vel iuriſdictionaliter, vt in § 15 16 & 18. lib 2. vel per recurſum, vt in Ordinatione lib. 1 tit. 9. §. 12. vnde cum iuriſdictio ſit inter bona Regiæ Coronæ, de dubijs iuriſdictionis ipſe cognoſcit, Bart. in l. Eſt receptum, ff. de iuriſd. omni iudic. Surdus conſ 47. n. 14 qui limitat quando litigat cum non ſubdito, vnde licet clerici non ſint ſubditi, tamen ideo inter eos cognoſcit quia reſpectu bonorũ quæ poſsident à Regia Corona ſubditi eſſe poſſunt, vel ratione etiam recurſus ſubditi ſunt, de quo Couarr. pract. cap. 35. num 2. Graſſis lib 4 decil cap 18 à num. 138. Seſſe de inhibitio. cap. 8. § 9. n. 57. Peguera cap 29. à n. 5. Rodericus de annuis reditibus lib 1. q. 17. n 67 latè Azeued. ad l. 4 tit. 1. lib 4 n. 11. recopil. Guterrez pract lib 1 q 6 num 2 Cened. cano. q 36. lib. 1 n. 14 Cabed. 1 p. deciſ. 118 n 7. & deciſ. 15. lib 2 & areſt 4 elegantiſsime Oldrad. conſ. 83 per tot.

Illud ſemper notandum eſt quòd quando dubium eſt inter duos Principes neuter eorum cognoſcit, ſed ſummus Pontifex, cap. 1. de probation vel ipſi iudices eligunt inter ſe, vnde in praxi vidi dubitatum quid faciendum foret in caſibus criminalibus inter Principem Caſtellæ, & Portugalliæ concordatos, quando dubia in cauſis decidẽdis emergunt, extat namq; compoſitio facta, quòd Hiſpani qui ad auditorem militiæ generalem declinauerint, ratione priuilegij militaris, quòd iudex Luſitanus cũ dicto auditore cognoſcat, & illis diſſentientibus Senator Regius nominetur tertio loco, dubitatum fuerat, an poſſet Vicerex alium iudicem non Senatorem dare? & placuit quòd non, quia illi iudices per concordiam ſunt electi inter duos æquales Principes, quare alter eorum nec cognoſcit, nec iudices mutare poteſt, alias namq; inciperet fieri ſuperior, quod nulla ratio permittit vt concordias infringat, de quarum ſtabilitate dixi laté prima parte ſub articulo concordiæ, ſic pariter noſter Princeps ordinem cognoſcendi de immunitate delinquentium per concordiam ſic ſtabilitũ, nullo modo mutare poterit, niſi de Papæ, & ipſius communi conſenſu fiat argum. l Sicut, C. de actio. & oblig. vnde ſic pariter videtur quòd in Ordinationibus concordatis inter Prælatos, & Regem, non poteſt Princeps ſolus interpretari dubia quæ circa intellectum concordiæ emergant, quia licet ipſe iudex 2

iudex ſit ſuper dubijs ſuæ iuriſdictionis, vt ſupra diximus illud quidem obtinet in iuriſdictione propria, quæ ſibi à iure data eſt, non vero in ea quam ipſe habet cum altero communem, vel in qua ex concordia ipſe certis caſibus cognoſcit, quia tunc ſi dubia emergant circa interpretationem concordiæ vtraq; pars debet audiri, & hoc videtur iuris principijs conforme, & attendendum à iudicibus Regijs, licet omnia dubia iuriſdictionis ſine vlla diſtinctione decidamus, non conſideratis concordijs, & qualis debeat fieri interpretatio. Ampliabis hanc Ordinationem ſic intelligendam inter iudices eccleſiaſticos, & ſæculares, ac pariter intelligenda eſt inter ipſos ſæculares, ſi ſententia lata ſit in altero Regno contra proprium ſubditũ, cuius executio in hoc Regno petitur, de quo diximus deciſ.2 vbi videri poteſt.

SVMMARIVM.

1 LEX *Regia iuſtè prohibet ne bona temporalia vendantur Eccleſijs.*

2 *Contra ius canonicum videtur talis prohibitio.*

Clericus non poteſt ad pœnam obligari in foro ſæculari. ibi.

3 *Si Eccleſia poſsidet rem vt liberam debet in ſuo foro conueniri, licet Rex prætendat quod ſit Coronæ.*

4 *Pro rebus fiſcalibus clerici in foro Regis pulſantur.*

Verbum bona comprahendit omnia bona. ibi.

Generalis diſpoſitio comprahendit omnia. ibi.

5 *Quando agitur ad amiſsionem rei emptæ contra Eccleſiam illa actio eſt ciuilis.*

Comiſsi cauſa non eſt criminalis. ibi.

6 *Pro rebus Coronæ recuperandis agitur priuatiuè in ſæculari contra clericos.*

7 *Clericus adminiſtrator bonorum Coronæ in ſæculari conuenitur.*

8 *Pœna conuentionalis peti poteſt in ſæculari. ibi.*

Iudex Regius ad has cauſas eſt ſpecialis, & priuatiuus. ibi.

9 *Prælati pro iuriſdictionis abuſu an poſſint coram Rege pulſari?*

10 *Iuriſdictio ſæcularis vti in fonte in Principe reſidet.*

Habet intentionem fundatam. ibi.

11 *Iuriſdictio titulo acquiritur habito à Principe.*

In reſeruatis beneficijs poſſeſſor habita non meretur reſtitutionem. ibi.

12 *Principi reſeruata an præſcribi poſsint?*

13 *De iure regio quid ſit?*

Ordinatio lib.2 tit.45. §.10.& fin. exponitur. ibi.

Procedit in illis qui contra titulum habitum poſsident. ibi.

14 *Qui ſola nititur poſſeſsione, meliori iure nititur, quàm qui titulum allegat.*

Pluribus locis de iure regio permiſſa eſt præſcriptio iuriſdictionis. ibi.

15 *Regalia tempore non præſcribi quomodo accipiendum.*

Vbi reprobatur immemorialis conſuetudo, debet intelligi quando in pura conſuetudine fundatur intentio agentis. ibi.

Iura, quæ prohibent præſcriptionem ſtrictè intelligenda in vera, & propria. ibi.

Non compræhẽditur allegatio priuilegij quæ probatur præſcriptione, ſeu vſu.

Lex quæ tollit præſcriptionem non tollit tituli allegationem. ibi.

Fraus videtur vt admittatur allegatio poſſeſsionis vbi præſcriptio reprobatur. ibi.

Prohibitio legis ſatis operatur quando conſuetu-

ſuetudo per ſe non admittitur, ſed ſolùm ad probandum titulum. ibi.
Conſuetudo hoc caſu admittitur, ac qualibet alia probatio. ibi.
16 Ordinatio ſolùm reſiſtit illis qui contra ſuum titulum poſſident.
17 Appellatio eſt de reſeruatis in ſignum ſupremæ iuriſdictionis.
Bracharenſis Archiepiſcopus non concedit appellationes criminales ad Regem. ibi.
18 Præſcribere non poteſt quis ſupremam poteſtatem, ſi manet ſubditus illius Principis aliàs ſecùs. ibi.
19 Archiepiſcopus Bracharenſis non poteſt denegare appellationem ad Regem in criminalibus.
Poſſeſsio Archiepiſcopi non eſt immemorialis. ibi.
20 Refertur areſtum Senatus.
Aliud areſtum in cauſa ſtupri. ibi.
21 In Senatu Bracharenſi non poſſunt adeſſe Senatores clerici vt laicorum cauſas iudicent.
22 Clerici ſuper penſionibus fiſcalibus in foro ſæculari conueniri poſſunt.
Qualitas rei quod ſit fiſcalis, quando, & quomodo probanda? ibi.
23 An in generali conceſsione á Principe facta veniant reſeruata?
24 Rex generaliter omnia concedens videtur etiam reſeruata transtuliſſe.
25 Cui ſumma poteſtas data eſt, an poſsit condere legem?
Noſtri Magnates quibus ampliſsima eſt data poteſtas, leges non condunt. ibi.
26 Creare officia nemo præter Regem poteſt.
27 Tuitiuas ſolus Rex concedit.
Etiamſi verba talia ſint quæ de ſe comprehendant omnia non veniunt reſeruata ſine ſpeciali mentione. ibi.
28 Solus Princeps legitimare poteſt.
29 Emancipationis literas concedere, vel ſupplementi ætatis ſolus Rex concedit.
30 Solus Rex nobiles creat, & arma concedit.
Nobilitas quibus modis acquiratur. ibi.
31 Doctores non creat niſi Princeps.
32 Solus Princeps famæ reſtituit.
33 Veniam criminos ſolus Princeps concedit.
34 Solus Rex inſinuat donationes.
35 Seditioſos nemo eijcit à Republica niſi Princeps.
Forbamnitio, ſeu foriudicatio requirit partis citationem, quia continet exilium. ibi.
36 Solus Rex prohibet venationem, & piſcationem.
37 Reuiſionem ſolus Rex concedit in cauſis.
Appellatio, & reuiſio in quo differant? ibi.
Reuiſio, & ſupplicatio in quo etiam differant. ibi.
38 Sententia vbi primum lata eſt robur accipit à lege, & actionem producit, quæ nec ſuſpendi, nec tolli poteſt niſi per Principem, & legem animatam.

AN POSSIT PROHIBERI PER *legem ſæcularem ne bona Regiæ Coronæ perueniant ad clericos ſine regia facultate? Et an ſuper his bonis, in ſæculari iudicio, vel ſuper redditibus, aut penſionibus Regi debitis conueniri poſsint, vel ſuper iuriſdictione, & eius abuſu? Ad Ordin. lib. 2. tit. 1. §. 16. 17. & 18. & tit. 16. & tit. 28. §. 6.*

CAP. 37.

HArum legum deciſiones quæ in §. 16. huius lib. 2. tit. 1. continentur, & in §. 17. & 18. varijs concordijs habitis cũ Prælatis, etiam accedente S. Pontificis approbatione corroborãtur; nam Ordin. d. §. 16. deducta proponitur ex art. 1. tertiæ concordiæ habitæ cum Rege Dioniſio, 1. p. n. 107. & in art. 3. 4. & 5. eiuſdem tertiæ concordiæ: ſicq; Romæ fuerat concordatum cum Prælatis, & Rege Dioniſio in art 35. ex 40. Romæ oblatis. n. 83 & in 2. art. ex vndecim etiam Romæ habitis, n. 94 & in art. 9. eiuſdem, num. 102. & habetur in art 89. Ioannis primi, n. 262.

§. autem 17. concordatus fuit in d. artic. 35. Dioniſij in prima concordia n. 83. & in ea parte quæ agit de appellatione deducitur ex concordia Regis Santij, art. 4. n. 6.

§. autem 18. deducitur ex eodem art. 35. & ex art 9 ſecundæ concordiæ eiuſdem Regis, nu. 102 quæ concordiæ habentur in prima parte huius tractatus.

1 Tamquam certum ſuppono quòd iuſte leges regiæ prohibeant, ne clerici emere poſsint bona regalia ſine Regis licentia, ideo non repeto, licet contra teneat Marta de iuriſdictione, 4 p. cap. 76 per tot. cuius fundamenta, & rationes non multum vrgent: ideo in his non immoror, ſolũmq; in hoc capite diſſeremus: An ſuppoſito quòd clerici poſsideant, vel emant contra legis prohibitionem poſsint conueniri in foro ſæculari ad rei amiſsionem. Secundò, an pro iuriſdictionis abuſu á Rege habitæ. Tertio, an pro penſionibus rerum fiſcalium quas poſsident coram iudicibus regijs reſpondere compellantur.

Et quoad primam quæſtionem videtur 2 contra regulas iuris canonici ſtatuiſſe, dũ abſolute clericos in ſæculari iudicandos cenſet: nam etiamſi agnoſcamus legem eſſe iuſtam, & validam qua clerici prohibentur bona Regiæ Coronæ emere Rege inconſulto, tamen adhuc ibi forum ſortiri non debent, ſed in ſuo foro, in quo ad pœnam conueniri debent per ea quæ notantur in l. Ad inſtructiones, C. ſacroſ. eccleſ. & eſt doctrina Innocentij, in cap. Non minus, verſ. Quamuis de immunit. Eccleſiar. Hoſtienſ. in ſumma de immunit. §. A quibus, verſ. Materia, Palati in cap. Per veſtras, fol. 88 in ſimili reſoluit Guterr. pract. lib. 4. q. 38. n. 23 & lib. 1. pract. q. 4. Bobad. lib. 2. cap. 18. num. 117. maximè quia etiamſi clerici tales poſſeſsiones acciperent ea conditione, vt pro illis in ſæculari conueniri poſſent, adhuc ſuo priuilegio renunciare nequeunt, nam illud ſpecialiter in fæudo in iure expræſſũ

reperitur

reperitur in cap.Ex tranſmiſſa, de foro comp.cumq; in hoc Regno fæuda non ſint, vt dicit Ordinatio Regia lib.2. tit. 35. §. *E outro ſi*, in alijs rebus ſtandum eſt regulæ in contrarium, maxime quia etiã in fæudis ſi criminaliter agitur ad amiſsionem, non poteſt clericus in ſæculari iudicio obligari, ex Aufrer.reg.2. fallentia 1 ſequitur Socin.conſ.12.lib.1. Ripa in cap. Decernimus de iudic poſt n 21. Socin.in cap.Ex tranſmiſſa, de foro comp n. 32. vnde etiamſi ex tali crimine ciuiliter agatur, adhuc talis actio ciuilis quæ ex crimine deſcendit ad iudicium Eccleſiæ ſpectat ex Ordin.lib.2. tit 1. § 4. & facit regula cap.1. de cleri. coniug lib 6. vbi laicis iudicibus interdicitur cauſæ criminalis cognitio, etiam ciuiliter motæ ſecundum communem in d cap. Decernimus, & in fæudo dixit Innocent in cap. Verum, de foro competent.

3 Secundo reſpondo, quod clerici in ſæculari iudicio tunc conueniri poterunt, quando ipſi non negauerint rem, de qua agitur eſſe Regiæ Coronæ, quia tunc conſtat de qualitate tribuente iuriſdictionem, cuius exiſtentia, pro fundamento iudicij requiritur, arg.text. in cap. Si clericus, de foro comp. & Ordin. lib 2 tit 1. §.5. verſ. *E aſsi ſe faça ao leigo*, vbi laicus qui negat rem eſſe Eccleſiæ ad ſuum forum remittitur: ergo pariter & clericus conuentus in ſæculari pro re fiſcali, ſi illam qualitatem in totum negauerit, ad ſuum iudicem remittendus eſt, vt de ea prius diſcutiatur, vt concordando opiniones docuit Panorm. in d. cap. Si clericus, nu.15. & dixit cõmunem Curtius in l 2. ff. ſi quis in ius vocat. nu. 34. Afflict q 297. Oportet enim vt clericus, vel Eccleſia, in iudicio ſæculari pulſari poſsit vt rem poſsideat à Rege, illumq; dominum agnoſcat, alioquin etiam ſi Regis ea res aliquando fuiſſet, ſi de præſenti ab Eccleſia retinetur, vt libera, & propria in ſuo foro conueniri debet, iuxta notata in c. Dilectus 3. cum gloſ.de præbend. & in cap.1.de iure patron.lib 6. DD in cap. Romana, §. Debet, de appell.in 6. Oldrad.conſ.252. Aufrer.reg.2. fal.2. Guillel. in cap Raiuuntius, verbo Et vxorem, num.315. Afflict q 2. ſufficit tamen domino Regi quæcunq; ſuperioritas, & recognitio, vt in §. fin quibus mod. fæud. amittat, & ibi gloſ.fin. in fin. Aufrer. d. fal. 2. & alij in d. cap. Dilectus, Domi. in cap 1. col. fin. verſ. Et præmiſſa, de immunit. eccleſ. lib 6.

Sed prædictis non obſtantibus dicendum eſt in hoc Regno ab antiquiſsima conſuetudine obſeruari, ne clerici bona regalia emant abſq; Regum licentia, ita vt contractus aliter geſti, nullius roboris exiſtant, patet ex Ordin. d. lib 2. tit 16 deducta à lege antiquiſsima à Rege Alphonſo quinto condita, de quo etiam extat nonus articulus ex vndecim Romæ cõfirmatis, cuius verba ſunt, ibi: *Mas que o coſtume antigo deſte Reyno, he, que toda a peſſoa aſsi eccleſiaſtica como ſecular que tiuer bẽes da Coroa, que ſobre qualquer demanda que ſe mouer por cauſa dos taes bẽes reſponda diante dos juyzes, & juſtiças delRey, &c.* Virtute cuius concordiæ, à Sede Apoſtolica confirmatæ, ceſſat omnis labor, & apparet iudicem regium potuiſſe conſtitui ad harum cauſarum expeditionem, qui priuatiuè ad alios iudices etiam eccleſiaſticos cognoſcat, coram quo clerici conueniantur, non ſecùs, ac de iure communi coram domino fæudi, in quo nihil aliud reperitur quàm contractus, & canonum approbatio, d. cap. Ex tranſmiſſa, pro quo poſſunt expendi verba concordiæ, dum loquitur per verbum *Bẽes*, quod includit omnia poſſeſſa, vel ſint corporalia, vel incorporalia, vt in l.Interdum, & ibi Alciat. ff de verbor. ſignificat. l. Poſſeſsiones, & ibi gloſ. C de probatio. loquitur deinde per verba *da Coroa*, quod omnia patrimonialia includit, l. Bene à Zenone, C. quadri. præſcript. cap Generali, verbo Regia, de electionẽ in 6. 4

in 6. Curtius de fæud. q. 6. & 8. vtitur deinde illis verbis *Sobre qualquer demanda*, quæ omnem petendi modum includunt, ſiue petitorio, ſiue poſſeſſorio agatur, illa enim eſt potentia generalis diſpoſitionis, ex Menoch conſ. 335 nu 22. & remed. 15 recuper. nu. 83. & conſ. 19. nu 13 Cotta immemorab verbo Quibuſcunq; fol. 726. Tiraquel de retract. Lignag. §. 1 gloſ. 7. n. 21. Deci conſ. 113. n. 4. atq; ita praxis obſeruat, quód ſufficeret vt contractum aliàs obſcurum interpretemur, vt per Ioann. & Andr. & Domini in cap. Cum perſonæ. §. Quod ſi talis, de priuil in 6. Butrius in cap Si diligenti in fine, de præſcriptio. Aufrer. reg 1. fal 12. vbi ex ſola fama antiqui priuilegij concedit iudici ſæculari plures caſus, vt per Carol. de regalib. lib. 2. fol. 116. Feli in c. Causã quæ de præſcrip. Ripa in cap Decernimus de iudic. n 75. Guterr pract. lib 2. q 132 nu 9. Cabedus deciſ 6. p 2. n 4. Azeued. ad l. 11 titul. 3. lib. 1 n. 12.

5 Secundo dic, quód quando in iudicio Regiæ Coronæ agitur ad amiſsionẽ rei emptæ, contra clericum non inſtituitur criminale iudiciũ, ſed merè ciuile, vtpote quia licet ad amiſsionem rei venditæ agatur Regi applicandæ illud procedit, vt illi tanquam domino directo applicetur, à qua exiuit ad exemplũ domini directi, qui ſi pro comiſſo agit, illa cauſa criminalis dici nequit, nec criminalis ibi datur accuſatio, ſed ciuile inſtituitur iudicium ad amiſsionem rei emptæ, & eſt ratio, quia nõ omnis amiſſio eſt pœna, ex Bal in l fin. C de bon. liber. ſequitur Deci. in cap. 2 de conſtitut. faciunt l 6 tit 1. lib 4 recopil. & l 10. tit 7. lib. 9 recopil.

6 Atq; ex his patet intellectus ad Ord. in d. §. 16. & infra tit 16. vt ſcilicet procedat, quia pro rebus Regiæ Coronæ recuperandis agitur priuatiue, in ſæculari ad nullitatem contractus, contra legum prohibitionem geſti, ex ví concordiæ à S. Pontifice confirmatæ, nec obſtabit quòd his caſibus adhuc res illæ quas fiſcus reiuindicare intẽdit, non ſunt fiſcales, cum adhuc expectetur ſententia declaratoria ferenda à iudice competente, ex communi in cap. Cum ſecundum de hæret. lib 6. Immol. in cap. Poſtulaſti de foro comp. Panor. in cap. Qualiter, additione vlt de iud. Paul. in l. 1. ad fin. C. vbi cauſæ fiſcales num 9. Nam ſatisfit quòd in hoc Regno res quæ in comiſsũ cadunt, abſq; vlla ſententia Regis fiunt, ex Ordin. lib. 2 tit 26. §. 20. deinde quód in verbis concordatæ etiam hic caſus compræhenditur, ibi: *Sobre qualquer demanda que ſe mouer, &c.* ſiue reiuindicatione, vel perſonali actione agatur illud coram temporali iudice expediendum eſt, concordat Ordin lib. 2. tit 45. §. 46 & tit. 48. §. pen & fin. & lib. 2 titul. 49. per totũ quibus locis de Eccleſijs, ſeu Prælatis coram ſæcularibus conueniendis agitur, vt de iure eſſe dixit Euerard. conſ 24. q. 1.

Ideo meritó traditur poſſe clericum adminiſtratorem bonorum Regiæ Coronæ in ſæculari conueniri pro mala adminiſtratione, ex cap. Si Sacerdotibus nec clerici, vel mona. quòd comprobat l. 23 tit. 6. part 1. vbi Gregor. Azeue. in l 4 tit. 4 lib 1. Gironda de gabel. 7 p. in princ. num. 26. Caſſan. in conſuetud. rub. 1. §. 5 tit de iuſtices, nu. 71 Queſada cap. 79. diuer. quæſtio. n. 10 & 11. Bobadilla lib. 2 cap. 18. n. 85. & cap. 17 n. 196. vel etiam ſi impediat bonorum Regiæ Coronæ exactionem, Bobadilla d. cap. 18 n. 171 & 251 pluribus citatis, Cabed. 2. p. areſt 4. & 74. & deciſ. 15. nu. 6 vbi denegat Prælato ſpoliato ſua poſſeſsione reſtitutionẽ, niſi titulum oſtendat iuriſdictionis quam poſsidet. Nec obſtat, quòd ſupra diximus pro hac pœna clericos pulſandos fore in iudicio Eccleſiæ, quia reſpondetur, quód etiamſi agnoſcamus in hoc caſu ad pœnam agi contra Eccleſiam, illud quidem procedit quia talis pœna, ſeu priuatio eſt conuentionalis, quæ ex ví concordatæ 7

exigitur,

exigitur, & ſuppoſita legum regiarum prohibitione talis pœna rebus ipſis cohæret, itavt potius prædia ipſa conueniantur pungit Guillelmus, & Inno. in cap. Cæterum de iudic. Aluorot tit. de fæudo ſine culp. non amittend. cap. 1. col. 2. ſicut aliàs in fæudo ſi vaſſalus feloniam comittat in ſæculari priuatur, Carolus de Graſſal. lib. 2 priuileg 16. Guillelm in cap. Rainuntius, verbo Et vxorem, decif. 2. n 459. Ceuallos de violentia p. 2. q. 64. num. 13. ſicq; obſeruat Franciæ vſus qui in Hiſpania viget, ex l. 2. tit. 1. lib. 3. & l. 4 tit. lib. 2. quas Pallatius defendit in cap. §. 48 num. 49. referens Oldrad conſ. 83. qui magis cōtrarium reſoluit pro Epiſcopo Portuēſe. Videndus Gomez tom 3 variar. cap. 10. n. 7. Azeued l. 4. titul 4 lib. 1. & l. 14. tit. 16 recopil. Chacher. decif 30. num 5. Greuæ ad pract Camer lib 1 concl 30. & concl. 37. conſid. 11. Caldas Pereira f renſ. conſ 5 n. 3.

8 Ad ſecundum, quód quando res detinetur ab Eccleſia tamquam libera, nō poteſt vocari ad iudicium Regiæ Coronæ, ſed coram ſuo iudice. Reſpondetur, quód illud non habet locum reſpectu iudicis ſpecialis deputati ad vniuerſitatem cauſarum certæ ſpeciei: tunc enim ſufficit in libello exprimere qualitatem, quæ iuriſdictionem tribuat, quód res eſt fiſcalis, vel de Corona vt iuriſdictio cōpetat, donec contrarium conſtet, per Bart. in d. l. 2. ff. ſi quis in ius vocat. vbi Iaſ. num. fin. & Roman. 10 vt per gloſ. Capel. Tholoſ. q. 210. & Barbat. in cap. Si clericus, n. 32 de foro comp. Barboſa qui veriorem dicit in l Si quis ex aliena. n. 135. Vnde cum rebus Regiæ Coronæ certus, & deputatus iudex ſit datus ex vi concordiæ etiam inter perſonas eccleſiaſticas, nullus remiſsioni locus eſt, quæ ſolùm locum habet quando duo proponūtur iudices cōpetentes, inter quos electio dari poteſt vel competentia, non verò reſpectu iudicij priuatiue, ad illas tātum cauſas inſtituti, cuius natura non mutatur ex mutatione perſonarum, cū ad res ipſas dirigatur: ſicq; ceſſat ratio d. §. 5. quia ibi agitur de reo declinante ad iudicium, quòd aliàs ratione perſonæ, & rei erat competens, quod in præſenti non datur, cùm hoc iudicium ad res dirigatur Regiæ Coronæ, quæ alij iudici ſubeſſe nequeunt, etiamſi priuilegiatæ perſonæ adhæreāt, ea enim eſt natura ſpecialis iuriſdictionis vt deroget generali, cap Studuiſti, de offo. deleg. l. Ne quidquam, ff. offo. Proconſul doctiſsimus Didacus de Brito in cauſ. maiora. q 4. n 14 in fine.

Amplia vt non ſolùm clericus naturalis coram iudice regio, reſpondeat verum etiamſi ſub alio Principe degat Brito vbiſupra.

Secunda quæſtio eſt, vtrùm pro iuriſdictionis abuſu poſsint Prælati donatarij iudicio ſæculari conueniri? Hæc quidem quæſtio amplam diſputandi ſegetem præbet quæſtionē abſoluit Ord. hoc tit 1. §. 17. ibi. *E ſobre a juriſdição, ſe a tiuer, & della vſar contra forma de ſuas doações, ou denegar appellação para nós, ou para os noſſos officiaes para iſſo deputados, ou tomar conhecimento das appellações que ſahirem dante ſeu Ouuidor, ou della vſar, não tendo para iſſo doação expreſſa, poderà ſer citado perante noſſas juſtiças, & ahi ſerá obrigado reſponder.* Latius eadem Ord. lib. 2 tit. 45. per totum. 9

Et citra dubium videtur eſſe quód Prælati qui iuriſdictionem à Rege habent, coram Tribunali Regio conueniri debent ad imaginem fæudatariorum, eo enim ipſo fiunt de foro ſæculari, & reputantur ſicut alij domini temporales, cap. Si quæ cauſæ, §. His itaq; 11. q. 1. Couarr pract. cap 4. n. 2. Afflictus de iure congrui. in princ. leg. num. 3 fol. 15. Perez in l. 5 lib. 1. Ordin. tit 4. col. 185. & latius in l. 2. tit. 1. lib 3. col 778. verbo *Porque la appellacion.* Bobadilla lib. 2. polit. cap. 17, n. 197. vbi citat Bart. in l. 1. §. Si quis in appellatione. ff. de appell. & vt omnia melius innoteſcant per ſingula

Ordi-

Ordinationis verba diſcurram.

Soure a jurdição, ſe a tiuer: & ibi: *Não tendo doação expreſſa.*

10 Huius aſſertionis eſt ratio quia iuriſdictio temporalis vti in ſuo fonte in Principe ſæculari eſt, ex text. in cap 1. 22.diſtin.cap in apibus 7.q.1.Bal in cap. 1. §.Iniuria de pace iuram firmam.Gramatici voto 28. Felin.in rubr.de appel. n.4 Soarez aleg 7 idem Bal.in c vnico, incipit ad hoc de allodijs n 2.& ii verſ. Nota hic, Vantius de nullit tit ex defectu iuriſd.n 10.Magon.deciſ 87 num.1. Menoch.de præſumpt lib.2 q.11. nu 4. Mainer.in l.Non videtur, §.Qui iuſſu, n 19.ff de reg iur & probat Ordin lib.2. tit.45.§.6. Cabed. deciſ.38. 2. p. atq; ex his Reges ſupræmi in ſua iuriſdictione habent intentionẽ in iure fundatam,ex Ord Regia,lib.2 tit.1 §.15.& lib.1 tit.12. §.5. *Aſsi por noſſas Ordenações, & artigos acordados, & aprouados pelos Reys que ante nós forão como por direito comum*, idem cauetur lege Caſtellæ, l.8.Ordin titul.14. lib.3.in hæc verba: *El Rey funda ſu intencion de derecho comun acerca de la juriſdiciõ ciuil y criminal*: idem cauetur l.2 tit.1. p. 2 DD in cap.Romana,§.Debet de appell.vbi domi,n.6. Auiles in c.Prætorũ, fol 22.Guido ſing 661 §.Quid,& ſingul. 823 §.Omnia, & eſt pro hac parte bonus, text in cap Veniens de accuſat.vbi Panor.not.2. Guillel in cap Rainuntius verbo Et vxorem n 289. Montaluus in l 5 tit 28 part 3 Caſſan.in cõſuet. Burg. rub.9 § 4.n 5 Alciat in l.1 n 15. ff.acq. poſſ. Cabed 2 p.deciſ 9 n 8.

11 Verus igitur,& ligitimus modus quo iuriſdictio acquiritur eſt titulus à Principe ſuperiorẽ nõ recognoſcẽte habitus,nã cũ illa ſoli Principi cõpetat, merito qui iuriſdictione vtitur illius titulũ exhibere tenetur,facit Ord lib 2.ti 45.§ 6 & apud Hiſpanos eſt lex fin tit.13 lib 3 Ordin. Grama q 59 n 15 & Valaſ de iure emph. q.8 n 32. alioquin poteſt expelli, & priuari ex his quæ Auil.d.c.1 Prætor n.18. Curtius Sen conſ 90 n 2 lib 2 Palac in c.Per veſtras,§.48.ex n.47.Cab.2 p deciſ.9.n.8.vnde ſi ille qui titulũ non habet ſpolietur ſua poſſeſsione reſtitui nõ debet,cũ poſſeſsio infecta ſit,& reprobata per decretũ irritãs,quo caſu ceſſat reſtitutio, ſicut in beneficijs reſeruatis denegatur reſtitutio ſpoliato,ex Rota noua 16 ſub tit de reſt ſpol. Nauar.in cap. Accepta de reſt ſpol. opp.10. Gonzalez § 7 proæm.n.132. idem Valaſ. vbi ſupra n.27. vbi adducit exẽplũ fæudatarij incapacis,qui nõ reſtituitur contra dominum ſpoliantẽ, Abb. & Fil in c. Cæterũ de iud. & ibi Deci. n 14. & late Carolus in conſuet.Pariſ.tit.1 § 1 gloſ.4 n 35 Menoch de recup.poſſ.remed.1. nu 94. qui tamen nu.99 non inficiatur quód alio vaſſalus remedio adiuuetur, ſicut etiam contra tertium ſpoliatorem qui dominus fæudi non ſit.

12 Dubitari tamen ſolet, an ea quæ regalia ſunt, vel ſumo Principi reſeruata præſcriptione,vel conſuetudine valeant acquiri, & hæc quæſtio in duas ſcinditur partes: prima,attẽto iure: ſecunda,attẽto iure regio,& attẽto iure eſſe præſcriptibilia iura regalia nemo ambigit provt expectantia ad merũ Imperium,de quo omnes in l.Imperiũ,ff de iuri.omn. iud. & eſt bonus text.in l 1.in fin.& l.fin. C. emancip.liber.facit text in c.Cũ contingat de foro cõp vbi Panor n.9. tradunt ſcribentes in l More,ff.iuriſd omni, vbi Iaſ nu.42 & plenius Purpur 24 verſ 8. Balb de præſcrip 2 p 5 p. q.3. vbi dicit Principi reſeruata præſcribi poſſe tẽpore immemoriali niſi reſpiciant ſupræmã poteſtatẽ arg l.Comperit,C præſcriptio 30.quod ſequitur Cab.deciſ.41.2 p.n 5. licet aliter loquatur Aymon de antiq 4. p. prima ſectione,nu.72.& Couarr.reg. poſſeſſor 2 p.§.3 tradit Cabed deciſ 41. n 3 Valaſ conſ 141.n.6.vbi late & apud Hiſpanos ita obſeruari eſt lex Caſtellæ.

13 De iure autem regio grandis eſt dubitatio, an ſine titulo regalia,vel Principi reſeruata queri poſsint conſuetudine immemoriali? & non poſſe, videtur, ſtatuere lex regia d.lib.2. titul. 45. § 10. ibi: *Sem embargo de qual quer poſſe noua,*

ou antigua em q̃ os ſenhores das terras eſtem, ou ao diante eſtiuerem, ou vſo, & coſtume de que vſaſſem, por qualquer tempo que delo tenhão vſado, ou ao diante vſarem, ainda q̃ ſeja immemorial, por quãto hauemos por danado tal coſtume, & poſſe, poſto que ſeja immemorial: Cuius legis occaſione Cabedo indubitatum iudicat immemorialẽ poſſeſsionem in iuriſdictionalibus nõ prodeſſe, deciſ. 65. 2. p. n. 7. & deciſ. 109. n. 5. & deciſ. 41. n. fin. vbi repræhendit Valaſ. in conſ. 141. 2. p. dum ibi contrarium reſpondit ad ea quæ dixerat de iure emphyteut. q. 8. n. 21.

Si igitur inter hos patres de iure regio differentes lineã interijcere licet, videtur poſſe dici quòd de iure regio nihil à iuris cõmunis regulis receditur, nec prohibetur vt tẽpore immemoriali poſsint iura regalia acquiri, iuxta reg. l. 3. §. Ductus aquæ, ff. aqua quoti. & æſtiu. l. fin. ff. aqua pluui. arcend. cap. Super quibuſdã, §. Præterea, de verb. ſignif. Valaſc. d. cõſ. 141. n. 5. Nec obſtabit Ordinatio ſi attẽtè à principio legatur, lib. 2. titul. 45. §. 10. & fin. debet enim exponi per Ord. lib. 2. tit. 27. §. 3. dum agit de illis qui prætextu regiæ donationis ampliori vtũtur iuriſdictione quã ſibi conceſſa fuerit, patet ex princ. ibi: *Aſsi nos priuilegios, & doações cõcedidos às taes peſſoas, &c.* & in §. ibi: *Vſarão della como por ſuas doações, por nòs confirmadas, lhe for otorgado*, & in §. 6. ibi: *Na forma, & maneira que lhe foy concedida, & julgada, &c.* & in §. 9. ibi: *Se for cõcedido a algũs ſenhores de terras, por ſuas doações, q̃ poſſão fazer correição, &c.* & ſtatim ſubſequitur §. 10. dum incipit: *E todo o ſobredito neſte titulo mandamos q̃ ſe cumpra, & guarde ſem embargo, &c.* Ex quibus omnibus apparet legem regiã ſolùm inter eos ſubditos loqui, qui ſuis abutũtur donationibus extra caſus ſibi permiſſos, quo caſu immemorialem præſcriptionẽ interdixit ſequuta regulas iuris cõmunis nam ille qui nititur Regis donatione, ſi quid vltra conceſſa prætendit vtiq; circa illud mala fide poſsidet, & omnis ceſſat præſcriptio etiam mille annorũ, eadẽ Ord. tit. 45. §. 55. & facit c. fin. de præſcrip. & eſt expreſſa Ordin. d. lib. 2. tit. 27. §. 3. Cab. deciſ. 109. 2. p. n. 4. Bal. de præſcrip. 1. p. 5. prin. q. 10. n. 26. Deci. conſ. 267. ad fin. Pal. in rep. not. 1. §. 1. n. 7. Coua. in reg. poſſ. 2. p. §. 8. n. 4. quinimo nec immemorialis poſſeſsio eo caſu dari poteſt, quia ex titulo conſtat de initio poſſeſsionis.

Cuius oppoſitum obtinet in eo qui ſola nititur poſſeſsione, quia de mala fi- 14
de nõ poteſt conuinci, cuius vitium ex tẽpore purgatur, & ideò poteſt defendi immemoriali poſſeſsione, & vſu tanti tẽporis d. l. 3. §. Ductus quã gloſ. verb. Certã ad med. in l. Seruitutes 14. ff. de ſeruit. intelligit procedere etiam in eo qui ex flumine nauigabili ducit aquã, ſequitur Paul. ibi. n. 10. & Aretin. conſ. 30. n. 5. Cepola de ſerui. ruſt. cap. 4. nu. 85. & 108. ſecundũ quẽ ſenſum probat ille text. quod etiam ea quæ ſunt publica, & in vſu publico quæ ſine Principis licẽtia obtineri nequeũt immemoriali tẽpore acquirũtur, vt probat text. in l. Vſum aquæ, vbi gloſ. C. de aqua ductu lib. 11. Bart. in l. Quominus, nu. 26. ff. de flumin. quem communiter receptum dicit Iaſ. ibi n. 40. Pariſ. conſ. 129. ad fin. lib. 4.

Quem ſenſum videtur admittere paſſim aliæ regiæ ordinationes, quæ in iuribus regalibus, & iuriſdictionibus exercẽdis immemoriale tẽpus ſufficere ſatis docent, vt eſt Ord. lib. 1. tit. 75. §. 3. ibi: *Porque onde os Conſelhos eſtão em po[ſſe] de o fazer, mandamos que aſsi ſe faça.* & lib. 2. tit. 40. in princ. ibi: *Não faça couto nem vſe, &c. álem do q̃ antigamente ſohião vſar ſeus anteceſſores, &c.* lib. 1. tit. 67. in prin. ibi: *E aſsi juyz, & eſcriuão dos orfão, de coſtumaua hauelos por eleição*, vbi præſcriptio circa iuriſdictionẽ regiam non prohibetur, & melius comprobatur ex Ord. lib. 2. tit. 9. §. 1. vbi agens de captura laicorũ diſponit quòd Prælati tali iuriſdictione vtantur, ſi muniti ſint, immemoriali præſcriptione ibi: *Moſtrãdo elles em q̃ caſo, & delictos, ha o dito coſtume, & poſſe immemorial, &c.* Et circa exactionem iurium regalium ſtandum dicit immemoriali,

Ord.

Ordin lib.2 titul.27. §.1.ibi, *Que nos lugares em que ſe leuarão, & leuauão direitos, & tributos onde não hauia foral, nem outra authentica eſcriptura para ſe leuarem, sómente a poſſe immemorial em que eſtauão, neſtes taes deuia ſer hauida por titulo a dita poſſe immemorial.* & § fin ibi: *Por foraes authenticos, ou poſſe immemorial, &c.*

Quibus certe Ordinationibus non recte ſatisfit quicquid inuoluat, Cabed. deciſ 65. 2 p. n.5 & deciſ.109. n.5 & ſequutus illum ſenſum dixerit, Valaſ d q. 8. nu.32. qui meliori ductus conſilio d. conſ. 141. aliud arbitratus eſt noſtram amplexus opinionem.

Nec obſtabit in contrarium regula

15 quæ ex hac Ordinatione elicitur quod regalia tempore non præſcribuntur, ſicut aliàs publica iura quæ in vſu publico ſunt, impræſcriptibilia ſunt, l. fin ff de vſucapio. l. Viam publicam. ff. de via publ l. Præſcript. ff de oper publ. impræſcriptibile veró, nec immemoriali tempore acquiritur, cap. Cum ex officij de præſcription. vbi Panor n 4. cap. Cum inſtantia 17 de cenſib. vbi Panor. notab 3. & fuit ſententia Bal in l. Omnes ad fin C. de præſcriptio. 30. firmans quód vbi lex afficit rem, & illam efficit impræſcriptibilem, nec immemorialis præſcriptio ſufficit, & eſt communis ſententia Balb. 5 p 3 partis, q. 9 ad fin. proſequitur Valaſc. d.q 8.n 22. & ſeqq. quia reſpondetur verius eſſe omnia regalia præſcriptibilia eſſe cum in comercio ſint, illa quæ Princeps donare valeat titulumq; concedere, veriorem dicit Couarr in reg poſſeſſor 2 p § 2.n 8 Gabriel lib. cōmun tit de præſcript q.1 citat plures pro vtraq; parte Valaſ. de iure emphyt q 8.n 36 Aymon. de antiq 4 p. n.135. ſi tamen placeat contrariā ſequi quód præſcriptioni nō ſit locus ex multis congeſtis ab eodem Valaſ nu 36 ad fin adhuc tamen admitti debet quod vt allegato titulo á ſuperiori illius fiat probatio per tempus immemoriale, & hoc modo per indirectum immemorialis admittatur: nam quando dicamus in acquiſitione horum iurium immemorialem poſſeſsionem non ſufficere, illud quidem procedit quando in ipſa cōſuetudine, vel temporis curſu fundatur intentio agentis, non veró quando titulus allegatur cuius exiſtentia ex immemoriali cōſuetudine comprobetur, vt colligitur ex d.l.3.§. Ductus, l.1 & fin. ff. Aqua pluuia arcend. Ripa in d l. Quominus, n 41. & 102 quem ſequitur Gregor. l.7. tit.29. p 7. in verbo Plaza, Auendan. de exeq. lib.1. cap 12.n 6. & generaliter receptū quòd quoties res non poteſt præſcribi ſi pôteſt donari poſſe illius poſſeſſorem defendi ex tēporis curſu allegando titulū, Felin. in cap. Accedens col 6. & in d. cap. Cum ex officij nu 13. Alex. conſ 74 à n.20. lib.4. Curtius Iuni. conſ. 158. n.18. quāuis ab his recedat Ruinus in l. Nemo, ff. leg 1. & Aymon. de antiq. 4 p. §. Abſolutis, à n.52. eo præcipue fundamento quia hac cōmuni retenta illuſoria manent iura prohibentia præſcriptionem, & conſuetudinem immemorialem, quod argumentum Valaſc. d. conſ. 141. n.15 proponit, & pene inſolutū relinquit, nihil enim reſpondet, cui vltra illum ſatisfit, quod iura prohibētia præſcriptionem immemorialem ſunt exorbitātia, & contra iuris regulas, cū omnia illo tēpore præſcribantur, d. §. Præterea, c 1. in fin. de præſcript. lib.6. quare ſtricte ſunt intelligenda vt ſolum habeant locū in vera, & propria præſcriptione, ſeu cōſuetudinē per ſe allegata, non autem in allegató priuiligio, ſeu donatione, quod ex tali vſu extitiſſe cōprobatur, ac ſi ex inſtrumēto cōſtaret, hæc enim multum inter ſe differunt, teſte Oldra. conſ. 296. n.3 quare merito Aretin conſ 15. n.11. dixit legem tollentem præſcriptionem non tollere tituli allegationem, d. l. Seruitutes 14. iuncta gloſ. verb. Capra ad fin de ſeruit. nec pariter oberit quòd hoc caſu videtur approbari conſuedo, vt ligimam faciat probationem, quæ tamen à iure, vel lege reproba-

 bata

bata eſt, & ſequitur quód illud quod eſt de ſe nullum, aliquem operatur effectum, & fit fraus intentioni legis, cuius diſpoſitio eliditur per indirectum alegato titulo contra cap. Commiſſa 31. verſ. Porro de electione in 6. reg. quod vna via, de reg. iur. lib 6. Aymon de antiq. 4. p. cap Abſolutis, n. 52. Menoch lib. 3. præſumpt. 131. n 47. Maſc. concl. 1372. n. 30. nam reſpondetur quód ſatis operatur legis prohibitio ne vlla vnquam præſcriptio, ſeu conſuetudo per ſe admittatur niſi ad probandum titulum, in quo conſuetudinis ius maxime eneruatur, nam contra conſuetudinem immemorialem, ſeu præſcriptionem nulla admitti poteſt probatio, quia efficit præſumptionem iuris, & de iure. Atverò in hoc caſu quando alegatur ad probationem priuilegij adinſtar cuiuſuis alterius probationis, aliam in contrarium probationem admittit itavt per famam inſtrumenta, vel alios ligitimos modos poſsit talis præſumptio euacuari, vel titulum eſſe nullum, vel ſurreptitium aſſerendo, vel de rebus quæ licet concederentur, titulus Non valuit vt in ſpecie eſt Ordinatio lib. 2. tit 28. §. 1 ibi: *E outro ſi não valerà a doação das ſizas, & alfandegas, poſto que expreſſamente ſe dem, porque não he de creer que o Rey que tal carta aſsinou, a aſsinara ſe a vira.* & §. 1 ibi: *E bem aſsi não valerá a doação das terças, &c.*

16 Ex quibus merito elicitur hanc Ordinationem ſolùm agere de illis qui donationum prætextu iuriſdictionẽ vſurpant, quibus non opiculatur vlla præſcriptio ex mala fide quam contrahunt, ex d Ordin tit 27 §. 3 cum qua concordat Balb. 1 p. 3 p. q 10 nu. 26. vnde non audeo dicere quód ſola præſcriptio immemorialis ad horum acquiſitionem ſufficere debet, ſed intrepidè dico quòd alegato titulo, ſine dubio, eſt poſſe talia iura acquiri, provt ſenſit Valaſ. de conſult. 141 per tot.

Ou de negar appellação.

17 Ratio eſt quia appellatio ad Principem eſt de illis qui reſeruantur in ſignum ſupræmæ iuriſdictionis, & non videtur cõceſſa, etiamſi qualeſcunq; clauſulæ exuberantes in donatione apponantur arg Ordin. lib. 2. tit. 28. in princ. & tit 45. §. 10. in fine, ibi: *Porem não he noſſa tenção que por algũas clauſulas, ou palauras quantoquer que ſejão largas, & geraes, ſe entenda ſerem concedidos os ditos dous caſos, ſaluo quando delles for feita particular, & expreſſa menção.* Videmus tamẽ aliud obſeruari ab Archiepiſcopo Bracharenſi in ſuis cautis qui virtute contractus cum Regibus geſti appellationes criminales ad Senatum Portuenſem non cõcedit, imò expræſſe interdicit, & hac poſſeſsione ab immemoriali tempore vtitur, contra Ordin. lib. 2 tit 45. § 49. & 52 cûm præſcribi non poſsit, ne appelletur ad Principem, cum hoc ad ſupræmam iuriſdictionem pertineat, vt Bal. in authent. quas actiones num. 4. verſ. tertio, C. ſacroſ. eccleſ. Gaſpar Valaſ. in repet. l. Imperium, n 50 ff. iuriſd. omni iud. Bal. de præſcription. 5. part. 29 num. 2 fol. 465 Valaſ. d q 8 nu. 29. & 30. Vnde fit quòd licet donatio facta à Regibus proponatur in amplíſsima forma, tamen appellationis ius non cõpræhenditur in tali conceſsione, niſi de illa fiat expræſſa mentio, ex Ordin. d tit. 45. §. 10. in fin. & arg l. Obligatione generali, ff. de pignor. & faciunt quæ Salycet in l. fin. C hæred inſtit Garſpar in d. l. Imperium, n 45 Cabed deciſ 192. 1. p. & deciſ 12 2 p. n. 5 & deciſ 38 n 2. & deciſ. 40. n 6 Bobad 2 p cap. 16 n 196.

Obſtat tamen quòd Archiepiſcopus Bracharenſis in ſuis cautis ſe ſupræmum Principem eſſe prætendit, nec Regem ſupra ſe habere, ac ideo appellationes denegat ad Senatum in cauſis criminalibus, quo caſu duæ repe-riuntur opiniones circa ſubditum, qui contra

contra ſupræmam Principis poteſtatem præſcribere intendit, & quód poſſit, tuetur Bart. in l. Hoſtes, num. 6. ff. de capti. Bald. 2. part. 5. prin. num. 11. & 14. Couarr. in reg. poſſeſſor, 2. p. §. 2. num. 7. & facit quód Princeps poteſt concedere exemptioné ab huiuſmodi ſupræma poteſtate, vt per Couarr. in reg. peccatũ, 2. p. §. 9. ad fin. & 4. reſolut. cap. 16. nu. 8. igitur, & præſcriptione immemoriali poteſt acquiri. Secunda opinio negat quam tuetur Abb. in cap. Per venerabilem, n. pen. qui filij ſint legit. Iaſ. in d. l. Imperium, n. 20. Valaſc. d. q. 8. n. 29. conciliãtur hæ opiniones quód prima procedat vbi contra ſupræmam poteſtatem Principis præſcribit aliquis, non manẽs ſubditus eiuſdem, ſed in totũ ſolutus ab eius iuriſdictione, & ipſe per ſe gerens perſonam Principis, ſeu capitis alterius Reipubl. quia in his terminis operatur præſcriptio, explicat Cabed. deciſ. 41. n. 5. Secunda verò opinio procedat vbi quis manens ſubditus nititur præſcribere cõtra Principem ſupræmã poteſtatem, ne ſcilicet ad ipſum appelletur, quod fieri nõ poteſt, ne ſequatur abſurdum quod ipſe ſit ſubditus, & non ſubditus quoad eam poteſtatem, in qua conſiſtit ſubiectio contra reg. l. Eum qui, ff. vſucaptio. l. Vbi repugnantia, ff. de reg. iur. & reg. cap. Cũ nõ liceat de præſcrip. quomodo autẽ donatarius debeat iuriſdictione vti, Bob. lib. 2. cap. 17. n. 194. & c. 18. à n. 60.

18 Ex quibus patet quód cùm Archiepiſcopus intra limites imperij poſsideat cauta in his omnibus habet Rex ſuam intentionem fundatã ex his quæ Valaſc. d. q. 8. n. fin. ipſeq; tenetur oſtẽdere donationẽ, ex qua concludatur ſibi appellationis ius conceſſum fuiſſe, vt dixit Bal. in l. 1. n. 1. C. de rebus alien. nõ alien. & in l. 2. n. 94. C. de ſeruit. & in l. Prohibitũ, n. 12. C. iure fiſci lib. 10. Alex. conſ. 107. n. 6. lib. 7. Meno. de præſumpt. lib. 2. quæſt. 14. num. 5. nec ipſe poteſt prætendere ſupræmam iuriſdictionem cùm ſubditus ſit Principi: atq; ex eo nec immemoriali cõſuetudine, ſeu præſcriptione iuuari poteſt, cùm à lege regia omnis præſcriptio ſit improbata qua prætenditur aliquid vltra expræſſa in donatione, ſeu cõceſsione Principis: nec puto quód eius poſſeſsio poſsit dici immemorialis cùm à contractu celebrato habeat initium, & originem, & cognito initio nulla reſultat immemorialis præſcriptio, ſeu conſuetudo; maximè quia illa ſemper à Senatu fuit contradicta, & impugnata, & vidi in facto in Senatu Portuenſi mulierem Bracharæ in decennale exilium ob capitalis criminis iudicium condemnatam, quæ cum ad carcerem illius circuitatis deferretur, non fuit admiſſa, & in libro Spheræ inter Senatus placita continetur quód Regis auribus intimetur, cuius verba ſunt.

Aſſentouſe na meſa grande diante o 19 *Doutor Antonio Cabral do Conſelho de ſua Mageſtade que ſerue de Gouernador, que hũa mulher que foy trazida da cidade de Braga, por ſentença dos Deſembargadores do Arcebiſpo, para ſer leuada na chuſma, para hir cumprir dez annos de degredo para Angola, em que por elles foy condenada, ſe não aceitaſſe na cadea deſta cidade, atè conſtar dos poderes, & priuilegios que o Arcebiſpo tem neſte caſo, & que ſe dè conta a ſua Mageſtade, & ſe treslade a ſentença, porque foy condenada, & fique o treslado no juyzo do Corregedor do crime: & iſto pela ſentença ſer dada pelos ditos Deſembargadores leigos, & ſer paſſada em nome de hum delles, & ſer condenada no dito degredo ſem pregão, & ſem hauer appellação para eſta Relação. Porto* 4. *de Abril de* 607.

Sic pariter in fauorem cuiuſdam 20 Bertholamei de Azeuedo lata fuit ſententia in iudicio Regiæ Coronæ, & ſententia, executioq; virtute illius facta nulla pronuntiata fuit, nam cum propter ſtuprum fæminæ nobili illatum, quæ & iniuriæ, & pudicitiæ cauſam proſequebatur, Auditor ciuitatis Bracharenſis, apud quem criminis impacti quæſtio peragebatur,

reum condemnauit quadrienij exilio,& pœna mile aureorum in præmium virginitatis accuſatrici addicta: quæſtio ad Senatum Bracharenſem delata eſt, vbi deciſum fuit reum decemnali exilio dānandum refuſa etiam mille aureorum pœna: mox grauamen ad Regem reus interpoſuit,& inter illius cauſas expreſſit iudicium eſſe criminale,& quòd reus ad Regem per appellationem eſſet deferenda, & quòd cauta, & aſsilla Bracharenſis Eccleſiæ quoad appellationē Regi ſubiacebant, delato inſtrumento ad Senatum anno 1591. ſententia nulla pronunciata fuit,& executionem virtute illius factam irritam, & innanem eſſe, Auditoremq; grauiter iudex regius increpauit,quòd contra formam regiarum Ordinationum appellationem admiſerat ad Senatores Archiepiſcopi.

21 Omitto non poſſe in eo Senatu adeſſe iudices,& Senatores clericos vt laicorum cauſas decidant, dixit Cabed. 2. p. cap.17.nu.194. Gregor. in l.48. verbo *En lo temporal*, tit.6 part.1. inſuper quòd non poſſunt ſententias proferre per *Acordão em Relação*, quia eſt contra Ord. d tit.45.§.4.quia hoc ſoli Principi competit; Cabed.deciſ.85.2.p nu.2. Inſuper tenentur obſeruare leges regias circa ſallaria exigenda; Bobad. d 2 p. cap.17. n 198. & circa hæc omnia,& alia poteſt Archiepiſcopus coram iudice regio cōueniri pro ſuæ iuriſdictionis abuſu.

22 Tertia quæſtio eſt, an pro poſſeſsionibus fiſcalibus, & penſionibus earum poſsint clerici in ſæculari iudicio conueniri, & de hac materia actum eſt in nono articulo ex illis vndecim Romæ ablatis, cuius verba ſupra retulimus, & in 35 articulo ex 40. Latinè compoſitis in fine, ibi, ſuper cauſis verò quas clerici,vel fiſcales notorias fæudatarias, & realengas poſſeſsiones excolunt occaſione ipſarum habuerint facta eſt inter Prælatos, & procuratores regios compoſitio ſpecialis.

Solùm noto quòd vt clerici ſuper his bonis in ſæculari cōueniri poſsint, oportet quòd notoriè conſtet rem de qua agitur eſſe fiſcalem,& ad Coronam Regis ſpectare, hoc enim caſu concordia illa loquitur, ibi, fiſcales notorias. Vnde videtur quòd de illa qualitate prius debet fieri informatio,quàm iudex cognoſcat,vel citet ad imaginem conſeruatoris qui non niſi pro iniuria notoria citat, cap 1 de offo deleg.lib 6. latè Salzedo: verius tamen videtur ſufficere vt illa qualitas in libello deducatur dummodo de veritate in contrarium non conſtet,nam ſi pars neget rem eſſe fiſcalē ſuper ea qualitate probanda inſtituetur iudicium coram iudice regio, qui debet cognoſcere an ſua ſit iuriſdictio, l.Si quis ex aliena, ff.de iud. voluit Gofredus in cap Si clericus, de foro comp. Gram.conſ.1.& deciſ.105.nu.53. Innoc. in cap Cæterum de iud. ibi loquitur in re quæ negatur eſſe fæudalis concordat, Bal.in l. Præſcriptione, C ſi contra ius vbi dicit cōmunē, Vantius de nullitat. proceſſ. fol.112. ante nu.54. Socin.in d. cap Si clericus ante n.12.

Sicq; pariter ſuper penſionibus Regiæ Coronæ ſoluendis eſt competens iudex regius, ex cap.Sacerdotibus, ne clerici,vel monachi,Caſſan.in conſuet. rub 1.§ 5 tit. deiuſtices,n 71. Azeued in l 4 tit.4 lib 1. recop. Gironda de gabel. 7 p in princ.num.138.facit Ordin.lib.2. tit.1.§.9 vbi laici poſſeſſores rerum eccleſiaſticarum pro penſionibus de curſis in eccleſiaſtico conueniuntur.

Non leuia quotidie iurgia in Senatu 23 ſuboriuntur in dignoſcendis exceſsibus Magnatum, qui a Principe iuriſdictionem habent ex cauſa onerosa conceſſa iuriſdictione ſumma, & infima, criminali,& ciuili, mero,mixtoq; imperio,cū omni regia prærogatiua,& iuribus regalibus, an talis excedat ſi leges condat, ſi tuitiuas concedat, ſi ligitimet baſtardos? An veniā ætatis & emancipationes concedere valeat? An equites,nobileſq; creare,& arma,armorumq; iura concederet

dere: Et an Doctores creare? An famæ reſtituere? Et an veniam criminum cōcedere, donationeſq; inſinuere? Et an á ciuitate ſeditioſos eijciat: Et tandem an interdicat ſubditis venationem, vulgo, *fazer coutada*? An ſententiarum reuiſionis concedere valeat?

24 Singula breuiter percurram; & notandum eſt, quód ex tali donatione videtur Rex nomen, dignitatéq; regiam tranſtuliſſe, text. in cap. vnico quæ ſint regal. vbi Iſernia, Aluarot. Bald. Alexandri, & omnes, laté Bertrandus conſ. 276. n. 17. 3. p. quód ſi ſunt Principes, & Reges, dicitq; Iſernia in cap. 1. §. Si quis de pace tenenda, quòd hi quibus conceſſum merum imperium dicuntur in ſumma poteſtate conſtituti, ſequitur Afflict. in l. 2. rub. 3. n. 35. lib. 2. Romanus conſ. 59. n. 6. per tot. Inde fit quód præfecti prætorio quòd merum, & mixtum imperium habent Regibus comparantur, Bart. in l. 1. ff. quod quiſq; iur. Bald. in l. 1. ff. offici. præfect. prætor. Alex. in l. 1. nu. 5. Bart. in l. Omnes populi nu. 49. Gaſpar in l. Imperium, n. 75. & 78. Corſetus lib. 1. de poteſtate regia, 4. p. nu. 10. provt videre eſt in Principe Pedemontium, Duce Mediolan. & in poteſtatibus, ſeu Signoria Venetiarum, Lucæ Senæ Florentiæ, de quibus dicitur eſſe ſupremos in ſuis dominijs, ſicut Reges in ſuo Regno, ex Bart. in l. Infamem in fine, ff. de publi. iudic. Abb. in cap. Quæ in Eccleſiarum de conſtit. n. 6. vbi Fel. Decius, & Bart. in l. Acta, §. Amplianda, ff. de re iudic. Abbas vol. 1. conſ. fin. & in cap. Cum te, verſ. Ad ſeptimum, de re iudic. & conſ. 91. vol. 1. & eſt communis, de qua per Afflict. in præludijs quæſt. 13. num. 6.

Ex quibus circa primam quæſtionē
25 decidit in ijſdem terminis, Afflictis in præludijs q. 2. quód Eccleſia cui conceſſa eſt ſuprema poteſtas legem condit & in l. Violentia, lib. 1. rub. 24. Alex. conſ. 116. Perſp. ctis vol. 2. Caſſaneus loquendo in Duce Brugundiæ in concluſione conſuetud provt Loy General in princ. fol. 385. Lucas de pœna in l. Vni. C. de ſuperindictict.

Verùm hæc omnia non conueniunt noſtris Magnatibus, quibus Caſtrum cum iuriſdictione cū ampliſsimis clauſulis datum eſt, nunquam enim cenſentur tranſlata ea quæ ſupræmam tangūt dignitatem, & ſuperioritatē reſeruataq; exiſtunt, quorum meminit Cabed 2. p. deciſ. 66. ne Princeps videatur alium ſibi parem conſtituere, nihil enim magis alienum à concedentis mente, dixit Auil. s prætor cap. 1. in princ. n. 3. Greg. Lopez l. 22. verbo *O le enburguen*, tit. 13. part. 2. Maſcard. concluſ. 1050. num. 11. Borrel in ſumma deciſ. tit. de iuriſd. tit. 41. n. 87. Indeq; fit quód nulla præſcriptione ſimilia acquiruntur quia poſsideri non poſſunt, cùm titulus neceſſarius ſit; quem Princeps nec concedit, nec concedere valet, licet enim de iure communi reſeruata Principi acquiri valeāt centanaria præſcriptione, vt dixit Menoch. conſ. 2. n. 71. Maſcard. vbi ſupra n. 14. Gregor. in l. 5. verbo *Contra ſenhorio*, tit. 2. part. 1. Tamen in hoc Regno, nec immemoriali præſcribuntur quia poſſeſsio damnetur, vt dixit Valaſc. de iure emphyt. q. 8. num. 22. & 36. & conſ. 141. n. 10. Cabed. deciſ. 41. & part. 2. deciſ. 66. & deciſ. 9. nu. 6. & deciſ. 65. quorum ſententia, ſi referatur ad ea quæ reſpiciunt ſupræmum apicem regiæ celſitudinis, ne videatur nouus Princeps conſtitui in eodem Regno, qualis eſt poteſtas legem condendi, ne videatur tranſlata ſatis æqua, & iuſta opinio eſt ne etiā immemorialis curſus temporis ſufficiat, ne ex tempore immemoriali conſtitui videatur, quod nunquam conſtitui potuit, nec conſueuit contra naturam præſumptionis quæ naturam imittatur, cap. Super quibuſdam, §. Præterea, de verb. ſignif. Barboſ. in priuatis ſcholijs ad l. Quominus, num. 30. Peregr. de iur. fiſci lib. 1. in princ. n. 65. Vnde ſuccedit doctrina Alexan. conſ. 151. vol. 2. poſt prin.

vbi dicit quód licet Caſtrum eximatur à ciuitate, quód debet gubernari illis legibus quibus antea gubernabatur, quare vel ex donatione, vel etiam ex contractu iuriſdictio, & imperium conceſſum ſit, ſemper debet intelligi de illo gradu imperij, qui ad ſubditos tranſire poteſt, & ſolet, ne leges condat, qui à Principe poſsidet, imò ſemper tenebitur leges Regni obſeruare circa ſubditorum ſæcularium cauſas, nec alijs quã ſæcularibus vti iudicibus ad cauſarum deciſiones.

26 Hinc prouenit non poſſe creare officia tabellionum, & ſimilia, quia hoc eſt primi gradus meri imperij, notauit Innocent. in cap. Cum ſupra de fide inſtrum. Socin in l. Imperium, nu 16. Iaſ. 24. Decius 41. Caſtald. de Imperator. q. 110. priuil 8 Callan. in conſuetud. rubr. 1. verbo Droit, nu 1 Tellius in l. 29 Tauri, n. 10 l. 3. vbi gloſ 1. tit 19 part. 3. quæ poteſtas non cenſetur conceſſa, etiamſi exprimatur quod faciat quæ ipſe Rex Pariſ. lib 2 conſ 1. n 45. Corneus lib 1. conſ 61. lib 1. Purpurat in l. 1 ff. de offi eius, nu 262. facit Ordin. lib 2 t t. 45. §. 15 Cabedus deciſ 33 2. p nu 1 l. 1. tit 8. foro legum noſtræ ſimilis deducta ex l generaliter, C. de tabular. lib. 10. & ex auth de tabellionibus.

27 In ſecunda quæſtione, an tuitiuas cõcedat? De materia diximus latè 1. part. ad Ordin. tit. *Do regimento do Paço*, §. 116. & quidem videbatur poſſe habentem à Principe ſupræmam iuriſdictionem, & imperium ex vi ſuæ conceſsionis inter ſubditos tuitiuas concedere vel reſtitutorias, vel appellantium, ex his quæ eleganter Oldrad conſ 89. vbi dicit quòd licet iudex eccleſiaſticus non poſsit defendere appellantem, ſi tamen contingit quòd iudex, à quo attento quòd eo caſu poterit de facto ei reſiſti, & quòd eo caſu poteſt Princeps ſæcularis opem ferre, poterit ergo qui vices Principis habet quòd fortius ſua etur, quia hæ manutentiones, & defenſiones, attento iure, competunt defenſoribus ciuitatum, & rectoribus prouintiarum, vt per Lucam de pœna in l. Si coloni, q. fin. C. de agricol. & Cenſit. lib. 10 cap Petimus, 11. q. 1. & cap. Quidam, §. Statuit, 16 q 1 dixit Afflict deciſ 24 n. 5. Cùm ergo hæc defenſio rectori prouintiæ concedatur, à fortiori concedenda eſt ei qui à Principe iura principatus poſsidet, maximé quia hæc cognitio eſt mixti imperij: ſed verius eſt nullis verbis, nulla conceſsione, vel contractu ius defenſionis à Principe cenſeri abdicatum, aut conceſſum, quia defenſio ciuium, eorumq protectio quandam continet rationem ſuperioritatis ab ipſo Principe inſeparabilem quæ per alium, niſi per ſupræmum expediri non poteſt, vnde qui hæc iura exercere voluerit, oportet oſtendat ſe neminem recognoſcere ſupra ſe, quòd nullo modo conuenit noſtris Magnatibus, quibus iuriſdictio alterius beneficio competit, qui Principem ſupra ſe recognoſcunt, qui eorum violentias tollit, eorumq; tumorem, & arrogantiam domat, conterit, & conculcat, ſicq; in hoc Regno ſeruandum dixit Valaſ. conſ 79. n 2. Cabedus deciſ. 76 1 p. n 3 quia tuitiua expeditur ex mera gratia Principis, cuius officium eſt occurre violentijs, cap Regnum, 23 q 5. cum vulgaribus, & a ſolo Principe expeditur per iudices ab eo deputatos, vt in Ordin lib. 3 tit 3. §. 6. & titul. regiminis Palatij, § 116 & lib 3 tit 85 §. 1. & lib 2 tit 10 dixit idem Cabedus 2. p deciſ. 71 hocq; iure vtimur, nec ſufficiunt quæcunq verba in donatione regia ſint, quia triti iuris eſt quòd per illa verba omne imperiũ, &c. & omne ius, &c. Reſeruata non tranſferuntur, dixit Alber. in l 1 in fin ff de offic. eius, & in l fin. in fin ff. de iuriſd. omni iudic. Lucas in l 1. verſ Vbi dicas de priuil ſcholar ſequitur Gomez l. 40. Tauri n 10 Modernus in cõſuetud §. 1. gloſ 5 n 35. Boer. q 50. nu 12. Alciat. in cap. Quod ſedem de offic Ordin n 43. niſi de his reſeruatis fiat expræſſa mẽtio,

Moder-

Modernus d.§.5.num.55. DD.in cap.1. quæ ſint regalia.

28 Tertia quæſtio eſt, an ligitimare valeat illigitimos, Paulus conſ.196 in nouis incipit ſuper primo concludit dominis terrarum in conſequentiam earũ hoc ius competere, adeo vt dicat Caſtaldus de imperatore, q.105. nu.2. & 3. quòd in terris Eccleſiæ Imperator non ligitimat: idem Aretin. pro Duce Mediolanenſ.conſ.48.Barbat conſ.24.vol. 2 & Alex.conſ.2.vol 1.& conſ.5. vol 5. Felin. in cap. Quæ in Eccleſiarum col. 12. de conſtitution. Caſſaneus titul. de inceſt. de baſtard. §.3. verſ Abinteſtato, nu. 27. & §. 5. verbo *Antegnard. dos ters moner*, nu 40.& 49. quia ligitimatio eſt iuriſdictionis voluntariæ,& mouet quæſtionem in Duce Philippo qui habebat merum,& mixtum imperium, & in aliquibus recognoſcebat ſuperiorem, & concludit potuiſſe ligitimare in terris ſibi ſubiectis, ſicut alias per Comitem Palatinum ligitimatio expeditur, Theſaur.decif 69 Froſter.de ſucceſsion. lib. 6 cap 36. Pariſ conſ.2 lib.2. nu 12. ſed quidem nemo apud nos vnquam vidit iuriſdictionem,vel imperium eo modo conceſſum, vel ex donatione, vel contractu,vt ligitimandi ius maneret tranſlatum,quod ſemper apud concedentem remaneret,ex Ordin.lib 1 titul 3.§.1. non enim cohæret territorio, ſed per ſe ſtat, ex Bal.in proœmio,C. Pariſ.lib 2.conſ. 1.& conſ.118. cum ſeq eod.Cabedus deciſ.69 n 1. p 2. eleganter Pariſius vol 2. conſ.2. nu 7. in hæc verba Certum eſt quod ligitimare ſpurios, vel alios illigitime natos eſt de reſeruatis in ſignum ſupræmæ poteſtatis Papæ, ſeu Imperatoris,neq, ab aljis poteſt fieri,niſi ab eis quibus Papa,vel Imperator comiſit, vt in j.Illud in auth quibus mod natur.effi. ſui, eſt enim ligitimatio quædam reſtitutio primorum natalium, quæ impetrãda,& obtinẽda eſt ab iſtis,l 1.l.Quoties ff.de natal. reſtituend. l 1. C eod & ideo qui dicit ſe habere facultatem, & priuilegium ligitimandi neceſſe eſt illud oſtendere, & de eo docere vt videre poſsit eius tenet, vt in cap. Porro de priuil. & in l.Fideiuſſores, §.Pro Aurelio, ff. de fideiuſſ. &c. Faciunt quæ Ludouicus à Sard in tract.de natural.liber. cap.de ligitimatio. per reſcriptum n.18. & rurſus de ligitimatio. per reſcriptum q 13. n 19 Nec obſtat conſilium Pauli ſupra relatum, quia ipſe ibi agnoſcit quòd talis ligitimatio nõ tollit defectus iuris ciuilis, ſed ſolùm operatur in præiudicium concedentis, quòd noſtris ligitimationibus non conuenit. Ad primum de Comite Palatino: Reſpondetur, quôd debet conſtare de conceſsione,vt per Pariſ.d conſ 2.n.12.arg.l.Non putãt, §.Non quæuis,ff.de de cõtra.Tabul.l 4.§.Condemnatum, ff.de re iudic. nec obſtant quæ Caſtaldus qui loquitur reſpectu Papæ qui Princes eſt ſupræmus,vt videre eſt n.2.

Sic manet altera quæſtio decifa, an literas emancipationis,& ætatis veniam concedat, & poſſe videbatur, quia eſt mixti imperij, ex Bart.in l.Imperium,ff. de iuriſd. omni iud n.17. & in l 2. C.de his qui veniam ætatis, & l. fin. C. de mancip.liber.idem in arrogationibus,& adoptionibus, & in l.2. ff. de adoption. ſed tenendum hæc per alium quã Principem fieri non poſſe, & per Senatores deputatos in Ord lib.1.tit.3.§.7 & lib 2. tit.45.§.40. Cabedus 2.p.deciſ 72.n.4 30

Quarta eſt quæſtio,an valeat nobiles creare,&dare nobilitatẽ,&arma quæ portari valeãt vbiq, & noto quòd nobilitas pluribus modis in iure cõcedi poteſt,vel acquiri:prima nobilitas ex maiorũ ſerie &cõtinuatione naſcitur,Tiraq.de nobilit. cap.2. Guterrez lib.3 pract. q 13. 18. & 19. ex ſapientia etiam acquiritur nobilitas,& ex iuris ſcientia, Guterr. pract. 4.p. q 17 Iuriſconſulti ſunt nobiles, ex iudicatura, Bobad lib. 1.cap 2. 3. & 4. ex quacunq, virtute, Tiraquel. de nob. cap 4. & ex dignitate ex Ducatu, idem cap.7. Comitatu, Baronia, & dominio terra- 31

terrarum, Caſſan.in conſuetud rub 4. §.19 & rub 6. § 4. de quibus late Poggius Florenti. lib. de nobilit Caſſan. 8. p. conſid. à prima vſq; ad 15. cauſatur etiam ex præſcriptione, Guterrez lib 3. pract q 18. Tiraq cap 14. ex diuitijs, Tiraq. de nobil. ex cap. 3.ex adoptione ex militia,idem Tiraq.de nobilit.cap 8. ex clericatu cap.9. & ex communi opinione veluti ſi quis pro nobili habeatur, Cabed deciſ.73 2 p. nu 5. Bart. in l.1. C.de dignit n°101. facit l cum delationis, §.Aſinam,ff de fund.inſtruct l.1. §.1 ff de fluminib. l Si per ea, C.mand. Lucas de Pœna in l Mulieres,C.de dignitati.lib.10. Socin.latè conſ 246.vol.2. verſ Prima ratio, Curtil 3 p nu 179 & 160. ſtatum etiam facit nobilem, veluti ſi nobilitas detur illi qui tale fecerit in bello, latè per Caſſaneum tit.de droictz. §.19.verbo Gens nobles,n 12 & 13 Curtili 4 p.n 45 & 46 & vbiſupra conſider. 16. Otalora de nobilit cap.3 n 18.& 19. p 1. & 2 p.cap.3 verſ Hac ita, plura per Cened 1 p.collact 27.n 8 Cuiac.3.tom. fol.683 lit D. & fol.1919 Alciat reg.1. præſumpt 48. Barboſ in l Alia, ff.ſolut. matr. n.13 19 & 20.

Vnde videtur quód habens locum Principis, & poteſtatem ipſius pariter nobilitatem valeat concedere, ex Bart. in l.fin.C.de incol lib.10 Bald. in l.Sacrilegij, C de diuerſ reſcript. facit text. in cap.Cum redempto,cap 2 q 2. l 1. & fin. ff. de natal. reſtituend latè Caſſan. conſid.17 atque etiam tacitè permittẽdo aliquem lateri ſuo adhærere vel in officio etiam minimo coram ipſo miniſtrare,nam ex talibus fit quis nobilis,ex Angel & Aretin.in § fin col.1.inſtit. de exception per text in l 1.C.de mandatis Principum, & l Laudabilem, C.de aduocat. diuerſ. iudic ſequitur Felin in cap Fraternitatis de hæretic idem Caſſan conſiderat 19 Barbatia in tract. de præſtantia Card q 1 col.22.

Sed adhuc tenendum nobilitatem cuiuſcũq, illa ſit ſpeciei à ſolo Principe concedi, Cabed.2 p deciſ 73 vel ab illo cui concedendi facultas data eſt ab ipſo Principe cũ ſpeciali denominatione, & expræſsione,nã cũ Rex ſit origo nobilitatis à qua fluit, a nemine cõceditur qui talis non ſit,quare de hoc,ac de ſuperioribus idem ius eſt, vnde & arma nullo modo concedere poterit niſi ſolus Rex, Bart.in tract.de inſignijs, & armis nu 3. ibi, Portant arma ex conceſsione Imperatoris,vel alterius domini, ideſt aſterius Imperatori ſimilis qualis eſt Rex in ſuo Regno, qui Imperatorem non recognoſcit, vt eſt Rex Portugalliæ, & Hiſpaniæ. ibiq; Bart. loquitur de armis ſuæ familiæ collatis à Carolo 4. Leone rubeo cum duabus caudis,n 6.& deſcribit vtilitatem armorum,de quo Caſſan. p.1. q 27 & 36. licet enim de iure ſit quòd qui Principem repræſentat honorem,& arma dare poſsit, vt ex l.3 C. de conſulib & ibi notat Bart. lib.12. & nobiles oportet deſcribi in libro Principis vt in l 1.ff.de albo ſcribendo,ibi, Nomina autem ſcribi oportet, quæ dignitatẽ iudicio Principis conſecuta ſunt Tamẽ hoc ſemper debet referri ad Principem abſolutum, ille autem qui aliás ex contractu eſt Princeps ſub altero Principe vt talia exerceat, debet de donatione, vel contractu docere cum ſpeciali horũ nota, alias enim apud nos omnes ferè donatarij coronæ quibus merũ,& mixtum imperium datum conceditur arma,& nobilitatem conferrent,quód admittere erit in media luce calligare. Sequeretur namq; quôd talia arma,& nobilitas prodeſſe poſſet extra territorium donatarij,quia arma, & nobilitas, habilitas,decor,& honor,vel ligitimitas non limitantur loco, ſed vbiq; impune portãtur,cap.Per venerabilem qui filij ſint ligitimi,ibi,dignaremur decorare,& ibi Abb.& Præpoſitus in lectura, Bart in l. Si vt proponis, C de dignitat & eſt ibi gloſ expraſſa, verbo Poteſtatem ad fin. Anchar.conſ 320.Decius conſ 207.vol. 2. Caſſan. conſ 45. n 5 Quod quidem apud

apud nos nemo vidit, nec audiuit vnquam à ſæculo, quód magnus Dux Birgantiæ cûm Princeps ſit, vel Dux de Aueiro, vel Dux de Caminha arma cõcedant, & licet Dux Birgantiæ nobiles ſuos deſcribat, & honoret, id quidem nõ egreditur limites propriæ domus.

31 Sicq; manet expedita altera quæſtio, an poſsit Doctores creare: quæ facultas ſoli Principi ſupræmo data eſt, vt etiam verbo Creare valeat Doctorem, de quo laté Romanus in l Si vero, §. de viro, ff. ſolut. matr. Alex. in l. 2. § Si prius, ff. de vulgar. vbi Iaſ. Felin. in cap. Per tuas de maior. & obed. Caſſan in cathalog 31. conſid part 10. nec ſatis video quomodo Doctorem creare poſsit in ſacra Theologia, vel ſacris Canonibus, quibus ipſe qui creat eſt inferior, vt dixit Fel. in cap. Per tuas de maior. bene ergo apparet hanc Doctorum creationem ſupræmam poteſtatem deſiderare.

An autem famæ reſtituat ex ſuperio-
32 ribus videtur decidẽdũ, conſtat namq; de reſeruatis Principi eſſe reſtituere famæ, ita Innocent in cap P de fid. inſtr. Abb in conſ 104 vol 1 idem in cap. Cũ te de re iudic n. 19. Alex. in l Centurio, col. 8 ff. de vulgar. Imol in l. Centum, §. Cum quis, ff. de verbor. nam cum in hoc Regno nullus ſit dominus, vel Dux, vel alter qui in criminibus Principem non recognoſcat quia etiam Archiepiſcopus Bracharenſis in criminalibus nõ gaudet omnimoda iuriſdictione, quia appellatur ad Principem, cauſaq; infamiæ à criminali punitione dependeat, eſt abſurdum dubitare, an reſtituat famæ qui alterum ſuperiorem recognoſcit, reſoluit ita Baldus in cap At ſi clerici de iudic nu. 7 dixit Felin in d cap. Cum te, n 12. in fin ibi: Circa alias poteſtates inferiores communiter dicitur nulli competere hoc ius reſtituẽdi, quia circa Principi reſeruata debet oſtendi ſpecialis conceſsio, quia hæc obtineri nequeunt ſine titulo, etiam ex quacunq; generali comiſsione quæ nunquam ad reſeruata porrigitur, quia ſemper ſunt poſita extra limites cuiuſq; donationis, Cabed 2. p. deciſ 66. n. 4. citato Fel. in cap. Quæ in Eccleſiarum de conſtit. nu 32 & gloſ. Magiſtra. in cap. Quoad translationem de officio delegat. maximè in conceſsione perpetua; Paul conſ. 225. & in ſpecie contra Ducem Burgũdiæ, reſoluit Caſſan. rub. 1. §. à. n. 11.

Sic pariter denodatur altera quæſtio 33
de venia criminum, quam alius præter Principem non elargitur, Ord lib. 1. tit. regiminis Palatij, §. & lib 1. titul 3. §. Nec obſtat quód hæc poteſtas abolendi data eſt præſidibus, l. 2 C. de abolit. Specul in tit de abilio. § 1 n. 1. l. 1 §. Priuati, ff ad Turpil. nam non dubitamus poſſe veniam dare quibus hoc conceſſum eſt, nemini licere dicimus niſi quibus datũ ſpecialiter ſit: ſic nec Epiſcopi exilij pœnam remittunt relegatis, ex doctrina Præpoſiti in cap. Inprimis, 2. q. 1. qui ita firmat: licet Epiſcopi aliter faciant ex doctrina Bern. in praxi, cap. 126 n. 2. & 3. qui ex authoritate Bart. in l. Relegati n. 4 ff. de pœnis, dicit hoc licere ordinario ex iuxta cauſa. ſenſus namq; Bartoli eſt vt relegatus reuocari poſsit, vt interrogetur, vel ad ſimilia, non autem vt à iudice exilij pœna remittatur.

Sexta quæſtio eſt, an donationes inſi- 34
nuare poſsit, & videbatur illum cui iuriſdictio omnimoda conceſſa fuit poſſe, quia inſinuatio ſpectat ad iuriſdictionẽ, etiam voluntariam, gloſ in auth. de defenſorib. ciuit. §. Nulla, col. 3. Bart. & DD in l. Modeſtinus, ff. de donatio. Bal. in l Illud, C. de ſacroſ. eccleſ in princ. quod cùm ſpectet ad iuriſdictionem voluntariam non requiritur cauſæ cognitio, Bal in l 1 C. qui admitti oppoſ 21. extra territorium etiam fieri poteſt, l. Actus, ff de ferijs, Speculator tit. de ferijs, §. 2 verſ. Porro. Hoſtienſ in ſumm. de ferijs, § 3 verſ Ad quæ, l. 2. §. Dies, ff. quis ordo in bonor poſſ Oldr conſ 253. vnde cum hæc poteſtas data ſit cuilibet ciuitatis defenſori, & præſidi prouintiæ

Canarius

Canarius lib.inſinuationum.q 12. multo magis debet licere illis quibus omnis iuriſdictio data eſt.

Sed ex ſuperioribus reſoluendum quòd hæc poteſtas inſinuandi non ex eo non cenſetur translata, quod non pertineat ad iuriſdictiones, ſed ex eo quod in ſe habeat quid ſpecialitatis inhærens oſsibus Principis, quòd reſpicit regalis dignitatis fulgorem cum quadã relaxatione legum,& iuris, quæ relaxatio nunquã cenſetur abdicata per quaſcunq, generales clauſulas,cùm nec ipſe Princeps legem tollat, niſi facta ipſius mentione, ex Ordin.lib.2.tit 44.

An ſeditioſos mittat in exilium,& ad-
35 uertendum eſt quòd verbum, *Deſterro*, habet multa nomina in iure, videlicet, exilium, relegatio, deportatio, bannitio, foriudicatio, de quibus latiſsime in multis libris authorum,& per Doctores diuerſis tractatibus: ſed in præſenti non agimus niſi de banno, & foriudicatione dumtaxat propter definitionem, Bald. dicit enim quòd bannire eſt extra ciuitatis protectionem ponere,cap.1. col.6. de pace tenend. Cynus in l.1. C. de natur.liber.& in l.Reos, C de accuſation. dicit enim quòd banniti dicuntur poſiti extra ciuitatis beneficia, Bald. etiam in l.1.C.de hæred.inſtit. dicit idem operari bannum in foro ciuili, ad ſeparandum bannitum ab officio ciuitatis, quòd excomunicatio in foro eccleſiaſtico, ita tenet Afflict. in l.Grandis vtil.lib.2. legum Neapolitan.rub.1.col.3.n.10. iſtud bannum quo quis extra ciuitatem, vel territorium ablegatur,& arcetur ab officijs reipubl. eſt videndum, an poſsit facere ille cui in ſupradicto modo imperium, & iuriſdictio data eſt, quæſtionem diſputat Afflict in l Pœna maiorũ de bannitis, & foriudicatis, lib.2 rub.3. num 26.agens de Baronibus Regni qui habent merum, & mixtum imperium, an hi foriudicare poſsint? & reſoluit, poſſe, quia eſt de mero imperio, quod conceſſum reperitur, Caſſaneus tit. *Das confiſcações*, n 1.& 10. dicens hanc foriudicationem ſpectare ad ſupræmos magiſtratus.

Sed aduertendum eſt quòd hæc for- 36
bannitio, ſeu foriudicatio eſt quædam criminalis accuſatio,quæ in ſe maximã exilij pœnam includit, in qua requiritur quòd pars legitime citata ſit, & audita,& tandem,vel incontumaciam bãniatur, vel conuicta eijciatur, & appellans,& dicens de nullitate ſuſpendit bãnum,Alex.in l 3 §.Si ſeruus,ff.de acquir. poſſ. Bart.in l Cum vero in fin. ff.de fideicomiſ.liber. ex quibus infertur quòd cùm nulli in Regno data ſit poteſtas in criminalibus,non reſeruata Regi ſupræma poteſtate circa appellationes .Sequitur non poſſe donatarium quemlibet per ſe ſolum forbannire, & eijcere vaſſalum,nec poteſt dici quòd per viam correctionis poteſt ſeditioſos, neceſsitate inſpecta,expellere,de qua latè Guillel. in rep capit. verbo Et vxorem nu 161. quia hæc expulſio excedit correctionis terminos,nec pœna maxima,parti non auditæ, inferri poteſt iuxta vulgaria principia.

An autem valeant donatarij, vel ſi- 37
milis qui á Regia Corona cum ſupra poſitis clauſulis caſtra poſsident venationem prohibere, & piſcationem, de quo latè Alexandrin. & Aluoratus in titulo de pace tenend. §. Si miles ruſti. verſ Nemoroſia, Rebuf.in l.vnica,C.de venation. Ferar. Bertrandus conſ 255. 1.p n.8. Cardin & Hoſtienſ in cap Non eſt de decim & latiſsime conſ.197. vol. 1. Caſſan.titul de foreſt.§ 7 per totum, Mench Illuſtr cap 89 nu.32. Couarr.in reg peccatum,fol 190 Caſtaldus de Imperatore, q.110. Iaſ.conſ.119.lib 4. Decius conſ.271. n.11. & conſ 297 nu 3.& 4 Balb.de præſcript. 4 p. 5 princ.q 5. n. fin & quidem nemo niſi ſupræmus Princeps,vel ex eius facultate prohibere poteſt venationes in certis, & diſsignanatis locis, ex Ordin.lib.5. tit 91 Valaſ. de iur.emphyt.q 8 num.43. Cabed 1 p.

decif.

deciſ.95.num.1 & 2 p deciſ.89. Caldas Pereira de emptio. cap.21.n.11. Couar. pract cap.37 n.2. Viuius 2 tom.cõmun. lib.7 tit 1.n.207. Menoch de arbitr.caſ. 160. nu.12 Rebuff. l.inter publica,ff.de verb. ſignif. Quod limitabis non procedere in priuatis particularium poſſeſſionibus,quia hi ius habent prohibendi venationem in proprijs fundis, §.Feræ, verſ.Si fundum inſti de rerum diuiſ.ibi: Si quis fundum meum venandi,vel aucupandi cauſa ingreſſus ſit,& ego præuidero prohibere poſſum,&c.

37 Circa vltimum de reuiſione ſententiæ eo caſu controuerti poteſt, an ius reuidendi ſententias competat quando in donatione cõceſſa ſit Duci,vel Marchioni omnis iuriſdictio merũ, mixtũq; perium prohibita etiam ad Regem appellatione, tunc enim dubitari poteſt, an etiam videatur conceſſa ſupplicatio cum appellationis, & ſupplicationis cõceſsio à pari procedere videantur ex his quæ Afflict. in proœmio conſtit. q. 10. nu.5 & 6. vbi dicit quòd ſupplicatio eſt quædam appellatio, per gloſ. in l.1. C. de ſentent præfect. prætor. plures refert Rolandin.conſ.92.n.9. & Immol. conſ. 146 quia ſupplicatio loco appellationis ſuccedit quando ab his ſupplicatur, à quibus ob dignitatẽ appellari non poterat,auth quæ ſupplicatio, C.de precibus imperat offerend. ideo ad eum videtur ſpectare ius ſupplicandi, ad quem ſpectabat appellatio.

Pro intellectu noto quòd ſupplicatio propriè ſumpta, de qua in d auth.quæ ſupplicatio,& in l.1. C.de ſentent præfe. prætor. gloſ. verbo Supplicauit, in cap. In literis de integrum reſtitutione, Afflict in præludijs conſtitutio.q 10.à n 5. Rebuff ad leges Galliæ,1.tom.tit.de ſupplicat à princ.Maranta de ord iud 6 p. cap de appellatione, à nu.12. Cabedus 2 p.deciſ 67 n 1 Ord lib 3 titul 95.Diffinitur quod ſit petitio Principi facta pro reuiſione, & retractatione ſentẽtiæ, contra quam ob dignitatem, & excellentiam iudicum, appellatio, vel ſimile remedium denegatur, quæ petitio ideo fit Principi, quia cùm tendat ad effectũ, vt ſententia ſemel prolata, & cauſa per eandem ſopita ſpeciali beneficio retricetur, neceſſario adeundus eſt Princeps, qui contra illas iuris communis regulas, beneficium indulgere poſsit, probat d. auth. quæ ſupplicatio ibi ſupplicare poſsit Imperatori,d l.1. ibi Noſtro numini, Ordin.vbiſupra ibi: *Noſſo eſpecial mandado*: obſeruant Innoc. & Abb. n.10.in d cap Ex literis, Rebuf 1.tom. tit.de Euocationibus in præfatione, n. 126. Perez ad l.21.tit 3 lib.2 nec obſtat text in d auth. vbi gloſ. verbo Noſtro, ibi Præfectus,aut eorum cõſiliarijs, &c. quia intelligi debet quòd illis petitio offertur vt deferatur Princ pi, qui adiri debet,quia appellatio interdicta eſt l 2. iuncta auth ſeruenti, C.vt lite pendente, Abb. & communis in d. cap.Ex literis, Maranta vbiſupra, n.14 Mantuan. ſingul. 357. Bernardus reg 719. Paz in praxi 1.tom.p 7 cap vni Valaſ.conſ 51. Cabed.1 p. deciſ 144 & 190 & p.2 deciſ. 67. & areſt. 47. & 95 Græue. in pract. lib.1. concluſ 154. Aloiſius Ricius in collect deciſ part 2. collect 255. Giurba deciſ 89. num. 15. Menoch. conſ. 1173. vbi latè idem remed. 4. adipiſcend.à n 896.

Vnde apparebit in pluribus differre appellationem â ſupplicatione, tum quia appellatio eſt iuris remedium ordinarum, ſupplicatio verò non ita, quia per eam petitur & expectatur beneficium Principis, à quo pendet, & non niſi in defectum appellationis elargitur, tum etiam quia appellatio ſuſpendit poteſtatem eius, à quo appellatur, ſicut & executionem actus, & proceſſus ad vlteriora, ſupplicatio autem non ſuſpendit exequutionem, licet eam aliquando moderetur, vt probat d.auth.quæ ſupplicatio in princ obſeruat gloſ vlt & omnes ibi gloſ d verb. Supplicauit, vbi communis Maranta

T vbiſupra

vbiſupra nu.16. Rota Bononienſ deciſ. 78. cuius differentiæ rationē ſcribit Iaſ. in l. Si quis illo titulo, & iuuatur quia cùm ſupplicatio nitatur in beneficio Principis, non poteſt operari ſuos effectus cum præiudicio, ſaltem notabili, victoris prætendentis ſuam executionē, arg. cap. Quamuis de reſcript. lib. 6. Magon deciſ.20. num.15. Menoch de arbitr.lib.1 q 70 n.3. & conſ.992.n.fin. Lancelot.p 2 cap.19 n.16 & 17, Bander. tract. reuiſion. concl.20.nu.57. Valaſc. conſ 51 nu.28. Azeued.l 14.titul 3 lib.1 n 49. Deinde differunt quia appellatio deuoluit negotium ad ſuperiorem, & tamen ſupplicatio non ita, quia hæc fit Principi, etiam ſuper ſententijs ab eodem prolatis, Marian. in d. auth.quæ ſupplicatio, n 17 notat gloſ 1 ibi: Pariſ. conſ.118.nu.5. lib.1. inſuper ſupplicatio non conceditur niſi ſemel, vt in d.l. Si quis, gloſ.vlt. per text. ibi communiter recepta in auth. qui licitam; C vt lite pendent, communis ſecundùm Hipol. ſingul. 647. Corcet. in ſingul. querela Maranta vbiſupra nu.20. Aufrer ad Capellam 419. limitando, vt per Auend. in tract de ſecunda ſupplicatione, & tamē conſtat appellationem ſemel atq; iterum interponi poſſe, l. 1 C. ne liceat tertio prouocare: adde ſupplicationem, ſeu reuiſionem non cededi ſuper grauamine extraiudiciali, vel ſententia interlocutoria, l 2. C. vt lite pend. Valaſc d. conſ 51. num 50. Mendez de Caſtro in praxi Luſitana, lib.3 cap.20. nu.12. vbi declarat quôd etiamſi habeat vim diffinitiuæ Ordin.d tit.95 § 12. licet contradicat Bander.d tract.concluſ 10. nu.28. ſecùs in appellatione. In reliquis caſibus in quibus non reperitur differentia præſcripta a iure, à pari procedunt, cùm hæc in illius locum, & defectum ſuccedat, Capicius deciſ 28 ad fin & ſatis explicat d.l.1 in fine in ſententijs præfecti prætorio, recepta vt per Deci q 50. poſt Paulum ibi n 10.

Adhuc tamen oportet videamus, an ſupplicatio, & ipſa reuiſio idem importent, attento iure communi, & regio, & quidem maxime differunt quia, attento iure, ſupplicatio non admittitur propter imperitiam, aut iniquitatem iudicis, ſed tantùm ob errorem, vel negligentiam ipſius ſupplicantis, in cauſa proſequenda, vt patet in d. auth. quæ ſupplicatio Azo. in ſumma de ſentent præfect. prætor. quod ſecùs ſe habet in noſtris reuiſionibus, ex Ordin.lib.3.tit 95. in princ. Secundo differunt quia, attento iure cōmuni, poſtquam ſupplicatio ſemel admiſſa eſt, poteſt deciſio cauſæ comitti eiſdem iudicibus, qui ſententiam tulerunt ſuper qua ſupplicatur, iuxta ſupra reſoluta poſt glo. 1 in d.auth. probat l. Caſtellæ 8. titul 4 lib.2. Ordin. eoquód non agitur de iniquitate ipſorum iudicum, ſed de negligentia partis: quod tamen ſecùs eſt in reuiſione iuxta Ordinationem d.tit.95. § 4 quæ non patitur reuideri poſſe per eoſdem, ſed diuerſos, quia cum de iure regio etiam ob iniquitatem iudicum concedatur inconuenit eoſdem admitti, vt in appellatione diſponit l. Eos, ff de appellation.

Deinde differunt, quia licet ſupplicatio intra decem dies propoſita habeat effectum; ne fiat executio ſententiæ priuſquam victor exhibeat fideiuſſorē, de quo in d.auth. & in auth. vt ſponſalitia largitas, § Illud, col 9. Maranta 6 p. act 2. n.16. Lancelot p.2.cap.12.lim.50. num.56. tamen ad omnes alios effectus poteſt interponi intra biennium, iuxta dict authen quæ ſupplicatio quam ſic accipiunt, & conciliant cum principio, Hoſtienſ. & communis ſecundùm Abb ibi num 12 in dict cap Ex literis, Iaſon in dict authen num. 8. Fulgoſ.5. reuiſio verò ſemper petenda eſt intra duos menſes computandos à prolatione ſententiæ, ex d. Ordin § 3. Mendez de Caſtro d.c 20 n 5. & apud Hiſpanos intra quadraginta dies, Soarez de Paz in pract tom.1 p.7. c vni n 96 Perez l 42. tit 4. lib 2. Ord licet agnoſcam poſſe dici

quòd

quòd ſi duo menſes tantùm ſunt aſsignati reuiſionibus ex ſpeciali gratia conceſsis, patet ex d. §. 3. iuncto principio Ordinationis, vbi duobus modis reuiſiones concedi poſſe dicit, vel de iure in caſibus falſitatis ſobornationis, & ſimilibus, vel quando ex gratia ſpeciali, nec mirum quód reuiſioni ex gratia ſpeciali breuius tẽpus aſsignetur, quám illis quæ de iure competunt, quibus non videtur ademptum biennium à iure conceſſum. Deinde differunt quia licet in ſupplicatione ſupplicans poſsit allegare non allegata & probare non probata, iuxta reg. text. in l. Per hanc, C de tempor. appell. Cap Cum Ioannes, verbo Pendebat de fide inſtrum. vbi communis Felin in cap. Significauerunt, de teſtibus, n 4. Duenas reg 48. Menoch. de arbitrar. caſ. 73. nu. 9. Rotta Bononiens deciſ. 78. tamen in reuiſione cauſa deciditur ex actis antiquis, & probationibus, non verô ex nouis quod probarunt, Perez d. l. 8. gloſ. 1 ſatis intendit Capicius deciſ. 28. in fine, ſic limitãtes, d. l Per hanc, niſi dixeris illud eſſe in reuiſione ex gratia, vt in Ordin. §. 7. videtur inſinuari.

Vltimo differunt, quód de iure communi non deponitur pecunia ad ſupplicationem proſequendam, vt illius faciat iacturam, qui ſucũbit in ſupplicatione, in riuiſione autem aliud ſtatuit Regia Ordinatio.

Ex quibus conſtat quantum diſtet
38 appellatio à reuiſione nec vna ſub altera includi poſsit, ita vt etiamſi donatarius habeat ius cognoſcendi de appellationibus, nihilominus poteſtatẽ concedendi reuiſionem nullo modo habet, quia, vt ſupra diximus, cauſa per appellationem deciſa, illicò talis ſententia à legibus regijs ſuam producit actionem, Ordin. lib. 3 titul. 25. § 8. in fin. & licet iniuſta ſit, tranſit in rem iudicatam, vt explicat Ordin. lib 3 tit. 75. § 3 adeo vt ſententia æquiparetur ſtatuto, & priuilegio, Ordin lib 3. tit. 77. quare nil mirum ſi eam infringere nequeat donatarius, vel ille cui datum eſt de appellatione cognoſcere, quia tollere ius quæſitum ex ſententia, ad altiorem ſpectat poteſtatem, nempe ad Principem qui lex dicitur animata, Ordin. lib. 3. tit. 66. ad mediũ, & poteſt ius quæſitum ex ſententia tollere, & ſuſpendere, d l Si quis, d. auth. quæ ſupplicatio, vnde ſemper ad Principem paret querela, vbi remedium ordinarium non eſt, Ordin. lib. 1. tit. 65. §. 28. & lib. 3. titul. 78 in princ quia Rex ſemper partibus ſuccurrit vbi ratio id ſuadet, arg. Ordin. lib. 2. tit. 10. § 1. ibi: *Sendo por direito de receber*, & lib. 2. tit. 14 ibi: *Que tiuerem razão*, & § fin ibi: *Reuogadas, &c.* & lib 2 tit. 13. & lib. 1. titul. 12. pacem Regni procurat, lib. 2. titul. 50. bonamq; adminiſtrationem dirigit lib. 4 tit. 100. § 4 ad fin. & rebus aliquãdo ſubditorum in bonum commune vtitur, priuatoſq, ſuo dominio priuat, l. Si verberatum, ff. de reiuindic.

Vnde cũ donatarius, vel alius qui de cauſa ſiue appellatione cognoſcit, non aliud habeat quàm ius cognoſcendi de appellatione, quod ſupra appellationem eſt, ſupra ſuam conceſsionem eſt, cumq; reuiſio vltra ſententiam ſit, & oporteat quòd qui eam concedit leges communes valeat abrogare, earumq. effectus ſuſpendere merito reuiſio á ſolo Principe petitur, quia poteſtas reuidendi, hæc omnia inuoluit, & á ſumma poteſtate pendet.

SVMMARIVM.

1 GAbellam an clerici ſoluere teneantur?
Clerici ſunt exempti ab omni tributo. ibi.
2 Quando tenẽtur non ſunt compellendi per ſaculares.
3 Gabellæ origo quæ ſit?
4 Gabellam clerici non ſoluunt, attento iure.
5 Si tamen negotiantur ſoluunt.
6 In hoc Regno ſuper gabellis ſoluendis cum clero concordia facta fuit.
7 Rex Emanuel Eccleſias, & clericos exemit à tributis omnibus excepto negotiatore.
8 Si clericus emit ad reuendendum quomodo ſoluat gabellam?
9 Pedagia, ſeu portoria, an ſoluant clerici?
Gabella, & pedagium in quo differant. ibi.
10 Clerici à pedagio an ſint immunes?
11 Decimæ quid ſint?
12 Relegij ius regale eſt.
Priuilegium conceſſum ſubdito non valet quando redundat in præiudicium non ſubditi. ibi.
13 In iuribus regalibus exigendis, vel tributis prædia ipſa conueniuntur.
Paria ſunt ligari ſtatuto, & ibi forum ſortiri. ibi.
E conuerſo eſt regula vera. ibi.
In pæna relegij niſi daretur concordia lex eſſet inutilis. ibi.
14 Clerici pro rebus prohibitis trahuntur ad iudicium ſæculare.
Res prohibita ante ſententiam dicunuur eſſe Regis.
15 Clerici quoad pænam rerum amiſſarum in ſæculari pulſantur.
16 Clerici exteri an ligentur legibus Regijs?
17 Ignorantia quando excuſet tranſgreſſores legis
18 Vt pæna incurratur, an ſufficiat tentaſſe delictum, an vero requiratur conſumatio.
Merces intra quas leucas capi poſsint. ibi.
Leucæ quomodo dimentiantur. ibi.
19 Quid ſi clericus iam redibat cum mercibus, mutato conſilio.
20 Quid ſi prohibitis rebus comiſcet res nõ prohibitas.
21 Clericus non amittit non prohibitas.
22 Merces ſi inueniuntur non vero exportantes, quid faciendum?
Opinio Guterij quod contra pecora inſtituatur iudicium. ibi.
23 Plauſtra, & boues an amittantur?
24 Minor an reſtituatur qui merces prohibitas extraxit.
25 Delinquens pluries an vna tantùm pæna puniatur?
26 Clerici ſuper his mercibus prohibitis reſpondent in foro Regum.
27 Clerici legibus generalibus quomodo conueniantur.
28 Clerici tanquam ciues ſuo Principi ſubſunt.
30 Clerici ad reparationem viarum compelli valent á ſæculari.
31 Negant plures.
32 Eſt differentia inter gabellas, & reparationem viarum.
Interpretatur cap. Peruenit de immunitate eccleſ. ibi.
33 Interpretatur Ord lib.1.tit.66.§.43.
Clerici quomodo teneantur ad refectionem viarum, & pontium. ibi.
34 Clerici non tenentur exponere res quas exportare iubens, vulgo, alealdar.
35 Clerici iurant in ſæculari circa res exportatas.

AN ECCLESIÆ, ECCLESIASTI-cæq; perſonæ teneantur gabellam, decimam, & pedagium Principi ſæculari ſoluere, virtute legis politicæ? ad Ord. lib. 2. tit. 1. §. 19. & tit. 11. eod. lib.

CAP. 38.

HAC lege cauetur in quibus caſibus clerici gabellam Principi ſoluere tenētur quod exiuit à concordia habita cum Rege Alphonſo art. 7. nu 41. & ex ſecunda concordia habita, Romæ cum Rege Dioniſio, nu. 99. & & ex art 17 quartæ concordiæ eiuſdem Dioniſij, n. 134 & ex art 19. Regis Petri nu. 159 & ex art. 17. Regis Ioannis primi, n 192 & ex art. 4. Regis Alphonſi quinti, n. 270. & ex art 5 eiuſdem, & ex reſponſione Regis Sebaſtiani, cap. 5. n 287. & in 6 & 8 cap eiuſdem.

Ex harum concordiarum ſerie ſtatuit Ordinatio Regia quòd clerici pro tributis regijs, ſcilicet, gabellis, decimis, & ſimilibus in ſæculari cōueniātur in hæc verba: *Item, per couſas, & direitos da Alfandega, ſizas, dizimas, portagēs, Aduanas, relegos, & por couſas defezas, ſe as leuarem fóra do Reyno, ou meterem nelle, & por outros noſſos direitos, ſe ciuelmente forem demandados, podem os clerigos, & peſſoas eccleſiaſticas ſer citados perante noſſas juſtiças, nos caſos em que conforme noſſas Ordenações, & direito os deuerem*

1 Supponit Regia Ordinatio clericos gabellis obnoxios eſſe circa quarum exactionem in ſæculari iudicio conueniendos ſtatuit: in quo videtur iuri contraria conſtat enim clericos ab omni indictione regia immunes eſſe de iure diuino vt habetur Numerorum cap. 3. & 8. & tertio Regum cap 8 Exod 19. Geneſ. 46. Æſdræ. 1. c 7. & quæ laté citat Ioān. Luppus de libert. eccleſiaſt. q. 2. per tot. Couarr. lib. 2. variar. cap 20. in princ. Natta. conſ. 203. vol. 1. & conſ. 280. nu. 5. vol. 2. de iure ciuili ſunt etiam exempti á tributis, vt in Auth. item nulla cōmunitas, C. Epiſcop. & cler. vbi contra facientes ad triplum mulctari, bamnoq; imperiali perpetuo ſubijci ſancitum eſt; & in l. Placet, C. de ſacr. eccleſ. Canoniſata in cap Generaliter, §. Placet, 16. q. 1. tradit Bart. in l. De his, C. eod tit. De iure autem Canoaico probatur in c. Aduerſus, & in cap. Non minus, vbi omnes de immunit eccleſ. Bart. in l. vnic. n. 32. C. quo loco muli lib. 10. idem Bart conſ. 180. & in l. 1. § fin. ff. de muner. & hono. Panor & alij in d cap. Non minus, n. 1. & 17. Iaſ. in d l. Placet. n. 2 2. lect nu. 10. Ioan. de Platea in l. fin C de exactor. tributor. lib. 10. Guid. q 372. Curtius Iun. conſ 61. n. 2. Afflict. in c. 1 n. 32. quæ ſint regal. Gramat deciſ 29 n. 14. Baſsianus in cōſuetud. Aluerniæ, cap. 25. art 8. Petrus Antibolus in tract. de muner §. 4. n 26. Caſſaneus in cōſuet. tit deſiuſtices rub. 1. §. 5. n. 48 & § 4. d. rub. 1. n 17. Viui. lib. 1. cōmun verb. Clericus, n. 1. facit l. 2. C. de Epiſ. & cler. per quā legem tradit Bald. ibi: clericos de bonis præbendarū, ſuarū quæ vendunt, non teneri ſoluere gabellam, nec tributum ad portam ciuitatis, quod dictum ſequitur Philippus in cap. Quamquam, de cenſibus in 6 & ait

Dominicus de Soto de iuſtitia, lib. 9. q. 4. quod clerici quatenus tales non tenentur ad decimas prædiorum ſuorum licet qua ratione ſæculari iure, vel hæreditario illa poſsideat decimarum debitor exiſtat Parochiali Eccleſiæ, Alphōſus Aluarez in Theſauro Chriſtianæ religionis, cap 35. nu. 1. 7. 23. Michael de Graſsis lib. 1. commun. cap 18. q. 1. & 2. facit l. 50 titul. 6 part. 1. & confirmatur hæc exemptio ex Concilio Lateranenſi ſeſſ. 9. Pariſienſi cap. 2 & ex pluribus authoribus quos citat Bobadilla lib. 2. cap. 18. n. 252.

2 Et quibus fit quòd vel gabellæ decimæ pedagia, & alia ſimilia tributa ſint regalia, ſiue perſonalia, ſiue mixta ſemper clerici ſunt immunes, vt in cap. Quamquam de cenſibus in 6. Clem. præſenti eod. tit. Felin in cap Super literis de reſcript n. 29 verſ. 3. facit Gramat. q. 100 nu. 19. Si tamen contingat quòd aliquo caſu legibus, & ſtatutis laicorum ligentur adhuc in ſæculari iudicio ad ſolutionem tributorum, ſeu multarum, nullatenus poſſunt compelli, ſed adeundus eſt ipſorum iudex, vt eſt celebris doctrina Innocent. in cap Poſtulaſti de foro compet. Abb in cap. Qualiter n. 8. de iud. & in d cap Non minus, n 20 de immunit eccleſ. Nata conſ 311. num. 4. deciſ Pedam. 68 n 22. & tutiorem opinionem firmat Azeued. lib. 1. ad leges Caſtellæ tit 3. l. 11 n 5 Couarr. pract. cap. 33 n. 7 Clarus in pract q 36. n 26. Roland. conſ. 31 num. 10. vol 5 & conſ. 61. n. 23. Guilhelmus verbo Et vxorem, 2. n. 155. Petrus Gregor. in ſintag. 1 p. lib. 3 cap 8. nu. 1 Parlador lib. 1. cap 3. §. 1. lit. C. Gironda de gabel 7. p. num 9. ex quibus conuincitur legem noſtram nō bene loquutam dum eos pro his cauſis in ſæculari pulſandos decernit, in quo repugnat tit 11. hoc lib 2. vbi eos immunes ab his tributis lex Regia declarauit.

Vt igitur rem obſcuram apperiamus de ſingulis tributis, quæ enumerantur agendum nobis eſt conueniunt enim in multis in aliquibus tamen differunt, vt ex infra dicendis apparebit.

De gabella vulgo ſiza.

Gabellarum originem explicat Baronius 1. tomo annalium Eccleſiæ anno Chriſti 31. fol 137. apud Hiſpanos refert Laſarte cap. 21. & 28. Parlador lib. 1. rer quotid c 3 n 15. Chronic. Regis Alphonſi II. c 263 & tempore Regis Petri vltra Laſarte Godicl. in proſapia dos Gisoés c. 17. fol. 65 frater Hier. Rom. lib. 4. de rep. gentib. c vlt fol. 173. apud nos explicat Cabe. deciſ. 113 n fin. vbi aſſerit in hoc regno gabellarum tributum à populi gratuita conceſsione & ex cauſa limitata proceſsiſſe. De æthimologia autem huius nominis *Siza* nō ſatis cōpertum eſt vnde deducta fuerit ſentiunt aliqui quod cū Regina Philippa vxor Regis Ioannis primi, quæ erat filia ducis Alencaſtrenſis impoſitum cerneret hoc tributum, quod vulgo dicitur *Siza*, dixit bona ſiza, quaſi diceret, quod bono conſilio Rex tale tributum induxiſſet ad regia onera ſubeunda. Poteſt tamen dici, quod hoc nomen *Siza*, ortum habuit á tributo Neapolitano quod Aſciſia nuncupatur, de quo Aflictus in conſtitutio regni Siciliæ libro 1. rub 70 n 11. fol. 144 vel ſic nuncupata quaſi pecunia data pro re empta ſciſa maneat, vt illa pars Regi applicetur, in quo datur quadā ſciſio iuxta illud Virg. ſic genus amborū ſcindit ſe ſanguine ab vno, quam odioſum ſit hoc ius gabellæ dixit Parlad vbi ſup d. c. 3. n. 3. Decius conſ 357. n 7 Surdus deciſ. 96. n. 7. & deciſ. 305 n 12. & 44 Aymon conſ. 231. num vltim. Val. 1. tom. alleg. 28. n. 46. 3

Hanc gabellam clerici attento iure communi ſoluere minime tenentur, nō ex eo quod eorum res ſint exemptæ, ſed ratione priuilegij perſonalis illis conceſſi Laſart. c. 19. n. 45. ab hac tamen regula 4

gula vnus caſus excipitur, nempe quando ipſi negotiantur exercentes mercaturam, cauſa cupiditatis, & auaritiæ quæ in eis maxime reprobanda eſt, cùm ſit omnium malorum radix, & importet indecentiam ſtatui eccleſiaſtico, & religioni, adeo vt dicat Salzedo ad Bernar. cap 56 verbo Prohibitum, quòd ſicut à peſte fugiendum eſt à clerico negotiatore, idem dicit Bobad. d cap 18 n 123. & eſt text. in cap. Negotiatorē 88. diſt. quare hoc caſu ad gabellam ſoluēdam teneri dicunt plures, vt per Stracham, de mercatur. 3 p. n 6. Lazarte de decima venditio. cap 19. n. 51 Molin de iuſticia, 2. tom. tract. 2. diſput 342 num. 7. Perez ad l 1 tit 3 lib 1. Ordin. Mexia in tractat. taxa pan. concluſ 5 n 23. additio ad Marantam 4 p. fol. 174 nu 8 Garcia de nobilit. gloſ. 9. n 53. Montaluus in l. 50 tit 6 part 1. verbo Franqueſas, Vaz allegatione 28. nu. 9 Nauarr conſ. 1. de immunitate eccleſ Duen reg 100. verſ. Fallit vndecimo, Cabed deciſ 189. vbi agit de clerico qui ædes emit ad locandum, & areſt 45. 2 p & deciſ. 54 cuius rei illa videtur eſſe ratio: quia hoc tributum, *Siza*, onus reale eſt, quod à prædijs vel rebus venditis ſoluitur, & certū eſt clericos cogi poſſe ad præſtanda tributa quæ à rebus ipſis debētur, gloſ. vlt. Singularis in cap. Principes 23. q 5. ſequitur Lappus in clem. vlt. de cenſib. Aufrer. qui dicit communem de poteſtate ſæcular. reg. 2 n. 27. & pro hac parte adducitur cap. Conuenior ante fin. 23. q 8. ibi: Tributum Cæſaris eſt, Bobadilla, 2 p cap 18 fal. 5. n 279 facit l. 5 tit 7 part 5. ibi: *Tambien Clerigo como cauallero, o otro home qualquer que ſea*; & l. 7 tit 18 lib 9 recopil ibi: *Como ſi fueſſen legos*, Roſel. in tract de poteſt. Imper & Papæ, § Plus videtur, n 3 fol. 312 vol 14 Benuenut. in tract de mer. 3 p tit. de his qui mercat exerc. poſſ. n 9. Rebuf. 1 tom titul de liter obligat art. 2. gloſ 1, n 106 Otalor. de nobilit. 2 p cap. 1 n 11. Mench. de ſucceſsion. creat 3. p. §. 26. n 28. & lib 1. §. 10. n 648 verſ. Vnde infertur, Azeued. in l. 15 n 3 titul. 4. lib. 5. recopil. Salzed. in addition. ad Bernard. cap 55 fol. 174. Cened. in collecta, cap. 37. n 52. & ſic procedit Regia Ordin lib 2 tit 11 §. 6. ibi: *Arrendadas pela meſma cauſa*, eleganter Bobadilla, d. cap 18 n. 123.

Ex quo fit, quod hoc caſu ſcilicet quā- 5
do clericus negotiator eſt, poterit pro tali iure Regi debito in ſæculari conueniri, quia eſt tributum regale, ad cuius exactionem laicus eſt iudex competens ex hac Ordinatione, ibi: *Direitos reaes*, & ex Ord lib. 2. tit. 11. §. 1. vt per Aufr. reg. 4. n 28 cui accedit Boer. deciſ. 245 poſt n 3 cum ſeq Tiraq de retract. lib. 1. §. 32. n. 80 quia tunc tenetur ad vectigalia, ac laicus ex recepta ſententia, de qua copioſe per Mench. d. §. 10 n 648. & tradit Foller in conſtit Regni de Epiſ & cler. n. 7. Franciſcus Marcus deciſ. Delphi. 286 n 3 1 p. Natta conſ. 139. n. 4. vol 1. Capra reg. 96 nu. 87. niſi forte aliquod exercitium honeſtum exerceat ad victū quia eo caſu eſt negociatio licita, nec ad gabellas tenetur, ex Ferreto conſ 145. n 3 & 4. ſequitur Burſatus conſ 42 n. 9. ad fin, ſentit Flores q. 21. Lazarte d. cap. 19 n 51 Salzed in additionib. ad praxim cap. 55. Gutierr. lib 1 pract. cap 4. n 2. Bobadilla d cap. 18 nu. 316. Olanus in concordan. iur lit. C. num. 38. & 30. Redin de mageſtat prin n 166 Bobad. vbiſupra nū 123. lit. A. vbi citat plures, & licet contrariam ſequantur plures, quod ſcilicet his caſibus debeant coram ſuo iudice conueniri, nec laici poſsint clericos cogere ad talia onera ſubeunda, & veriorem dicat Sarmient. ſelect. cap. 14. Auilès prætor. cap 23. gloſ. *Den orden*, n 8. Caſtillo in l. 70 Taur nu 18. Olanus in Antinomijs verbo Clerici, fol 59. nu. 38. Guterrez pract lib. 1 q 3. n 2 & 6 & 4. tom. q 38. n. 23 Humada in ſcholijs in l 54 gloſ 2. n 2. & 16 tit. 6. part 1 Gigas de penſion q 90 num. 3. Duen. reg 100. limit 16 Gregor in l 51.

verbo Pechar in fin. titul 6. p.1. & l 52. verbo *El Obiſpo*, vbi tenet quód Epiſcopus coget clericos in vrgenti neceſsitate ad cuſtodiam ciuitatis, Couarr. pract. cap. 33 in fine, Guid. deciſ. 78. Nauarr. in manu. cap 17. n.201. & cap. 23. n.120. pro qua ſententia adduci poteſt, l.54. tit 6 part.1. quæ de ſimili caſu agens habet hæc verba: *Teſſo meſmo deue fazer en las calçadas de los grandes caminos, o de las otras carreras que ſon comunales, y para eſto fazer no les deuen apremiar los legos, mas dezirlos que lo fagan: y ſi ellos no lo quiſierem hazer, han de moſtrarlo a los Prelados que gelo fagan fazer, y ellos ſon tenidos en todas las maneras de gelo mandar cumplir.* Facit Bulla Cœnæ Domini cap. 12. & caſ. 17. incipit Qui ve collectas, ſequitur Bobadilla in d. cap. 18. n.315. lit. F. in fine, vbi concludit quód renuente clerico, poteſt populus implorare iudicium eccleſiaſticum vt illum conſtringat, licet contra ſentiat Lazarte cap. 19 n.84.

6 Tamen hæc omnia, attento iure, Hiſpano, & comuni locum hobere poſſunt, attento tamen noſtro iure Luſitano, & regio; ex alijs fontibus reſolutio haurienda eſt; nam conſtat apud nos à Regni primordijs Reges conſueuiſſe gabellas, decimas, & ſimilia tributa, tam clericis, quàm laicis imponere, ſuper quo tempore Regis Dioniſij de his tributis apud S. Pontificem concordia inter vtrumq; ſtatum fuit innita, vt conſtat ex 10. art. ex vndecim, vulgari ſermone, Romæ oblatis, quorũ tenor eſt: *Que panha nouas portagẽs, & dizemas, & impoſições, & exacções, & pedagios, aſsi aos eccleſiaſticos como aos leigos ſeus vaſſalos. Rey. Que aos Principes, & Reys de direito, & coſtume he licito pór direitos nouos, vectigalia, & pedagia em ſeus Reynos, & Senhorios onde lhe parecer neceſſario, & que elRey não pede dizimas ſenão das couſas que vem de fóra do Reyno, & nas outras couſas em que os Clerigos ſe achão agrauados delle, de direito as póde fazer, porque vſando do poder que para iſſo tem não faz agrauo á ninguem; & que os Prelados aceitarão por bem da paz.*

His accedit quòd ab antiquiſsima huius Regni conſuetudine ſuper omnibus iuribus regalibus in ſæculari agitur, & iudex regius cognoſcit ex Ord. lib. 1. titul. 9. §. 11. quod ita eſſe de iure dicit Aufrer vbi ſupra d. n.28. & Boer. d. n.3. quæ conſuetudo cùm ſit antiquiſsima, habet vim conſtituti, vt latè dixi præl. Et videtur cõprobari ex nono articulo cõtra eundem Regem Dioniſium oblato, qui ſic habet: *Que elRey, & ſeus juyzes vſurpão para ſy a jurdição eccleſiaſtica, & os não deixão vſar liuremente della. Rey. Que vſem de ſua juſtiça eccleſiaſtica, mas o coſtume antiguo deſte Reyno, he, que toda a peſſoa, aſsi eccleſiaſtica como ſecular, que tiuer bẽes aa Coroa, que ſobre qualquer demanda que ſe mouer por cauſa dos taes bẽes, reſponda diante dos juyzes, & juſtiças delRey, & que o dito ſenhor quer que aſsi ſe guarde em ſeu tempo, & dos Reyes ſeus ſucceſſores. A qual reſpoſta os Prelados aprouarão, & a concederão, & confirmarão.* Et licet prima facie videtur hîc tantũm agi de rebus, ſeu poſſeſsionibus Regiæ Coronæ, tamen illud verbum *bẽes*, refertur ad omnia, & tã comprævhendit res, quàm iura regalia quæ ad Coronam ſpectant.

Cûmq; poſtea clerici conquærerentur ſe contra ius canonicum gabellis, & 7
alijs tributis prægrauari corã Rege Emanuele, ipſe pietatem colens, & eccleſiaſticorum fauorem perpetuo valeturo priuilegio, eos ab omnibus exactionibus regijs liberauit, nempe gabellis, decimis, pedagijs, quod priuilegium hodie continetur in Ordin. lib 2. tit 11. vbi in §. 1. excipit caſum negociationis tantùm.

Ex quibus patet, quòd Ordinatio noſtra in §. 19. tantùm hodie procedit in clerico negotiatore (excepto relegio de quo infrà) & ita debent accipi illa verba eiuſdem §.1. ibi: *Nos caſos em que conforme a direito os deuerem*, nam reſpectu gabellæ nullus alius caſus exceptus eſt quàm

quàm negotiationis,in quo clerici non ſecus ac laici in ſæculari conueniuntur, vt ſupra dixi, & iuri Canonico conſonat,vt patet ex d Clem præſenti de cenſibus, ibi: Non negociandi cauſa deferunt, ſentiens quód negotiandi animo deferentes merces in ſæculari conueniri debeant: vnde ſic explicata Regia Ordinatio iuri Canonico conſonat.

Quando autem in fraudem gabellæ debitæ ſit aliqua alienatio mutato nomine contractus,vel res tanquam clerici exportatur,quæ tamen laici eſt,quomodo iudex ſæcularis contra talia bona agere poſsit, vide Bobad. d cap.18. num.32.

8 Quando verò clerici emunt ad reuendendum extat Ord.Regia lib.4. tit. 16. quæ iubet vt tales merces ſequeſtrétur, quod poſſe fieri à lege ſæculari, videtur quia pœnam imponit actui de iure Canonico prohibito, atq; ideo talis ſequeſtratio valebit, ex his quæ Salzed. ad Ber.cap 55 verſ.Ex quibus nonnulla vbi tenet hanc legem ligare clericos,ex doctrina Bart in l.Cunctos populos, C. Summa Trinit. n 29. conducit l nobiliores,C de comercijs,l Annona, ff.extraord.crimin.l.46.tit.6.part.1. & merito lex regia contenta eſt ſola ſequeſtratione mercium,inſinuãs quód pœna ſic negotiantium peti debet coram ſuo iudice, vt ſentit Salzedus vbiſupra verſ. ſecundo.

Nec obiter omittam quòd ea quæ ſupra diximus de clerico qui non tenetur ad gabellã ex priuilegio Principis, ſemper debet intelligi de beneficiato, nam clerici in minoribus nullo priuilegio muniti ſuntquoad hoc, apud Hiſpanos eſt lex 2 tit.4 lib.1.recopil. Couar pract. quæſt. cap 31.nu 32 Lazarte d cap 19. n.18. vnde niſi habeant beneficium nõ ſunt verè eccleſiaſticæ perſonæ, de quibus loquuntur text in cap Quamquam de cenſibus lib 6. cap Aduerſus, & cap. Meminimus de immunit. eccleſ.vbi ſolùm fit mentio eccleſiaſticorũ, Lazarte vbiſupra n 19 Si tamen penſionem habeat cum titulo beneficij, videtur quód ſufficiat,ex reg.text & quæ Doctores in cap Conquerente de cleric. non reſid. Lazarte vbiſupra n 24.

Vnde ſi beneficiatus negotiatur exuitur hoc priuilegio,vt ſupra dixi, & colligitur ex his quæ Mantienſ in l 11 gloſ. 1 tit 10.lib 5.recopil. Mexia taxa panis concl 5.nu 21 & 22. vnde fit quòd procedit hæc regula etiam in emptore vt ſtatim debeat, cap Eijciens, 88. diſt. Duen reg 110.n.11. Auend. reſponſ.53. Lazarte vbiſupra n 32 facit reg cap fin. de vita, & honeſt. cum gloſ. ibi: Vnde qui lanam emit vt veſtes conficiat, in quibus præponderat perſonæ induſtria, non negotiari dicit,Lazarte num.56 & 57. Vnde ſi gregem emat, & inde lanã, & caſeos vendat, negotiari videtur, vel ſi fundum plenum fructibus emat,eoſq; vendat lucrificãdi cauſa videtur emiſſe, èconuerſo verò,ſi ancillã, prægnantem emerit,& vendat partum gabella non debetur, Lazarte vbiſupra nu 61 cum quo proſequere ad varios caſus, & cum Guterrez de gabell q.8.& ſeqq.

De pedagijs,ſeu portorijs,vulgo Portagem Ord. d. tit.11.§ 2.

ENumerat ſecundo loco lex regia pedagia,ſeu portoria, vulgo *Portagem*, vt explicat gloſ in Clem. præſenti de cenſibus,verbo Pedagia, de portorio meminit l. Cum in plures, §. Vehiculum, ff. locat. quod quidem tributum ſoluitur ex ingreſſu portæ ciuitatis,ex quolibet plauſtro,vel vehiculo, vt ſcribit Bal.in cap 1.§ Imperiali, n.15. de pace conſt Franciſcus Mar deciſ. 460. nu.26 & licet hæc iura gabellæ,& pedagij hic comiſceantur, & videatur quòd idem important, tamen inter ſe longe differunt,eſtenim ius pedagij cæteris excellentius, & antiquius, & differunt primo, quia gabella ſoluitur à vicinis,& exteris ex rebus emptis.Pedagiũ verò 9

verò ſolùm exteros adſtringit, non naturales; item gabella eſt tributum modernum, à paucis retrò annis inductum, patet ex Cabed. d. deciſ. 113 & ratione belli imminentis, vt conſtat ex cap. 74. Comitiorum apud Torreſnouas celebratorum, Cabed. deciſ 49 n vltim. 2 p. Tributum autem pedagij eſt antiquiſsimum, & ſoluitur in recognitionem ſupremæ poteſtatis, & in l. 5. titul. 7. part. 5. legum extrauagantium, vbi agitur de origine huius tributi, Auend. de exeq. cap. 1. n. 12. Burſa. conſ 42. lib. 1. n 9 verſ. Verum, Viuius commun. lib. 2. opin. 42. Natta. conſ. 280. nu 6. Chacer. deciſ. 68. n 3. Alfanus collectan. 111 ad l ad inſtructiones, C. ſacroſ. eccleſ.

Item differunt quia gabellæ ius præſcribi poteſt, ſecùs autem ius pedagij, l. Comperit, C. de præſcript. 30. vel 40. Balb. de præſcription. 5. p. quintæ princ. q 7 n 2 Iaſon. conſ 207 vol. 2 Ius autẽ gabellæ præſcribitur, attento iure, quinquenio, ex text. in l 2. C. de vectigal. & commiſ. reſoluit Couarr. de ſponſalib. 2. p. cap 6. §. 8. n. 16. & in reg poſſeſſor. 2 p. §. 2. n. 7. apud nos autem præſcribitur, ſemeſtri ex cap 90. & 93. Comitiorũ de Torreſnouas vbi à Rege Ioanne tertio petitum fuit vt ad tollendas vexationes, quibus publicani populum infeſtabant non pateretur, vt poſt ſemeſtre pro gabella, & ſiza, debitores vexarentur ita obtinuit. Cùmq; idem circa ius pedagij peteretur in d. cap 93. & allegarentur plures cauſæ ad animum Regis mouendum, ne ex tam parui tributi omiſsione merces ab ignorantibus exportatæ, in commiſſum caderent, ipſe Rex petionem repulit, idemq; factum extitit in Comitijs villæ de Tomar, cap. 35. quare hoc ius pedagij in præſcriptibile remanſit, ex reg l Seruum, § Prætor ait, verſ Non dixit, ff acq hæred.

Circa autem hæc pedagia, de quibus conſtat ſupra in articulo decimo ex vndecim Romæ oblatis fuiſſe conſtituta ex concordia à Prælatis accepta, poſtea ijdemmet Prælati conqueſti ſunt quòd Rex hæc pedagia exigebat in ſæculari, & ab eorum agricolis: & in decimoſeptimo articulo oblatis Regi Dionifio ſic continetur.

Agrauãoſe de pagarem dizima de couſas que leuão, ou trazem por mar para ſuas neceſsidades, ou para o que lhe cumpre. A iſto reſponde elRey, que he coſtume, & direito de pagarem dizima, ſaluo de auer amoedado [illegible] ſeja, ou não ſeja de Portugueſes, como he conthendo no ſexto artigo, & no decimo dos onze da Corte de Roma.

Et inter alios articulos oblatos Regi Alphonſo quinto, vnus ſic habet.

Item, que os conſtrangião a pagar portagem de ſeus moyos, & rendas que leuão, ou trazem para onde lhes praz: & outras algũas couſas que de direito não pode fazer, & encorrem por ello em cenſurae, & penas poſtas por direito, pedindo que mandaſſe que ſe não faça, & o deixe á diſpoſição do direito Canonico, & mandẽ que ſe guarde, & cumpra. A eſte reſponde elRey, que ſe guarde o artigo feito com a cleresia confirmado pelo S. Padre, em tempo delRey Dom Dinis.

An autem, attento iure, clerici ab hoc iure pedagij ſint immunes? Dubia eſt quæſtio, eoſq; teneri ad hoc tributum, dixit Bal. vbiſupra, Bertachin. in tract. de gabell. vbiſupra nu. 12. Calder. conſ. 2. n. 3. Franciſcus Marcus deciſ. Delph. 460. n. 26. Parpalia in d. l. Placet, n. 106. Syluan. conſ 30. Tom. Gram. Conſil. ciuil. 102 n. 13 à quibus illa ratio redditur quia eſt impoſitum propter refectionem viarum, & pontium, & ob publicã neceſsitatem, cùm ipſi vias deſtruant, ac laici, quas reficere pariter tenentur, l. Ad inſtructiones, C. ſacroſ. eccleſ. Verius tamen puto de iure clericos non teneri ad hæc iura, & ita ſentit Alphonſus Aluar. in Theſaur. cap 30 num. 29. Burſatus d. conſ 42. n. 10 & quicquid de iure ſit, tamen apud nos ex vi concordatæ quæ approbauit antiquiſsimam Regni conſuetudinem clericos ligari his tributis, non eſt dubium, quando negotiationem 10

exer-

exercent, & non aliter, hic enim caſus exceptus eſt, nec Regi imputari poteſt quód hũc casũ exceperit, nã vltra quod iſte caſus eſt iure expræſſus vt in eo poſsint clerici à iudice ſæculari adſtringi, quia cùm ſit tributum regale ad illius exactionem ſæcularis eſt competens, ex Aufrer. d. reg 4. n 28. Ex vi concordatæ Princeps hæc tributa poſſet exigere, & illi non poteſt obijci cur plura non conceſsit cum priuilegium ex mera liberalitate concedentis procedat, & gratiam contineat, cap Si gratioſe de reſcript. lib 6. nec imputatur ei qui plura non dedit, qui ad donãdum nulla neceſsitate cogebatur. ex text. in l. 1. l. Donari, ff. de donat.

Dizimas, & Aduanas.

11 DEcimæ exoluẽtur Regi ex mercibus per maris portus receptis, quæ initium ſumpſerunt à cõcordia innita inter clerum, & Regem Dioniſium in cap 6 ex vndecim vulgari ſermone Romæ ablatis, cuius verba ſunt.

Que algũas peſſoas eccleſiaſticas reſidentes em Paris, ou na Corte de Roma, pela difficuldade, & perda do cambio, para ſua ſuſtentação, & para comprarem liuros de ſuas proprias rendas, comprão algũas mercadorias, as quaes mandão por mar, & que elRey, contra todo coſtume, lhe faz tomar fianças, que tragão ao Reyno outras mercadorias que valhão outro tanto, de que hajão de pagar dizima, & doutra maneira lhas não deixão ſayr do porto, ſem logo pagarem a dizima. Rey. Apraz a elRey que ouro, prata, dinheiro, de qualquer modo que ſeja, poſſaõ tirar para fóra, mas não moeda do Reyno, & o poderaõ fazer os ditos Prelados, & peſſoas eccleſiaſticas, ſem pagarem diſſo nenhum dinheiro: no que conſentirão todos, por bem da paz. Et ex c. 10. ſupra relato, ibi: *E que elRey não pede dizima ſenão das couſas que vem de fóra do Reyno.* Et facit articulus 17. ſupra relatus ex oblatis Regi Dioniſio. His capitibus patet clericos ad ſolutionem decimarum teneri ex mercibus exportatis per mare, licet extrahere poſſint è Regno merces ad propriũ vſum, dummodo non negotiandi animo id fiat, tunc enim, ac reliqui laici contribuũt, alia eſt decima litis ad quem pariter clerici tenentur in chancellaria pro ſententijs, in cauſis in quibus in ſæculari foro litigant: pro hac enim decima fit in eorum bonis executio, ſicut, & pro reliquis litis expenſis, ex Ordin. lib. 2. tit 7. ibi: *Elles poſſaõ por ſua authoridade fazer execução nos bẽes dos ditos Clerigos, &c.* Ex ea ratione quam reddit in fine, ibi: *Porque, pois o conhecimento principal da couſa demandada pertence, por direito, a noſſas juſtiças, aſſi lhes pertence a execução das ſentenças que ſobre iſſo derão.*

Et licet huic Ordinationi videatur obuiare communis opinio, de qua per Pallatium in cap notab. 2. §. 1. num. 4. Federi. conſ. 93. Lupus alleg. 41 DD. in l. A diuo, §. Sententiam Romæ, ff de re iudic. Tamen verius videtur vt in illis caſibus, in quibus laici cognoſcunt ſuas ſententias in patrimonialibus clericorum exequi valeant, vt ſcribit Oldrad. conſ. 7. n. 2 Felin in cap. Eccleſia, n 8. in fine de conſtitution. Balbuſ de præſcription. 1. p. 5. partis princip. q 5 & Decianus lib 4 cap. 31. n. 3. & vltra omnes Menoch conſ. 1000. num. 78. vltra quos eam defendit Barboſ in l. Qui prior in fin. de iudic. fol 290. & ideo me non indiget defenſore. Et vltra quod ſic iure fulcita ſit hæc Ordinatio, ſpeciali etiam nititur concordia innita cum Rege Ioanne primo, capite ſexto, ex capitibus pro legibus publicatis.

Aduanas autem Reges colligunt ex Regnorum confinibus, vulgo *Portos ſecos*, vbi illud tributum ad imaginem decimarum recipiunt, quod quidẽ aduanæ tributum incapit in hoc Regno cum Ioanne primo, anno 1417.

De-

De relegijs, vulgo, relegos.

12 INter regalia iura, enumerat Ordinatio ius relegij, ideſt, ius regale, à quo videtur realegij nomen deductum, de quo agit Ordinatio lib. 2. titul. 29. & videtur Ordinatio non bene ſentire dum clericos pœnis ſubdit ſtatutorum, quæ condita fuerunt ſub prætextu regij priuilegij, quod Eccleſijs nocere non poteſt, quia priuilegium conceſſum ciuitatibus, vel opidis non valet quando redundat in præiudicium non ſubditi, Archidiacon. in cap. Quo iure in fine, decis 8 & ibi: præpoſ. & Domini Panor. in cap Non minus in fine, de immunit. eccleſ Bal in l. Placet, C. de ſacroſ. eccleſ Verùm his non obſtantibus tenẽdum eſt hanc legem valere quaſi concernens bonum commune, & Regni ſtatum, Regiæq; Coronæ vtilitatem, ex reg. l Iubemus, C. de erogat milit. annon Ripa in cap. de remed. ad conſer. vber. num 143. quod etiam clericos tangit, & ipſos ligat, ſicut & lex quæ prohibet extrahi frumentum de loco ad locum, vel taxa panis, quæ clericos ſicut & laicos ligat, Guterrez lib 1 pract. q 180. n. 9. & 10. Menchac de ſucceſſ. creat. §. 10 n 648 idem Guterrez 4. p. d q. 38. n. 11. 12. & 13. & 24. Salzed ad Bernard. q 55. tertio his finitum. Et circa hæc regalia olim Prælati conqueſti fuerunt de Rege, & ipſe in hæc verba reſpondet. *Que elle manda que todas as viandas, & mantimentos ſe corrão de hũa terra a outra, ſaluo ſe alguũs Conſelhos tem por eſpecial foro, ou priuilegio, ou mandado ſeu eſpecial, o qual os Clerigos deuem querdar nos taes lugares, porq e ſe aſsi não foſſe cũprido não ſe farião quantas Ordinações ſe fazem.*

13 Hoc relegij ius, & tributum non conuenit cum iuribus regalibus in eo quod gabellam, decimam, vel aduanam, ſi ex mercibus exportatis non ſoluit clericus ipſæ res inuectæ cenſentur obligatæ pro ſolutione decimæ, vel tributi, arg text. in l Fundus, ff. fin. regund. ibi: Quia magis fundo, quàm perſonæ adiudicari partes intelliguntur, l Qui aliena, ç vlt ff neg. gest ibi: Sententiæ prædio dantur, & tradit Ioann. Faber. in §. Si verò reus inſtit. de ſatiſdatio. Specul. in tit de actore à princ. tradit Miſsinger decis imper. 22. centur. 1. Guterr. lib. 1 pract. cap. 4. n 4. Atverò is qui realegium frangit, ideſt, tempore vetito vendit vinum, ſolùm ad pœnam tenetur, iuxta formam ſtatuti, quæ pœna ſi in clericum cadit, videtur quod pro ea non poteſt conueniri in foro ſæculari, ſed coram ſuo iudice debet pulſari, quod quidem, attento iure communi, ſatis iure probatur, licet enim aliqui teneant quòd fraudantes leges ciuiles tenentur in ſæculari reſpondere, vt eſt doctrina Bal. in l. fin C. de edict. Diui Adri tamen hoc non eſt verum, & talis doctrina falſo Baldo d. loco imponitur, vt legenti patebit. Nec inſuper obſtabit quòd ſicut clerici ſtatuto ligantur, ſic in eodem foro debent conueniri, vt iudex de quo cognoſcit de eo condemnet, ex Ordin lib. 2. tit 7. & quæ ſupra dixi Nam licet ſit iuris axioma quod paria ſunt ligari ſtatuto, & ibi forum ſortiri Tamen hæc regula fallit in hoc caſu vbi obſtat iudicis incapacitas, & ſuccedit doctrina Innocentij in cap. Non minus, de immunit. eccleſ. verſ. Quamuis, & Hoſtienſ in ſumma de immunit. §. A quibus, verſ. Materia: vnde illa regula debet accipi, vice verſa, vbi quis forum ſortitur, ibi ligatur ſtatuto: Nõ verò ècõuerſo vbi ligatur ſtatuto, ibi forũ ſortitur. Clerici enim licet generalibus legibus latis ad cõmune bonũ ligentur, ex Bart iu d. l. Cunctos populos, C. de ſumma cri. n 29. & in l. de quibus, col fin ff de legib Couarr. in reg poſſeſ. 2 p. § 4. num 8. tamen illud quidem eſt directiue, & non coactiue, atq, ex eo pro pœna incurſa adeundus eſt iudex competens, vt in hoc eodem caſu reſoluunt plures citati à Guterrez d. lib. 1 q 3. & Bobad, lib 2 cap 18 num 117 Salzed ad

Bern.

Bernard. cap.55. fol.203. verſ. ſecundo, de quo infra dicam : ex quibus in hac relegij tranſgreſsione, niſi eſſet in hoc Regno concordia cùm ſemper ad pœnam agatur, videtur quòd circa clericos lex maneret inutilis, maximé cùm iudex eccleſiaſticus non teneatur ſequi ſtatutum ſæculare, niſi quatenus rationi congruit, nec pœnam ab eo præſcriptam teneatur infligere, vt reſoluit Guterr. 4. tom pract. cap 38 n 22. Ideo apud nos ceſſant ea quæ de iure communi dicta ſunt, quia attenta concordia, clerici pro hac pæna coram ſæcularibus pulſantur.

De rebus prohibitis.

14 TAndem lex regia de rebus prohibitis agit quæ inuchuntur, vel extrahuntur è Regno, de quo agit Ordin. lib 5. tit. 112. & 113. & dum Ordinatio bonorum inducit amiſsioné videtur deuiare à iure Canonico, ex Bal in l Iubemus nullam, notab. 6. C. Epiſcop & cler quem ibi ſequitur Paulus, licet enim hæc bona ipſo iure amittantur adhuc requiritur ſententia declaratoria, quæ debet ferri à ſuo iudice. Sed verius eſt legem valere, & iuſtam eſſe, nam his caſibus res ipſæ conueniuntur, quæ ſæculares ſunt, & capi poſſe nemo dubitat, in ſimili reſoluit Guterrez lib. 1 pract. cap. 4. per totum, Azeued ad l. 1. titul. 8. lib 6 num. nam ex Regia Ordinatione lib 2 tit. 26. §. 20. ſtatim ante ſententiam hæ res efficiuntur Regis, & dicuntur ius regale, ad cuius exactionem ſolus ſæcularis eſt competens, ex Boer. quæſt. 245. poſt num 3 Tiraq. de retract. lib 1. §. 32. n. 80. Et in ſpecie quod hoc caſu poſſunt res prohibitæ clericis capi dixit Guterrez d. cap. 38 num. 23. Bobadilla 4. part. cap. 5. num fin. & lib 2. cap 18 num. 117. & facit d. l. Caſtellæ 1. titul 18 lib 6 recopil. Azeued. cuius verba ſunt : *Y mandamos que las penas pueſtas contra los ſacadores de monedas hayan lugar contra los Prelados, y Clerigos, ò eſſentos, y contra qualquier perſona de qualquier eſtado, ò dignidad que ſea.*

Quia tamen hic articulus multa inuoluit, & de eo apud nos ſunt plures leges regiæ lib. 5 tit. 107. vſque ad titulum 114 quibus locis late agitur de exportantibus prohibitas merces, breuiter ſequentes quæſtiones prænotabo.

Primo quæro, an hæc prohibitio efficiat vt clerici conueniantur in ſæculari 15
pro rebus quæ in comiſſum ceciderunt, & pro cæteris pænis legum regiarum, quæ inducunt amiſsionem bonorum, vt eſt Ordin tit. 107. §. 6. & reſolutiue dicēdum quód licet res quæ in comiſſum ceciderunt, à clericis poſsint extorqueri ſicut illis poſſunt capi arma prohibita quando cum illis inueniuntur, & poſſint etiam tales res vbicunq; ſint, capi, quia vbi primū in comiſſum ceciderunt á dominio clerici exeunt, ex text. in l. Comiſſa ff. de publ ibi Nā quod cōmiſſum eſt, ſtatim deſinit eſſe eius qui crimen contraxit, l 5 titul. 11 lib 3 recopil. quoad alias verò pænas debent coram ſuo iudice conueniri vt dixit Guterrez d. cap 38 num 23 & probat hæc Ordinatio ibi : *Quanto ao ciuil ſòmente.*

Secundo quæro, an clerici exteri li- 16
gentur his legibus, vt extrahentes arma, vinum, vel merces prohibitas puniantur pæna earum, & an prætextu ignorantiæ excuſentur? Et quoad primum, quod etiamſi exteri, & forenſes ſint, ligentur, eſt communis opinio ex Caſtillo in l. 1 Taur. verbo *En los dichos lugares*, fol. 19. Clarus in pract. §. fin. quæſt. 82 & 85. num. 3 Soarez allegat. 18. num. 4 Auiles prætor. in cap 52. gloſ. *En la tierra*, num. 7. Guterrez 4. tom. pract. quæſt. 42. num 2 Bobad d. cap 5. num. 71 & hanc ſequuntur Regiæ Ordinationes, tit 109. & 112. & 113 lib. 5. in ſuis principijs, quibus ſimiles ſunt leges Caſtellæ, l. 28. titul 7. part. 1. & l. 15 titul. 1. eadem partita vbi Gregor. & videtur explodenda limitatio Bobadillæ dicto loco, quam etiam ſequitur

Azeued in d l 1.dum admittunt quod ex capite iuſtæ ignorantiæ poſsint forenſes excuſari quando lege regia ſit cautum illud quod attento iure communi licitum erat, nam ius noſtrum non eſt ſtatutarium, ſed commune de legibus Caſtellæ, Segura in l 10.hæredi, §.Cum filiæ,num 28. ff.de vulgar. Perez in proœmio, verſ.Item leges,quæſt. 3. & apud nos Cabed.deciſ.106.nu.9. & deciſ.100.n 13 & deciſ.211.

Quare illa iuris ignorantia non excuſabit tranſgreſſores, niſi quando ſit adeo probabilis, ſeu inuencibilis quod excuſare poſſet â lege ciuili,vel canonica proſequitur Guterr.d q 42. num.15. maxime quia hi aduenæ tenentur inquirere de conſuetudine regionis, & cùm ſint oriundi à vicinis Regnis vbi ſimiles extant leges, ignorantia præſumitur affectata,& ſupina, quod optimis rationibus confirmat Guterrez vbiſupra num. 16. & ſeqq. & dixit Cabed. deciſ.195. & deciſ 115. 2 part Gama deciſ. 384.

17 Tertio quæro,an ſufficiat tentaſſe delictum,vel requiratur cõſumatio ipſius? Et quòd incæpiſſe ſufficiat probant Ordinationes lib 5.tit.107.§.5.ibi: *Tão que entrar no batel*, & ibi: *Como ſe em effeito foſſe conſumado*, & tit.111.§.1. & tit.113.in princ & in §.1.& apud Hiſpanos eſt lex 43. tit.18 lib.6. recopil & l 48 eod titul. ibi: *Que clara, y conocidamente ſe ſepa que lo lleuan, o tienen para lleuar, &c.* Mexia taxa panis concl.1.nu 22. & 26. Caſtill. in l. 1. Taur. gloſ. *En los dichos lugares*, verſ.Quid autem,col.4. quos citat Bobadilla dicto cap.5. n.13. An autem requiratur quod qui merces porhibitas clã exportat depræhendatur cum mercibus vetitis,videbatur quòd ſic,ex l.Si Barſatorem, C de fideiuſ Hipol. in pract. §. Pro complemento,num 24. Cæpola in l.Si fugitiuus, C de ſerui fugit num 60. Gomez in l 45.Taur. num.48. Placa de delict.cap 8.num.19. Perez in l.23.tit.3. lib.1 Ord. Mexia d.concl.1.n.31, Tamé apud nos verius eſt ſufficere vt conuincatur exportans per teſtes, & patet ex Ord. lib.5 tit.112. quæ iubet vt de his præſides inquirant vbi facultatem facit cuilibet de populo vt denuntiet,Ordin. lib.5 tit.112. ibi: *Ou lhe for prouado*, & tit. 107.§.3.ibi: *Por prouas ligitimas*. Ex quibus planum fit ad prædictam pœnam non neceſſe eſſe merces dum exportantur inueniri.

Quarto quæro, intra quas leucas 18
merces prohibitæ capi poſsint vt præſumatur exportari occulté,& fraudulẽter, & de iure Hiſpano eſt lex 43. & 48. tit. 18. lib. 6. recopil. ibi: *Fallaren que ſacan las coſas vedadas, y fallaren que las ſacan de dentro de vna, o dos leugas de los fines de nueſtros Reynos*. Apud nos eſt Regia Ordin. lib.5 tit.112. §.5. vbi diſtingnit inter forenſes,& naturales,vt ab illis res vetitæ capi poſsint quando ingrediãtur vltimam vrbem proximã Regni confinibus,ſi antequã in domum ſe recipiãt res officialibus non manifeſtauerint:ab his verô ſcilicet naturalibus tũc capi poſsint ſi ab illis vrbibus egreſsi ad Regni confinia accedẽt extra ſpatium mediæ mediæ leucæ. Ex quibus colligitur in hac materia per indicia procedi poſſe, vt attentis circunſtantijs loci,tẽporis, & perſonæ,& modo deferendi merces,nempe ſi occultè deferantur per loca, inuia,vel tẽpore nocturno,ex his omnibus præſumatur in fraudem fieri. Non tamen ex talibus indicijs pæna ordinaria infligetur,ſed arbitraria, ex his quæ Specul.in tit.de conſtit. § 1.nu 8. verſ Ponit ergo, Gandin in tract de maleſ.tit de reb.non portand contra deuect. n 10 Bal.in l.3. num 2.C.de naut.fænor. Auiles prætor. cap.52. gloſ. *En la tierra*, num 22. Maſcard. de probation. 2 tom concl. 834. num. 29. & 30. Bobadilla in d.cap. 5. nu.17. De menſura leucarum latè agit idem Bobadilla n.53.& debet intelligi de leuca communi,& vulgari,vt explicauit l.8.titul.25. lib.5.recop. quæ tria milliaria paſſuum continet vt explicat l. 3. tit.16.

titul.16. part.2.& l.25. eodem titulo, & parte. De iure autem Canonico per dietas leucæ computantur, de quo Rebuff. in l.3.ff.de berborum.

Quinto quæro quid dicendum quādo clericus cum mercibus prohibitis
19 inuenitur vltra locum, & metam præſcriptam, cùm iam ipſe rediret cum ipſis mutato conſilio, vt eas oſtenderet officialibus,& ſolueret aduanam,& licet in rigore videatur quòd ſola prima tentatio ſufficeret, vt rebus illis priuatus extitiſſet quæ ipſo iure a dominio exportantis exirēnt per d.l.2.& Ordin. lib.5.tit 113 §. tamen ſi talis appareat coniectura,ex qua euidenter conſtet de mutata voluntate, & voluntaria reuerſione, puto dicendum quód pœna euitetur,ſaltem quoad alia bona, in ſimili eſt doctrina Ioann.Andr in add.ad ſpecul.in tit de conſt.§.2 poſt n 8. verſ.Sed incidit, Maſcar.de probat.verb.Gabella,concl 380 nu.25.& 26. Bertachin de gabell.8.p princ. n 18. Auiles d cap.52. gloſ. *En la tierra*, nu.21. Ripa de remed. ad conſer.vbert.n.75. quos citat Bobadilla d cap 5.n.18.

Sexto quæro,quid dicendum ſi cleri-
20 cus exportet res nō prohibitas comixtas rebus prohibitis,an omnes amittantur, vel tantùm ſolum quæ prohibentur, in qua quæſtione agens de ſæcularibus Bobadilla d.cap.5.nu 22.& Gutertez d.4. tom.q.41.n.9 diſtingunt inter legem, quæ ſimpliciter punit amiſsione rerum prohibitarum exportantes; & inter illā quæ punit amiſsione rerum prohibitarum,& inſuper amiſsione omnium bonorum,vt eſt apud nos Ord lib.5. à tit. 106. & ſeqq. vt primo caſu ſolum prohibitæ cenſeātur amitti,& hanc eſſe magis communem dixerunt Caſtill.in l.1. taur.gloſ. *En los dichos lugares*, Suarez alleg.18 nu.6. Auiles d.cap.52. gloſ. *En la tierra*, nu 1. Clarus in pract.§.fin q.82. Mexia dicens ita ſeruari d concl.1 n.21. Azeued in d.l.25 n 18 lib.8.tit 18. contra Boer. deciſ.178. num. 25. & Guido quæſt. 572. quos ſequitur Peregrin. de fideicomm.lib 6.tit.5 n.30. qui arbitrati ſunt quod omnes res amittebantur, quorum opinio procedere poteſt quando talis ſit mixtura; qua data nulla naturalis diuiſio fieri poſsit prout mixtura olei,vel tritici,vel aliarum mercium, in quarum mixtura ſequitur confuſio.

Vnde in hoc Regno excepta Ordinatione lib.1.tit.110 vbi pœna amiſsionis omnium bonorum non infligitur, ſed tantùm pretium, & res ipſa amittitur, in reliquis autem Ordinationibus lib.5.titul.106. 107. 108. 109. 111. 112. 113.& 114. omnes extrahentes merces prohibitas,vel negotiantes in locis prohibitis puniuntur amiſsione omniū bonorum, ex quo fit quòd hoc iure attēto comittantur, non ſolùm res prohibitæ, ſed res ipſæ non prohibitæ quæ per tale comiſſum efficiuntur ius reale ſine alia ſententia ex d.Ord.lib.lib.2.tit.26.§.20. & in his Regnis ſit potius ſeruanda opinio Boer. & ſequatium.

Quod ſi extrahens tales merces 21
ſit clericus videbatur quod licet res prohibitæ poſsint ab illo auferri, ſicut aliàs poteſt armis prohibitis ſpoliari tamen quoad merces nō prohibitas, quæ amittuntur ratione pænæ,videtur quòd debent ipſi conueniri coram ſuo iudice ex reſolutis per Guterr.d.4 p.q.38.n.23. & lib.1.pract.q 3 per tot.&q 4 n.4 quos ſequitur Bobad. lib.2 cap.18 nu.117.vbi citat Pallat.in cap 1 notab verſ.Sed eſt pulchra n.25. Caſtillo, Mencha. & Salzedo quos ſupra citaui : de hac tamen quæſtione agam infra plenius.

Septimo quæro, quid dicēdum quā- 22
do res exportatæ inueniuntur, non autem exportantes qui aufugerunt,an cōtra ipſas merces poſsit formari proceſſus,& proferri ſententia in ſimili in animalibus captis in paſcuis vetitis dixit Guterrez pract.lib.1.cap 4.num.4 contra pecora poſſe ferri ſententiam, quia ipſa damnum dederunt, & contra merces inſtituendum fore iudicium, aſſerit

V 2 Boba-

Bobadilla dict. cap. 5. num. 28. motus argumento, l. Qui aliena, §. fin. ff acq. hæred. ibi, Sententia prædio datur quia cum domini aufugiunt dominium rerum videntur dimiſiſſe, & ex fuga reſultat notorium facti permanentis, quo dato poſſunt res ipſæ condemnari ex Gandino, & Alber. citatis â Gregor. l. 24. titul. 15. part. 7. gloſ. 7. Straca de nautibus 3. part. num. 17. Caualcan. de brachio regio 3. part. ſub n. 112. & in fragm. 6. part. fragm. 105. Sed miror quód aliâs viri doctiſsimi illud ita aſſerãt, exiſtimãtes poſſe dari iudicium contra res inanimatas, & incapaces defenſionis: quis enim dicet pecora citari poſſe, & conueniri pro dãno dato, hoc namq; admiſſo & hominem mortuũ citari poſſe admitterent, nihil enim diſtat animal irrationale ab homine mortuo, quare dicendũ eſt quòd quando domini rerum prohibitarũ, illis relictis euadunt reſultat contra eos citatio realis provt contra eum qui è carcere aufugit, Ord. lib. 5. tit. 124. §. 10. cuius citatio amplius neceſſaria nõ eſt, & contra eum etiã abſentem ad vlteriora proceditur, & eſt regula quód in iudicio ſummariſsimo, provt eſt hoc, vt reſoluit Bobadilla d. cap. 5. n. 25. Azeue. in l. 4. tit. 18. lib. 6. recopil. n. 3. Soarez d. allegat. 18. col. fin. poſſunt teſtes capi, & ferri ſententia, etiã omiſſa partis citatione, quia res moram non patitur, faciunt quæ Tiraq. tit. res inter alios n. 20. quod hoc caſu admitti debet, maximè cũ ex facto delinquentis effectum ſit ne citari poſſet, dũ aufugit, idem Tiraq. de retra. lig. §. 2. gloſ. 1. nu. 8. Cald. Pereira de renouat. q. 6. n. 3. quare ne ex delicto comodũ reportet debet cenſeri citatus, & contra eum procedi, crimenq; pro probato haberi adinſtar illius qui depræhẽſus aufugit, ex Ord. lib. 5. titul. 48. §. fin. Duen. reg. 392. Couarr. lib. 1. reſol. cap. 2. n. 11. Vnde his caſibus ſententia declaratoria fertur, qua merces quæ à nemine occupantur Regis eſſe pronũtiatur quarum dominus etiamſi ignoretur quoad hoc ſatis vocatus, & citatus eſt, cũ de delicto ipſius conſtet qui dũ non comparet ad ſui defenſionem ſe delinquentẽ agnoſcit, & facit ſimili text. in cap. Quidã maglini, 6. q. 1. vbi ſentẽtia prolata eſt in eum qui maledixerat Papæ, cuius tamẽ delicti author ignorabatur, explicat latè Soar. de cẽſut. diſp. 4. ſect. 5. n. 14. & ſeqq.

23 Octauo quæro, an cum rebus vetitis quæ extra Regnũ exportantur, vel in ipſum inuehuntur amittantur plauſtra, boues, æqui & ſchaphæ, in quibus exportãtur, diſputat elegãter Guter. d. tom. 4. q. 41. vbi ex Bobadillha d. cap. 5. n. 31. reſoluit quód ſi talia animalia ſint conducta, & comodata, non amittentur data bona fide locantium, ſicq; interpretatur leges Caſtellæ, d. titul. 18. & apud nos eſt Ord. d. lib. 5. titul. 107. §. 20. & titul. 112. in princ. in quibus non indicitur amiſsio plauſtrorũ, vel equorum, ſed ſimpliciter coercentur fautores, & coadiutores, pœna amiſsionis bonorũ, quod ſemper ita debet accipi vt fiat cum fraude, & non bona fide; an autem amittatur ſaccus, in quo exportatur frumentũ dixit Guterr. q. 40. Bobad. d. n. 31. & non cõpræhendi ſaccum dixit Azeued. d. l. 25. n. 16. tit. 18. lib. 6. Mexia taxa panis concl. 1. n. 15. cõtrariũ tenent plures ab eo citati, quos ibi vide, & an armis confiſcatis veniant vaginæ, & an equo amiſſo ornamenta, Gugerrez d. q. 40. n. 6. & 7.

24 An autem minor exportans merces vetitas reſtituendus ſit dixit Guterrez q. 42. n. 21. Bobadilla num 40. d. cap. 5. & quando dolus ſit in exportandis mercibus non reſtituendũ dicunt, quia contra dolum minor non reſtituitur, n. ſeqq.

25 Vltimo quæro: an ille qui pluries deliquit in hac materia ſemel tantùm ſit puniendus, vel pluries, & ſemel tantùm puniendum dicit Guterrez d. q. 41. n. fin. Bobadilla d. cap. 5. n. 42. ex quo infertur declaratio ad legem nouam conditam à Rege Philippo tertio inuictiſsimo qua cauetur vt pro primo furto delinquenti marcha impo-

natur

natur in humeris cũ hoc ſigno P. vel L. iuxta l. Si quis, ff. de pœnis, & pro ſecundo imponatur furca, & pro tertio ſuſpendatur, quod ſi contingat vt quis modo de tribus furtis ſimul accuſetur, debeat ſolùm primo ſigno notari non ſecundo, nec ſuſpendi, quia debet præcedere conuictio, & accuſatio vt incorrigibilis fiat qui deliquit, dixit Guterrez d. cap. 41. n. fin. Bobadilla d. cap. 5. n. 42. vbi citat Auiles in d. cap. 52. gloſ. verbo *En la tierra*, n. 5. & 6. Mexia d. concluſ. 1. n. 24. Plaça de delict. cap. 1. nu. 18. quod conducit ad Ordin. lib. 5. tit. 60. §. 3. licet aliter ſentiat Gómez de delict. 3. tom. c. 5. n. 9. Clarus in §. Furtum n. 14. Tiraq. de retract. tit. 2. §. 2. gloſ. 1. n. 22.

26 Ex ſupradictis reſolutionibus inferri poteſt primo: An clerici in his caſibus decimarum non ſolutarum, vel gabellæ quando ad pœnam ſtatuti conueniuntur in ſæculari iudicio ſint pulſandi, & non poſſe niſi coram ſuo iudice, vt veriorem dixere plures quos ſupra citaui: tamen attento regio iure, & concordatis inter vtrumq; ſtatum æditis, quibus clerici circa hæc regalia ſe iudicibus ſæcularibus ſubmiſerunt, non ſine fundamento dici poteſt, quód circa eos caſus qui hodie durant clerici in ſæculari foro Regum debeant reſpondere, nam alias ſequeretur quòd officiales regij in foro eccleſiaſtico litigarent vbi nunquam litium eſſet finis in magnum Regiæ Coronæ præiudicium, & coram iudice qui pænas legis regiæ ſeruare minime tenerentur, vt indubitatum dicit Guterrez d. cap. 38. n. 22. vbi repræhendit diſtinctionem Mexiæ in pragmat. taxa panis concl. 5. n. 71. qui dixit quôd ſi iudex eccleſiaſticus non puniat clericum pæna ſtatuti ſæcularis, tunc ipſe poſsit ſupplere vſq; ad pænam pragmaticæ, ex opinione, Alciat. in cap. 1. de offo. Ordin. gloſ. fin. & Couarr. lib. 2. Variar. cap. 10. num. 6. & Gomez Vari. cap. 1. n. 40. Iuſte enim Guterrez repræhendit Mexiam qui agnoſcens pro hac pæna clericum in ſæculari obligari non poſſe, tamen admittit vt ſæcularis negligentiam eccleſiaſtici ſuppleat, cuius ipſe ſuperior non eſt, ſolùm enim talis recurſus admittitur in caſibus mixti fori, in quibus ad vtrumq; iudicē ſpectat cognitio, vt reus in vno foro non ſatis punitus in alio condigne puniatur.

Quare hoc caſu notandum eſt, quód dubium eſt nō leue inter Doctores, quomodo clerici legibus generalibus laicorum latis ad cōmunem vtilitatem obligentur, & obtinuit communis quòd clerici legibus ciuilibus ſolùm quoad vim directiuam teneantur, ex Domi. in cap. 1. de iureiur. lib. 6. tamquam ciues, quia vti tales olim ſuberant iuriſdictioni temporali. l. Quicunq; C. de Epiſc. & Cler. Victorir de poteſtat. eccleſ. fol. 103. ea tamen declaratione, vt tales leges ſpeciatim de rebus clericorum, vel Eccleſiarum non diſponant, quia aliàs nullæ ſunt ex defectu poteſtatis, Thom. 1. 2. q. 96. art. 4. ac perconſequens clericos non ligant, ſicq; procedit text. in cap. Eccleſia, de conſtit. quia ibi lex non generaliter diſponebat ad cōmune bonum, ſed ſpecialiter de rebus clericorũ, ac proinde vbi ratio legis æque, & laicis, & clericis non conuenit, ipſi illa non ligantur, nec quoad directiuam vim, vt in legibus quibus cauetur in mulis, non equitandum, reſoluit Soto lib. 1. de iuſt. q. 6. art. 7. col. 1. ècontra verò leges quæ & clericis, & laicis cõueniunt, ipſi tãquã ciues tenentur obſeruare, veluti leges quæ taxant rerum pretia, vel vetantes exportari frumentum, reſoluit Ripa de remed. ad conſeruan. vber. n. 122. Bobadilla lib. 2. cap. 18. nu. 245. Guterrez d. cap. 38. n. 15. Salzed. ad Bernard. cap. 55. per tot. ligare tales leges in foro animæ dixit Medin. de rebus reſtituend. q. 36. col. 9. Caſtro de lege pænali, lib. 1. cap. vlt. fol. 229. idem dicendum de legibus prohibentibus venari, vel piſcari certis menſibus, vt eſt Ordin. lib. 5. tit. 88. quæ 27

ad bonum commune omnibus ciuibus promulgantur, nam clerici ſunt ciues, & membra Reipublicæ ciuilis parteſq; nobiliores conuentuum quæ ad conſeruandum humanum conuictum iure ſociatur, Conan lib 1 de iure ciuil c.7 n.2. Victoria in relect. 1. de poteſtat. eccleſ. fol 103. num.4. Bart.in l.1. ff ad municipal. Platea in l.Ciues, C de Incol Soto lib. 1. de iuſtit quæſt. 6 art. 7. & eſt communis ex Decio in d. cap. 1. de iureiurando lib.6. n 53.

28 Ab hac opinione excelſi ingenij vir Bartolus diſceſsit, ſentiens clericos his legibus generalibus tanquam ciues, & naturaliter, & ciuiliter ligati in l. Cunctos populos, num.29. C.de Summa Trinitat pro cuius opinione plurima adduci poſſunt fundamenta, nempequòd lex ciuilis fundata in naturali ratione, & recta gubernandi forma ſeruanda eſt in eccleſiaſtico, etiamſi diſponat de rebus clericorum, & Eccleſiarum ex vi naturalis rationis, tradit Afflict in præludio, Conſt Neapol quæſt.7. nu.2. Mexia d. concluſ 5. num. 36. nec aliud euincit text in d. cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ, & cap. Quæ in Eccleſiarum de conſtit. nam procedunt in ſtatutis ordini eccleſiaſtico odioſis, & tales leges ligare clericos ſicut laicos dixit Guterrez d cap 38. num. 27. niſi ſpecialiter iure Canonico reprobatæ reperiantur. ad explicationem legis 1 titul.18 lib.6. nouæ collectio. qua prohibetur ne Prælati, vel clerici merces vetitas è Regno extrahant, quam clericos ligare ipſe defendit citato Fortunio de vltimo fine iur. & Couarr. in 4. 2.part. cap 6. n 18. & 19 pro quorum opinione poteſt põderari text. in cap. Conſtitutus de in integr reſt ibi Iuxta municipij Patroſin. conſuetudinem, cap Cum veniſſent, de eo qui mittitur in poſſ. ibi: Iuxta laudabilem terræ conſuetudinem, cap. Cum cauſam de re iud. vbi clericis præcipitur ſeruare terræ conſuetudines laudabiles quod ad noſtrum propoſitum conducit, cùm clerici his caſibus ſecundum Regni vetuſtiſsimam conſuetudinem quod ponderat Salzedo d. cap.55 verſ. Vlterius, citato Caſſan. in conſuetud. rub.9 §.10. num.53. citataq; communi ex Bart. in rub. de rebus eccleſ col. 25. obligentur maxime quia circa ea quæ ad regimen Reipublicæ ſpectant non ita indiſtinctè clerici exempti proponuntur quin tanquam ciues ſuo Principi ſubſint, aliàs teneremur dicere quòd ſi Princeps vocet clericum non tenebitur coram ipſo comparere quód tamen eſt abſurdum, cap. Si Epiſcopus 18. diſt. & ex Innoc in cap. Cum parati, de appell. Guillelmus in cap. verbo Si abſque ſecundo num 49 fol. 339. nec obſtat cap Eccleſia de conſtit. vbi reprobatur factum Senatoris, quia nitebatur ſtatuto terræ, quia in eo text. non improbatur factum ob conſuetudinem terræ, ſed ob iudicis incompetentiam, quia licet ſpolium de quo ibi fuiſſet licitum ex vi ſtatuti, non tamen debuit fieri per iudicem laicum faciunt rationes quæ contra communem ponderat Sicul & Deci. ibi num. 10. quibus rationibus videtur motus legiſlator Luſitanus, vt magis probaret Bart opinionem, quam etiam plurimi ſequuntur grauiſsimi authores adſtruentes pro exactione iurium regalium clericos per ſæculares iudices compelli poſſe, & ad pœnas comiſsi cauſa incurſas, provt dixit Flores variar. quæſt 21 num.226. & 231. Lazarte cap 19. num. 51 Duenas d. reg.100. limit.11 Guterr. lib.1 pract cap 4 nu 2. Bobadilla d.cap.18. nu 316. Olanus in concordant iur. lit C nu 38. & 39. Redin de maieſtat. princip. n 166. cuius rei ratio eſſe videtur quia pænæ fiſcales ſunt fructus regiæ iuriſdictionis, Garcia de expenſis, cap 21 n.22.

Ex quibus infertur quód in hoc Regno non ſolùm clericis poſſunt bona prohibita capi quando cum illis reperiantur extra locum ab ſtatuto præſcriptum, vt dixit Guterrez d.cap 38. n 28. 29

num. 28. provt aliâs illis poſſunt capi arma prohibita, vt ſupra dixi: verùm etiam iure comiſsi contra eos agi poteſt ad pœnas ciuiles legibus municipalibus comminatas, nam & pœnæ ipſæ ius regale conſtituunt, ex d. Ordin. titul. 26. § 20. pro quo non ſolùm directiue, ſed coactiuè conueniri poſſunt, facit d. l. 1. titul. 28. ibi: *Que las penas de los ſacadores de moneda hayan lugar contra los Prelados, &c.* & l. 1. tit. 25. lib. 5. nouæ collect. de qua Guterrez lib. 1. pract. quæſt. 13. citat Bobadilla lib. 3. cap. 3. num. 13. & facit doctrina Bal. in l. De his, C. de Epiſcop. & cler. & in authen. ſed periculum C. ſine cenſu, vbi tenet quòd poſſeſsiones temporales clericorum capi poſſunt à ſæcularibus Principibus, & dominis quando ipſi debeant tributa.

30 Infertur ſecundò, quid dicendum in reparatione viarum, & fontium, & pontium: An ſcilicet his caſibus per ſæculares iudices compelli poſsint; & quod quãdo collecta imponitur pro refectione pontium, & murorum ciuitatis in qua ipſi degunt per ſæculares compellantur cõmuné dixit Ripa lib. 2. reſpõſ. 20. fol. 33. & conſ. 168. n. 5. ex text. in l. ad inſtructiones, C. de ſacroſ. eccleſ. cum ab his muneribus clerici nullam habeant immunitatem, l. Ad portus, C. de oper. public. & in l. Abſit, C. de priuil. dom. Auguſt. lib. 11. & l. fin. C. quibus muner. nemi. liceat ſe excuſ. lib. 10. gloſ. in cap. Non minus, verbo Releuandus de immunit. eccleſ. Lucas de pœna in l. fin. in fin. C. de exactor. tribut. lib. 10. Franciſc. Marcus deciſ. delphi 460. n. 26. Guido quæſt. 78. Barbatia conſ. 29. vol. 4. Menchac. de ſucceſsion. lib. 3. limit. 7. num. 180. 1. p. vbi dicit communem, Ioann. de amicis conſ. 146. num. 4. Viuius commun. lib. 2. opin. 42. Ripa in tract. de peſte num. 234. & relati à Soarez commun. opin. lib. verb. Clericis, num. 135. Natta conſ. 280. num. 6. & conſ. 311. vol. 1. Capra reg. 96. num. 69. Cachetanus deciſ. pedam. 68. num. 3. Alfan. Collectan. iur. 111. ad l. Ad inſtructiones, Alphonſus Aluarez in Theſaur. cap. 36. num. 29. & cap. 63. num. 16. & eſt in Regno Caſtellæ l. 54. tit. 6. part. 1. & l. 20. titul. 32. part. 3. & l. 1. titul. 3. lib. 1. Ordinam. ibi: *Que en los pechos que ſon para bien comun de todos, aſsi como para reparo de muro, o de calçada, o de carrera, o de puente, o de fuente, &c.* & ibi: *Que en eſtas coſas tales a falecimiento de proprios de conſejo deban contribuir los Clerigos, por quanto es comunal de todos, y obra de piedad.* Et facit l. 1. eius tituli ibi: *Ordenamos, y mandamos que ningunos Conſejos, ni ſeñores de lugares no conſtriñan, o apremien a los Clerigos, Igleſias, o Monaſterios que pechen, ni paguen, ni contribuyan pechos, ni pedidos, ni otros ſeruicios, ſaluo en aquellos caſos que ſe contienen en la ley deſte titulo que comiença: Ezentos deuen de ſer.* Quæ dictio ſaluo format regulam incontrarium, vt explicat Perez in l. 17. titul. 13. lib. 1. Ordinam. in gloſ. *Villas, y lugares*, & in hoc conuenire ius Canonicum cum ciuili, explicat Azeued. in d. l. 1. num. 6. & 7. Guterrez d. cap. 3. num. 4. ita vt reuocata non ſit, reg. text. in d. l. Ad inſtructiones, per d. cap. Non minus, & d. cap. Aduerſus.

31 Negatiuam plures, & grauiſsimi authores proſequuntur, imò clericos tali lege non ligari, nec ad Collectam compelli poſſe, niſi per ſuum Epiſcopum ex antiquis dixit Zabarel. in d. cap. Non minus, quæſt. 6. & in Clem. fin. num. 17. de vita, & honeſt. Cæpola de ſeruit. viæ num. 38. & 40. Euerard. conſ. 42. nu. 14. Guillelmus de Cuneo. in l. Neminem, C. ſacroſ. eccleſ. & ſecundùm hanc opinionem conſuluit Panor. conſ. 3. vol. 1. vbi pleniſsime Bart. conſ. 180. Paulus 438. Bald. conſ. 148. vol. 1. pro qua ſententia facit text. in d. l. Placet ſi conſideremus illius text. diſpoſitionem liberare clericos ab omni munere extraordinario, id autem quod indicitur ob aliquã cauſam neceſſariam munus extraordinarium eſt, ex quo non habet vniformẽ

& ordinariam præſtationem, quod eſt proprium muneri ordinario, Bald in d. l. Placet, quem ſic inducit Euerard. conſ 42. num 15. & licet pontium, & viarum refectio pietatem concernat, tamen cùm illud cautum ſit lege Imperiali cum ſpeciali mentione Eccleſiarum non valet, niſi per Eccleſiam receptū ſit d cap. Eccleſia, & ibi Hoſtienſ. Canoniſtæ, in cap fin. de ſolutio Calder. in cap.1. de noui oper. Guterrez d cap. 38. num.25.

Quare dicendum eſt quòd laicorū ſtatuta generalia quæ gubernationem reſpiciunt, etiamſi mentionem clericorum faciant, non ob id nulla ſunt ſi rationabilia, & iuri non contraria exiſtāt, imó valent, & ipſos tamquam ciues ligant dixit Mexia d. limit 5 num.11 Hoſtienſ. in d. cap fin. de ſolutio. ſequitur Ruinus conſ.4. proponitur vol. 5 n 11. & plures caſus proſequitur Decian. in tractat criminal. lib 2 cap 35. num 3. Guterrez d. cap. 38. num 29 maxime quando illis tamquam vicinis conueniunt, Bobadilla d. cap.18 num 245 ad fin. quæ omnia fallunt ſi reperiatur correcta illius legis, vel ſtatuti diſpoſitio, quia tunc ius Canonici deciſioni ſtandam eſt, quod autem reg. d. l. Ad inſtructiones correcta ſit, patet ex d. cap. Non minus vbi ſpecialiter cauetur, vt ad tales exactiones S. Pontificis accedat conſenſus, & ſi res non patiatur morā, ſaltem proprij Epiſcopi, cùmq; legis ciuilis diſpoſitio ſit abrogata, ſeu modificata, vt melius dicam, iam conſtat in hac materia iuri Canonico, non ciuili ſtandum fore Sicq; explicat Abbas lib. 1. conſ 3 per totum, & in d cap. Non minus, num 18 Guido quæſt.78 Gregor. Lopez in l 15 tit 6 part.1 gloſ. Pechar, Syluelter in ſumma, verbo Immunitas, 1 num. 20. Auiles Prætor. cap.23. gloſ. verbo *Den orden*, num.7. nec talis exactio per ſæculares miniſtros fieri poteſt ſine dicti Epiſcopi licentia, Guterrez d. quæſt.3. n.7. Guerrero cap. 36. num.9. Azeued. vbi ſupra n.7.

Si quis autem quærat quæ ſit differentiæ ratio, cur clerici apud ſæculares magiſtratus pro gabellis, decimis, & alijs iuribus conueniantur, ſecùs autem pro refectione viarum, & murorum in promptu eſt ratio, nam pro gabellis conueniuntur quia ius regale ſunt, pro cuius exactione ipſe ſæcularis eſt competens, & res ipſæ conueniuntur tali affectæ onore, ratione ſpecialis concordiæ virtute cuius mediante longiſsima conſuetudine reges illud ius exequendi habent, quod ſecùs eſt in muneribus extraordinarijs qui indicuntur ad murorum, ſeu viarum refectionem, in quo nulla concordia innita eſt, ſed ſolùm quæritur, an attento iure poſsint à ſæcularibus magiſtratibus compelli, in quo verius eſt non poſſe niſi data Epiſcopi facultate, ex reg d. cap Non minus, & d cap. Aduerſus

Cui reſolutioni non obſtat cap Peruenit de immunit. Eccleſiarum, dum clericos obligat ad vigilias murorum tēpore belli, nam vltra intellectus quos aſsignat Abb d conſ.3 text ille non refertur ad Principem ſæcularem, ſed ad proprium Epiſcopum, qui viſa neceſsitate clericos compellet, vel concedet compellendi licentiam. Vnde Ordinatio Regia lib 2 tit 1 § 12. dum ad murorum vigiliam tempore belli compellendi clericos, magiſtratibus ſæcularibus licentiam indulget, loquitur de ſolis clericis in minoribus, non de alijs qui á ſuis tantùm Prælatis compelli debent, cuius rei illa eſt ratio quia clerici in minoribus quoad munera patrimonialia, & alia ſimilia pro laicis habentur dixit Guterrez lib 1 quæſt 8. vbi latè vel poteſt ille textus intelligi de vrgentiſsima neceſsitate quæ adeo præciſa eſſe poteſt, vt omnia iuris poſitiui, imò & naturalis vincula relaxentur & hoc caſu poſſe per ſæculares compelli clericos dixit Bobadilla d cap 18 num 316 vbi pluribus comprobat exēplis: in exactionibus 32

nibus

nibus autem collectarum nunquam illa præciſa neceſsitas occurrere poteſt, quin prius poſsit conſuli Pontifex, vel Epiſcopus quod ſi ipſi differant, & neceſsitas vrgeat, tunc poterit practicari, quod idem Bobadilla num. 321. aſſerit ex Bal. in cap Poſtremo de appell. & in auth ſed periculum quem ſupra citaui, ad leges autem Caſtellæ incontrarium adductas ſatisfacit Guterrez d. cap. 3. ideo non repetam.

33 Infertur intellectus ad Ordinationem lib 1. titul. 66. §. 43. dum habet quód ad refectionem pontium, & murorum nemo excuſetur niſi ſpeciale habeat priuilegium, cuius verba ſunt: *Porem quando a finta for para defenſaõ, ou guarda da cidade, villa, ou lugar, & ſeus termos donde viuem, ou para fazimento, ou refazimento de muros, pontes, fontes, calçadas não ſeraõ eſcuſos nenhũs dos ſobreditos, ſaluo ſe moſtrarem priuilegio per que expreſſamente ſejão eſcuſos da tal finta, porque então lhe guardarão os priuilegios como nelles for contheudo* Clericos in hac Ordinatione nõ compræhendi nulli dubium eſſe poteſt, ex his quæ ſupra diximus, & apertius colligitur ex vndecimo articulo ex quadraginta Latino ſermone coram Clemente quarto oblatis, cuius verba ſunt: Quòd ipſe Rex nec per ſe, nec per communitates ſuas compellat eccleſiaſticas perſonas in conſtructione, ſeu refectione murorum, ciuitatum, & locorum ſuorun cum laicis, contra libertatem Eccleſiæ. Reſponderunt Quòd nec ipſe Rex id fecit, & quòd contra iniuriantes in hoc, Eccleſijs, & perſonis prædictis exhibebit iuſtitiæ complementum. Circa alios verò priuilegiatos vidi ſæpè dubitari de intellectu huius Ordinationis, cui ſimilis eſt alia lib. 2 titul. 58 §. 4. & in ſupræmo Supplicationis Senatu ſtyllo receptum percepi, quód illæ Ordinationes neminem excuſent à refectione murorum, & pontium, etiamſi alibi ſint quàm in eo loco vbi priuilegiati cõmorantur, quem ſenſum videntur admittere dictæ leges regiæ dum à principio vſq; ad verbum *Donde viuerem*, nemine a cuſtodia ciuitatis eximũt, & inſuper dum ſubiungũt *Ou para fazimento, ou refazimento de muros, pontes, &c.* Alium caſum ſimilẽ ſuperiori exprimit Ordin. in quo nemo excuſatur, ſcilicet quando agatur de refectione pontium non diſtinguendo, an ſit in eo loco vbi priuilegiatus viuit, ſed in quocunq; loco ſit, nam refectio, ſeu factio pontium eſt opus pium quod omnes ligat, etiam vbicunq; degentes, dummodo ſint in eodem Regno dixit Tiraq. de pia cauſa in præfatione fol. 18. Valaſc. de iure emphyteut. q 17 à nu. 21. Auendan. de exequendis mandatis lib. 2. cap. 14. n. 19.

Sed aliter ſemper huius legis verba accipienda duxi, quæ nihil aliud ſtatuere videtur quàm vt priuilegiati quicũq; non cenſeantur exempti à ſuorum murorum, & pontium refectione, vt ſic illa verba *Ou para fazimento* cenſeantur repetita cum præcedenti qualitate *Da terra donde viuerem*, ex reg l. Licet, ff. de leg. 1. qualitas ſeu clauſula in principio poſita influit in ſequentia, quando materia ſubiecta non repugnat.

Quem ſenſum comprobat 12. articulus ex illis 40 Romæ oblatis, cuius verba ſunt: Quòd circa cogendos colonos Eccleſiarum, & monaſteriorum ad conſtructionem, vel refectionem murorum, ciuitatum, & locorum ſuorum, Rex faciet obſeruari quicquid de iure communi fuerit obſeruandum ſaluis, gratijs, ſeu priuilegijs, vel compoſitionibus ſi apparuerint, quæ de iure debeant obſeruari, quo loco volebant Prælati ſuos colonos à refectione murorum ſuorum locorum, ideſt, vbi ipſi habitabant eximere quòd Rex non admiſit promittens ſe in hoc ius commune ſeruaturum, quo attento Forenſes non collectantur ad pontes alienos, etiã quando ibi habent bona, ſi ibi non comorentur, vel non ſperantur comoraturi

turi, Cabed deciſ. 91. qui deciſ. 213. n 12. Senatorum famulos ab his collectis exemptos dicit, niſi pontis, & muri ſint illius ciuitatis in qua ipſi degunt, qui videtur verus ſenſus huius Ordinationis.

34 Vltimo tandem infertur quòd Ordinatio Regia d. tit. 11. §. 2. iubet vt clerici non teneantur exponere, ſeu declarare res quas ad ſuum vſum exportant à locis exteris, vulgò *Alcaldar*, quod iuſtiſſime ſancitum eſt, nam illa declaratio quæ fit officialibus à parte ante quam merces exportentur, illos tantum tangit qui ſecundùm legem communem ad decimas, & gabellas tenebantur, vt ex tali priuilegio immunitatẽ conſequantur, l. Vniuerſi, C. de vectigal. & comiſ. Boer. deciſ. 213 num 15 clericis autem (cùm à lege regia immunes ſint) his opus non eſt vt DD. in clem. præſenti, de cenſib. Bart. qui plures refert in §. Diui, num. 1. Guido deciſ. 4 Burſatus conſ. 42.

35 Verùm in eo videtur iuri contraria lex regia dum in §. ſequenti iubet vt clerici teneantur iurare, an rebus extra Regnum deductis opus habeant ad proprium vſum, ibi: *Iure ſe as ditas couſas ſaõ para ſuas neceſsidades*: Tale enim iuramentum à ſæculari iudice exegi nequit ex his quæ Soarez allegat 18. num. 4. ſed à ſuperiori eccleſiaſtico ex Lapo. in d. clement præſenti, vbi Cardin. quæſt. 7. Immol num. 11. & probatur ex textu, ibi: Dum ad diecæſanum dirigitur, ne conſentiat Eccleſias, & clericos talibus exactionibus prægrauari. Cumq; hoc iuramentum ſubeat vicem probationis hæc fieri nequit coram iudice omnino incompetenti, nam publicanus qui tributum petit eo caſu eſt actor; clericus verò reus, l. Quinquaginta in fine, ibi: Probare iudici debet, ff de probation. deinde poteſt clericus coram ſuo Epiſcopo probare illas merces euectas fuiſſe ad proprium vſum, qua probatione facta non eſt cur amplius in ſæculari exigatur iuramentum cùm offendatur, cap 2 de probation, vbi vetat ne poſt probationes factas iuramentum partis poſtuletur, maxime coram iudice improrogabili, ex reg cap. Si diligenti de foro compet.

Sed his non obſtantibus, iuſtiſsimè lex regia ita diſpoſuit ad vitandas fraudes, in quo eſt aduertendum quòd lex regia non hîc agit de obligandis clericis ad ea quæ ipſi non tenebantur, imò potius per viam priuilegij ipſos eximit a lege communi, nam vt ſupra dixi, clerici circa hæc tributa concordiam iniere cum Principibus huius Regni authoritate Pontificis cõfirmatam, qua ſtante ſicut & cæteri ſubditi tributa exoluebant, poſteà Rex inuictiſsimus Emanuel priuilegio perpetuo illud ius regale remiſit, quod priuilegium modo redactum eſt ad legem, d. titul. 11. quare non poteſt obijci priuilegium concedenti cur plura non conceſsit cum priuilegium in mera gratia concedentis conſiſtat, cap Si gratioſe de reſcript. lib. 6. & illud ita conceſsit, non aliter conceſſurus.

Nec illud quod de incompetentia iudicij obijcitur, obſtat nam in eo iuramento nulla iudicialis forma continetur, ſed quædam extraiudicialis informatio, in qua lex ipſa contenta eſt veritate; & ſacramento iurantis, quod de falſo argui non poteſt, vt ex Maſcard. concluſ. 953. num 11. Valaſc conſ. 131. num 11. Vaz allegat. 28 num. 21. & ſeqq. & facit Ordin. lib 3. tit. 52 & lib. 4 tit. 52. Nam merces inuectæ in Regno de ſe, & natura ſua obnoxiæ ſunt tributis Regũ, quæ publicanis, vel officialibus ipſius exolui debent, cùmq; ipſi officiales eas retineant quouſq; tributa realia exoluantur eas dimittere nullatenus tenentur vt in ſimili in animalibus clericorum deuaſtantibus communia paſcua, infra reſoluam, quare clerici coram ipſis iurantes ad illam veritatem eruendam, nihil contra fori priuilegium agũt, imò cum eis melius agitur, dum eorum fide

fide ſtatur abſq, alia inquiſitione, magis enim lex regia videtur illud ſtatuiſſe, vt ipſos ab alio onere probandi releuaret, quam vt eos ſuis officialibus ſubmitteret arg l Teopompus de dote prelega.

De impoſitione veró impoſita ſuper vino minutatim vendendo expendenda in conſtructione pontium, fontium, aut viarum, an clerici ligentur? Vide Grammat. quæſt. 100. num. 26 Boer. deciſ.245. poſt nu.3. in propoſito multa tradit Euerard conſ.42 & conſ.30. num. fin.

Et an hoc caſu ſuper impoſitione pateat ſupplicatio ad regium iudicem? Vide quæ habes ad Ordin.lib.1. titul.9. in princip. & tit.10. §. 6.

SVMMARIVM.

1 *LEX ciuilis qua prohibet paſcua, an comprahendat clericos.*

Clerici in pænis, ſeu mulctis ædilitijs debent corã ſuo Epiſcopo cõueniri. ibi.

2 *Conſuetudo mixta laicorum, & clericorum quando excuſet?*

3 *Leges circa paſcua ligant clericos.*

4 *Pecudes non poſſunt conueniri pro damno dato.*

5 *Animalia capta in paſcuis capi poſſunt.*

6 *Leges generales quomodo ligent clericos?*

Lex pro paſcuis lata in bonum publicum dirigitur. ibi.

7 *Lege duodecim tabularum prodita erat actio contra paſcentes aliena paſcua.*

Tripliciter punitur qui aliena paſcua depaſcit. ibi.

8 *Clerici ligantur ſolúm quoad pænas ciuiles.*

Conuellitur opinio Humadæ. ibi.

9 *Si iudex eccleſiaſticus non condemnat nõ poteſt ſæcularis ſupplere.*

10 *Clericus dum pro pæna ciuili conuenitur an ædilis ſui domicilij, vel rei ſitæ requirendus ſit.*

11 *Coram ædile agi poteſt ad mulctam, & ad æſtimationem damni.*

A Regnis viciuis petenda legum interpretatio. ibi.

12 *Interpretata Ord.lib.3.tit.11.§.6.*

13 *Regium diploma refertur vt nemo ſit exemptus à ſolutione mulctarum.*

14 *Principis pecudes ab hac ſolutione non ſunt immunes.*

15 *Clericus qui excedit taxationem frumenti vbi conueniatur.*

16 *Clericorum triticum tempore famis capi poteſt.*

17 *Clericus poteſt compelli vt domum ruinoſam readificet.*

18 *An ædilis maior in ciuitate Portuenſi poſsit reſeruare certam partem decimarum pro ſuſtentatione pauperum.*

Mandatum ædilis maioris dirigitur in laicum. ibi.

19 *An pariter ædilis maior poſsit fructus reſeruare pro annona Senatorum.*

DE LEGE SÆCVLARI PROHIbente paſcua, an compræhendat clericos ſub Ordin. lib.2. titul. 1. §.20.

CAP. 39.

DE materia huius Ordinationis extat concordia habita cum Rege Ioanne primo articulo 86 n 259. & Regis Petri articul. 16. num. 156 quæ videri poſſunt in prima parte huius tractatus ad finem.

Statuit Ordinatio Regia quòd clerici circa cauſas ædilium quibus comiſſum eſt, vt adimplere faciant cameræ, ſeu ciuitatis ſtatuta, quibus cauetur ne quis in aliena paſcua, vel publica animalia imittat, coram ipſis ædilibus pro mulcta impoſita conueniantur in hæc verba.

Item, nos feitos de coymas que pertencem à almotaçaria, os Clerigos, & peſſoas eccleſiaſticas podem, & deuem ſer citados perante os almotaceis, & ahi demandados no que toca a pena ciuil, & aſsi em feytos de ſoldadas, & jornaes de mancebos ſeruiçaes, & jornaleiros, & outros que lhe fizerem algum ſeruiço em ſuas fazendas, & obras podem ſer demandados perante os juyzes ſeculares, como ſempre ſe coſtumou.

Diſponit itaq; Regia Ordinatio quód
1 pro his multis pecuniariјs coram ædilibus conueniantur clerici ſunt enim tales pœnæ ſtatutorum ciuitatum ciuiles, vt eleganter ponderat Azeued. in l. 19. tit. 9 lib 3 recopil. num. fin. Auendan. lib. 1. cap 13 num. 2. Cabed. deciſ. 14 lib. 1 num 11, Valaſc conſ. 149 nu. 9. idem Cabed. deciſ 73 num. 2. & 6. ad quam clerici ſicut & reliqui ciues tenentur ne clericalis ſtatus anſam præbere videatur vt ipſi aliena paſcua impune occupent leonina enim eſſet talis ſocietas. Verùm obſtat quód negari non poteſt, quòd hæc pœna licet pecuniaria ſit, & ciuilis tamen ex delicto deſcendit, l. 1. ff. ſi quadrupl. pauper feciſſe dicat ibi: Noxia autem eſt ipſum delictum, §. 1. inſtit de noxalib. l. Quintus 39 cum ſeq. ff. ad legem Aquil. cap. Si læſerit de iniur, & ſic videtur oſtendere quôd clericus poteſt in ſæculari conueniri ciuiliter ex perſonali actione quæ deſcendat ex delicto, contra ea quæ ſtatuerat, lib. 2. titul. 1. § 4 vbi prohibet ne conueniatur etiã ciuiliter ſi actio ex delicto deſcendit, ibi: *Saluo nos caſos crimes aſsi crimemente como ciuelmente intentados*, in quo amplectitur regulam cap 1. de cleric. coniugat. lib 6. & in facto ita obtinuiſſe dixit Anchar. in cap. Grauem de ſentent. excommunic. ſuper animalibus Epiſcopi Senenſ Cacher. d 6. p. num. 4. Caſtillo l. 70. Taur. num. 18. Auendan. de exequend. 1. part. cap. 4. num. 30. & cap 13 num 7.

Deinde obſtat d cap Grauem, cuius deciſiõ ab hac Ordinatione offenditur, ex Felin in cap. Eccleſia de conſtit. q 18. exempl 5. Barbat in rubr. de rebus eccleſ. fol. 11. col. 2 in medio: licet dubitet Lucas de Pen. in d. l. Iubemus, C. de naui non Excuſ. lib. 11. atque ideò Salicet. in auth caſſa, §. Nunc accedo, q. 1. reſoluit quód licet clericus teneatur vt ciuis mundare plateam debet ad illud à ſuo iudice compelli, quem ſequuntur Paulus, & Bal in l. Ad inſtructiones, C. ſacroſ Innocent. in cap Non minus, verſ. Quamuis de immunit. eccleſ. &

nouiſ-

nouiſsimè Salze.in pract.Canonica cap. 55. verſ.quinto hinc emanat Cepola in tract. de ſeruit. ruſt. prædiorum quē refert Mexia de taxa panis,concl.5. n 70. Et ex hac ratione ſolent clerici habere forum vbi emant carnes,& piſces, ne ab ædilibus ſæcularibus gubernentur, vt in cap. Significantibus de noui.oper.& ſuos etiam habent ædiles clericos quorũ cura ſpectat ad Epiſcopos, cap.1. de empt. & vendit l.1.C.de Epiſcopal.aud.& circa pōdera cognitionem habent vt in cap. 2. de emptione,& vend.

2 Nec hanc legem poteſt defendere lōga conſuetudo,& vſus inueteratus,quia adhūc obſtat quód ſimplex vſus,& conſuetudo etiam immemorialis prodeſſe non poteſt quando perſona eſt incapax iuris illius, provt eſt laicus reſpectu clerici;nam ſine titulo immemorialis poſſeſsio prodeſſe nequit,quia manet in nuda ratione temporis quôd obligationē nec parit,nec tollit, l.Obligationũ fere, §.Placet,ff.de actio & oblig.vt ponderat Garcia de nobiit gloſ.12 n.80. maximè hoc caſu vbi talis vſus coactus, & inuoluntarius eſſe videtur, provt debet præſumi, ſeu potius eſt ſimplex legis obſeruantia, quæ conſuetudinem non parit: Nec etiam huic legi ſuffragatur mixtus ſæcularium,& clericorũ vſus in materia quæ ſpectat ad regimen Reipub in qua clerici tāquam membra obligantur, vt paſcua cōmunia ſeruentur,vt mundentur viæ quòd aeris ſalubritatē reſpicit, & bonũ cōmune, quia adhuc poteſt reſponderi quod mixtura clericorũ, & laicorum conſideratur quādo ſimul in aliquo Collegio cōiungũtur,vel in aliqua vniuerſitate vbi vnũ corpus efficiũt, vel quando rē poſsident indiuiduā,ratione cuius cōmunitatis,vt vniuerſi cenſentur non veró quando apud ædiles conueniuntur vt ſinguli,ad quod faciunt quæ Abb.in cap Cæterum de iud.notab fin. Bal in l.Teſtamentum,q.fin. C de teſta. Ex quibus patet quód apud ſuos iudices debent conueniri , non in ſæculari , vt indubitatum dicit Guterrez lib.1 pract. q.4.n 4. Salzed.in d pract.Cannon.cap. 55. verſ. ſeptimo his etiam,fol 206. Bobadilla d.cap.18.n.243. ne cogantur in ſæculari iudicio litigare vbi aliqua ſunt ſpecialia,provt eſt ne ſcriba ædilium recuſetur,ſed ſi ſuſpectus ſit duobus teſtibus adhibitis,ſcribat ſuper pænis *das coimas*, Cabed.areſt.37.in quo ius canonicum non ſeruatur,& iniuſtum videtur, vt his legibus obligentur,quæ eorũ reſpectu nullam habent vim , vt per Alex. conſ.210. lib.2. cōmunem dicit Decius in d.cap.Eccleſia, n.50. Socin. conſ.56. n.1.lib.1. Couarr.reg.poſſeſſ.2 part. §.4. num.8.

His conuellitur huius legis deciſio, 3 quibus moti Doctores paſsim varias interpretationes confingunt , quibus vix diſcerni poteſt quid verius , & quid ſequendum ſit, agens igitur Guterrez lib. 1. pract. cap.4 de explicatione legũ Caſtellæ ſub lege 12.tit 3 lib 1. nouæ collectionis,quæ noſtræ eſt ſimilis , ibi : *Que ſi en algunos lugares deſtos Reynos fuere ordenado que ſe guarden los panes,y las viñas,y los otros fructos de las heredades comunes del pueblo,& fuere hallado que hazen daño las beſtias,y ganados de los Clerigos, q̃ en razon de pagar las penas,y lo que aſsi fuere ordenado,todos aſsi clerigos como legos lo paguē, y q̃ las penas ſe cobren aſsi de los vnos, como de los otros.* Cuius legis explicationem, vir ille doctiſsimus aſſumens eā amplectitur ſentētiam quòd pro pænis ab ſtatuto impoſitis debent clerici in ſuo foro conueniri,citato Caſtillo in l.70.Tauri gloſ.magna, verſ.Video etiam; ex text. in cap. Quod clericis de foro comp & Couarr pract cap 33.n.7. quem ſenſum non admittunt eiuſdem legis verba, ibi: *Todos aſsi clerigos como legos lo paguen, y las penas ſe cobren aſsi de vnos como de otros.* Quæ verba executionem reſpiciunt,nā præſuppoſito quód pro talibus in ſæculari obligantur,ſtatuit lex regia vt à laicis, & clericis pænæ exigātur,quæ exactio,& executio demonſtrat præceſsiſſe ſententiam,& condemnationem , pæna enim nulla exigitur antequam condēnatio ſe-

quuta ſit ex text.in l.4. §.Ait prætor, ff. de reiud. ibi: Ait prætor condenatus vt pecuniã ſoluat,â iudicato ergo hoc exigitur vt pecuniã ſoluat,& cum in hac lege laici,& clerici quoad ſolutionẽ pænæ æquiparentur per viam regulæ,quod in vno diſpoſitũ eſt, debet etiã cenſeri diſpoſitũ in altero, etiãſi materia pænalis ſit,ex reg.text.in l 1.C de capiæſ.lib.12.

Quare contra legis mentem,& verba videtur talis interpretatio vt pro pæna à lege irrogata ſit clericus corã ſuo iudice conueniendus,qui non tenetur ſequi legis ſæcularis,ſeu ſtatuti pænam, vt dixit idem Guterr.4 tom pract.q.38 n 22.

4 Addit deinde vir ille ſapiẽtiſsimus,& diſtinguit quód ſi animalia ipſa conueniãtur in ſæculari iudicio pro pæna agi poteſt,quia ipſa animalia, & pecudes de foro ſæculari ſunt, & adducit exẽplũ rei tributariæ,quæ ex tributo debito in ſæculari conuenitur ; & fateor quòd non percipio huius aſſertionis veritatẽ, cùm videã quód ipſe aduerſus animalia actionẽ proponi poſſe dicit quod à iure alienũ exiſtimo,non enim animalia conueniri poſſunt quæ expertia ſunt iudicij,& defenſionis,nec iniuriã facere potuerũt, l.1.ff.ſi quadru ibi:Nec enim poteſt dici animal iniuriam feciſſe, quia ſenſus caret,&c. Et ex his caſibus nõ pecudes,ſed domini conueniũtur,l 1 ff.ſi quadrupes §.Et cum etiã, ibi: Aduerſus dominum hæc actio datur,&c & in §. Si cõmune, ibi Si cõmune,pluriumvé ſit animal aduerſus ſingulos erit inſolidum noxalis actio, & in § Hanc actionem ibi: Hanc actionem, &c. Sed eo iure quo domini ſunt cõpetit, Afflict.ad conſtitut Regni Neapol.rub.12.n 6. Caualc 2 p.deciſ 26. Coletus de proceſſ.executor. 1.p.cap.3. n.64 & 65. Nec cõuenit exẽplum quod ipſe adducit de fundo tributario, nã pecudũ noxa ex actione perſonali petitur aduerſus dominũ negligentẽ, non verò ex reali obligatione inhærẽte rebus ipſis provt eſt tributũ ad quod quilibet nouus ſucceſſor tenetur, l Imperatores, ff. de public.vbi res trãſit cũ ſua cauſa, l.Si cõuenerit,ff pigno. actione,§.Si fundus, l.Si prædiũ,C.de euict. Afflict. deciſ.95. Guid.deciſ.596 & deciſ.79. Duen. reg. 100. limit.3 Vnde non à Iuriſconſulto videtur illa verba, ibi: A fortiori igitur clericorũ animalia capi poterunt in propoſito,& diſtringi per iudicẽ ſæcularem, cũ ipſa ſint quæ dãnum dederint,& pænã incurrunt;& dũ videtur ſentire quòd iure capi poſſunt eſt cõtra textũ expræſſum in l. Quintus,ff.ad l Aquil.ibi:Itaq; qui pecus alienũ in agro ſuo deprahendit,non iure id concludit,& dũ ait quód deſtringi poſſunt animalia, non video quo iure probetur,cũ ſolum ob deteſtationem criminis contra naturã animal irrationale capiatur, vt publicè cõburatur,c.Mulier 15.q.1 ibi:Et pecudes morte moriantur rei enim ſunt,Monteleon 4.p fol 200.n 487. Bermond de public. concub de ſodom.c.28, Gomez l Tauri 80. n 35, Clarus §. Fornicatio n.11. Farinac in pract q 248 n.46.

Quód autẽ capi poſsint animalia reperta in paſcuis non negabimus, dũ ignoratur dominus, vel quando id liceat ex ſtatuto,vt non liberentur priuſquam dominus ſoluat, quæ omia non in ipſa animalia diriguntur,ſed in dominũ qui condẽnatur, vnde ſi verum eſſet quód vir ille exiſtimat quòd clericus pro tali pæna eſſet in ſuo foro conueniendus,pariter idem obtineret quãdo eius animalia caperentur,cum ipſe condẽmari nequeat,quin prius citetur,& audiatur,Salzed. in d c.55.verſ ſeptimo,in hoc enim iudicio,licet ſummario,citatio omittenda non eſt. quæ eſt iudicij fundamentũ: quo caſu ſi iudicium illud eſt incompetens,etiam eo caſu debet eam remitti ad ſuum iudicem, ex quibus manet quòd vel omni caſu talis culpa, & damni emendatio debet fieri coram iudice eccleſiaſtico,vel nullo. 5

Eandem ſequitur viam Salzedo in pract cap 55 verſ ſeptimo his etiam qui tamen addit quódquando de plano talis pæna eſſet exigenda ſine iudiciario ordine quod tunc ſæcularis illam exigere poſ-

re poſsit de bonis clerici, vel ob collectam pro paſcuis cuſtodiendis etiam capiendo pignora ſi opus ſit citato Bal. in auth. ſed periculum, C. ſine cenſu, & Auendan de mand.reg.2.p.cap.14.n.13. & Gregor. in l.51.titul 6.part.2.in gloſ. verbo *Por rozon*, vbi ait hoc fieri poſſe ſine metu excomunicationis, quia fit authoritate legis,eodem modo loquitur Azeued.ad l 12 tit 3.lib.1. nouæ recopil. n.2. vbi refert ita iudicatũ in Pinciano Senatu quod animalia capi poſsint à ſæculari quouſq; pœna exoluatur. Et miror tantũ virũ in principio dixiſſe quòd ſi pro pœna ſtatuti agatur contra clericũ quod debet conueniri corã ſuo iudice: ſi tamẽ inueniantur quòd capi poſſunt quæ duo inter ſe non conueniunt,nam ſi ipſe ad pænam debet obligari in ſuo foro,etiã eo caſu quo animalia reperiũtur cauſa remittẽda erit,cũ eo caſu ipſe condẽnetur ad pænam,& animalia habeantur pro pignore, & adhuc clericus poſsit allegare ſe nõ teneri,vel nõ eſſe in culpa,& alia docere per quæ, vel pæna tollatur,vel diminuatur,& cùm ſemper ſit audiendus,nũquam in ſæculari cauſa agitari poteſt,& pænæ executio debet differri quouſq; ſententia lata ſit. Vnde cùm ipſe admittat animalia capi poſſe vtiq; agnoſcit eam cauſam ad iudicium ſæculare ſpectare,quia pecudũ pignoratio ideò fit,quia ciuſtatum ſtatuta in his cauſis ſũmariè agendum decernunt, & ſtandum fidei officialis ad hoc deputati vt dixit Salzed.vbiſupra & cùm animalia in actu paſcendi reperiãtur,ex notorietate facti omittitur citatio, & denunciatio,& ſtatim capiũtur vt dominus ſoluat,ex reg.cap. Euidentia de accuſation. quia citatio omitti poteſt in notorijs,vt in 60 caſibus omitti poſſe refert Redin. de maieſt.prin.verb Sed etiam à nu.91. tandem Bobadilla d lib.2 cap 18 n.143. omnium dicta colligens in eam inclinat partẽ quod animalia conueniri poſſunt in ſæculari,& eam dicit receptiorem citato Azeued.& Guterrez, cuius opinionis fuit Gironda de gabellis 7.p.in prin. num.51. fol 151. eius tamen ſententia periclitatur ex ſupra dictis.

6 Quare in hac materia aliqua notanda ſunt Primo,quód leges generalis latæ à principibus ſæcularibus ad cõmune bonũ totius Reip.tam clericos, quã laicos compræhendunt, vt ſupra dixi cap. præcedenti,& vltra ibi citatos dixit Caſtillo ind l.70.verſ.Ex quo infero,Perez in l 2 tit 14 lib 2 Ord verſ.Otro ſi,& in l 1.tit 1.lib.4. col.1333 & col.118. verbo Statutos, Auendan.de exeq.cap 13.n 7. Salzed. in addit. ad Bern. d.cap 55. fol. 169. verſ. Ex quibus, verſ.Sed vt liber. Hipol. ſingul.453. Matienſo in l. 1. tit. 25. gloſ.1. n.1. & gloſ.9.n 1.lib 5. recop. latiſsime Mexia d concl 5 n.1. Guterrez d.cap.38.nu.25. Vnde fit quód cùm lex quæ paſcuis conſulit ſit lata in bonum cõmune,& pariter prouideat clericorũ, ac laicorũ paſcuis,inde fit quód vtrunq; ſtatum compræhẽdit,& ligat nec poteſt dici eſſe talem legẽ contra libertatẽ eccleſiaſticã, quia potius præter illam eſt cũ innitatur rationi naturali quæ dictat neminẽ locupletari poſſe cum aliena iactura, & vt ſocius ſit clericus, vtaturq; legibus ciuilibus quibus eius paſcua ſeruantur, & ipſe aliena depaſcat fraudens ſocietatis leges,quia his caſibus nulla iuſta libertas infringitur,ſed iniuſta libertas cohibetur, Bobad d nu.243.ad med. defendit Guterr. d.c.38. n.24.nec ex eo quod in tali lege fiat, clericorũ mentio debet reputari odioſa,& quòd diſponat contra clericos vt diſtinguit Bart. in l. Cunctos populos,n.29.nam ea cõmunis limitatur quãdo lex quæ de clericis agit nititur ratione naturali,quæ cũ iuſta ſit ſeruari debet,ex Guterr vbiſupra n.25. Mexia d.n 11.ſequitur Bob d c 18.n 245. in fin. Aufrer.in clem.1.de offo Ord.facit l.12.tit 3.lib.1.recop.vbi Azeued n.2. Greg.in l.24.verbo *El ganado*,tit.25 p 7.

Secundo noto, quòd lege duodecim tabularum de paſtu pecoris erat prodita actio contra paſcentes aliena paſ-

cua, cuius meminit Iuriſconſultus in l. Qui ſeruandarum, §. Si glans, ff de præſcrip. verbis quando verò oues, vel animalia alicuius ſine domini voluntate herbas alienas depaſcunt, nō bene conſtat quæ actio prodita ſit, cum actio de pauperie non conueniat, quæ ſolùm cōpetit quando quadrupes comota feritate, & contra naturam pauperiem dedit, l.1. ff. ſi quadrupes, licet gloſ. in d. §. Si glans, hanc actionem competere exiſtimet, ſiue igitur noxalis actio competat ex l.2. C. de noxalibus, ſiue in factum cōtra dominum ex noxa pecoris. Illud apud nos obſeruatur, quod illi quorum pecudes in vetitis paſcuis reperiuntur tripliciter ex tali facto conueniuntur. Primo tenentur parti dāmun illatum reſarcire, c. Si bos 3. c. Si læſerit 4 de iniur. Auendan. de exequend. 1 p. cap.4. n.30 Couarr in regula poſſeſſor, 2 p. §. 4. n 8 Azor inſtit. moral. p.1. lib 5. cap. 13 Ceuallos contra communes tom.4. q.897. num 620 & de violent. p.2 q.23. n.18 Secundo puniuntur ciuiliter mulcta, ſeu pæna pecuniaria vulgo *Coima*, quæ ciuitati applicatur. Tertio, ſi plures oues alicuius in paſcuis vetitis reperiuntur, vel ſi ex propoſito immittātur crimi nalis datur cohertio, & vltra pænā exilij dolose pecus in aliena paſcua immittēti inflictam, ipſum etiā pecus exterminatur, & relegatur, quæ omnia colliguntur ex Ord. lib.5. tit.87. ibi: *Hum anno para Africa, & pagará a parte o dano que fizer, & coimas, ſegundo as poſturas da Camara*, & lib 1. titul 65. §.23. Sic pariter ſatisfit per ſolutionem dāni, cap. Si læſerit de iniur. ciuitati per mulctā, Ord. lib.1 tit 66. §.27. Reip. per exiliū, & pænam criminis, ſi de propoſito quis alienas herbas depaſcat, vel pluries reperiatur oues in locis prohibitis ex dolo præſumpto quód ex actuū frequentia, & incorrigibilitate delinquētis reſultata, ig Ord. lib.1 ti 60. § 3.

8 Inter quos caſus illa eſt differentiã quod licet clerici generalibus legibus ad bonum cōmune latis obligentur, vt reſoluit Placa de delictis lib 1. cap.8 n.24. vbi multos citat, illud intelligendum eſt quoad pænas ciuiles quibus tranſgreſſores puniūtur, vt ſcilicet & dānum reſarcire teneantur parti læſæ, ex Couarr. in reg peccatum, 2. p. §.8 num. Nauarr. in manu cap.17 n 125. idem Couar. pract. cap.37. nu 3. Auend. d. cap.13 nu.11. Alphonſus de Caſtro de lege pænal. lib 1. cap 10 & inſuper mulctā exoluere quæ pæna ciuilis eſt, ad alias verò pænas corā ſuo iudice debeāt conueniri cum criminaliter in ſæculari diſtringi nequeāt, ex reg. c.2 de foro comp. & c Decernimus de iud cap Clerici eod cum vulgar. Vnde fit quòd his caſibus cōtra clericorum animalia plenam fidem facient miniſtri ſæculares quibus illud officium incūbit, vt optime ponderat Salzed. d. cap. 55. verſ. Ex quo ſubinfertur, Auendan. d. cap 13 n 30. Bobadilla d n 243.

Tertio, quód ſuppoſita huius Regni 9 antiquiſsima cōſuetudine, qua clerici his legibus ligātur, & in ſæculari conueniūtur ſine metu alicuius excomunicationis poſſunt eorū animalia capi, & ipſi cōdēnari in illis pænis ab ſtatuto præſcriptis, quia iudex qui talia præcipit, authoritate legis facit, ex Nauar. in manu cap.27. n.118. Salzed. d cap.55 verſ. ſeptimo his, Azeued. d l 12. n 1 in fin & n.2 & l.11. n 5. deciſ. Pedam 68 nu 16. Deinde poſſunt animalia ſic reperta in prohibitis paſcuis recludi quouſq. dominus ſciatur, vel ſoluatur pæna ciuilis, ex Auēd. d. cap. 13. nu.2. Capitio deciſ 45 nec obſtabit l. Quintus, ff. ad l. Aquil. ibi Nō iure includit, quia incluſio de qua textus ibi, eſt quando includitur vt domino non reddatur, vt explicat gloſ. verb Includit, nō verò quando vt pecoribus dānum paſſo ſatisfiat. Vnde venit confutanda opinio Humadæ in addit. ad Greg. l.54 gloſ 2. n.20 vbi tenet quòd hæc animaliū captura ſolū permiſſa eſt ſæcularibus pro ſecuritate debiti, nō tamen ex eo ſequitur quòd ipſi poſsint condēnari, nā hæc diſtinctio nullo iure probatur, neq; leges

Caſtellæ

Caſtellæ illud admittũt,imó ſimpliciter clericos cogendos ſoluere mulctam decernunt, & ſequerentur abſurda quód diuideretur iudicium vt ſæcularis caperet pignora ad debitum, quod adhuc erat coram alio iudice petendum, qui legi ſæculari ſtare non cogitur ex his quæ Guterrez d.cap.38.num.22 confutat Bobadilla d.num 243.ad fin. ex quibus etiam exploditur illa praxis quam probant Azeued. d.l.12.num 2.ex auth. Bald.in auth.Sed periculum,C.ſine ſenſu, Auend lib.2 d cap.14.num 31. idem Azeued l.11 eod titul.num.5. Salzed. d. cap 55. verſ. Eadem perpenſa ratione, Mexia d concl.5. num 43. & eſſe communem dicit Alciat. in cap 1. de offic. Ordin. in gloſ.fin. & Couarr. lib 2. var. cap. 1. num.40 quod in illis caſibus in quibus pæna ab ſtatuto impoſita petenda eſt coram iudice eccleſiaſtico, ſi ille nolit clericum tali mulcta,ſeu pæna afficere tunc requirendus ſit iudex ſæcularis, qui ob defectum iuſtitiæ ſupplere poterit,quod quam abſurdum ſit,nemo non videt, cùm iudex ſæcularis non ſit ſuperior eo caſu,imò tamquam inferior vel incompetens cauſam remittit, quo caſu ob defectum iuſtitiæ ad eius ſuperiorem prouocandum eſt, non verò ad iudicem ſæcularem,qui in illa cauſa reputatur quilibet priuatus: nec communis opinio Alciati, & doctrina Bald. aliud probant, agunt enim de cauſis mixti fori quæ in vtroq; iudicio puniri poſſunt,& pœna ſuppleri à iudice ſæculari in illis caſibus in quibus competens eſt quod poteſt per ſubtractionem fructuum rerum clerici pœnas,vel mulctas exigere quando requiſitus eccleſiaſticus non faciat ſoluere cum effectu, quod etiam non poteſt applicari ad caſum, de quo noſter eſt ſermo. Quare iuxta terminos noſtræ Ordinationis cũ circa pænas ciuiles iudex ſæcularis ſit competens, ipſe poterit ſuas facere executiones in bonis patrimonialibus clerici,vel in prouentibus beneficij ſeruata iuris forma, eleganter in ſimili caſu Redin de maieſt princ nu.170. & ſeqq. pro reliqua verò pæna criminali poterit pars læſa iudicem adire eccleſiaſticum,qui ſi recuſauerit ſeruare ſtatutum, & pænam infligere adeundus eſt eius ſuperior, vel Princeps qui cauſa cognita ſuas leges adimpleri faciat.

Ex quibus patet noſtræ legis ſenſus, vt tantum circa pænas ciuiles procedat quæ reſpiciũt, & damnum parti datum & mulctam ciuitati applicandam, non verò criminalem exilij,& alias in eadem lege præſcriptas,videdus Ceuallos *de las fuerças*,q.11. & Marta 4.p.caſu 8.cent.1.

Ex quibus primo quæro quando clericus ciuiliter pro his pænis in ſæculari conuenitur apud quem ædilem ſit conueniendus, an coram ædile ſui domicilij; an veró rei ſitæ in qua dãnum datum eſt, & reſolutiue dicendum in hoc caſu rei ſitæ forum præualere foro domicilij contra regulas vulgares, de quibus per DD.in cap.fin.de foro competent. & comprobatur ex Ordin lib.3. titul.5. §.9. ibi: *Seja o Reo citado, & demandado perante o Almotacé de ſeu foro, onde o caſo acontecer, ſem embargo de qualquer priuilegio de foro que o Author, ou o Reo tenha*: cuius rei videtur eſſe ratio quia licet verum ſit quòd ſtatuta ciuitatis quibus mulctæ pro paſcuis indicuntur ciuilem cauſam contineant, vt in hac Ordinatione lib.2.titul.1.§ 20. & d. lib.3 tit 5.§.9. & lib.1.tit 65.§ 23.& titul. 68. §.1. Tamen ob damnum, & noxam criminalis negotij ſapiunt naturam, cũ etiam aliquando pæna criminali & corporis afflictiua puniantur, ex d Ord.lib. 5. titul 87. & facit l. 2. ff de noxal. ibi: quibus etiam certa pæna iuxta legem ſaltui datam fuerat præſtituta, atq; ex inde fit quód in loco vbi damnum datum eſt, ibi reſarciendum ſit ob faciliorem cauſæ expeditionem,& ne offenſus pro exigui damni perſecutione extranei iudicis ſubeat iudicium, in quo plus eſſet expenſurus: & hunc ſenſum videtur 10

ſequuta Ordinatio d.§ 9 & lib.1 tit.68. ibi: *Digão ao procurador que as demande*, quæ verba diriguntur ad procuratorem illius loci vbi noxia data eſt, & lib. 5. d. tit.87.ibi: *Fóra do lugar donde o ſenhor das beſtas morar, & do termo onde forem achadas*, & lib 1. tit. 66. § 27. vnico tantum teſti credendum ſtatuit quando animalia in vineis, vel locis vetitis inuenta proponantur, faciunt in ſimili quæ Barb. in l.Hæres abſens, §.vltim ff de iudic.ad intellectum Ordin lib.5 tit 117. §.9. vbi dicit offenſum poſſe denuntiare coram iudice ſui domicilij de delicto commiſſo in foro iudicis extranei.

11 Secundo quæro pars offenſa agit pro damno, & noxia ſibi data, an clericum vocare poſsit ad iudicium ſæculare præſtat occaſionem dubitandi Regia Ordinatio, hoc §.20. dum vtitur illis verbis, ibi: *Nos feitos de coimas*, quibus videtur ſe reſtringere tantùm ad pænas quæ ciuitati, vel loco applicantur, nam hæ mulctæ dicuntur *Coimas*, & diſtinctæ ſunt à pæna noxiæ, patet ex Ord.d.lib.5. tit 87. ibi: *Hum anno para Africa & mais pagará o dano que fizer & coimas, ſegundo as poſturas da Camara*: quare cum lege regia non caueatur de pæna damni illati, hoc videtur petendum fore coram iudice ordinario ipſius rei, & ſic non ſemel iudicatum fuit in Senatu. Sed ego aliter ſentio non inhærens verbis legis, ſed menti, quæ non expræſsit illud verbum *Coimas*, limitatiue vt ad illã mulctarum ſpeciem ſolùm reſpiceret, imô occurrit caſui magis dubio, quia cum illa mulcta, ſeu *Coima* habeat rationem pænæ, quæ obnoxiam infligitur, videbatur quòd ratione illius debebat clericus lite pulſari apud ſuum iudicem, ex his quæ ex Guterrez, Azeued. Bobadilla, & alijs ſupra probauimus: pro damno veró dato omnes fatentur quód poſſunt animalia capi à domino fundi, & detineri quouſq. ſoluatur, damnum datũ, quare ne interpretationem faciamus quód lex potius ciuitati, quàm ciuibus conſulere videatur, cũm lex illa ad cõmune bonum ciuium lata ſit, & damni illati cauſam omiſiſſe, cui ipſa lex occurrere intendit, talis eſt facienda interpretatio, vt coram ædili, & pars ipſa agere poſsit ad refectionem damni in paſtu dato, & ad mulctam ciuitati applicandam, patet ex eadem Ordinatione, ibi: *Quanto à pena ciuil ſómente*, quæ exceptio non reſpicit mulctam ciuitati applicandam, quæ ſemper ciuilis eſt, ſed dãnum datum parti, quod ipſe petere poteſt ciuiliter, vel denuntiando, & accuſando, ad pænam criminalem, de qua in d lib. 5. tit 87. inſuper ſi hic ſenſus admitteretur, daretur iudicij diuiſio, vt pro eadem cauſa apud diuerſos iudices ageretur contra l. ædes, ff de vſucap & cùm certum ſit clericos his ſtatutis generalibus ligari poſſe, non video quæ ſit ratio cur hanc diuiſionem iudicij admittamus ex noxa, quæ vna eſt, licet diuerſis pænis puniri poſsit, & remittamus miſerum qui damnum paſſus eſt ad iudicem Eccleſiæ, vbi tale non extat ſtatutum, imó odioſum, & iniquum reputatur, nec noſtram legem ſequi iudex eccleſiaſticus tenetur igitur reum non condemnandum, ſed abſoluendum remittimus, & ſi à vicinis Regnis petenda eſt interpretatio, videndus eſt Guterrez d. lib.1. pract cap 4 nu. fin. & Azeued. d l.12. num fin Bobadilla d num 243. qui teſtantur in eo Regno cúm eſſent capta animalia in paſcuis vicinorum eccleſiaſticos iudices proceſsiſſe aduerſus detinentes & pronuntiatum cauſam ad ſæcularem forum pertinere, cûm tamen eo caſu ad ſatisfactionem partis ageretur, & ad pænas ſtatutorum.

Nec obſtabit Ordin lib.3 titul 11.§.6 in ſecunda parte dum ſtatuit quòd clericus ratione rei ſitæ non conuenitur in foro vbi rés eſt ſed coram ſuo iudice, ſic limitata l fin. C. vbi in rẽ actio, ex quo videtur ſequi quódcum ad damni illati ſatisfactionem ratione rei ſitæ conueniantur quòd debent conueniri coram 12

ſuo

ſuo iudice, quia ſatisfit quód illa Ordinatio procedit in actionibus realibus, non verò quando ex perſonali actione agitur ex noxa, in qua ad imaginem delicti vbi delinquerunt conueniuntur, quod ſolùm pertinet ad clericos qui Prælatis ſubiecti ſunt, nam Metropolitani, & Epiſcopi, & alij de quibus agit Ordinatio lib. 2. tit. 1. in princ. ſi eorum animalia damnum dent, ex regula generali coram ſæcularibus iudicibus conueniri poterant, & à fortiori coram ædilibus quibus illarum cauſarum diſcuſsio priuatiue comiſſa eſt.

13 Quæro tertiò, an aliqui ſint in hoc Regnó priuilegiati qui his pænis ſtatutorum ciuitatum, & opidorum non ligentur, & in hoc de duobus quæritur. Primo, an detur priuilegium quoad forum, vt non conueniatur coram ædilibus, ſed coram ſuo iudice? Secundum, an aliquis liberetur priuilegio à ſoluendis mulctis ædilium?

Et vtrumq; videtur determinari regio diplamate quod emanauit ſuper mulctis, vt nemo ab illis eſſet immunis, cuius verba ſunt: *Dom Phelippe, &c. Que poſto que conforme as minhas Ordenações, todas as peſſoas de qualquer ſorte, & condição que ſejão ſaõ obrigados nos caſos de almotaçaria reſponder perãte os Almotaceis, algũas peſſoas que por priuilegio particular tem juyz para hauer de conhecer de todas ſuas cauſas, pretendem que tambem tomem conhecimento das que tocão à almotaçaria, de que ſe ſeguem grandes inconueniẽtes, & dano contra o bom gouerno, & adminiſtração da juſtiça de todas as cidades, villas, & lugares deſte Reyno, eſpecialmente neſta Cidade de Lisboa pelo grande numero de priuilegiados que nella ha: E querendo eu ora niſto prouer como conuem ao bem comum, & bom regimento das ditas cidades, & villas, deſpois de tomar todas as informações neceſſarias, & mandar ouuir todos os priuilegiados, com o parecer dos do meu Conſelho, para ceſſarem todas as duuidas: hey por bem declarar, como por eſta ley declaro que todas as peſſoas, poſto que priuilegiados ſejão, nas materias de almotaçaria, ſaõ obrigados reſponder perante o Almotacè de ſeu foro, & que a Ordenação do liuro terceiro, titulo quinto §. nono: ſe entende, & comprehende não sòmente os priuilegiados declarados no meſmo titulo, mas todos os outros priuilegios, ainda que ſejão dos Deſembargadores de minhas Relações, & de quaeſquer outros Tribunaes, & das peſſoas que por minhas cartas, & prouiſoẽs, & dos Reys meus antepaſſados tem priuilegio de Deſembargadores, poſto q̃ o não ſejão, & do todos os mais priuilegios das peſſoas que per razão de ſeus officios podem trazer ſeus contendores á Corte, & de todos, & quaeſquer outros priuilegios concedidos por mim, ou pelos Reys meus anteceſſores aos Coleitores que ora ſaõ, ou ao diante forem neſtes Reynos, & aos Inquiſidores do Sancto Officio deles, & aos caualeiros da Religião de S. Ioão, & aos moedeiros, & lauradores, & valadores de minhas leziras, & paúes, & mampoſteiros dos catiuos, & aos que ſeruem na meſa da Miſericordia deſta Cidade, & nas mais do Reyno, & aos Alemães, & bombardeiros, & quaeſquer outros, poſto que ſejão incorporados em direito, ou tenhão clauſulas expreſſas, & derogaçoẽs dos caſos de almotaçaria, ou ſejão concedidos por contracto, ou por qualquer outra maneira, & confirmados per ſentenças de minhas Relações, poſto que todos os priuilegios acima declarados, ou quaeſquer outros que ſe acharem reuogo, & eſpecialmente a Ordenação do liuro ſegundo, titulo ſeſſenta & dous, que concede aos moedeiros deſta Cidade, que nos feytos de almotaçaria ſendo demandados, reſpondão perante os Conſeruadores da moeda: os quaes priuilegios todos hei por bem ſe não guardem, nem tenhão força, nem lugar nas materias de almotaçaria: & que ſem embargo delles, as peſſoas que os tem, & ao diante tiuerem reſpondão perante os Almotaceis deſta Cidade, & das mais cidades, villas, & lugares deſtes Reynos.*

E aſsi me praz que os regatoẽs, marchantes da Corte, & quaeſquer outros contheudos no regimento ds Almotacé môr, & outros

quaeſquer contheudos no regimento do Almotacè mòr, & outros quaeſquer de que por prouiſões particulares podem conhecer, reſpondão em todas as materias da almotaçaria perante os Almataceis deſta Cidade, ſem embargo das razões que o Almotacé mòr allega para ſe não entender eſta ley nos officiaes de ſeus officios: & de quaeſquer aluarás, & ſentenças que elles, & os ditos regatões, & marchantes, & mais officiaes dalmotaçaria mòr tenhão em ſeu fauor, porque todas, & o que diſpoem o dito ſeu regimento, no que toca ao dito Almotacè mór hauer de conhecer de ſuas culpas, na materia de almotaçaria, reuogo, & mando que não ſejão de effeito algum, nem tenhão força, nem vigor em quanto forem contra a tenção, & declaração deſta ley, hauẽdo reſpeito ao bom regimento, & gouerno deſta Cidade, & a que eſtando a Corte de aſſento nella foy a razão que moueo a elRey Dom Manoel que ſancta gloria haja meu Viſauô na carta per que mandou que o Almotacé mòr tomaſſe conhecimento dos ditos regatões, & ſuas culpas: & eſta ley mando que ſe cumpra como nella ſe contem, &c. Publicada em Lisboa 23. de Outubro de 1604.

REY.

E porque eſta ley tira sómente o priuilegio do foro, & não o priuilegio de não pagar coima, no anno de 608. fizerão os contratadores inſtancia, & houue a repoſta, & prouiſão ſeguinte.

Pedindome o dito Manoel Moreno de Chaues que por quanto em todas as cidades, villas, & lugares deſtes Reynos hauia muytas peſſoas priuilegiadas de diuerſos priuilegios que procurauão para effeito de não pagarem coimas, & poſturas de Camaras, ſendo lauradores, & criadores de gado, & marchãtes, & ſe os Almotaceis os condenauaõ, ſe valião de ſentenças de excomunhaõ, & precatorios de ſeus Conſeruadores, pelos quaes eraõ abſolutos das ditas penas, & poſturas das ditas camaras, ſendo contra a dita ley, & ſentenças dadas no caſo contra os ditos priuilegiados, no juyzo dos feytos da minha fazenda, que o dito Manoel Moreno apreſentou: pelo qual reſpeito as rendas dos Conſelhos de meus Reynos hiaõ em muyta diminuiçaõ, pertencendo a terça às fortificações do Reyno a que eſtà applicada, lhe fizeſſe mercé mãdar paſſar prouiſaõ para que nenhum priuilegiado de qualquer priuilegio que foſſe ſeja eſcuſo de pagar as ditas coimas, & poſturas das Camaras, & almotaçarias, & ſe naõ guardarem nenhũas ſentenças, & precatorios dos Conſeruadoaes. E viſto no Conſelho de minha fazenda ſeu requerimento, & informaçaõ que ſobre iſto ſe houue, & a ley acima treſladada, & ſentenças de que faz mençaõ, hey por bem, pelos ditos reſpeitos, que ſe dè á execução o que ſe contem na dita ley, & ſe cumpra, & guarde inteiramente, naõ ſe eſcuſando nenhum priuilegiado de pagar as penas, & poſturas em que forem condenados, nem ſeus Conſeruadores ſe entrometaõ mais em tomar conhecimento de couſa algũa tocante ás ditas coimas, & poſturas em que forem condenados: Pelo que mando aos ditos Corregedores, Prouedores, Iuyzes, &c. 20. de Março de 608.

REY.

Eſte aluarà ſe reuogou por ſer paſſado pela Fazenda que era incompetente, por outro de dezoito de Ianeiro de 1613.

Vltimo, nec Regís pecudes ab hac ſolutione immunes ſunt, imò cum tempore Regis Ferdinandi in ciuitate de Leiria celebrarentur comitia in articulo 18. populus propoſuit Regi quòd venderet pecudes, & greges ſuas, quia nocebant paſcuis, & meſsibus: ipſe reſpondit in hac verba. 14

Que nôs não podemos mandar vender noſſos gados, que os hauemos miſter para mãtimento de noſſa caſa, & eſcuſaremos por hi de tomar os gados dos lauradores, & os mais que ſobejarem mandaremos leuar ao campo de Ourique, & ſe algum dano fizerem, mandamos às juſtiças que o fação correger pelos bẽes daquelles que os guardaõ: na era de 1410.

Quæro

15 Quæro quarto, ſi clericus excedit in venditione frumenti, vel olei taxationẽ ædilium, an ex hac lege Regia poſsit in ſæculari conueniri pro pæna ab ſtatuto impoſito, & videntur huius Ordinationis verba ſolùm compræhendere caſum particularẽ *das coimas*, nec ad alium poſſe extendi: manet ergo eius deciſio in diſpoſitione iuris communis, ex reg. l. Comodiſsime, ff. liber. & poſthum. ſecundum quod hæ leges tanquam publicum fauorem reſpicientes clericos ligant, & pro exactione pænæ pecuniariæ poſſe in ſæculari conueniri dixit Mexia de taxa panis concluſ. 5. n. 71. & in ſimili caſu Redin. de maieſtate Principis, verbo Non armis ſolùm &c nu. 166 Contrariam imò quòd pæna impoſita peti debeat in ſuo foro dixere, Salzed in addition. ad Bernar. cap. 55. fol. 170. verſ. primo, Bobadilla d. cap. 18. num. 122. Ego diſtinguerem quód ſi clericus frumentum, vel oleum publicé expoſuit venditioni excedens taxam ab ædilibus, vel decurionibus præfinitam ſi frumenti amiſsionem incurrit ex ſtatuto capi poſsit, quaſi incomiſſum cecidiſſet, quia leges ſuper taxa panis ligant clericorum bona temporalia, Mexia d. concluſ. 5. num. 1 & num 35. quæ bona nullo clericali priuilegio gaudent, vt eſt communis ſententia ex Felin. in cap. Eccleſia ſanctæ Mariæ, num 10. Ripa de peſte, titul. de remed. ad conſer. vber. num 123. Menchaca de ſucceſsion. creat. lib. 1. § 22 num 42 Couar variar. lib 1 cap 4. num 3. & alij quos citat Bobadilla d. cap. 18. nu 122 lit F. vel ſi alia pæna pecuniaria exigatur, quia his pænis res ipſa ſubijcitur, & clericus dum vltra taxã pecuniam recipiens aliena occupat, & detinet indebite cum rerum pretia ſeruare teneretur, vel poterit conueniri ipſe vendens, vt in ſimili dixit Bobadilla cap. 18 num. 243. quòd paſtores conueniri poſſunt pro damno dato ab ouibus clerici, quoad alias verò pænas ſi quæ ſint, vel bonorum amiſsionem, vel exilij apud ſuum iudicem ſit conueniendus, Guterrez lib 1 pract. q 3. & 4.

An veró tempore famis poſsit clericorum triticum capi vt pauperibus vendatur dixit Bobadilla lib. 3. cap. 3. nu. 13. per legem 1. & 4 titul. 25 lib 5 recopil. Guterrez lib 4 pract. cap. 48. per totũ. Si autem ponderibus vtatur falſis pariter ædiles cognoſcunt, & puniunt vendentem, & pænas exigunt, Caſſaneus in conſuetud. burgund. rub. 1. § 5 gloſ. Se il negrace, num 90. Mexia taſſa panis concluſ. 5 num. 29. Cenedus ad decret. cap. 37. num. 18. & cap. 9. num. 1. licet contrarium teneat Salzed. dict. cap 55. verſ Si tamen clericus vbi confutat, Redin. qui in caſu ſimili, & captura armorum contrarium dixerat, & ante eos plures quos ibi citat. 16

Quid autem an ædilis poſsit clericum cõpellere vt domum ruinoſam deſtruat ne vicinis noceat, & poſſe dixit Guilielmus in cap. Rainutius, verb. Domum, num 17. fol. 104. late Bobadilla lib. 3. pollit cap. 5. num. 27. Sic pariter pro plateis mundandis vbi ipſi degunt poſſunt compelli ab ædilibus, & pænæ pecuniariæ extorqueri, ex Cæpola de ſeruit. ruſt. prædior. tit. de ſerui. viæ quæſt. 26. Rebuff. 1 tom tract de ſent. prouiſio. art. 3 gloſ 6. num. 2 Gregor in l. 51. verbo *Por razon*, tit 6 part. 1. Mexia d. concl 5. num 70. gloſ pugnet, Auiles Prætor. gloſ fin num. 2 Salzed. d. cap 55. verſ. quinto hinc, Cened in collectan ad decretal. cap. 153. num 2. & ad Decretum cap. 37. num 4 & quód non ſufficiat quódin lateribus viæ ponantur immunditiæ, Afflict in cap. 1. §. Viæ, num 28. quæ ſint regalia lib. 3. fol 195. Auend. de exequend. 1 p cap 19. n. 38. 17

Deinde ad opera publica quæ omnes tangunt contribuunt, vt in ciuitate Portuenſi cõtinetur regio diplomate quod Epiſcopus, & Capitulum contribuant pro expenſis horologij, pro partibus æqualibus, prout in ſimili in puteo publico mũdando dixit Boba. c 6 lib. 3 n. 8.

Quæro

18 Quæro tandem, an ædilis maior, vulgò, *Almotacè mór*, in Senatu Portuenſi, cuius officium gerit Præſes curialis ciuilium cauſarum poſsit prohibere conductoribus beneficiorum ne frumentum è loco extrahant ob terræ indigentiam, diſputat Guterrez lib. 1 pract cap. 13. & lib 4. pract. cap. 48. vbi pro vtraq; parte adducit fundamenta, & licet videatur quód ex tali prohibitione aliquod nocumentum eccleſiaſticis redditibus inferatur, & grauamen Eccleſijs dum earũ conductores retardantur ne conducere audeant, verius eſt poſſe cogi ne frumẽtum extrahant tempore neceſsitatis, vel vt certam quotam vendant in eodem loco, vel reſeruent Senatorum annonæ quia hoc præceptum dirigitur in laicũ, & ſubditum, & reſpicit fructos collectos, qui res prophana cenſentur, & in dominio conductorum exiſtunt, l. Apes §. 1. l. Si ſeruitus communis §. Locandi, ff. de furtis, Valaſc. quæſt 27. num. 50. & conſ 131. In fine, ex doctrina Innocentij in cap. Cùm non ſint de decim. In cõtrariũ tamẽ eſt Bulla Cœnæ Domini cap. 12 in hæc verba: Quivè iuriſdictiones, ſeu fructus redditus & prouẽtus ad eccleſiaſticas perſonas ratione Eccleſiarum, &c. Sine Romani Pontificis expræſſa licentia vſurpant ſurripiũt, & ſequeſtrant, cui ſatisfacit Guterrez d. loco, num. 2. quod procedit reſpectu proprietatis redditũ eccleſiaſticorum, non verò cõmoditatis vbi alias conditiones adijcit quod fiat talis ſequeſtratio deducto, eoquód ad ſubſtentationem familiæ clericis neceſſarium eſt, & quod ſibi offeratur pretium taxatum; & ſic interpretatur l. 5. tit. 5 lib 1. nouæ collectionis, quæ Rectoribus ciuitatum hanc facultatem concedit quod cum in proprijs clericis, & Rectoribus procedat, à fortiori habebit locum in conductoribus talium redditũ, qui cùm negotiatores ſint, nullo eccleſiaſtico gaudent priuilegio, idem Guterrez 4 part pract. quæſt 39. num. 11. 12. & ſequentibus, gloſ. verbo Negotiandi, in clem. præſenti de offic Ord. Tiraquel. de retract. tit 1. §. 1 gloſ 13. num. 12. Boer. deciſ 213. & 279. num. 2. Mench lib 1. ſucceſsſon. creat. § 10 nu. 613. Perez ad leges Caſtellæ l 12. tit 4. lib. 4 Ordin. plures citat idem Guterrez num 7. & facit deciſio pedam. 73. & quæ Burſatus conſ. 25. quos ſequitur Carrotius de locatione 4. part. titul. de collectis ſub num. 34. verſ. Secundo dici poteſt.

Quod quidem in his Regnis ſine dubio procedit in quo Decuriones, vel ipſe Princeps ex vi concordatæ liberè poſſunt præcipere clericis vt etiam extra caſum præciſæ neceſsitatis, vt loquitur Guterrez, in caſu cuiuſq, indigentiæ frumenta, & victualia ipſi Regi, vel eius miniſtris præſtare teneantur iuſto pretio, iuxta Regm oblatis, cuius verba ſunt,

Que lhes defende terem criados, & Mouras, & criadas & eſcrauos, & caualgaduras, & que o dito Rey, & ſeus baroẽes, & Alcaides mòres, & conſelheiros tomão porcos, galinhas, & outras couſas ſobre preço de compra, & que não pagão ametade do que valem, & iſto contra Deos, & toda a juſtiça. Rey: Que os ſeus tomem as taes couſas por vontade de ſeus donos & as paguem, & os que o contrario fizerem que os mandará caſtigar, & lhes farà reſtituir o que aſsi mal tomarem.

Nec obſtant illa verba *Per ſua vontade*, ex quibus res videtur poſita in voluntate vendentium iuxta reg. l. Nec emere, C. de iure delib nam ſatisfit quód illa verba ita accipienda ſint, ne per vim res à clericis extorqueantur, ſuppoſito autem quód per Regem aliquibus caſibus neceſsitatis imperetur propter vtilitatem publicam, vel ex alia iuſta cauſa, tunc ipſi tenebuntur obedire, & voluntatem ſecundum Regis voluntatem dirigere, & iuſſa capeſcere.

Ex quibus videtur defendi diploma regium, quo Portuenſis Senatus fruitur, vt ad annonam Senatorum certa pars fructuum Eccleſiarum à condu- 19

ctoribus præſtetur, & ſimul alia neceſſaria ad vſum Senatorum, & videtur ampliandum vt non ſolùm conductores comprahendat, ſed in caſu neceſsitatis poſſe etiam ipſis Eccleſijs tale onus iniungi ex vi dictæ concordatæ, non per modum oneris perpetui, ſed duraturi tempore indigentiæ, & neceſsitatis præcipiendo vt talis Abbas tot frumenti modios pretio oblato in alijs requiſitis, de quibus per Guterr. vbi ſupra.

SVMMARIVM.

1 *QVI beneficium obtinet poſt delictum, tenetur comparere in ſæculari, & ſuum priuilegium allegare.*

2 *Qui poſt delictum ordines ſuſcepit foro gaudet.*

3 *Quid ſi iam citatus fuiſſet verbaliter, vel realiter.*

Qui in fraudem ordines ſuſcepit ſacros, in foro ſæculari punitur quoad bona. ibi.

4 *Ordines debent eſſe ſuſcepti ante delictum, beneficium verò ſufficit poſtea obtineri.*

5 *Præceptoris intellectus circa interpretationem breuis Iulij.*

6 *Beneficiatus poſt delictum non excuſatur comparere in ſæculari vt ſuum priuilegium alleget.*

Probare beneficij titulum ſufficit. ibi.

Notorietas ſufficit in clerico in ſacris. ibi.

7 *Quid an procedat lex regia in monacho.*

8 *Quid è cõuerſo ſi beneficiatus dimiſit beneficium, & fit ſæcularis, an in foro Eccleſiæ ſit cognoſcendum. ibi.*

9 *Iudices regij tenentur chartas aſſecurationis datas clericis obſeruare.*

AN ILLE QVI POST DELICTVM *beneficium adeptus eſt teneatur in ſæculari comparere ſuum priuilegium allegaturus ad Ordin. lib. 2. tit. 1. §. 21. 22. & 23.*

CAP. 40.

IN hæc verba diſponit Ordinatio Regia lib. 2. tit. 1. §. 21. *E ſe algũa peſſoa houuer beneficio depois de cometer hum delicto, & ſer infamado delle, & buſcado pela juſtiça, ſerà obrigado a apparecer ante o juyz ſecular, em cujo juyzo eſtiuerem as culpas, por não ſer notoriamente beneficiado, ou clerigo de ordẽs ſacras: & perante o mẽſmo juyz ſecular moſtrarà como he clerigo de ordẽs menores, & como he verdadeiramente beneficiado, para hauer de ſer remetido ao foro eccleſiaſtico.* Ideſt, ſi quis beneficiũ ſit adeptus poſt delictũ, & poſtquã de illo erat infamatus, & à miniſtris requiſitus, tenebitur corã iudice ſæculari cõparere, vbi eius criminum teſtimonia ſeruan-

ſeruantur, cùm non ſit, hic talis eſt notoriè beneficiatus, aut clericus in ſacris, & coram eodem iudice ſæculari oſtendet quòd eſt clericus in minoribus, & quomodo eſt verè beneficiatus, vt remitti debeat ad forum Eccleſiæ.

• Hæc Ordinatio deſſumpta fuit ex breui Leonis contento, lib. 1. breuium, fol.203. in archiuo publico: & ex altero breui Pij quarti, lib 2. breuium, fol 118. in eodem publico archiuo. Sic ampliato articulo quarto ſecundæ concordiæ Regis Alphonſi tertij, primo tomo huius tractatus, fol 220.n.38.

Pariter Ordinatio Regia in §. 22. iubet vt chartæ ſecurationis clericis a ſuis Prælatis conceſſæ, in ſæculari obſeruentur, & deducta fuit ex concordia Ioannis primi, art.25 primo tomo huius tractatus, fol.262. num.198. & Regis Petri, art.14 fol 251.n.154

Item & Ordinatio §23. quæ iubet vt clerici in ſacris notorij ſtatim ad ſuum iudicem, ſine alia probatione, remittantur, deducta fuit ex 14 articulo, ex prima concordia Dioniſij, fol230 nu 63. & ex articulo octauo quartæ concordiæ, num. 125 & ex concordia Regis Petri, art 6. num.146 & Regis Ioannis, art 24 num.197.

2 Quoad primum de eo qui ordines poſt delictum ſuſcepit diximus ſupra ad Ordin.lib 2.tit.1.§3. & infra ad §.27. dicemus vbi videri poteſt, & vltra ibi dicta Ordinatio in præſenti non negat priuilegium fori clerico, qui poſt delictum ordines ſuſcepit, ſed ſolum intendit eum obligare, vt coram ſæculari cõpateat priuilegium ſuum allegaturus: non enim conſtat ipſum eo caſu eſſe notorie priuilegiatum, cum multi caſus dari poſsint, in quibus in ſæculari adhuc pulſari valeat, veluti ſi illud quod dicitur beneficium tale non ſit, vel ſi non habitum per annum ante delictũ iuxta formam breuis Iulij tertij, ibi: *Item, os Clerigos de menores que não coſtumaſſem de andar em habito clerical, & que não tiueſſem beneficio, por hum anno antes do delicto, &c.* Secundum quem intelligendi modum olim in Senatu quidam Luppus de Abreu remiſſus non fuit, quod beneficium poſt delictum adeptus fuiſſet, & tandem etiamſi foro gaudeat vt remittatur, adhuc quoad bona in ſæculari cauſa procedet, ſi beneficium aſſequutus proponatur poſt citationem, vel poſtquam legitimè conuictus ſit, Cenedus ad decretal. collect 23. Farin. in praxi quaſt. 8. num. 105 & conſ.77. Gratian Forenſ. cap 224. & cap. 228. à num 20, Valaſc. conſ 48 num.7, Barboſa in l Titia, num 31 ff ſolut matrim. Marta caſu 121. num 20, Ceuallos 4. p. quæſt 1. num. 1025 Caldas Pereira forenſium lib.1 quaſt 25 num 18. Franchis deciſ 329. num 9.

Ex quibus in his qui poſt delictum priuilegium clericale aſſequuti ſunt, dubitari poteſt, an allegatum priuilegium prodeſſe poſsit Primo in eo qui ante aliquam citationem poſt comiſſum tamen crimen fit clericus. Secundo, in eo qui poſt verbalem, aut realem citationem clericus effectus eſt; an ex eo effugiat forum ſæcularem, & quidem in primo caſu de iure communi ſi quis, abſq; fraude, clericus fiat in minoribus, in foro Eccleſiæ pulſandus eſt, ex reg. cap.2. de foro comp Quando verò fiat in fraudem, in eo foro puniri poſsit quoad bona, & pœnas pecuniarias tantum, non verò corporalem firmat Gomez 3 tom de delict cap 10. num. 1. Auendan lib 1 pra tor. cap.22 num.12. Perez ad leges Caſtellæ titul. 1. lib 3. Clarus in pract quæſt 36. nu.43 Placa de delictis cap 35.nu.3 Boſsius in pract. titul de pœnis num.38, Gregor. in l 56. titul.5 part.1. Borrel in ſumma deciſ tit. 43. de foro comp num.3. Soarez receptarum, verbo Clericus, Bobadilla lib 2. cap 18 num 77. Azeued in l.1.t 3 tit.4. lib.1 recopil. Guterrez pract lib. 1. q.5. Marta de iuriſdict part.4 caſ 121 n 20. Ceuallos contra communes quæſt 563. num. 5. 3

n 5. Barboſa in l.Titia,n.31 ff ſolut.matrim.& in l.Si quis poſteaquam,nu.116. & ſeqq ff.de iudic. cuius opinionis fundamentum eſt deciſio text in l Hos accuſare,12.§.Item magiſtratum, ff de accuſation. ibi: Dum non retractandi leges cauſa,&c. Melior text.in l.Qui cum vno, §.Non omnis,ff de re militar. ibi: Vt pretioſior ſe aduerſario faciat, &c. l.vlt.ff eod l.Si quis decurio, 21. § Nec vero,C.ad l.Corn.de falſis. Cuius aſſertionis ratio videtur quia ſi per ordinis ſuſceptionem ſæculare iudicium vitaretur,multis fraudibus pateret occaſio, & crimina corporali pæna digna,impunita remanerent,quæ ſententia licet communis in puncto iuris, ſequentibus obruitur fundamentis Primo, quód ſuprapoſita traditio habere poteſt locum in eo qui mutauit forum, à quo reddire poteſt,ſeu reuocari ſine alterius præiudicio,& iniuria,non veró in clerico qui etiam inuitus detinetur in ſuo priuilegio,& ſine boni publici præiudicio illud demittere non poteſt. Deinde communis admittit clerico prodeſſe ſuſceptionem ordinis quoad crimina capitalia, vel quæ corporalem coertionem mercantur: cum tamen eo caſu maior detur fraus,& Reip. detrimentum, ideo ſi communis in hoc caſu admittit ordinis ſuſceptionem prodeſſe,illud idem debet admittere in minori crimine,& reſpectu pænæ pecuniariæ,vel vtroq, caſu forum denegare, facit deinde contra communem d.l.Qui cum vno,§.Reus dum voluntarium militem ante militiam accuſatum dicit in foro militiæ pulſandum, quia redire non poſſet ad illum forum ſine dedecore militiæ, & publico incommodo; pariter ergo & clericus qui militi comparatur, vt per DD in cap. Odoardus de ſolution Baeſſa in tract. de debitor Inop.cap 17 nu 12 Guterrez de iurm confir 1.p. cap 16 nu.7 Euerardus in Topicis cap.22 non parum eo adiuuat reg. d. §.Non omnis, dum dicit militem qui in fraudem militiam ſuſcepit eſſe exautorandum,& remittendum, agnoſcit ergo clericum non poſſe antequam exuatur priuilegio ad antiquum forum remitti,per hæc fundamenta oppugnatur communis ab Archidiacon in cap 1.n 2. 11.q.1. Bellamera in cap.2.de foro comp.q.2. Felin. in princ & alij quos refert Socin. num 49. proſequitur Marta d. caſ 121. à princ. vbi plures citat, n 5.

Hæc quidem de iure cõmuni ſunt,nã 4
apud nos nõ ſola ſuſceptio ordinis ſufficit,vt quis exẽptus euadat à ſæculari foro,niſi per annum ante delictum dictus ordo ſit ſuſceptus,& delinquens in habitu incedat, vt diximus ſupra hac 2. part. Ordin lib 2 tit 1. §.3 & 4. de quo eſt breue Leonis, anni 1520. lib 1. breuium, fol.203 & alterum Iulij tertij, lib.2 fol.118.

Vnde in ſecundo caſu ſuprapoſito, etiamſi præcedat citatio, idem dicendum eſt, ac in ſuperiori caſu ex ijſdem fundamentis.

Atque ex his maius dubium eſt in eo qui vltra minores ordines beneficium adeptus eſt qui caſus eſt ille de quo noſtra lex regia in præſenti agit;& quidem illa regula ſuprapoſita ex communi Doctorum ſententia, ſemper limitari debet in clerico in ſacris, vel in eo qui beneficium habet eccleſiaſticum, quia beneficium habentes æquiparantur in ſacris conſtitutis,vt diximus ſupra d. §. 3. & 4. Nec obſtabunt verba breuis Iulij, quæ ſupra retulimus,quibus videtur probari requiri vt beneficium obtineatur per annum ante delictum, quia illa verba: *E que não tiueſſem beneficio*, debent intelligi poſita,interparenteſim, vt ſit ſenſus quód ordines debent eſſe ſuſcepti per annum ante delictum, vel beneficium adeptum, quaſi illa verba ſequentia: *Por hum anno antes do delicto*, coniungenda ſint cum prioribus: *Que não coſtumaſſem andar em habito, &c.*

Hunc intellectum ſic præſtitit præceptor meus Doctor Chriſtophorus 5

Ioannes ad cap. 2. de foro competent. attendens ſolùm ad verba extrauagantis, quæ deſſumpta fuere ex dicto breui Iulij tertij, quæ eo modo quo extracta fuere, illum ſenſum admittunt, quod tamen ſecùs eſt in ipſo originali, cuius verba non patiuntur talem interpretationem quæ ſic habent, quòd ſi contigerit ſæculares clericos in habitu clericali, vt præfertur incedere non ſolitos, & eccleſiaſtica beneficia, per annum ante delictorum huiuſmodi perpetrationem non obtinentes, &c. Quibus verbis manifeſte apparet in hoc Regno, & requiri habitum, & inſimul beneficij obtentionem, quod quidem ſi præceptor doctiſsimus viderit, non talem ſomniaret interpretationem.

6 Atque his ſic conſtitutis facilimè procedit noſtra Ordinatio Regia, dùm obligat clericum habentem beneficium vt comparcat in ſæculari, & proponat ſuam exemptionem, & beneficij titulum ibique probet ſe verè beneficiatum, ex reg. cap. Si iudex, de ſentent. excom. lib. 6. quod nullo modo tollerari poſſet, attento iure, quia Ordinatio in § 23. & 24. & ſupra in §. 22. circa titulum clerici in ſacris aliud ſtatuit, & quod inſpectis literis ſtatim remittatur, vel ſi notoriè ſit beneficiatus, vnde cum clerici beneficium habentes, & in ſacris æquiparentur de iure communi, & regio, Ord. lib. 2. titul. 1. §. 23. non pôterat Regia Ordinatio diuerſum procedendi modum introducere hoc caſu, cum illa cognitio an verè beneficiatus ſit, ſit cognitio de veritate tituli, quod quidem iudici ſæculari non permittitur. Quare ſuppoſito dicto breui Iulij tertij, iuſtiſſimè lex regia diſpoſuit in præſenti, & in d. §. 25. quod beneficiati neceſſario probent ſe verè beneficiatos, quæ cognitio eſt facti, computato tempore adeptionis beneficij, & perpetrati criminis, quia ſi alterum deficiat, non verè exiſtit beneficiatus ad effectum remiſsionis, quæ facti cognitio coram ſæculari fieri debet, ex his quæ clarus, §. fin. quæſt. 38. num. 21. Perez lib. 3 titul. 1. l. 2. fol. 466. Barboſa in l. Titia, num. 29. ff. de ſolut. matrim. Vnde exploditur illorum interpretatio qui ſentiunt, quòd ideo lex regia requirit comprobationem tituli, & beneficij, quia eo caſu debet probari non ſolùm beneficij adeptio, ſed & ipſius poſſeſsio. Satisfit namq; quia in beneficijs ſola collatio dominium præſtat abſq; appræhenſione, cap. Si tibi abſenti, de præbend. lib. 6. Quare lex regia iubet iuſtificari verã beneficij cauſam, non reſpectu beneficij, ſed reſpectu temporis, nec obſtat Ordinatio in §. 22. hoc titulo, ibi: *Como eſtão em poſſe*, quia ibi requiritur probatio poſſeſsionis quia agitur ad alium finem, & requiritur beneficium in actu, non in habitu, vt tanquam verè beneficiatus defendatur. Qua ſic præſtita interpretatione patet intellectus ad Ordin. d. §. 23. vbi notorietas ſufficit in clerico in ſacris, Gama de ſacramen. quæſt. 5. num. 25. in beneficiato ſi ſe verum beneficiatum probet, vt ſupra diximus: & probat Barboſa in d. l. Titia, num. 29. Caldas Pereira forenſ. lib. 1. quæſt. 25. num. 18. Guillelm. in cap. verbo, Et vxorem, num. 442. Rebuf. ad leges Gal. titul. de liter. oblig. gloſ. 3. num. 15. & in tract. de exception. num. 203.

Quid dicendum ſit in eo qui poſt delictum efficitur Monachus lex regia nõ 7 decidit, & quidem non eadẽ eſt ratio in monacho, ac in clerico, quia licet delinquens nõ poſsit ſacros ordines ſuſcipere ſine diſpenſatione poteſt tamẽ fieri monachus, vt per Abbatem in c. In quibuſdam, num. 1. de pœnis, vbi Socin. nu. 11. Mayolus de irregularit. lib. 2. nu. 6. adeo vt nec quoad bona ſubiectus maneat priori iudicio, licet in fraudem fiat, licet non præſumatur quem effici monachum in fraudem, arg. l. fin. §. 1. ff. de his qui ſibi mortem, quod amplia etiam in ipſo nouitiatu, Hoſtienſ. in cap. Statutum, colum. 2. verſ. Poſſe de regular.

Franchus

Franchus in cap Religioſo , de ſent excomun. lib. 6 Tiraq. de rètract. Linag. §. 1. gloſ. 8. num. 21. iudicatum refert Brunolus deciſ. 11. faciunt quæ Marta d. caſ. 121 n 27. & caſ. 95. licet Ceuallos 4 p. d. quæſt. 897. num. 1027. quoad bona adhuc in ſæculari puniendum monachum dicat deciſum per Vincentium de Franchis deciſ. 192. & 384 & 656. quod quidem admitti poſſet quando probaretur manifeſta fraus ex circumſtantijs, quæ iudicis arbitrio æſtimandæ ſunt ipſo iure, namq; bona monaſterio acquiruntur miniſterio legis , auth. ingreſſi, C de ſacroſ eccleſ.

8 Quid autem dicendum è conuerſo quando qui beneficium habens delinquit, & poſtea matrimonium contrahit, & exutus priuilegio clericali exiſtit? An tunc debeat conueniri in foro ſæculari, & quidem eo caſu ſpectat cauſæ cognitio ad iudicium Eccleſiæ, quia attenditur criminis initium , & origo vt reliqua quæ inde pendent , eundem forum ſequantur, Gratian. Forenſ. cap. 224 & in ſpecie probat Bald in l Humanitatis ad fin. C. communia de ſucceſsion authoritate gloſ receptæ in l Nemo poteſt, ff. delegat. 1. poſt alios Iaſ ibi 1. lect. n 87. & ibi Crotus ad fin. Alex conſ. 8. lib. 1. Bertachinus in tract. de Epiſcopo lib. 4. 5 part. quæſt. 27. num. 47. Clarus q 36. num. 11.

Sed quidem hæc opinio vera non videtur, quia omne delictum de ſe temporale eſt , ſolumq; ratione perſonæ ad hoc, vel illud iudicium ſpectat , vnde cũ priuilegium perſonæ attendi debeat quando iudicium incipit , l Cum quædam puella ff de iuriſd omni iudic cap. pen de foro compet. plane ſi eo tempore clericus nullum habeat priuilegium, nulla ratio eſt ob quam ad iudicium eccleſiaſticum remitti debeat. Deinde ex hac Baldi , & communi opinione ſequeretur per contrarium , idem fore obſeruandum in eo qui poſt delictum factus eſt clericus, vel aliud obtinuit fori priuilegium , quoniam contrariorum eadem eſt diſpoſitio , l 1. ff de his qui ſunt ſui , Bal in cap. Cum veniſſent , de iudic. Roland. conſ 6 n. 6 lib. 1. Atvero is qui non fraudandi cauſa , ſed bono animo poſt delictum factus eſt clericus, vel aliud priuilegium obtinuit, priuilegio eo vtitur, l Hos accuſare , ff. de accuſation. omnes in cap. 1. de obligat. ad ratiotinia. Couarr. pract. cap. 32. num. 4. concluſ. 2. Pariter ergo in caſu contrario qui factus fuit ſæcularis in eo foro accuſari debet , quem modò mutauit ; deinde quia idem foret in contractibus , vt is iudex eſſet competens, qui tempore contractus erat competens, ſi ante cæptum iudicium forus mutatus eſſet , quod tamen receptum non eſt, vt per DD. in d. cap. 1 & deducitur ex cap. vlt. de foro comp.

His ſic reſolutis , tranſeamus ad Ordin. in d. §. 22. in qua diſponitur quód iudices Regij ſeruent Prælatorum chartas aſſecurationis, aliaſq; concedant beneficiatis, vel clericis in ſacris, & quidem hæc Ordinatio cum faueat libertati clericorum , & inſurgat in auxilium legis Canonicæ, & præcepti ſuperioris eccleſiaſtici non eſt mei inſtituti de illa diſcerere. Solùm noto quòd non video ſatis congruam rationem differentiæ cur hæc lex loquuta fuerit de conſtitutis in ſacris , & beneficium habentibus , nec debeat extendi ad ſimplices clericos in minoribus conſtitutos, qui chartas aſſecurationis á ſuo iudice eccleſiaſtico obtinuerint, cùm eadem ſit ratio. 9

SVMMARIVM.

1 *Copia proceſſus petiti à iudice eccleſiaſtico quomodo mitti debeat?*

2 *Iuriſdictio eccleſiaſtica, & temporalis ſe adinuicem coadiuuare tenentur.*

Proceſſus factus in iudicio incompetenti non facit fidem in iudicio competenti. ibi.

3 *Laicus non fit de foro Eccleſiæ eoquòd cum clerico deliquerit.*

AN IVDICES SÆCVLARES TEneantur deprecati copiam proceſsuum ad iudices eccleſiaſticos remittere? Ad Ordin. lib.2. titul.1. §.24.

CAP. 41.

1 Diſponit Regia Ordinatio quòd imploratus ſæcularis iudex copiam querelæ, vel inquiſitionis remittat ad eccleſiaſticum, in quo deſſumpta fuit ex concordia habita cum Rege Petro art.7. quæ ad finem primi tomi continetur num.147.& ex altera Regis Ioannis,art.26.n.199.& art.60.n.233.

Ratio huius concordiæ ex eo procedit, quia vtraq; iuriſdictio temporalis, & eccleſiaſtica ſe coadiuuare debent, ex reg. cap. Ex tenore de foro competen. cap. Nouit, de iudic. ibi: Non putet aliquis,&c. gloſ. in cap.2. de priuileg. in 6. Auiles Prætor. cap.20. verbo Vſurpan. Bobadilla lib.2.cap.17 num.185.& cap. 18 num.15. Azeued.lib.4 tit.1.l.11.n.10. Decian tract criminal lib.4.cap.11 alias nanq; licebit iudici ſuam iuriſdictionem armis tueri, Bobad.vbiſupra, n.60. Franciſcus Marcus q.315. Menoch. de retinend. remed.3. à num.356.

Inſuper oſtendit Regia Ordinatio, 2 quód probationes,& proceſſus factus in ſæculari debet obſeruari in eccleſiaſtico,& fidem ibi faciet, ſed quidem hoc deduci non poteſt ab hac Ordinatione, cùm de iure ſit certum quòd iudex eccleſiaſticus non tenetur ſtare proceſſui condito in iudicio ſæculari, notat gloſ. 2. in cap. 1. n.23. quæſt.5. Bart in l. Magiſtratus, ff. de iuriſd omni. iudic. á n.4. & in l. Diuus, ff.de cuſtod. reorum per text. ibi communis, ex Decio, Viuio,& alijs relatis per Maſcard concl.33. num. 24. verſ. Iſtis,& per Clarum in pract. §. vlt. quæſt.36. num. vlt. notab. Canoniſtæ in cap. At ſi clerici de iudic. & in cap. Olim 25. verſ. Eumq; ibi confeſſus de reſcript. iuxta intellectum, Abbatis n.12. & Hipolit. ſing.309.

Tandem in illis verbis: *E não no que tocar a outras peſſoas*, ſatis explodit ſententiam eorum qui arbitrabantur quòd ſi laicus, & clericus ſimul delinquit vterque fiebat de foro Eccleſiæ, ſed non 3 ſeruari

ſeruari in praxi dixit Clarus §. vlt. q 36. num. 46. Cened. ad decretal. collect. cap 76. à num. 2. Fachin. controuerſ. lib. 9 cap. 31 Farin. in praxi quæſt 8. num 151. Bobad lib 2 cap 17 num 90. Trentacinq. variar lib 2 titul. de iudic. reſol. 16 Marta de iuriſd part 4 cent 2, caſ 119. Azeued l 10 tit 1 lib. 4. à nu 24. Couarr pract cap. 34. num 1. Gomez 3. tom. cap 10 num. 6. Menoch de arbitrar. caſ 271. num 13. Parlad. different 9. §. 1 num 36. Guterrez pract. lib 1. q. 6. & lib. 3. quæſt. 30. num 51. Farin. quæſt. 8 num. 151. Oſaſcus deciſ 103. num. 10. Marta de iuriſdict. part. 4 cent. 2 caſ. 119.

SVMMARIVM.

1 *Clerici qui ſententias obtinent abſolutorias in eccleſiaſtico poſſunt petere à ſæculari vt eas obſeruari faciat.*

Solent expediri requiſitoriæ ad Reges vt ipſi exequi faciant ſententias habitas in eccleſiaſtico, in quo cautè procedendum eſt. ibid.

AN INTERPELLATVS IVDEX *ſæcularis poſsit iubere vt ſententia iudicis eccleſiaſtici obſeruetur? ad Ordin. lib. 2. tit. 1. §. 25.*

CAP. 42.

1 QVOD clerici qui ſententias abſolutorias adepti ſunt coram ſuo iudice ordinario poſſint impetrare à Prætore Curiæ, vt iubeat eos non moleſtari, fuit concordatum cum Rege Petro in articulo 14. ſuæ concordiæ relatæ primo tomo huius tractatus, fol 251. & art 27. Ioannis primi n 200.

Hæc Ordinatio eſt in fauorem Eccleſiæ, & ideo in eam comendandam non immoror; ſolùm noto procedere in clerico qui ſententiam abſolutoriam obtinet, & timet adhuc poſſe moleſtari à iudicibus ſæcularibus, de facto, ad requiſitionem Prælati, vel alterius partis. Vnde ſi ſententia ſit condemnatoria, & illius petatur executio, nullo modo ſe poterit ingerere Prætor Curiæ, quia eſt vltra concordiæ limites: inſuper, quia dum petitur executio, debet implorare auxilium brachij ſæcularis, iuxta Ordinationem lib 2. titul 8. vbi dicemus, & lib. 1. tit 6 §. Vbi diximus. Huius Ordinationis occaſione vidi ſæpe in Senatu Palatij expeditas chartas in fauorem eccleſiaſticorum, qui ſententias Romæ habitas exequi petunt, & forſan quia ſi earum executionem in foro eccleſiaſtico petierint, poterunt partes conqueri, & earum detegere nullitates, conuolant ad manum Principis huius legis occaſione, vt ipſe exequi iubeat, prætextu cuiuſdam introitus quem Romæ ſolent apponere, in quo Regum auxilium in talium mandatorum executionem implorant, quod quidem admittere eſt in

media luce cæcutire, & in maximam Rerpubl. perniciem vergit, cum magno partium præiudicio, citra ſummi Pontificis intentionem, quare dum tales ſententiæ, vel executoriæ præſentantur, debent tales remitti ad iudices ordinarios, vt partibus auditis cauſæ decidantur, ne hoc modo contingat Principis manum protegere illos, quibus leges regiæ obſtant, quorumq; impetrationes potius deteſtandæ, quàm fauendæ forent, vt igitur his malis mederi poſsit, ſatius eſt hoc ad ordinarios iudices remittere decidendum.

SVMMARIVM.

1 *Capere arma clericis horis prohibitis an ſit contra Eccleſiæ libertatem?*
Miniſter qui talem legem exequitur puniri debet. ibi.
Si clericus arma amitteret eſſent applicanda fiſco eccleſiaſtico. ibi.
2 *Quòd valet lex ſæcularis quæ iubet vt arma capiantur hora prohibita.*
3 *Quæ ſit ratio?*
Lex ciuilis dum arma prohibet adiuuat iuris canonici prohibitiones. ibi.
4 *Generalis lex ligat clericos.*
Clericis armorum delatio aliquando licita. ibi.
5 *Clericus an poſsit puniri pœna pecuniaria á lege impoſita?*
Quòd poſsit. ibi.
Apud nos lege regia æquior opinio ſequuta fuit. ibi.
Dubia quæ emergunt ſuper captura, ad iudicem ſæcularem ſpectat. ibi.
Sæcularis ſolùm ſpoliat clericum armis delatis hora prohibita. ibi.
Hora prohibita eſt poſt pulſationem campanæ. ibi.
Pulſatio campanæ cur fiat? ibi.
Pulſatio habet vicem monitionis. ibi.
Prohibita poſt tempus vſque ad illud ſunt permiſſa? ibi.
Tranſacta hora, ſi campana non ſit pulſata, ſufficit vt capi poſsit. ibi.
Plures caſus qui poſt pulſationẽ campanæ accidere poſſunt. ibi.
6 *Clericos repertos in flagranti delicto laicus capit.*
7 *In flagranti quando quis capi dicatur? ibi.*
8 *Monachus poteſt capi in flagranti vt remittatur ad ſuum iudicem.*

AN

AN VALIDA SIT LEX TEMPOralis quæ permittit magiſtratibus ſæcularibus vt arma horis prohibitis clericis capiant? Ad explicationem Ordin. lib. 2. titul. 1. §. 26. & lib. 5. titul. 80. §. 11. & lib. 1. titul. 58. §. 18. & lib. 5. titul. 117. §. 8.

CAP. 43.

1 DEducta proponitur ex concordia Ioannis primi art. 11. 12. & 13. num. 185. & in art. 15. & in art. 20. num 103. dum ſtatuit Ordinatio quód clericis arma capiantur, ſi prohibitis horis cum illis inueniātur, & dū ſæcularibus magiſtratibus illa facultas indulgetur videtur receptis opinionibus contraria, quibus cauetur laicos magiſtratus non poſſe clericos ſuis armis ſpoliare, vt dixit Placa ~~in praxi lib. 1. cap. 8. num~~ 24. verſ. Quidem, fol. 137. Guido q. 73. Rippa lib. 1. reſponſ. cap. 13. Bal. in l. Si quis per calumniam, verſ. Quæro vtrum familia C. de Epiſcop. & cler. Aufrer. reg. 3. fal. 4. Panor. & alij in cap. Cum non ab homine, de iudic. qui ſolùm admittunt clericum capi poſſe, & quòd honeſte deferatur ad ſuum iudicem, vt in cap. Vt famæ, § Vt laici, de ſentent. excomunicat. Vnde infertur quòd lex ſæcularis non poteſt punire clericum armorum amiſſione, & quôd miniſter tale præceptum exequens ſacrilegium comittit, iuxta cap. Nuper, de ſentent. excomunic. quia arma ſi admitterentur eſſent adiudicanda fiſco eccleſiaſtico, vt per DD. in cap. Grauem, de ſent. excomunicat. & facit cap. 1. de pace tenēda in feudis, verſ. Epiſcopos, vbi prohibens conuenticula ad Epiſcopos ſe refert, vt illi prouideant, &c.

Verum his non obſtantibus, lex regia iuſtiſsimè diſponit, vt armis clerici ſpoliari poſsint, prohibito tempore, in quo articulo duo includuntur. Primum, an ſolùm armis valeant ſpoliari per miniſtros ſæculares? Secundum, an etiā poſsint in ſæculari pœna ciuili puniri, talia arma prohibita exportantibus impoſita? Et quoad primum, receptiſsima eſt opinio poſſe legem ſæcularem ita ſtatuere, & vigore illius poſſe talia arma capi ſine metu excomunicationis dixit Guterrez lib. 1. pract. cap. 12. num. 4. Bobadilla lib. 2. polit. cap. 18. num. 66. imó, & ipſos clericos præhendi, & deferri ad ſuum iudicem dixit Placa vbiſupra d. num. 24. & ſeq. Aufrer. de poteſtat. ſæcular. ſuper eccleſiaſtic. reg. 1. num. 21. fal. 13. Caſſaneus in conſuet. Burgun. rub. 1. §. 5. num. 75. Menoch de arbitrar. centur. 4. lib. 2. caſ. 394. nu. 31. Pallatius rub. in repet. cap. Per veſtras 2. notab. §. 44. num. 13. Couarr. qui teſtatur ita in praxi ſeruari, lib. 2. Variar. cap. 20. num. fin. & pract. cap. 33. num. 7. Garcia de nobilit. gloſ. 9. num. 53. Azeued. in l. 9. titul. 13. lib. 1. recopil. Tiraq. de nobilit. cap. 20. ex num. 67. Borrel. in add. ad Belugam rub. 11. § Dubitatur, verſ. Indifferenter, num. 17. lit. A. Tiberius Decian. in tract. crimin. 1. tom. lib. 4. cap. 9. num. 140. & 2. tom. lib. 8. cap. 3. num. 23. Mexia de taxa panis, concl. 5. n. 58. Salzed. in additionib. cap. 56. lit. A. fol. 167. 2

verſ Pro quo etiam, Paz in pract. tom. 1. 8 part.cap vnico, num.7. & 10. Clarus in pract. §.fin quæſt 36.num.26. Redin. de maieſtat. princip. verbo Non armis ſolùm, 2 part.num.163 Farinac. 2 to.n.tit. de inquiſition.quæſt 8.n.96.

3 Cuius rei plures aſsignantur rationes. Primo quòd lex arma prohibens clericos,& laicos ligat, quia omnibus armorum vſus prohibitus eſt, tam clericis, quam laicis,ex l 1. C. vt armorum vſus, lib 11. cap Clerici,de vita, & honeſtate, Couarr.vbiſupra d num.7. Placa de delict d. cap 8 num. 25. Vnde fit quód cum arma,attento iure Canonico,clericis prohibeantur rectè poteſt lex ciuilis, adiuuando iuris Canonici prohibitionem pœnas addere, vt ſingulariter reſoluit Guterrez circa Intellectum legis regiæ. lib.2. cap 1. num 16. facit Clem. ne Romani de electione, Barboſ. 4. p. l.1.num.37 ff.ſolut.matrim.

4 Facit deinde quia hæc lex lata generaliter,ob publicam vtilitatem,clericos ligat,ex l Addictos, C.de Epiſcop.audi. Guterrez d.quæſt.12. & quæſt 24. nu 2. Placa vbiſupra, num. 24. cuius obſeruantia cum iuri Canonico non repugnet, tacitam continet Pontificum approbationem,tam inueterato Hiſpaniæ vſu corroboratam, Bobadilla d.nu 66. vltra quod Reip. hæc lex ſit vtiliſsima, ſequerentur enim plurima mala ſi clerici liberé armati inſederent inter laicos horis prohibitis, cùm in eccleſiaſtico foro non ſint miniſtri qui eos armis ſpolient, quod in ordinis dedecus redundaret,& maximas cōcitaret in Rep. perturbationes, provt in eos eleganter inuehitur, Placa vbiſupra n 16. Ab hac tamē regula aliqui excipiuntur caſus,in quibus ipſis armorum delatio licita eſt, de quibus agit Regia Ordinatio, lib.5. titul. 80. §.11. ibi: *E iſto ſe não entenderà quando os ditos Clerigos de Ordēs Sacras, ou Beneficiados forem às Matinas, ou dellas vierem direitamente para ſuas caſas, ou andarem caminho, ou forem fóra da Cidade, villa, ou lugar donde viuerem, & enquanto là eſtiuerem, ou tornarem para ſuas caſas, porque em tais caſos mandamos que lhe não ſejão coutadas, nem tomadas.* His enim caſibus ad defenſionem perſonæ,& bonorum poſſunt cum armis inſedere, Roland. conſ 3 nu 2. vol 2. Decian 2 tom. criminal. lib. 8 cap. 3. num 24. Azeued. in l.1. num 6. titul 6. lib 6. recopil. vbi citat Hipol.in pract.§.Pro complemento, nu 4 In itinere autem poſſunt occurrere latrones, à quibus ſine armis non poterit clericus ſe defendere,vt dixit Socin. in reg 3. limit 6. Abb in cap. 2 de vita,& honeſt.& Tiberius vbiſupra, & Azeued d.num 6 Cùm enim,attento iure, clericorū arma ſint lachrymæ, & orationes, ex text.in d cap Clerici, & per totam, 23 quæſt.8 cap fin 36. diſt. cap Porro, 16. quæſt 4 Placa d cap.8. num 26. Azeued vbiſupra num 1. Bobadilla d cap 18.num.67. ideo extra caſus à iure permiſſos clerici arma exercentes clericali priuilegio exuuntur, cap. Quiſquis 17. quæſt. 4. Belluga in ſpeculum, rub 11. §.Dubitatur, num 17. fol 59.

Secundum autem dubium eſt; An clerici ſic armis ſpoliati poſsint à iudice ſæculari in pœna pecuniaria à lege ciuili impoſita puniri cuilibet cum talibus armis depræhenſo impoſita, & de iure non poſſe condemnari, niſi à ſuo iudice apud quem pœna petenda eſt, reſoluit Salzedo d.cap.55. verſ Pro quo, Platea in §. Item lex Iullia inſtit. de public. iudic. Palatius in repeti.cap.2. notab. §. 44. ſed eſt pulchra, num 13 Azeued in d. l 1. num 3. Paz in pract. 1 tom. part.8. cap. vnico, num.7. Clarus in pract.§.fin. quæſt 36.num.26. Sarmiento lib. 7. ſelectorum,cap.13 num.2 Couarr pract. cap.33.num.7. Guterrez lib pract cap 3. num.11. & cap. 12. num 7. vbi latè diſputat. 5

Non deſunt tamen maximæ authōritatis viri qui etiam hoc caſu ſæcularem iudicem eſſe competentem aſſerāt ad

ad pœnam pecuniariam exigendam, quos citat idem Placa vbi ſupra num.26. plures more ſuo refert Bobadilla d.cap. 18. num 69 lit.B inter quos eſt Epiſcopus Redin. de poteſtate Principis verbo Non ſolum armis, num.166. quem confutat Salzedo d cap 55. & Sarmiento d. cap. 13. num.2. quos ſequitur Bobadilla num.71 in fine, quia æquiorem opinionem fouent,& eccleſiaſticæ libertati fauorabiliorem, quæ in dubio ſemper amplectenda eſt. In puncto autem iuris verior videtur opinio Redin.quam multis, & efficacibus rationibus Bobadilla fouet, n 71.

Apud nos autem hic labor conquieſcit viſa Ordinatione Regia quæ æquiorem ſequuta opinionem ſolùm permittit vt clericis arma capiantur a magiſtratibus, vel miniſtris ſæcularibus quibus videtur pænarum actionem denegaſſe, vt nec coram ſuis iudicibus eas perſequi poſsint Vnum tamen dicam, quòd ſi contingit quòd ſuper hac armorum captura aliqua inſurgant dubia ſuper quibus partes audiendæ ſint, hæc cauſa ad ſæcularem iudicem ſpectat, cũ incidat in armorum captione, cuius ipſe capax eſt, ex permiſsione legis, alias ſequeretur quod Præfcs curialis qui clericum armatum inuenit teneretur adire tribunal iudicis eccleſiaſtici,quod videtur abſurdum, nam conceſſo antecedenti conceditur, & ſubſequens, maximé quando vnum ab alio dependet, & eſt indiuiduum,& facit quia hæc cognitio his caſibus non iuris eſt, ſed facti, cuius ſæcularis capax eſt etiam quando cauſa eſſet ſpiritualis,ex his quæ dixi in §.2. & probat Bobadilla d cap.18. n.34.& 235.

Vnde cùm lex regia iubeat vt clerico arma capiantur ſi cum illis inueniatur armatus, tempore reliquis ſæcularibus prohibito, in quo videtur ſe referre ad campanæ pulſationem,de qua eſt Ordinatio Regia lib.1 titul 65 §.14 Gonzal. de alter. gloſ. 12. ȝ.1. num. 27. Multa poſſunt eueniri ſuper quibus inter captum,& præſidem contentio oriatur, in quibus partes audiendæ ſint,& requiratur citatio,& cauſæ diſcuſsio, & tandem vt feratur ſententia ſit exemplum, quãdo campana pulſata non eſt, nam licet clericus omni tempore arma portare neqaeat,ita vt illis poſsit ſpoliari,ſiue interdiu, ſiue noctu,attento iure communi,vt dixit Azeued.d tit.6.lib 5 l.4.nu.2. Tamen Ordinatio Regia ſolùm ſæculari miniſtro permiſit vt clericum ſpoliaret horis prohibitis,& contigit omiſſam fuiſſe campanæ pulſationem, vt ſæpè contigit,& eo caſu non ſine colore diſputabitur, an armis poſsit clericus ſpoliari, primo quia lex attendit ſonum campanæ,& iubet vt pulſetur, & conditionaliter videtur illud requiri,alias iuſtam habebunt ignorantiæ cauſam pernoctantes,cùm ſæpè contingat vt horologia non audiantur, vel ob diſtantiam loci, vel ob gentium concurſum; nec obſtabit quòd lex aſsignat tempus quo finiri debet pulſatio quod cauſam finalem inducit prohibitionis ne extra illud tempus aliquis armatus incedat: ipſa veró pulſatio demonſtrationis cauſa videtur fieri vnde licet omittatur, cúm tranſeat illa hora, habebitur acſi pulſata fuiſſet, argumento eorum qui tradit Euerardus in loco ab vſitatis, fol 440. verſ. Hinc etiam Angel. de malefic. in parte de nocte,num.4.quia ſatisfit quód illud non procedit vbi lex formam præſtat,quia tunc omnes qualitates requiſitæ debent interuenire, ſcilicet pulſatio, & hora quia habet vicem monitionis pulſatio, Guterrez d quæſt.24 num 25. maximè quia prohibita poſt tempus vſq; ad tempus cẽſentur permiſſa,l Pater, § Fundum, titul leg 3 l Imperator, ff. de poſtul. deciſ. Pedam. 85. num 5. alias corruit actus, Clarus lib 5 recept. quæſt 85. num 9 maximè in materia pænali, in qua ſemper debet fieri interpretatio vt minus noceat, l. Si veró, §. De viro, ff.ſolt.matr.Guterr.pract q 24. n.27.

num.27. provt videmus fieri in aliquibus noctibus in quibus, ob reuerentiam, campana non pulſatur, provt in nocte Natiuitatis Domini nemo capitur, quia campanæ ceſſauit pulſatio. Et hoc caſu, his non obſtantibus, ego contrarium probarem cum diſtinctionibus infra poſitis, vt tranſacta hora licet campana pulſata non fuerit armatus capi poſsit. Primo, quia pulſatio non requiritur pro cauſa formali, ſed vt de tali hora melius conſtet, & vt nulla excuſatio admitti poſsit patet quia ſi pulſetur campana ante tempus à lege præfinitum, qui poſt pulſationem ſit captus non punietur dixit Guterrez vbiſupra, nu.35. verſ. Deniq; ibi: Vel ea intempeſtiue pulſata, probat Azeued. d. l.6 num.7. ergo non pulſatio attenditur quia præpoſteratio ordinis viciat actum, nec pariter erit admittendum, vt qui iuxta duodecimam horam cum armis inuentus eſt, eo quód campana ea nocte pulſata non fuit, capi nequeat, licet ipſi cõtrariam opinionem ſequantur, vt præciſe requiratur ſonitus campanæ exiſtimantes hanc legem reſtringendam vt odioſam, quam ego puto fauorabilem, quia lata in bonum commune, vt probant, & ſequendo hanc partem contra ſupradictos quæ verior videtur, venit hoc limitandum quod licet inuentus cum armis hora ſolita capi poſsit, licet pulſatio non præceſſerit, tamen quia campana non ſonuit, nec omnem excuſationis cauſam remouit notorietate facti eo caſu ligitimæ admitti debent excuſationes, veluti ſi ſtatim poſtquam hora ſonuit quis capiatur, vel ſi in longinquo loco eſſet, & campanam expectaret iuſto errore ductus, quæ omnia ex circunſtantijs relinquuntur iudicis arbitrio, plures alias limitationes proſequuntur, Duenas reg 55. Placa in epitome lib.1.cap 8 num 10 Decianus lib. 8. de varijs quæſtionib. circa geſt. armor cap 3 num.33 & Menoch. de arbitrar lib.2. cent.4 caſu 385. Bobadilla lib 1. cap.13 num.61. vbi pluribus limitationibus proſequitur, quid in Suido notauit Azeued. num. 10 Et an amiſſo gladio amittatur vagina? idem Azeued. num.11. Guterrez 4. tom. pract. quæſt. 40 per tot. & quid ſi quis inueniatur tempore quo vocabatur â patre qui moriebatur, l.2.& 3 ff.de in ius voca. & quid in medio dixit Speculator titul. de conſtit num.3. quid in eo qui ſit in hoſtio propriæ domus; an capi poſsit? Angel. de maleficijs verbo fecit, num. 3. fol.128. & quid ſi fuit repertus cum armis, & an fugiat vſque ad domum, Guterrez 4.pract.cap.25. fol.101. à num 1. an de ea debeat extrahi, & quod non Bal. in l. Plerique; ff.de in ius vocand. Bonacoſ. 1. part. fol 158. & Hipol. in l. Is qui cum tello num 45 C.de Sicar. Perez l.2 tit.14.lib.2.fol.320. Mexia de taxa panis concluſ.5. num.59 Guterrez in canon. quæſt. 12 num. 10. Cened. in collectan fol.108 num.9. quid autem ſi arma ſint inuenta ad pedes, Hipol. in praxi §. Pro complemento, num. 28. Azeued.d.l.6. num.fin. & quid ſi ad pedes plurimorum, an omnes teneantur? Menoch de arbitr caſ.394.num.53. Gama decis.172 Cotta in memorabil.verbo Mortuus, fol 590. & an credendum officiali aſſerenti ſe inueniſſe cũ armis, Guterrez pract.d lib.4.q 28.

Quare his omnibus caſibus ſupradictis quia in iure controuerti poſſunt, debet clericus ſuper amiſsione armorum coram ſæculari reſpondere.

Ex quibus patet intellectus ad Ord. 6 hoc lib.2 tit.1. §.fin. dum permittit magiſtratibus ſæcularibus vt clericos repertos in flagranti delicto capere poſſint, in quo iuri conſona videtur in fauorem Reip. cuius membra ſunt clerici, vt captus ad ſuum iudicem deferatur, DD.in cap. Diaconus 80 diſtin. Aretin & Decius in cap. Cum non ab homine de iudic. num.10. & ibi Felin. n 1. idem Felin. in cap. Si vero, num 2 de ſentent excomunicationis, communem ſenten-

ſententiam dicit Bal in l.Si qua per calumniam, verſ.Sed quæro vtrum familia, C.de Epiſcop.& cler. Iaſ in l.2. ff.de iuriſd omni iudic. num 2. Aufrer. de poteſtat.ſæcul.reg.3.num.13. vol. 8. tractatuum, fol 122. Afflict.lib 2.conſtitut. fol 138. cum ſequente, lib.1. rub.50 incipit Iuſtitiarij, num. 6. & eſt communis ſecundum Villalobos, verbo Clericus,num.112. Clarus in pract. §. vltim. quæſt. 72 verſ Sed hic quæro, quibus addo Follerium in pract crimin fol 213. & Hipol. in l.vnica, C.de raptu virgin. à num.88. & Aufrer in clem.1. de offic. Ordin.fol 5.col.2. Boſsium, fol.26. num.35. deciſ. Delphin 73. Miſsinger. deciſ.Imper.67.cent.2. verſ octauo, vbi dicit communem.

7 Quando autem dicatur quis in flagranti maleficio depræhedi illud receptum eſt quando nullo actu extraneo interueniẽte quis depræhẽditur in crimine quod notorio tergiuerſatione cellari poteſt Pragm. Sanctio. fol. 136. verbo Euidentiam,& verbo Celari,& poſt cum latius Menoch. de arbitrar. lib.2. caſu 166. & deducitur ex l.Raptores, C.de Epiſcop & cler. & per l.3 ff de furtis, l. Defenſores, C.de defenſor. ciuit. l. Ait Prætor.§ Debitorem,ff.quæ in fraudem creditor.

Apud nos extat libro Spheræ Senatus Portuenſis regium dipploma ad cognoſcendum quando in flagranti iudices poſsint perſequi delinquentes in hæc verba.

Fuy informado que algũas peſſoas ſe aggrauão por inſtrumentos, & petições de ſerem prezos, ſem primeiro conſtar da culpa per que o deuião ſer, allegando que não forão prezos em flagrante, & ſaõ prouidos, & ſoltos por deſpachos das Relações, por ſe duuidar ſe forão em flagrante, na forma da Ordenação do liuro [redacted] *titulo 65. § 37. de que ſe ſegue notauel perjuyzo á juſtiça, & dano ao pouo offendido. Pelo que querendo eu niſſo prouer, para ſe aiatarem os delictos, & os delinquentes ſerem prezos, & punidos, como por ſuas culpas merecem, com os do meu Conſelho: Alem do que a dita Ordenação diſpoem, hey por bem, & mando que quando os julgadores, ou quaeſquer outros officiaes de juſtiça que poder tiuerem de prender, acudirem ás brigas & arruidos, & quaeſquer outros delictos, pelos quaes os ditos delinquentes, conforme a minhas Ordenações, deuão ſer prezos, poſto que os não achem nas brigas, ou lhe não ſejão moſtrados para os poderem prender, ou chegarem a tempo que a briga for acabada, & o delicto cometido, tendo informação certa por onde os delinquentes fugirão, ſem preguntarem mais teſtemunhas os ſeguirão, & procurarão com effeito prender, poſto que ſeja fóra do lugar onde cometerão o delicto, continuando o ſeguimento delles, & não ſe diuertindo a outra couſa algũa per que pareça que deixarão de os ſeguir. Os que neſta forma forem prezos me praz, por ſer conforme a direito que ſe hajão, & regulem por prezos em flagrante, & diſpois que pela dita maneira forem prezos, os julgadores deuaſſarão dos ditos delictos, ſendo dos caſos de que por minhas Ordenações ſe deue deuaſſar: & ſendo de querela tomarão, & preguntarão logo as teſtemunhas do ſummario: & conſtando de ſuas culpas, procederão na forma de minhas Ordenações, ſem embargo de ſe formarem deſpois de os delinquentes ſerem prezos. E conforme eſta ley hey por bem que ſe entenda, & pratique a Ordenação lib 5. titul.119. em que ſe dà ordem em como ſerão prezos os malfeitores. E mando ao Regedor, &c. 11. de Nouembro de 1603.*

Sic pariter explicatur Ordinatio lib. 8
5. tit.31. qua cauetur vt Monachus extra monaſterium repertus capiatur, & illicó deferatur ad eius Prælatum, iuxta text.in cap.Vt famæ de ſentent excom. Clarus § fin.quæſt.28 num 6 Farin in praxi quæſt 8 num 122. Garcia de nobilit.gloſ 9. n 36.vbi citata gloſ. in cap. Cum non ab homine, de iudic.reſoluit remittendum intra ſpatium 24. horarum, dummodo tamen in loco manaſterium ſit.

SVM-

SVMMARIVM.

1 Cognitio clericatus ſpectat ad iudicem ſæcularem.

2 Clericus non tenetur addire forum ſæcularem priuilegium ſuum allegaturus. Nec conueniri in eo foro de quo aſsignantur plures rationes. ibi.

Quæſtio ſuper clericatu duobus modis proponi poteſt. ibi.

3 De facti quæſtione clericatus cognoſcit ſæcularis.

4 Reſpondetur od argumenta.

Clericus in ſacris Notarius non indiget vt probet clericatum. ibi.

5 Circa clericum in minoribus non eſt iudex laicus omnino incompetens, quia aliquo caſu poteſt eſſe competens.

6 Conſuetudo poteſt efficere vt clericus in minoribus in ſæculari probet ſuum priuilegium.

7 Qui remiſsionem petit tenetur ſuas chartas habere.

8 Clericatus probatur per titulum promotionis.

9 Probatio circa ordines debet eſſe inſtrumentalis de iure regio.

10 Chartis deperditis, poteſt fieri probatio per teſtes.

Ordinatio dum inſtrumẽtalem probationem requirit alios ligitimos modos non repellit. ibi.

11 Clericus coniugatus quomodo probare debet ſe cum virgine contraxiſſe.

12 Qui ducit à ſe coruuptam habetur acſi cum virgine contraxiſſet.

13 Bigamus an fiat qui deſponſauit virginem quæ ab alio poſtea fuit cognita.

Bigamus fit qui cogniſcit adulteram. ibi.

14 De falſitate chartharum ordinum in ſæculari cognoſcitur.

Qualitatem naturalem ſufficit allegare. ibi.

15 De falſitate inſtrumenti dupliciter agi poteſt.

Interpretatur cap. Si iudex. ibi.

Caſus iam deciſus á iure Canonico non dicitur dubius vt decidatur in foro ſæculari. ibi.

Quod à iure deciſum extat certum eſt. ibi.

Iudex ſæcularis dum pronuntiat non gaudere foro purum factum pronuntiat. ibi.

Interpretatur Ord. lib. 2. tit. 1. §. 23.

16 Literarum exhibitio quoad clericum in ſacris non requiritur.

Tituli oſtentio neceſſaria eſt ſi aliás non conſtat de clericatu. ibi.

QVOMODO CLERICI IN MINORIbus ſoluti, & coniugati, remitti debeant ad ſuum iudicem, ad Ordin. lib. 2. tit. 1. §. 27.

CAP. 44.

1 Educta fuit hæc Ordinatio ex concordia quarta Regis Dioniſij, art. 16. num. 133. Idem in clericis minorum qui habitum non deferunt, in concordia Alphonſi tertij, in ſecunda cõcordia, art. 5 & 11. n 39 & 40. deſſump-

deſſumptaq; fuit ex bulla Leonis, quæ habet quód per trium menſium ſpatium ante capturam habitum deferat primo libro breuiũ, fol. 203. in archiuo publico, vulgo, *Torre do Tombo*. Inſuper concordatum reperitur cum Rege Ioanne primo, art. 9. & 10. n. 183. & dependet ex articulo 14. ex 40. Romæ oblatis, n. 63. in harum concordatarum obſeruantiam in libro Sphera Senatus Portuenſis, eſt antiquum areſtum quod incipit: *Acordão os do deſembargo delRey niſſo ſer ouuidô o Promotor da juſtiça eccleſiaſtica, &c.*

2 Benè igitur lex regia decernit cognitionem clericatus ad ſæculare iudicium ſpectare, cui reſolutioni obſtat quod exceptio incompetentiæ à ſe ipſa proponitur, atque ideò clericus non tenetur adire forum ſæcularem priuilegium ſuum allegaturus, ex Archidiac. in cap. 2. 15. quæſt. 4. & eſt communis ex Felin. in cap. Veniens in fine, de accuſation. de quo eſt text. in cap. Si iudex, de ſentent. excomunic. lib. 6. Alex. conſ. 8. ad fin. Aufrer de poteſtate ſæcul. reg. 4. fal. 20. teſtatur communem Rippa in cap. Decernimus, num. 4. de iudic. Clarus quæſt. 36. num. 21. Azeued. ad leges Caſtel. lib. 1. titul. 4. l. 1. num. 2. Secundo, quia captura clerici priuatiue ſpectat ad iudicem eccleſiaſticum, cap. Cum Epiſcopus de offic. Ordin. lib. 6. d. cap. Si iudex de ſenten. excomunicationis, cap. Nuper eod. titul. adeo vt nec ex vi confeſsionis habitæ in ſæculari puniri valeat, vel capi, cap. At ſi clerici de iudic. Tertio quia nulla conſuetudine poteſt muniri ſæcularis poteſtas ad clericos capiendos, etiam ſi ſit curſus imme morialis, hæc enim non ſufficit, Abb. Felin. & Deci. in cap. Eccleſiæ S. Mariæ de conſtitut. Roman. ſing. 419. Rotta antiqua 840. communem dicit Viuius, verbo Clericos, fol. 13. Rochus in cap. fin. de conſuetud. fol. 51. Quarto ponderatur Ordin. lib. 3. tit. 67. §. 5. dum tales clerici priuſquam remittantur condẽnantur in expenſis actorum, & perſonæ, quo nihil iniquius, & iniuſtius, vt in caſu ſimili de condẽnatione expenſarũ reſoluit Gramati. voto 18. Carauita ſuper ritu magnæ Curiæ 65. nu. 1. Guido q. 450. licet curia Neapol. contra velit, vt reſoluit idem Gramat. voto. 27. Vltimo obſtat quód tempore Regis Dioniſij clerus conquæſtus fuit quód Rex capiebat præsbyteros, & clericos in 14. articulo ex 40. Romæ oblatis cõtra dictum Regem, & ipſe reſpondit in hæc verba. Quód dictus Rex non fecit, nec metini ſui, & iudices faciẽtes ea de quibus in hoc articulo conquæruntur, ſcilicet, quód capiunt præsbyteros, & clericos nõ requiſitis eorum Epiſcopis, nec volunt eos reſtituere, licet petant ab eis huiuſmodi captos, & alia grauamina in hoc articulo contenta committẽs, & promittit Rex quód ſi aliquando eccleſiaſtica perſona, etiam ex cauſa capta fuerit, reſtituetur Prælatis ſuis, ad requiſitionem ipſius, etſi iniurioſe capiatur huiuſmodi perſona iuſtitiæ complementum conquærẽtibus, exhibebit nulla ergo contra hunc contractum conſuetudo valet, vt in ſpecie tenuit Guido q. 138. poſt med. col. 2. etſi quæ antea vigebat interpellata, & interrupta fuit.

Sed his non obſtantibus, quæ omnia procedere poſſunt, attento iure antiquo, 3
non verò de iure hodierno vt ſupra in principio diximus, attento d. S. Cõcilio, & nouiori cõpoſitione facta inter clerũ, & Reges à Sede Apoſtolica confirmata, vt refert Gama de Sacram. præſtand. q. 5. n. 2. verſ. iure tamen regio Salzed. ad Bernard. cap. 62. n. 14. dicendũ eſt quód attenta hodierna praxi circa clericos in minoribus duobus modis poteſt dubitari, vel agitari quæſtio ſuper clericatu. Primo, dum de viribus clericalis priuilegij dubitatur. Secundo, non de viribus, aut proprietate priuilegij, ſed de ipſius vſu dum clericus detinetur quouſque conditiones Concilij probet, quibus remottis ſæcularis eſt priori caſu, etiam

hodie habebit locum cõmunis, de qua in d.cap.Si iudex, Rotta noua 202. Capella 117 Miles,verbo Clericus,Cepola conſ.11 q.1. Alex.d conſ.8.lib.1.col.fin. & lib 6 conſ.149. Fulgoſ. conſ 124 Poſteriori vero caſu cum factum,& nõ ius controuertatur, & de poſſeſsione clericatus dubitetur,non eſt dubium ſæcularem, ſicut in reliquis poſſeſſorijs cauſis eccleſiaſticis de hac facti quæſtione cognoſcere poſſe,patet ex Ord. ibi: *Chartas de ordẽ*: Nam his literis adhibenda fides eſt quatenus in ſui inſpectione nullum vitium pateat, Grãmat.q.81. Carol.de regal.lib.1.fol.121. & illa oblatio ſolùm fit ad iudicis ſæcularis informationem, vt inquit Bald in l Si qua per calũniam col 2 poſt med. verſ Contra credo, C. Epiſcop. & cleric Brecheus aphoriſmo 220. & cum hæc gerantur ex iudicis officio, nec partis citatio erit neceſſaria, Felin in cap fin de exception.poſt n 10. Cepol. conſ.11. num. 5.& 6 Probus in d.cap Si iudex poſt n 15.Vaz alleg.19. n.10.ſed vide infra de hoc,declarat Afflict.deciſ.138. videndus Perez ad leges Ordin fol 776 qui hanc noſtram legem ſic explicat,faciunt quæ Couarr pract. cap 32.n 1 Curia Philippic p 3 § 1. n.5. Decian tract. crim. tom 1 lib.4. cap 9. n.21 Salzed. in pract. cap 4. & cap 62. à n.13 Azeued in l.1.n 5 & l 2 tit 4 lib. 1. recop Morla in Emporio p.1. titul 2. in prælud nu.138. Maſtrillo deciſ 113. Caldas Pereira verbo Minoribus n 21. Cabed 1 p deciſ 64. Marta de iuriſd. 4 p. caſ.135 n vlt. Farin.q.8.n.5. Ceuall. contra communes q. 563 & tom. 4 q. 896. nu 579 & ſuccedit doctrina Ripæ in cap Decernimus de iud.n.4.dum docet iudicem ſæcularẽ habere ſuam intẽtionem fundatã quòd quis ſit laicus,maxime in minoribus cõſtitutus cum plurimũ laicis accedat, ac proinde cũ quis ſe clericum aſſerit ad ſæcularem ſpectat cognoſcere an ſua ſit iuriſdictio, ex reg l.Si quis ex aliena,ff de iud idem voluit Guido Papæ d.q.138. dum quoad cognitionem habitus iudici laico tribuit iuriſdictionem,& reſpõdet ad d. cap Si iudex quòd ſolum loquitur caſu quo de clericatu controuertitur, quod ſi ſuper viribus,& proprietate ipſius diſceptetur, cauſa diffiniẽda ad eccleſiaſticum debet remitti, & donec finiatur ſuperſedebit ſæcularis,Guido vbi ſupra poſt n.3 Roland conſ 4 n 21 vol.1 Alex vol.1.conſ. 8 & vol 6 conſ 149. ante n.4.& cõſ.68. n.1. Panor.in cap fin n 13 de ord.cogn. Vnde in hoc Regno vel quæſtio ſit habitus quam mere prophanã dicũt,Guid. d quæſt. & ſequitur Caſſ in rub.1. §. 5. verbo Se negare,nu.58 licet contra teneat Capella 117. Socin.conſ 122. nu 3. vel ſit ſuper bigamia,vel ſuper tonſura, vel affixatione,aut alijs conditionibus à Conc. & d. cap vnico de cleric.coniug. lib 6. requiſitis,ſemper laicus iudex erit cõpetens, hæ enim quæſtiones non iuris,ſed facti ſunt,facit bulla Pij II. dum habet quòd ſi veſtes non deferant â laicis capiantur, quibus verbis cognitio exceptionis oppoſitæ inuoluitur.

4 Nec obſtant quæ ſupra in contrarium adduxi: ad primum ſatisfit quòd illud procedit in notorie clerico in ſacris, vel in beneficiato, reſpectu quorũ ſæcularis eſt omninò incõpetens, & ſufficit clerico in ſacris incõpetentiã proponere,etiã per procuratorem, ſicq; debet explicari Ordin infra § 23. dum videtur ſupponere quòd etiam tales capi debent, ibi: *Os Clerigos de ordẽs ſacras, ou beneficiados que notoriamente forem conhecidos,mandamos que tanto que forem prezos, ſem hirem á cadea,os entreguem a ſeus Prelados: & não ſendo conhecidos por de ordẽs ſacras, &c.* Nã illa verba narratiua ſunt non diſpoſitiua,& ſupponit quòd clerici beneficiati, vel beneficiũ habentes capiuntur, vel delinquendo,vel ſine habitu, vel ex alia cauſa,& incõtinẽti eos remittẽdos aſſerit,nec excludit caſum,vt ſi caſu quo ipſi non ſint capti per procuratorẽ poſsint remiſsionẽ petere,quod efficaciter probatur

batur ex §.21.dũ ſolùm requirit vt perſonaliter ſuũ priuilegium alleget, ille qui poſt delictum beneficiũ adeptus eſt, ex ea ratione quia non eſt notoriè clericus cum heri laicus fuerit, & hodie mutet ſtatum poſt litem motam, vel delictum comiſſum, ab ſpeciali ergo in caſu ſupra poſito dicendum eſt non eſſe neceſſariam perſonalem cõparationem quãdo quis notoriè clericus eſt, nec etiã hoc caſu requiretur partis citatio, cùm illa notorietas per ſe ſufficiat, dum clericus in ſacris literas exhibet ſui clericatus, Vaz alleg 19 nu.10. maximè quia tales coram ſæculari comparere non tenentur, Clarus d q 36.n.5.

Atverò in clerico in minoribus illa omnia deficiunt, cùm plures ſint caſus in quibus nullo gaudeat priuilegio, & vt laicus reputetur in reliquis quare merito capi debet, & perſonaliter comparere ſuum priuilegium allegaturus, & eo caſu partis citatio neceſſaria eſt, quia agitur de eius intereſſe, & probatur ex cap. Si iudex, verbo Vocato iudice ſæculari, vel alio, cuius intereſt, ſicq; obſeruari dicit Gail. c 48 Vantius de nullit. ex defectu citat n 1. Vaz alleg 19. n 22.

Nec obſtat quód ſecundo loco obijcitur de captura, nam reſpondetur il-
5 lud procedere in clerico, de cuius ſtatu non dubitatur, qui capitur vt talis in ſæculari, & incarceratur, non ratione prætenſæ iuriſdictionis, quæ ſibi de iure competere poteſt, ſed præſumptuoſe, & de facto: atverò in noſtro caſu ſæcularis non adeò eſt incompetens, quin aliquo caſu cognoſcere poſsit, & cum in ſtatu dubio ſimus, an gaudeat clericus foro, vel non interim rectè capitur, & detinetur dum iudex decernit an ſua ſit iuriſdictio, nam quatenus qualitates probantur priuilegium eſt in ſuſpenſo, rectè pungit Flores quæſt. 22. num.70 ad medium vbi eleganter.

6 Ad tertium reſpondetur, quòd non habet locum in conſuetudine quæ dirigitur in laicum, qualis eſt clericus in minoribus, quem dubitamus, an foro gaudeat, inſuper quod licet illa conſuetudo non valeat, vt cognoſcat ſæcularis de crimine clerici, tamen valebit vt cognoſcat de crimine clerici in minoribus, vt ſupra probaui ex Barboſ. in d. l. Titia, num 32. & tandem quòd competit ratione concordiæ, & contractus antiquiſsimi à ſummo Pontifice roborati, quo caſu omnes dubitationes ſilent. De Ordin. veró d. titul. 67. §.5. infra agemus.

Ad vltimum de Rege Dionìſio reſpondetur, quòd procedit in clericis qui capiebantur præſumptuoſè, & ad vindictam de facto, cúm eſſent in ſacris conſtituti, patet ibi: Præsbyteris, & clericis. Nos verò agimus de minoribus in caſibus in quibus ad laicos iudices poteſt ſpectare iuriſdictio.

Habet deindè Ordinatio Regia quód 7 offerant ordinum chartas, ibi: *Offereção ſuas chartas de ordẽs.*

Videtur in eo contra ius reſpondiſſe nam ſola quaſi poſſeſsio clericatus ſufficit clerico in minoribus vt appertè probat cap Si iudex, de ſenten excom. in 6. ibi: Sicut de illo qui in poſſeſsione ingenuitatis exiſtit ſi dicatur ab alio libertinus legalis ſanxit authoritas, vt probandi neceſsitate non ipſe, ſed aduerſarius adſtringatur, &c. Deducitur ex probo in cap. 1. de tempor. Ordin. num. 13 maximè cùm clericus non ſit alienigena, vt intelligit Boer. quæſt. 171. num 13. Rotta antiqua 264. dum ergo ordinatio, & teſtiũ, & inſtrumẽtalẽ probationẽ requirit Grauoſa Eccleſijs exiſtit

Verum omnes noſtræ leges regiæ 8
veram iuris prudentiam ſectantes ſecundum ius ſtatuerunt, de iure enim clericatus probatur per titulum promotionis vt voluit Bal. in d. l Si qua per calumniam, C. Epiſcop. & cleric nec quaſi poſſeſsio ſufficit ex Otalora de nobilitat fol. 229. col. 1. in fin. qui titulus debet eſſe ſigillatus, vt per Bellam. quem ſequitur Aymon. conſ. 134. n. 41.

probat cap. Legum, 2 quæſt. 1. & ita decreuit Concilium Miliuitanum, cap. 14. tom. 1. idem ſtatuit D Gregor. vt tradit Vbald. de Sacram.cap.127 in fin. & Triden. ſeſſ.5 cap.1 fol.87. ſicut aliàs qui ad beneficium promouetur, vel ad ſuperiores ordines debet de clericatu docere per literas promotionis authenticas,ex Innoc.in cap Super his, nu 10. in fin.de accuſat Felin num.18 conſentit Panor. in cap. 1. num.3. de litis conteſta. Rebuff in praxi, titul.de forma literarum tonſuræ, num.26. Corraſ de Sacerdotio, 3 part cap. 1. in fin. & eſt explicatum in Extrauag. Pij ſecundi,ex ſuſceptis ordinibus, quam refert Prouinciale Romanum, lib.3 titul. de ordinibus,& ſic debet intelligi text. in cap 2. de cler. peregrin. & videtur inſinuare Ordin. hoc titul.§.22. ibi: *Moſtrando ſeu titulo somente*, de quo infra.

Vnde licet de iure communi multi teneant quòd quando agitur ad remiſſionem ordinum ſufficiat per teſtes probare clericatum, vt per gloſ. in d. cap Si iudex, verbo Fecerit Boer. quæſt.171. num 23. Couarr.pract.cap.33 n.3. vltra Felin in d.cap Super his, n 18.in fin. Innocent.in cap Sicut, nu 29 ad fin de re iud & in cap.Illud, n 6 de præſumpt. tenuit Guido q.747. Rebuf.in praxi, tit. de forma literarum tonſ.n 26. & de nomin. q.14 n.32. Boer d.q 171. n.23. Afflict lib.1.conſt.rub.3.n 20. idem Guido q.449 in fin & latiùs d. q.474. Carolus de regal. lib 1 fol 122 Maſc. concl 1317. Rotta 8. de cauſ.poſſ in antiq. Salzed.in additio.cap 61 n 18. Flores de Mena q. 22. n.75. vltra illos quos citat Vaz allegat.22.num.15.

9 Nihilus tamen in hoc Regno ex lege regia inſtrumẽtalis requiritur probatio, in quo opinionem Bart. ſequuta eſt in l. Cum de in rem verſo, ff. de vſur. & idem de iure Caſtellæ ſtatum repetitur in l.8 tit.5 lib 1 Salzed. vbiſupra n. 14. ex ea ratione quia materia clericatus eſt grauis præiudicij, nam & partes reſpicit, & ipſam Regis iuriſdictionẽ, nec eo caſu partis confeſsio admittetur, nam cùm verſetur in remiſsione præiudicium regiæ iuriſdictionis conſenſus partis non operatur, niſi in præiudiciũ confitentis, Salzed vbiſupra n.16. Vaz alleg 22.n 19. vbi plures citat cõſtitutiones Epiſcoporum, quas non repeto Et eſſe ex cõcordia dixit Gama de Sacram.q.5 num.29. Caldas Pereira forenſ lib 1.q.25. nu 19. Franchis deciſ.329 n 9.

Ex quibus dubitabilis eſt articulus, an deperditis chartis ordinũ poſsint probari per teſtes in forma iuris,& Ord lib. 3. tit 60. § vlt. Valaſ.de iure emph q 7. num.38. & videtur quòd ſic, ex Guid. q. 474. Boer deciſ 171. nu 13. Carolus de regal. lib.1 fol.122. Meno. præſump 76. n.11. Maſc.concl.302. n.15. plures citat Couarr. pract qq. cap 33. nu 3. contra quos inſurgit Vaz d loco n 23. vbi ſolũ per teſtes probationem admittit quãdo literæ amiſſæ proponãtur,& inſuper ipſum originale, cuius opinioni non accedo dum video noſtrã legem regiã, licet inſtrumentalem poſtulet probationem, non tamẽ alios ligitimos probãdi modos excludit. Vnde ſi caſus eueniat vt clericus exterus qui apud Indos vel Romæ ordines ſuſcepit ſacros, vel minores, eumq, in Regno eſſet obſeruans S.Cõcilij condiciones, & literas amiſiſſet, & contingerit pro delicto capi, non interim detinendus erit in carcere quouſq; à Romana Curia, vel ab Indis literarũ originale cõſulatur, atq, in hunc ſenſum ſunt accipiẽda quæ Boer deciſ 171 n 13. dum differntiam cõſtituit inter clericũ naturalem, vel exterum, & in hanc ſententiam inclinat Mena d q 76 in fine, quod tamen non videtur obtinere in clericis in ſacris, de quo infra agam.

Ibi: *Com hũa só mulher virgem*, de hoc 10
egimus ſupra vbi dixi quomodo ſufficiat vt allegetur hæc virginitas, licet ſpecifice non probetur, vbi vide,& transferetur ex hoc onus probandi contrarium in aduerſarium.

Ibi:

11 Ibi: *Ao tempo de ſeu caſamento*. Videtur ex verbis huius Ordinationis neceſſario requiri quod tempore contractus matrimonij virginitas in vxore ſit ſaltem iuris præſumptione, itavt ſi quis virginem prius corrupiſſet, quam poſtea corruptam, vel prægnantem duxiſſet, cum tempore matrimonij virgo nõ ſit, non gaudeat fori priuilegio, & illa Ordinationis verba videntur diſſumpta, ex cap. Qualis 30 quæſt 5 ibi Qualis debeat vxor eſſe, quæ habenda eſt ſecundùm legem virgo caſta & diſponſata in virginitate, & in cap. vnico de cler. coniugat in 6 habetur, ibi: Qui cum vnicis, & virginibus contraxerunt: deſiderant enim hæc iura vxoris virginitatem matrimonij tempore, nam aliter per matrimonium non ſignificantur nuptiæ inter Chriſtum, & Sponſam, cum tempore conſenſus, quo matrimonium efficitur corruptio intercedit, ac per conſequens ducens corruptam, fit bigamus; & hanc opinionem amplexa eſt gloſ. in cap Maritum, verbo Concubinam, diſt. 33. & cap. Nemo in fine, diſt 32. Hoſtienſ in ſumma, titul. de bigam. quæſt. 6. & cap. 2. num 2 verbo Virginem de cler. coniug. Nec obſtat quód poteſt dici hoc matrimonium, licet cum corrupta contrahatur initum tempore corruptionis quando deflorata eſt, ac proinde ductam fingi virginem vt in cap. Tanta, qui filij ſint ligit. nam illud procedit reſpectu ligitimationis filiorum ante matrimonium, quem defectum ius poteſt ſupplere, ſed defectum ſignificationis in tali matrimonio repertum ſupplere nequit.

12 Verum memini quod ſupra dixi taliter ducentem vxorem à ſe corrumptam non eſſe bigamum, ex quo fit neceſſario vt nec lege regia dicamus taliter cõtrahentem priuilegio fori carere, nam illa iura quæ ſupra adduxi non obſtant quia bigamia ex eo inducitur quando quis cum corrupta contrahit, quia cum fæmina diuiſerit ſuam carnem in plures, & ipſa cum viro vna caro efficiatur, interpretatione iuris etiàm cenſetur virum in plures diuiſiſſe, quod cum in præſenti non detur cùm ab eodem ſit corrupta, diuiſio nulla eſt, & fictio recte poteſt operari, vt cum virgine dicatur matrimonium contractum fuiſſe, atq; hanc partem ſequuntur, gloſ in cap. Debitum in fine de bigam. & cap. Qualis, verbo Deſponſata, 30 q. 5 & cap. vnico, verbo Contraxerunt, de cler. coniug. in 6 Villadiego de irregul. cap. 13. nu. 2. Nauarr. in ſumma cap. 27. num. 195. Couarr. Clem. Si furioſus, 1. part. §. 2. n. 2. Gomez 3. variar. cap 10 num. 4 Farinac. titul. de inquiſ. quæſt. 8. nu. 8. Ceuallos q 536. n. 1.

Nec obſtat Ordin. Regia in illis verbis: *Ao tempo, &c.* Nam cùm illa verba ſint deſſumpta ab illis iuribus eandem interpretationem debent habere, ac ipſum ius commune, ſtatutum enim conforme iuri communi eaſdem recipit interpretationes, Barboſ in l. 1. ff. ſolut. matrim. num 62.

Quid autem é conuerſo dicendum 13 ſit in eo qui deſponſauit virginem, quæ ante matrimonium de præſenti corrupta ab alio fuit, & tempore matrimonij iam virgo non erat, an priuilegium habeat. & dicendum quód nec attento iure, nec de iure regio foro gaudeat, nã de iure bigamus fit, vt probat text. in cap. Si cuius, diſtin. 34 Nec hoc caſu operabitur illa fictio, ſeu retrotractio quam ſupra ponderabam, nam extrema hoc caſu non ſunt habilia ad fictionem inducendam cum corruptio, ſeu diuiſio vxoris, vel intercedat poſt ſponſalia, vel poſt matrimonium de præſenti, ſemper maritum bigamum reddat, eam poſt adulterium cognoſcentem, cùm non detur illa ſignificatio in matrimonio Chriſti cum Eccleſiã, quod eſt vnius cum vna intacta. Vnde amplianda erit noſtra lex regia, vt non ſufficiat quód tempore matrimonij ſit vxor virgo, ſed quód ſi poſt illud adulterium comiſ-

ſum ſit, & maritus vxorem cognoſcat bigamus fiat, etiamſi ignoraſſet adulterium ignorantia enim prodeſt, in his quæ habent rationem pœnæ, non verô in his quæ habent rationem defectus, qui pariter adeſt vbi datur ſcientia, vel vbi ignorantia, vnde de hoc defectu poteſt à parte contraria opponi, videndus Albericus in ſuo dictionario lit. B. verbo Bigamia, Guillel. in cap Rainuntius, verbo Cuidam Petro num. 62 Albertus de vero clerico cap 11. nu. 2 Couarr. in Clem. Si furioſus d. 1. p. §. 2 num. 3. verſ 4. Gregor. Lopez l. 35. verbo Querer, tit. 5. part. 1 Clarus d. § fin. quæſt. 36. num. 10. Guterr. in cano. lib. 1 cap. 25. num. 15. Cened. in collectan. ad decret. 166. num. vlt Salzed cap. 16. ſuper Bernard. Sanches qui infinitos citat, d. diſp. 84. num. 15. Vaz alleg 41. num 10. Nõ diſplicet tamen ſententia Clari d. n. 10. quod priuilegiũ fori non amittatur in hac bigamia ſimilitudinaria. Quid autem ſi adulterium non ſit euidens, nec probari queat, vel quando ab Eccleſiâ iubetur vt cohabitet, vide eundem Sanches vbi ſupra, & num ſequen.

14 Ibi: *E como ao tempo que foy cometido o delicto, & ao tempo de ſeu caſamento andaua em habito, & tonſura*, de hoc egimus ſupra. Et quid ſi poſt delictum ſuperueniat bigamia; an perdat priuilegium? Videtur quôd non, Clarus d. q 36 n. 11. Alex. conſ. 8. lib. 1. in fin.

Ibi: *E o que fizer artigos de ſolteiro baſtarlheha prouar como ao tempo da prizão, &c.* De hoc vide ſupra quæ diximus de clericis coniugatis ad Ordin. lib 2. tit. 1. §. 4. Gracianus diſcept. cap. 190 nu. 10. Maſcard. concluſ. 689 Farin. in praxi, quæſt 18. num. 34. licet aliter ſentiat Cened. lib. 1. pract quæſt. 40 num. 32. Ceuallos de violentia in proœmio cap. 8. num. 40.

Ibi: *E ſe os accuſadores entenderem prouar que as taes cartas ſaõ falſas, &c.* Ex his verbis videtur dicendum, quôd in hoc Regno non ſolùm de quæſtione facti cognoſcitur in ſæculari, verùm & de iuris quæſtione, quatenus reſpicit validitatem tituli, & literarum ordinum, ibi: *Que ſaõ falſas, ou que elles ſaõ bigamos*, vtroq; enim caſu, & falſitatis, & bigamiæ iuris quæſtio ventilatur contra textum in cap. Si iudex, de ſententia excom. in 6. Et breuiter noto ad intellectum huius Ordinationis, quod recte diſponit dum partes aduerſas admittit vt opponant contra probationes alterius partis, cùm probatio quæ ex literis ordinum reſultat ſit iuris tantùm, & inſuper virginitatis allegatio ſola præſumptione iuris probetur, cùm ex ſola allegatione qualitatis naturalis maneat fundata intentio allegantis, ita vt alia probatione non indigeat, dum contrarium non oſtenditur, vt probat l. Si tutor, vbi gloſ vltim. in fin. C. de pericul. tutor. l. 1. vbi gloſ. & omnes, C. teſtam. milit. communis, vt latè per Tiraq. l Si vnquam, verbo Donatione, num. 188 Valaſc. de iure emphyt 1 part. quæſt. 7. num. 33.

Deinde quód illa verba legis regiæ: *Se os accuſadores entenderem prouar, &c. Ou que que elles ſaõ bigamos. Ou andarem fôra do habito, &c.* Referantur ad omnia quæ ſupra diſpoſuerat, ſcilicet ad clericos ſolutos, & coniugatos, vt poſsit pars aduerſa aduerſus clericum ſolutum probare illum non eſſe ſolitum in habitu inſedere, nam licet Ordinatio in his clericis ſolutis ſolùm requirat vt capturæ tempore in habitu reperiantur, illud quidem non tollit quod vltra teneatur ille clericus probare affixationẽ alicui Eccleſiæ de ſe factam ab Epiſcopo, vel de eius mandato in ſtudium comeaſſe, quæ ſunt alia requiſita Concilij cui adhærendum d. l. regia diſponit, & ſecundum illud debet declarari, licet autem probata captura in habitu ſufficiat, vt pro ipſo præſumatur iuris præſumptione ſic retro ambulaſſe, tamen pars aduerſa contrarium probare poterit ipſum nec ſolitum geſtare tonſuram, nec habi-

habitum, nec affixum : ſicut alias contra clericum coniugatum poteſt opponi de bigamia ab ipſo contracta, atq; inſuper de habitu non allato, tempore delicti comiſsi, veluti quia delictũ ſit publice perpetratum, & notorietate facti conſtat clericum extra habitum ibi fuiſſe, vel ſi in eo capiatur ſine habitu, tunc enim non ſufficiet ſe probare ſolitum habitum gerere, cum illa qualitas habitus pro fundamento priuilegij requiratur, vt ſupra dixi. Si autem delictum occulte comiſſum ſit, ſufficiet probare eſſe ſolitum habitum gerere illo tempore delicti, & tempus eo caſu viginti quatuor horarum ſpatio concludetur.

Ex his debent exponi verba d. legis
15 regiæ, vt ſola facti cognitio in his caſibus ad iudicem ſæcularem ſpectet, nam duobus modis opponitur de falſitate inſtrumenti, & literarum ordinis, ſeu defectu perſonæ clerici remittendi, & qualitatum in quibus ipſe fundatur. Primo modo, dum opponitur vitium patens in ipſis literis, quod ex ipſarum inſpectione conſtat, vel allegatur defectus qualitatis alicuius, ſcilicet habitus, vel tonſuræ certo tempore non geſti, & in his non iuris cognitio, ſed facti quæſtio vertitur, & hoc caſu obtinuit ſententia Bartol communiter recepti in l. Quoties, C. de iud vt ſuper clericatu, & ordine laicus ſit iudex competens, vt per Abbat. in d cap Si iudex, num 10. vt per Couarr. d cap 33. Cepola conſ 10. Gama de Sacram præſtand. quæſt 5. n 26. Clarus d. quæſt. 36 num. 14 Perez ad l. 10. titul. 1. lib. 3. Ordin. col. 2. Borrel. in ſumma deciſ titul. 44. num. 425.

Secundo modo opponitur de falſitate literarum, vel de qualitatum defectu in modum iuris, dum opponens prætendit eo caſu non gaudere fori priuilegio illum qui remitti poſtulat, & in his terminis cognitio illius caſus ad Eccleſiaſticum iudicem ſpectat, ſicq; procedit tex. in d cap. Si iudex, in eo enim textu non de quæſtione facti ſolùm agebatur, ſed de illa quæ includebat etiam ius: agebatur enim ibi, an delinquens eſſet clericus ordinatus: & inſuper, an eo caſu gauderet foro, & eſſet remittendus, patet ex verſ. Et ſi clericus qui huiuſmodi priuilegio gaudere debeat, quæ verba ſupponunt ibi agi de validitate priuilegij, in quo includitur iuris quæſtio, nec ſciri poteſt per ſolam facti quæſtionem, & patet ibi : Ac pro hoc crimine remittendum, quæ verba ſunt accipienda, non de ſimplici remiſsione, ſed de illa quæ inuoluit cognitionem cauſæ, an ex delicto priuilegium amiſerit quod in ius ſonat: & pondero pro hac parte Ordin. lib. 2 titul. 5. §. fin. vbi ſtatuitur iudicem ſæcularem per ſe ſolum non poſſe cognoſcere, an talis locus ſit atrium Eccleſiæ ad effectum, vt eccleſiaſtica gaudeat immunitate, quia ſcilicet eo caſu non ſola, & ſimplex facti quæſtio vertitur, ſed & iuris. Proſequuntur Borrel. conſ. 15. num. 18. Nauarr. in cap. Nouit, notab. 6. num. 41. Franch. deciſ. 189. num 10 Barboſa in l. Titia nu. 28. Quod ſemper declarabis, ſeu ampliabis procedere quando in quæſtione facti, etiam verſatur iuris cognitio, de quo non primarie agitur, ſed ſecundario, veluti quando quæſtio iuris inuoluitur in quæſtione facti, quæ iam à iure Canonico deciſa eſt, & illud ius illo caſu non in modum iuris, ſed in modum facti deducitur, veluti quando de contractu vſurario agitur, quatenus petitur vt declaretur vſurarius, cum tamen illud crimen vſuræ eccleſiaſticum ſit, & non ſpectet ad ſæcularem iudicem, vt multis citatis brobat Barboſa in l. Titia, nu. 52. Nam eo caſu iudex ſæcularis recte pronuntiat contractum vſurarium eſſe dũ per modum facti explicat illum caſum à iure Canonico vt vſurarium eſſe dãnatum, ſicq; declarat vſuram fuiſſe comiſſam, ſuppoſita declaratione iuris, quód ſi caſus occurrat adhuc non iure Canonico deciſus cûm illa quæſtio iuris ſit, an vſurarius talis cõtractus ſit, vel nõ,

adiudicem eccleſiaſticum ſpectabit cognitio, ſicq; accipi debent quæ Barboſ. latiſsimo ſermone deſſerit in d. l. Titia â n. 52. quia licet apud indoctos ea quæſtio iuris dubia videatur, nõ tamẽ apud doctos qui ſciunt eam deciſam per ius canonicum arg. l. Ancillæ, C. de furt. quia illud quod de iure eſt certum eſt, & indubitatum, l. Ornamentorum, & ibi Bart. ff. auro, & argent. ac ideo eo caſu laici magis dicuntur executores iuris canonici quàm iudices, Caſtro de hæreſ. lib. 1. cap. 7. fol. 21. Guterr. de iuram. confir. 1 part. cap. 2 num 27. Belluga in ſpecul. prin. rub 11. §. de vſur. num. 19 Peguera deciſ. crim 30. nu. 32. Sic pariter reſpectu bigamiæ oppoſitæ, vel qualitatum defectus iudex ſæcularis, licet aſſumpta iuris declaratione, & conſilij vtatur pronuntiando reum non gaudere foro, non vtiq; de iure pronũtiat, ſed purum factum, explicat quatenus ex probationibus à partibus oblatis conſtat talem clericum in habitu nõ inceſſiſſe affixum non fuiſſe ſine veſtibus captum bigamiam contraxiſſe, ex quibus de facto probatis reſultat nullum priuilegium ex declaratione Concilij, & iuris Canonici talibus competere.

16 Ex quibus non extra chorum explicabitur Regia Ordinatio hoc titulo, §. 23 dum agit de remiſsione clerici in ſacris, in cuius remiſsione facienda nulla literarum ordinum præſentatio requiritur, ſed ſolùm ſufficit vt ſi notorij ſint clerici, ſtatim remittantur, vel ſi nõ ſint notorij illud probent, oſtenſo titulo, cuius veritas, vel validitas à parte aduerſa in eo iudicio impugnari non poterit, quia illa diſcuſsio ad eccleſiaſticum iudicem ſpectat, & ſola tituli oſtenſio circa clericos in ſacris ſufficit, vt probatur in §. Præcedenti, ibi: *Ou que ſaõ de ordẽs ſacras, moſtrando ſeu titulo sòmente.* Et poteſt tentari quòd circa clericos in ſacris non requiratur præciſe literarum ordinum exhibitio, ita vt non aliter clericatus probari poſsit, nam circa illos videtur dicendum quod aliæ probationes iuris à lege regia non excludũtur, de quibus per gloſ verb. Fecerit in fin in d. cap Si iudex, & Couarr. d. cap. 33. num. 3. Nec obſtabit hæc Ordin. ibi: *Ou tèm ordẽs ſacras, na forma que acima dito he* Nam illa verba referuntur ad §. 22 in fin. ibi: *Ou que ſaõ de ordens ſacras, moſtrando ſeu titulo sòmente.* & illa particula, *sòmente*, non refertur ad titulum quaſi per illum ſolum fiat probatio, ſed referuntur ad ipſam oſtentionem quaſi dicat: *Moſtrando sòmente o titulo*, ex quo non viciato appareat ipſum eſſe clericum, vnde ſi notorium ſit eſſe clericum nec titulus requiritur, ſed ſtatim remittitur ad ſuum iudicem, & tituli exhibitio ſolùm requiritur quando clericus exterus ſit, vel non conſtet aliunde iudici de ipſius clericatu. Vnde nec in clericis in minoribus beneficiatis literæ ordinum minorum exigentur, ſed ſolus beneficij titulus, quando ipſe beneficiatus notorius non ſit, vt inquit Gama de Sacram. præſt. quſtæ. 5 nu. 25 & Legiſlator in d. §. 22. ibi: *Se elles fizerem certo que ſaõ notoriamente beneficiados por ſeu titulo.* Nec obſtabit Ordin. in §. 21. dum titulum ordinum minorum deſiderat, agit enim de illo qui iam citatus fuerat, vel infamatus de crimine, quo caſu de iure communi priuilegio fori non gaudebat, vt ſupra dixi, & mitius cum eo agitur dum illi forus conceditur, præcedenti illa iuſtificatione tituli ordinum, & beneficij. Vltimo, in remiſſione clerici in ſacris, vel beneficiati nõ appellatur, vt in d. §. 23. licet aliter in alijs in minoribus, vt in §. 28. videndus Vaz allegat. 19. vbi multa congerit.

Remiſsio autem cuius expenſis fiat decidit Ordinatio lib. 3 tit. 67. §. 5. Perez in l. 1 titul. 17 lib 8 Ordin. Couar. pract. cap. 11. num. 11. Franchis deciſ. 332. n. 4. Surdus de aliment. tit. 1. quæſt. 34. Marta de iuriſd part. 2. cap. 32. nu 49. Barboſ. in l. Hæres, § Proinde, art. de foro delicti, num. 89. Menoch. de arbitr. caſ 228. n. 8.

num.8. & quòd ſtatim capi debeat diſponit Ordinatio lib.5. titul.124. §.13. & quód cautioné amittat Ordinatio, Ord. lib.5. titul.132. §.2. & quòd ſoluat ſalarium Scribæ, Ordin.lib.1.titul.24. §.34. niſi ſit pauper quia ſoluet expenſas Epiſcopus, Couarr.pract.cap.33 num 5. Rebuf in tract. Quando ſæcularis, num.69.

SVMMARIVM.

1 *Differen.* ... *conſtituitur inter eos qui petunt remitti ſi beneficiati ſunt, vel minoribus ordinibus inſigniti.*

Ratio cur ſæcularis cognoſcit de minoribus ſecùs de clericis. ibi.

2 *Sententia remiſsionis cúm ſit interlocutoria, ab ea appellatur.*

Quód appellatio in remiſsione ad ordines ſpectat ad auditores criminales. ibi.

3 *Dependentia cauſæ principales ad eoſdem iudices ſpectant.*

4 *In remiſsione facta ad aliud Regnum appellatur.*

5 *Cauſa appellationis in remiſsione ad ordines ad criminales auditores ſpectat.*

Et quód ſpectat ad Senatores grauaminum.

6 *In remiſsione ad forum Eccleſiæ, ideo appellatur quod relaxatur delinquens.*

Delinquens ſi non remittatur ſupplicare poteſt ad Senatum. ibi.

Confutatur opinio Vaz.

7 *Explicatur Ordin. lib.2. tit.5. §.9.*

8 *Quando delinquens non remittitur ſupplicari poteſt.*

Vel per ſupplicationem, vel per appellationem cauſa deueniat ad Senatum ſatisfactum eſt forma legis. ibi.

CIRCA REMISSIONEM PETItam à clerico in minoribus, vel beneficiato, & in ſacris conſtituto aliqua notabilia ad explicationem, Ordin.lib.2.tit.1. §. 28.

CAP. 45.

Verba Ordinationis Regiæ ſunt: *E da ſentença que quaeſquer peſſoas que iuriſdicçāo de nós tiuerem ou os Iuyzes, Ouuidores, & Corregedores acerca da dita remiſſaõ derem, poſto que no caſo per que ſaõ remittidos tenhāo de nós alçada, ſempre ſe appellarà para nós, & noſſos Deſembargadores, a que o conhecimento de tais feitos pertencer: & a ſentença que por elles for dada ſe cumprirá, & darà à execução.* Id eſt: A ſententia à quibuſcunq; iudicibus lata, qui à nobis iuriſdictionem habeāt, etiamſi non excedat cauſa eorum iuriſdictioné ſemper ad nos appellabitur, noſtrumq;

noſtrumq; Senatum, quibus poteſtas cognoſcendi à nobis data eſt, eorumq; ſententia executioni demandabitur. Fuit deducta hæc Ordinatio ex art. 6. Regis Petri num. 146. & ex art. 14. Regis Dioniſij num. 63. & ex art. 9. Regis Ioannis primi num. 183.

1 Conſtituenda eſt differentia inter eos qui ad forum Eccleſiæ remitti poſtulant in criminalibus, nam ſi beneficiati ſint notorij, vel notoriè Sacerdotes ſtatim remittendi ſunt ad ſuum iudicem, vt diſponit Ordin. hoc titulo §. 23. de quorũ numero ſunt equites militenſes, qui beneficiati nuncupantur, ex Cabed decis. 64. 2 part. num. 11. Si autem de eo notoriè non conſtet, tunc coram ſæculari probabunt oſtenſis ordinum, vel beneficij titulis, Clarus lib. 5. § fin. quæſt. 36 num. 21. Perez lib. 3. tit. 1. l. 2. fol. 466. Barboſa in l. Titia, num. 29. ff. ſolut. matrim. Rebuf. in tract. de exception. num. 204. de quo ſupra cap. proximo diximus.

Si autem poſt delictum comiſſum quis beneficiatus efficiatur habens ſolùm minores ordines, tunc tenetur comparere perſonaliter coram ſæculari iudice, ibiq; petere remiſsionem, quia eo caſu non eſt notoriè beneficiatus, ex Ordin. lib. 2. tit. 1. §. 21. cuius rei illa eſt ratio, quia cùm in iure ſit cõtrouerſum, an poſt delictum ordines ſuſcepti ſufficiant, vt quis priuilegio fori gaudeat, vt ſupra dixi, & delinquens præſumatur in eo ſtatu eſſe, in quo erat tempore delicti, inde fit quód tenetur comparere, & illam iuris præſumptionẽ elidere, oſtenſo titulo ordinum, & beneficij, ſicq; procedit dicta Ordinatio ibi: *E ſe alguã peſſoa houuer beneficio depois de cometer hum delicto, & ſer infimado delle, & buſcado pela juſtiça, ſerà obrigado a apparecer ante o juyz ſecular, em cujo juyzo eſtiuerem as culpas, por não ſer notoriamente beneficiado, ou clerigo de ordẽs ſacras: & perante o meſmo juyz ſecular moſtrarà como he clerigo de ordẽs menores, & como he verdateiramente beneficiado, para hauer de ſer remetido ao foro eccleſiaſtico.*

Multa enim his caſibus obſtare poſſunt tali beneficiato poſt delictum. Primo, ſi aliud delictum iam comiſiſſet pro quo eſſet condemnatus in aliqua pœna, & poſtea, ſecundo crimine comiſſo, ipſe remiſsionem poſtulet, tenebitur prius pœnam pro priori crimine illatam ſoluere quàm remittatur, ex Cabed. areſt. 77. 1. part. quem probat Vaz allegatione 46 num. 33 de quo videndus Gama deciſ. 52. & 179. Inſuper obſtare poteſt ſi ob illud crimen fortè bamnitus iam eſt, quia beneficium collatum bamnito non tenet, nec conferri poteſt, cùm per bamnum efficiatur exterus, & incapax reſidẽdi, Bart. in proœmio, ff. Vet. §. Hoc autem, & in prima conſtitutione, verſ. Hæc tria, idem Bart. in l. Vt vim, ff. de iuſtit. & iur. & in l. Manumiſsione, §. Qui deficiunt, ff. de capit. diminu.

Tertio poteſt obſtare quôd licet Ordinatio in hoc § admittat ſuſceptionem ordinum, & beneficij poſt delictum excuſare delinquentem in criminalibus contra ea quæ de iure communi aſſerunt Doctores, quo inſpectu talis ſuſceptio dicitur in fraudem, quia Regia Ordinatio fraudis non curat, vt faueat eccleſiaſticis, vt explicat Valaſ. conſult. 48. num. 7. tamen adhuc ſic ordines, & beneficium ſuſcipienti obſtare poteſt breue Iulij tertij conceſſum Regi contentum in extrauaganti antiqua, l. 5. titul. 4. 2. part. quo cauetur vt requiratur quód delinquens beneficium habeat per annum ante delictum, qua de cauſa olim Vliſyppone in ſupræmo Senatu denegata fuit remiſsio Luppo Gomez de Aureu, qui beneficium adeptus fuerat poſt delictum.

Ideo cum hæc, & alia poſsint obſtare remiſsionem petenti, non immerito lex regia iubet vt compareat priuilegium ſuum allegaturus, quia non eſt notoriè beneficiatus ex ſolô titulo, cũ adhuc pendeat

pendeat ex diſcuſsione iuris.

In remiſsione autem facienda in ſuperioribus caſibus, ſcilicet quando quis eſt notoriè beneficiatus, iuxta d. § 23. vel propoſita exceptione fit notorius iuxta d. § 21. non eadem forma ſequitur, ac in remiſsione clerici in minoribus, nam prioribus caſibus nullus appellationi locus eſt. In ſecundo autem caſu ſemper appellandum eſt, vt dicit Ordin in hoc § 28.

2 Agendo igitur de hoc vltimo caſu, quando clericus in minoribus remittitur, in quo ſemper appellandum eſt, aliqua ſe offerũt notabilia Primum, quód cum hæc ſententia ſit interlocutoria, reuocari nihilominus nequit cõtra reg. text. in l. Quod iuſs. t, ff de re iud. tenuit Capitius deciſ. 144. quod ex eo prouenit, quia habet vim diffinitiuæ, & ſuccedit Ordin lib 3. titul 65. § 1. Valaſc conſ. 156. num 30. Secundum notabile eſt quòd ab hac ſententia remiſsionis appellatio interponenda eſt ad iudicem Regiæ Coronæ, quia cùm quæſtio ſit ſuper iuriſdictione, an ad Regem pertineat, vel ad eccleſiaſticum ad ipſum Principem ſpectat cognitio, ex Ordin. lib. 2 titul. 1. § 15. & lib. 1. titul 12. § ibi: *O qual he iuyz competente para conhecer ſe a jurdição pertence a noſſas juſtiças.* Quibus fundamentis cùm ſententia in Senatu Portuenſi eſſet expedita per auditores criminales, in Chancellaria gloſſa fuit appoſita, & annullata fuit tamquam ab incompetenti iudice lata

Ego in his quæſtionibus quæ in Senatu pro vna & altera parte iudicantur modeſtè vellem iudicium meum proferre, nam in illo me ab omnibus præcelli fateor, & non erubeſcam dicere, etiamſi alterum pedem habeam in tumulo Ad prpoſitum tamen redeundo, aduerſus gloſſam, & ſententiam virtute illius latam pro auditoribus criminalibus non leues adducuntur rationes, vt appellatio ad eos pertineat. Primo quòd cauſa criminalis eſt, cuius appellatio ad ipſos priuatiue ſpectat, ex Ordin lib. 1. titul. 11. & titul 41. ad quos etiam principalis cauſa venire deberet ſi ſententia lata eſſet ſuper crimine principali: igitur ſicut ad eos principalis negotij appellatio, ſic pariter, & incidentia cauſæ ad ipſos debent pertinere, nam cui principale comiſſum eſt incidens etiam cenſetur comiſſum in ſimili caſu, Bobadilla lib. 2. cap. 18. num. 71. Redin. de maieſt. princip. verbo Non ſolùm armis num. 166.

Deinde probatur ex Areſto Senatus 3 in libro Spheræ vbi habetur quód omnes dependentiæ, ſeu continentiæ cauſæ principalis ad eoſdem iudices ſpectãt, & probat in ſuo caſu, Ordin lib. 3. tit 86. § 12. Cabed. areſt. 65. 1 part. Deinde illud vrget quòd hæc remiſsio dum per oppellationem non concluditur adhuc eſt imperfecta, nam ſicut iudex primæ inſtantiæ cognoſcit an ſua ſit iuriſdictio, ex reg text in l Si quis ex aliena, ff. iud. & dum pronuntiat ſe non eſſe iudicem, & cauſam remittit ſic pariter eius ſuperior, de cuius præiudicio agitur, debet cognoſcere, an ille bene pronuntiauerit, ſuper incompetentia vt cognoſcat an ſua eſſe debeat iuriſdictio, quia talis appellatio ſemper referenda eſt ad ſuperiorem illum, de cuius iuriſdictione agitur, provt ſunt auditores criminales, non veró iudex regius, qui longe diuerſum tribunal conſtituit. Vltimo iudex regius tunc eſt competens quando inter ipſos iudices ſæcularem, ſcilicet & eccleſiaſticum eſt contentio ſuper iuriſdictione, patet ex d. §. 55. ibi: *Hauendo duuida a t. s julgadores eccleſiaſticos, & ſeculares* Dubitamus eo caſu, an ad Regẽ ſpectet, vel ad Epiſcopũ; quo caſu Rex ipſe cognoſcit Cabed. deciſ 118 num. 7. 2 part. Atvero in noſtro caſu nulla dubitatio eſt, an ad Regem iuriſdictio ſpectet, ſed ſolùm dubitatur, an delinquens gaudeat priuilegio fori, vel non, vel an probentur qualitates à lege regia requiſitæ, vel non; & ſacrum Concilium Triden-

Tridentinum deſiderat quòd non eſt profecto de iuriſdictione Principis controuertere. Scimus enim eo caſu iam legibus cautum quòd delinquẽs gaudeat priuilegio ſi talia probet: non ergo eſt de iuriſdictione contentio, ſed de facto nudo, & de probatione qualitatum, cui ergo verba legis non accomodantur, nec eius cõuenit diſpoſitio, l.4.§.Toties, ff. de damn infect. l.Quod cõſtitutum, ff.de teſtam. milit. l.Ita autem in princ. ff de admi.tutor. l.Hos accuſare, § Omnibus, ff.de accuſation Tiraq. verbo Libertis, n.2. C de reuo. dona. Guterrez conſ.1.num.8 & conſ.2 num.18.& conſ. 21. num.2. Valencuela conſ.25 num 56. faciunt quod illa verba d. §.28 ibi: *Se appellará para nós*, non ſunt apta ad compræhendẽdũ iudicem regium, nec talis eorum mens fuit, nam quando leges regiæ ſtatuerunt aliquam cauſam ad iudicem Coronæ pertinere, vtũtur illis verbis: *Ao juyz de noſſos feitos*, provt in d §. 15. & tit.9.in fine princ & §.1 in fine, & §.11. & §.14. in princ. ibi: *Tomarão inſtrumẽto para o juyz de noſſos feitos*, illud enim verbum, *para nós*, poſitum fuit vt appellatio fieret ad Senatum, non verò ad alium ſuperiorem, veluti in terris dominorum qui auditores habent qui de appellationibus cognoſcunt hoc caſu voluit, vt omiſſo medio ad Senatum ſtatim appellaretur; probat hoc appertè Ordin. lib 2. titul 1.§ 5. ibi: *E neſte caſo não haverà mais que hũa ſó appellação do juyz eccleſiaſtico para o Biſpo, & do ſecular para nós*: id eſt, ad nos repræſentatos in Senatu, deinde contrarium ſenſum excludunt vltima verba eiuſdem §.28, *& para os Deſembargadores a que pertencer*, non enim illa verba ſunt apta compræhendere iudicem regium, qui non ſolet vocari per verbum, *Deſembargadores*, ſed per verbum, *Iuyz de noſſos feitos*. & clare oſtendunt illa verba appellationem deuolui ad cauſarum criminalium expeditores.

4 Facit vltimo quòd eadem eſt ratio in remiſsione ad alium forum, ac in remiſſione ad aliud Regnum cum vtroq; caſu remittatur ad alios iudices, & alterius imperij, diuerſæq, iuriſdictionis & tamen praxi receptum eſt vt hoc caſu appellatio interponatur ad d. expeditores, ex Cabed.deciſ.156. in fin. ergo & hoc caſu idem dicendum eſt.

His patet verius videri cognitionem ſpectare ad criminales expeditores, verum adhuc (ſi ludere ingenio licet) videtur quòd nec ad iudicem regium, nec ad illos, ſi remiſsio per ſupplicationem expediatur, ſpectare poteſt, ſed ad expeditores grauaminũ, ex ſequẽtibus, primo quia vbicunq; agitur de incompetentia iudicij, vel fori ſupplicatio pertinet ad expeditores grauaminum, adeo vt etiãſi cauſa ſit criminalis, in qua ex rei natura omne grauamen pertinet ad Præſidem Curialem, vulgo *Corregedor da Corte*, ex Ordin.lib.1. tit.7. Si tamen coram inferioribus iudicibus de incompetentia opponatur, & ab eius pronuntiatione ſupplicetur iuxta Ordin lib.3. titul. 20. §.9. Gama deciſ.363. Valaſc. conſ. 47. Talis ſupplicatio etiamſi ſit dependens à cauſa criminali, tamen naturam criminalem amittit, cum articulis incompetentiæ per ſe conſideratus ſit more ciuilis, & quodamodo extranea cauſa à principali, & ideo ad expeditores grauaminum, qui ciuilem exercent iuriſdictionẽ ſpectare debet, & ne ſine authore loquamur, reſoluit Cabed.areſt 65. 1.p. vbi ait quòd in cauſa ſuſpicionis poſitæ in cauſa criminali ſi ſupplicetur ad Prætorem criminalem pertinet cognitio, ſecus verò ſi ſuper incompetenta iudicij. Sic in his caſibus in quibus iudex regius cognoſcit priuatiuè ad alios iudices provt eſt in materia iuriſdictionis regiæ, in qua ſi appellaretur ad ipſum eſſet appellandum, ſicut & ſi ex aliquo incidenti ſupplicandum foret per viam grauaminis. Tamen ſi ſupplicatur ab incompetentia iudicij, non ad ipſummet iudicem Regium, ſed ad expeditores

ditores grauaminum pertinet grauaminis expeditio, ex eod. Cabed. deciſ. 118. 2. p. nu. 7. in fin. Ex quibus in noſtro caſu pariter videtur dicẽdum quód ſupplicatio debeat ſpectare ad dictos grauaminum expeditores, non ad alium iudicem.

6 Sed vt veritas appareat dic quód in remiſsionibus quæ fiunt de ſæculari ad eccleſiaſticum iudicem, non ideo iubet lex regia vt appelletur quaſi aliquid ſpeciale conſtituat in remiſsionibus delinquentium qui ratione ordinum iudiciũ ſæculare vitare intẽdunt, ſed ex eo quod delinquens liberatur, & ſoluitur è carcere ſæculari, quo caſu oportuit vt appellaretur pro parte iuſtitiæ, vt in d. §. 28. & in ſimili eſt Ordin. lib. 2. tit. 5. §. 9. Cabed. deciſ. 156. n. 2. Adhuc tamen in caſu contrario, quando ſcilicet delinquens nõ remittitur ad forum Eccleſiæ ipſe ſupplicare poteſt ad Senatum de iniqua pronuntiatione, quæ ſupplicatio ſolam reſpicit incompetentiam iudicij, in quibus caſibus illa eſt differentia quód iudicis appellatio pro parte iuſtitiæ non ſimpliciter ſuper incompetentia iudicij proponitur, ſed ſuper liberatione delinquentis qui relaxatur, in quo ſenſu diffinitiua eſt, & appellari debuit, cuiuſq; appellationis cognitio ad immediatum ſuperiorem appellati pertinet, ideſt, ad expeditores criminalium cauſarum: ſi verò interponatur à delinquente ſupplicatio, tunc grauamen incompetentiã iudicij concernit, dum ſe iudicem pronũtiat, & eo caſu debet pertinere cognitio ad expeditores grauaminum, nec vllo ex his caſibus ad iudicem regium pertinet.

Ex quo patet quôd inaduertenter Vaſius lib. 2. cap. 53. ſuper varias materias dixit ex hac Ordinatione elici vt in cauſa incompetentiæ appellari debeat, non aduertens quód eo caſu appellatio non à competentia procedit, ſed ex eo quia delinquens relaxatur, & remittitur ad aliud iudicium, vel aliud Regnum. Negotium adhuc facit Ordinatio lib. 2. tit. 5. §. 9. vbi in caſu ſimili in eo qui ad Eccleſiam remittitur, nõ poſſunt partes ſupplicrre, ſed appellare, ibi: *E deſta ſentença que o juyz der ſobre a dita immunidade darà apellação às partes, ou appellarà por parte da juſtiça nos caſos em que não tiuer alçada, ſegundo o crime por que for acuſado.*

Videtur ergo quòd pariter in noſtro caſu quando iudex delinquentem non remittit nulla ſit admittenda parti ſupplicatio, ſed appellatio. Sed reſpondetur quôd differũt inter ſe hæc duo, vel pronũtiare ſuper immunitate Eccleſiæ, vel ſuper remiſsione ad iudicium Eccleſiæ. Primo enim caſu non vertitur vlla cauſa incompetentiæ illius iudicij quæ concernat iuriſdictionem iudicantis, quatenus talis: ſed ratione temporis, & loci, quinpotius illa exceptio obijcitur in vim dillatoriæ, vt pro modo delinquẽs non bene cogitur reſpõdere quouſq; reſtituatur arg. cap. Paſtoralis de cauſ. poſſ. cap. Significarunt de teſtib. in quo non negat quòd ſi extra Eccleſiã capiatur quod in iudicio ſæculari reſponderet, ſolumq; intendit immunitatis reſtitutionem ante omnia. In quo ſuper immunitate lata ſententia diffinitiua eſt, & reum reſtituit Eccleſiæ, à qua appellatio competit, ex reg. Ordin. lib. 3. tit. 70.

In noſtro autem caſu agitur de iudicij incompetentia in qua parti ſupplicatio concedi debet quando iudex ſe pronuntiat competentem. At verò ipſe iudex appellat quando ſe incompetentem pronuntiat quia captum relaxat. 7

Hic obiter veniunt explicanda verba Ordinationis d. §. 9. tit. 5. qui aliquãdo mihi obſcura fuere, dum videtur admittere quod à ſententia ſuper immunitate, vel partes appellabunt, vel ipſe iudex, in quo videtur ſignificare quòd altero dato, alterũ ceſſabit, veluti ſi pars aduerſa appellauerit, poterit iudex omittere ſuam appellationem, quia per partis appellationem finis à lege prætenſus aſſequutus eſt, vt cauſa ad ſuperiores

Aa deue-

deueniat, illa enim eſt natura alternatiuæ vt dato vno, alterum ceſſet, Bart. in l Non vtiq; ff. eo quod certo loco, nu 6. Burſat 4.p. conſ.457. Qui tamen ſenſus admitti nequit, nam iudex quando remittit delinquētem ad Eccleſiam, ſemper tenetur appellare, arg Ordin. in d §.24. nec eius appellatio quæ in eadē ſententia exprimi debet, poteſt pendere ab appellatione partis; quare illa verba debent exponi ſingula referendo ad ſuum caſum, vt ſupra quando iudex delinquentem remittit ipſe appellet, quando verò eum non remittit, quia tunc eius appellatio ceſſauit admittat partem aduerſam ad appellandum.

8 Vnus tamen eſt caſus in quo appellationi locus non eſt, quando quis ad ordines non remittitur, nempe quando iudex delinquentem nō gaudere priuilegio clericali pronuntiauit: eo namq; caſu ab hac pronuntiatione ipſe ſupplicare debet ad Senatū, vbi ſi feratur ſententia in eius fauorem quôd priuilegio ſuo gaudeat remittitur ſtatim ex vi ſententiæ, ſic ſentit Cabed decis.156. nu 2. quam iudex adimplet, nec alia requiritur ſententia, nec appellatio, quia iam aſſequutus eſt finis a lege prætenſus, & idem eſt, vel per quærellam partis, vel per appellationem iudicis, ex officio cauſa ad Senatum deneuiſſet. Nan ſi adhuc poſt hanc primam ſentētiam iudex inferior pronuntiaſſet, & appellaſſet, vt iubet lex regia in d. §.28. poſſet ſequi maximum abſurdum, nempe quód talis appellatio pertineret ad expeditores cauſarum criminalium, ad quos de iure pertinet, & forſan iudex appellationis iudicaret reum non remittendum, quia non ſatis probabantur qualitates, & in eadem cauſa, & materia eſſent diuerſæ ſententiæ contrariæ, & hæc poſterior eſſet nulla, ex Ordin. lib.3 tit.75.

Vt igitur hæc omnia ceſſent ſatius videtur, vt vbi primum grauaminis inſtrumentum expeditur, & prouidetur ſupplicanti legis forma cenſeatur impleta, & ceſſet appellatio.

SVMMARIVM.

1 IVdices ſæculares poſſunt capere clericos quando delinquunt. Idem in Monacho. ibi.

QVOD IVDICES SÆCVLARES POSſunt capere clericos in ſacris, vel beneficium habentes, quando delicta committunt. Ad Ord. lib. 2. titul. 1. §. 29.

CAP. 46.

CApturam clericorum permittit lex regia quando in actu deliquendi reperti ſunt, & deducta proponitur ex concordia Regis Dioniſij, art. 14. num 63. & ex 8. art. quartæ concordiæ, num 125. & ex concor-

concordia Regis Petri, artic.5. nu 145. in qua captura ſi ſæcularis excedit Rex punit miniſtros ſuos, in dicto artic 14. num.63.

1 De materia diximus latè prima parte Manus Regiæ, & ſupra ad Ordin. §. 26 & vltra ibi citatos videndus text. in cap. Vt famæ de ſent. excomunication. Salzed. in pract.cap.122.à n.3 Azeued. in l.9.titul.3.lib.1 nu.4.& l.5. nu.9 & 11. tit.3.lib.4 recopil.Farin.part.1 quæſt.21. nu.141. & quæ diximus ſupra ad §.26. Bobadilla lib.2.cap 18.n.50.& 96. Marta de iuriſd. part.4.caſ.42.

Omnia quæ in clericis diſponit Regia Ordinatio habebunt etiam locum in quocunq; religioſo, vel monacho, Cened. in decretal. collect. 87. n.4.

SVMMARIVM.

1 *Donati, & monachi tertij ordinis reſpondent in ſæculari.*

2 *Non habet locum in oblatis, & conuerſis.*

Circa oblatos, & conuerſos datur concordia Regum. ibi.

QVOD DONATI, ET MONACHI tertij ordinis reſpondeant in ſæculari? Ad Ordin. lib.2. titul.2.

CAP. 47.

1 Donatos dum lex regia nō liberat à iuriſdictione ſæculari, & inſuper monachos tertij ordinis Seraphici Franciſci qui extra clauſtrum viuunt ſecundum ius procedit, vt latè Fr. Emanuel Rodriguez lib 2. regul. quæſt 62. art 18. Clarus q 35. ꝯ fin.nu 19. vbi agit de pænitentibus, de quo eſt l 1 tit 14 lib. 6. recopil. vbi Azeued nu fin Maſcard. concluſ.957. nu.6. in ſeruientibus hoſpitali, Valaſc. conſ.105. num. 32. idem Rodriguez quæſt 65. art 5. Flores Variar. q. 21. num. 194. Cabedus de iure patron cap.15. à num 18. Ceuallos 4 p. quæſt. 897. num 585. & de las fuerças, quæſt.33. & quæſt.61. Soarez de cenſur. fol 543 num.20. Bobadilla lib.2.cap.18. num.233.

Vnde hæc Ordinatio non habebit locum in oblatis, aut conuerſis, primi namq; ſe, & ſua Deo dedicant, Marta de iuriſd.4.part.caſ.113.num 37. Zerola de oblatis 2. part verbo Oblati, fol.76. Azor inſtit moral.1 part.lib 12.cap.19. fol.1292. ſecundi qui ſunt conuerſi vota emittunt, & verè religioſi ſunt, licet ad ordines non promoueantur, Garcia de benefic 1.part.cap.4.num.11. Azor.vbi ſupra. Idemq; erit extendendum ad nouitios, idem Azor. 1. part. lib. 2. cap.2. fol.1168. Vnde circa oblatos, & conuerſos extat concordia prima Regis Dioniſij, art.17. num.66. vbi vocantur religioſi. 2

SVMMARIVM.

1 Clerici, vel Comendatores qui cum Rege viuunt ſi in eccleſiaſtico non ſint condigne puniti poſſunt à Rege puniri.
Extat de hoc breue Iulij tertij. ibi.
2 Princeps poteſt punire clericos qui illi inſeruiunt.
3 Clericus non condigne punitus in eccleſiaſtico poteſt à Principe ſæculari puniri.
Lex ſic diſponens videtur offendere libertatem Eccleſiæ. ibi.
4 Princeps bona ſua clericis ea conditione elargitur, vt ſi flagiotioſi ſint eos priuare poſsit.
Clericus delinquens in officio ſæculari à Principe punitur.
5 Comendatores an priuentur comendis quando non condigne puniti ſint.
6 Comenda an ſit beneficium, beneficium non datur laico.
7 Comendæ non ſunt beneficia.
8 Multi tenent eſſe beneficia.
9 Promitti non poſſunt antequam vacent.
10 Magnus Magiſter non poteſt duas comendas inſimul vni concedere.
11 Delinquens in ſeruitio Principis ſæcularis non priuatur comenda.
12 Lex regia debet corrigi circa modum quo diſponit.
13 An requiratur ſententia vt priuatio habeat locum?
14 Non procedit in cauſis ſpiritualibus.
Pœna vitabitur ſi ex officio petatur. ibi.
15 Non procedit in equitibus qui ad ſuum iudicem declinant.

AN PRIVARI VALEANT BONIS à Rege obtentis clerici in ſacris, vel beneficium habentes, quod condigne non puniuntur in foro Eccleſiæ, & quomodo puniendi hi qui ad ordines confugiunt? Ad Ord. lib. 2. tit. 3.

CAP. 48.

1 HÆC Ordinatio plura inuoluit, quæ ſingula ſpecialem notã exigunt, & in primis dum Princeps punit in ſuo foro eos qui condigne in eccleſiaſtico non ſunt puniti, etiamſi ſint clerici in ſacris cõſtituti, vel beneficium habeant, aut Comendatores ſint, extat Breue Iulij tertij quod Regibus indulget, vt clerici in minoribus qui in foro eccleſiaſtico legitime puniti non extiterint valeant ab ipſo Rege coerceri, habetur lib. 2, Breuium Archiuij publici, fol.118.

fol. 118. & per errorem ad recopilationem Ordinationum ſub hoc titulo, tom. 1. dicimus eſſe Pij quarti: verba breuis ſic habent: Niſi de criminibus,& delictis, primo, & ſecundo per eum perpetratis prædictis debitè, per iudicem eccleſiaſticum punitum, ipſi iudices ſæculares repererint, ad eundem forum eccleſiaſticum vlterius recurſum habere non poſsit, ſed per eoſdem iudices ſæculares puniri corrigi, & caſtigari valeat, & debeat: Verba ſonant quòd bis remiſſus, & non condigne punitus amplius non remittatur, ſed puniatur in ſæculari.

2 Vnde noſtra Ordinatio deſſumpta videtur ex articulo 3. Regis Sanctij, num. 5. vbi ob defectum iuſtitiæ in eccleſiaſtico Rex occurrit, ſed quia dici poteſt quòd illud procedit vt ipſe faciat iuſtitiam miniſtrari, non verò quód ſuppleat defectum iuſtitiæ his caſibus qui non ſunt mixti fori, in quibus non condignè punitus in vno foro poteſt ad exceſſum pœnæ in altero condemnari, vt dicemus ad titul. 9. facit cap. Adminiſtratores, cap Principes, 23. q. 5. & apud Hiſpanos eſt l. 3 4. & 5. titul. 4. lib. 1. recopil. Guillelmus, verbo Et vxorem, num 447, Menchaca de ſucceſsion. in præfation. num. 26, Gail. lib. 10. obſeruat. 3. num. 4. & de Areſtis cap. 10. num. 13. Peguera in pract. cap. 24. Guterrez lib. practicar. quæſt. 12. Caſtro in praxi lib. 2. cap 4. num. 15. & apud nos videnda eſt reformatio iuſtitiæ in §. 16.

3 Vtiq; verius videtur hanc Ordinationem aliud habere fundamẽtum, nec indigere vt concordia aliqua innitatur, hic nanq; Princeps ſæcularis non per viam iuriſdictionis, ſed œconomicæ gubernationis, vt flagitioſos à ſe, & à ſua domo arceat, inſurgit in fauorem legis canonicæ, flagitioſis hominibus, nõ ſufficienter punitis, illam pœnam addens, quòd priuentur omnibus bonis quæ ab ipſo Principe habent: faciunt quæ Bart. in l. Senatus ad fin ff. de accuſat. Deci. in l. Magiſtratus in fin. ff. de iuriſd. omni iudic. Felin. in cap 1. de præſcript. nu. 11. Obſtat tamen quòd cum illa bona effecta ſint perſonarum eccleſiaſticarũ non poſſunt extrahi à talibus, in vindictam criminis comiſsi, quia in effectu punirentur à Principe ſæculari contra libertatem Eccleſiæ, ex Abb. in cap. Eccleſia, de conſtit vbi Felin. nu. 70. cum poſſet clericus ſecurè declinare, ex Bald. in l. Filius, ff. de his qui ſunt ſui, n. 1. Socin. conſ. 122. vol. 1. Bart in l. pen. §. Ad crimen, ff. de publ. iudic. ſicut alias videmus quód clericus quando agitur ad amiſsionem fæudi, non poteſt conueniri in ſæculari iudicio, Aufrer. reg 2. falent. 1. Ripa in cap. Decernimus de iudic. poſt num. 21. Soci in cap Ex tranſmiſſa, de foro comp n. 32.

Verum dici poteſt quód ſuppoſita lege regia qua ſtatuitur, Principẽ ſæcularem nolle apud ſe retinere perſonas ſeditioſas, qui animo intendere priuare bonis à ſe habitis, illos qui flagitia committant, iam ſub ea conditione cenſentur talia bona conceſſa; vnde aduenientе conditione ſine vlla iniuria adimuntur, faciunt quæ Barboſ in l. Si conſtante, §. 1. n. 18. ff. ſolut. matr. Surd. conſ. 38. nu 124. quæ conditio facit legem in contractu, Cuia. 2. tom. fol. 222 ad l. Itẽ quia, ff. de pact. vbi ſtipulatio dotis intelligitur ſi ſequantur nuptiæ, qua conditione deficiente ſtipulatio, ipſo iure, nulla eſt, quia eorum vſus eo vſq; talibus permiſſus eſt, quandiu crimina non committant, ob quæ condignè puniti non exiſtant, vnde cum ſub ea conditione in ſeruitium Principis recepti ſint, nihil impedit priuari poſſe, cum id à principio fuerit conuentum, atq; hoc modo explicat Soarez aduerſus Angliæ errores lib. 4 cap 34. num. 26. Conſideráriq; poteſt in hoc caſu duplex iniuria, altera Reipub. altera Principis, quatenus eius domeſticus quiq; ex eius patrimonio alitur, talia comittit, & ideo reſpectu 4

offenſæ Principi factæ extra ordinem taliter delinquens punitur à Principe, non tamquam iudice, ſed tamquam Rege, & domino, argum. Ordin. lib. 1. tit. 58. §. 18. & titul. 73. §. 9. & infra titul. 4. dixit Guillelmus, verbo Et vxorem, num. 447. quia hæc poteſtas eſt æconomica potiuſquam ordinaria, nam etiam clericus delinquens in officio à Principe punitur, Clarus §. fin. quæſt. 36. n. 43. Decianus in tract. criminal. tom. 1 lib 4. cap. 9. num. 143. Farin in praxi, part 1. quæſt 8. num 98. Bobadil in polit lib. 2. cap. 18 num. 99. & 232. & cap. 19. nu. 9. Cened ad decretal collectan. 61. num. 6. Azeued. l. 14. tit 5 lib 3.

5 An autem comendæ perceptor huic poſsit pænæ ſubijci, maior eſt dubitatio, tum quia d. perceptoria, vel dici poteſt beneficium, vel ſaltem quòd habetur non ab ipſo Principe ſæculari, ſed à S. Pontifice, ad præſentationem, ſeu ex cõceſsione Principis qui tales comendas concedit, virtute indulti Apoſtolici, & tamquam Prælatus eccleſiaſticus, quare non videtur poſſe ipſum priuare Comendatorem perceptoria, & vt hæc melius explicentur ſequentia notãda ſunt.

Primum. An Comenda ſit beneficium?

Secundum. An promitti poſsit antequam vacet?

Tertium. An plures Comendæ ſimul dari?

Quartum. An à Rege priuari poſsint Comendis ob delictum?

Quoad primum, An Comenda ſit beneficium: huius quæſtionis deciſio pendet à vera diffinitione beneficij, & vltra Seluam de benefic 1. p. quæſt. 1. Ioann. Nicolaum in inchiridio, cap. 1. num. 7. Duaren lib. 2 de Sacram. cap. 4. Rebuf. in praxi, titul quid ſit beneficium nu. 8. Corraſ de Sacerdio, 1. part. cap 2. qui diuerſas diffinitiones tradiderunt tu dic rectius diffiniri.

Quod ſit beneficium ius ſpirituale conſequendi redditus eccleſiaſticos, ex canonica inſtitutione, perpetuum in ſe quoad accipientem. Imprimis enim conſtat de natura beneficij eſſe, quod ſit vnitum ſpiritualibus, ex Thom. 2. 2. quæſt. 100. à num. 4 quia propter officium conceditur, ideſt, ius illud percipiendi fructus cap. fin de reſcript lib 6. & in cap. Cum ſecundum eod. titul. Iure enim Diuino, & naturali conuenit miniſtranti ſpiritualia concedi temporalia, 1. ad Corinth. cap 9 quo reſpectu ipſum ius percipiendi decimas, quod in effectu eſt ipſummet beneficium, vocatur ſpirituale, vt conſiderauit Thom. d. loco, & Gaetanus quæſt 1 de Simon. ex quo præbenda quatenus eſt annexa canonicatui dicitur beneficiũ, gloſ. in cap. Dilecto de præbend. ſingularis ſecundũ Panormit ibi, notab. 5. & Felin. in cap. Cum acceſsiſſent, num. 17 de conſtitut. Cardin. conſ. 162. num. 4.

Item ex illis verbis, Canonica inſtitutione, colligitur aliud proprium beneficij, nempe quod conferatur eccleſiaſticæ perſonæ, & ab eccleſiaſtica perſona, laici enim, nec dare, nec accipere beneficium poſſunt, capit. Maſſana, cap. Sacroſanct. de electione functo, cap. Si quis deinceps 16. quæſt. 7.

Additur perpetuum, quia ad tempus conferri beneficium non poteſt, vt in cap. Sanctorum 70. diſt. & ſic ex his iſta diffinitio continet illa quatuor quæ beneficio aſcribit Calderin. cap. In noſtra, quæſt. 3. de reſcrip. Rebuff. de pacific poſſ. num 287. ex quo.

Iam infertur beneficium conferri nõ poſſe laico quod iure diuino conuenire probat Gaetanus vbiſupra, verſ. Quoad ſecundum, & ſentit Thom. d. art 4. & cap Si quis obiecerit, 1. quæſt. 3. nec obſtabit cap. Ioannes, de cleric. coniug. quia ſecũdum Hoſtienſem debet intelligi in ſtipendio quod laico cõcedi poteſt, ob aliquod miniſterium,

iuxta

iuxta gloſ. verbo Receperunt, in cap. Cum M. de conſtitution.

Neque obſtabit ſi dicamus laicum poſſe in Papam eligi, vt per gloſ. in cap. Si quis pecuniam 79. diſt. quam ibi probauit Alex num. 12. & ſingularem dixit Panormitan. in cap. Licet, num 4. de electione, quia verum eſt poſſe illum eligi, non tamen adminiſtrabit ante promotionem ad ordinem neceſſariũ, neq; inſuper mouere poteſt, cap. Statuimus, § His omnibus 6. diſt. vbi ſcribitur Ambroſiũm, & Nicolaum in ſtatu laici fuiſſe electos in Epiſcopos, quoniã illud fuit ex diuina reuelatione, vt per Cardin. ibi ad fin. Nec inſuper quod plerumq; ex priuilegio apoſtolico laico conceduntur decimæ quod efficere poteſt Papa iuxta gloſ. receptã, in cap. Quamuis, de decim. in gloſ. pen. quoniam intelligitur laico concedi ius tantum percipiendi res temporales, quæ pro decimis præſtantur, ex Thom. vbi ſupra ad tertium, Maior. in 4 d ſt. 25. quæſt 2 col. fin gloſ. in d cap. Quamuis, ex quibus ſic reſolutis.

7 Iam infertur perceptorias, de quibus agimus propriè, & verè non eſſe beneficia, ſiquidem laicis, iiſdemq; coniugatis conferuntur, gloſ. verb Comendare, in cap. Nemo 15. de electione, gloſ. verbo comendata, in cap Si conſtiterit, de accuſat. Abb in cap de Monachis de præbend. Rotta antiqua deciſ. 1 de præben. Syluestr, verbo Comenda, num. 2. Caſſador. deciſ. 5. de priuil. Staphil de liter. gratiæ, titul. de formis expectatiuarum, § 7. num. 6. Roma. conſ 350. num. 8. Marſil. de redditib. 3 part. cap 26 n. 28. & 2 part. cap. 15 num 23. Deci. conſ. 149. nu 5 Oyeda de incompatibilitate, cap. 14. num 6. facit, cap Qui plures 21. q. 1. cap. Dudum, de præben. in 6 ibi Vnam titulatam, & alteram in comendam, vbi agnoſcit non eſſe comendam titulum beneficij: Nam apud comendatarium ius decimandi eſſe non poteſt, vt ſuperius formauimus, quamuis poſsit eſſe titulata perceptio decimarum, quatenus ſunt fructus, ſicut aliàs videmus in eo qui decimas conduxit, cap. Veſtra de locato, cap Cauſam quæ de præſcription. dicit Puteus deciſ. 24. n 4 lib. 1. Quinta. Duenas lib. 1. cap 7. num. 107 Garcia de benefic. 4 part. cap. 4 nu. 20. qua ratione dicendum eſt quód milites habent huiuſmodi decimarum perceptionem, tamquam ſtipendium, vt in d. cap. Ioannes, remanente penes vicarios iure decimandi, qui veri ſunt rectores, & non comendatarij, quia Eccleſia plures nequit habere, cap Cùm non ignores, de præben. Et ideo hæ hodiernæ Comẽdæ erant olim incognitæ, vt dicit Sarnenſis in reg de triennali, quæſt. 5. Campegius tit. de Comendis, tom. 15 tractatuum, p. 2. Vnde ſolùm Comendæ illæ beneficium dici poſſunt, in quibus non ſolùm temporalium, ſed & ſpiritualium adminiſtratio in perpetuum cõceditur, quare cum Comendatarij milites ſpiritualium adminiſtrationem non habeant, beneficium habere non dicuntur, quia licet perſonæ eccleſiaſticæ ſint propter profeſsionem, Menchac. Illuſtr. cap. 108. num. 48 Nauarr. in appolog. monit. 55. Valaſſ. tom conſ 14 nu. 9. propter defectum dictæ adminiſtrationis beneficiati non fiunt.

Ex quo infertur bene conſideraſſe Socin. conſ 32 num. 17 vol. 1. quatenus dicit ad collectam impoſitam beneficiarijs non teneri Comendatarios laicos, Pariſiùs conſ 125. nu 17. vol 4. & Corneus vol 3. concl. 66 num. 2. quamuis Corraſ de Sacerdot. 1. part. cap. 3. num. 2. & latiùs Barbatia in Clem. cauſam quæ num. 12. de electione contendat huiuſmodi perceptorias inter beneficia connumerari, quia ſolis militibus profeſsis conferuntur, cum onere precum quotidianarum quod ſpeciale eſt, & hoc videtur agnoſcere Rebuf de nomin. q 15. num. 16 & Mandoſ. de infirmis reſign. quæſt. 20 num. 8 vbi habet quòd in illis procedit dicta regula de infirmis, licet 8

habeat

habeat ſtylus Curiæ, quòd ſi in Curia vacent non ſint reſeruatæ, iuxta cap. 2. de præbend. in 6. latè Gonzal gloſ. 5. §. 8. num. 46. vbi dicit eſſe beneficium quoad omnes effectus, excepta reſeruatione, num. 48 Garcia de benefic. d. cap. 4. num. 40. Mandoſ. reg. 19. quæſt. 20. num. 6. Corneus conſ. 66. num. 2. lib. 3. Lapus alleg. 27. Flamin de reſign. tom. 2. lib. 12. quæſt. 3. num. 8. Mota de confirma. ordin. lib. 1. cap. 1. §. 10. num. 12.

Inſertur etiam non poſſe vendi, aut dari aliquo pretio, aut temporali accepto, quia negari non poteſt, quòd ſunt miniſteria eccleſiaſtica, vt voluit Pariſ. d. conſ. 125. volum. 4. habent enim annexum ius decimandi ex natura redditũum, ſuper quibus committitur ſimonia, vt in cap. Quæſitum de rerum permut. facit quod de iure patronatus diſponit cap. Quanto de iudic. iuncto, Thom. 2. 2. quæſt. 100. art. 4. cap. de iure patronat. Cap Querelam de ſimonia, quæ confirmantur magis ex his quæ Marta de iuriſd. 2. part. cap. 32. num 22. vbi tenet quòd hæ Comendæ equitum dicũtur eccleſiaſtica beneficia, ex cap. Dudum 2. de electione, cap. Qui plures 21. quæſt. 1. ex ſententia Arnulphi in tract. de iure regal. 3. priuil. num. 2. Guido deciſ. 152. & ita declaratum dicit per Bullam Adriani, quam adducit Probus in additionibus ad Monachum, in cap. Nemo de election lib. 6. Raudenſ. in conſ. 17. num. 19.

Ex quibus cauere debet magnus Magiſter, ne huiuſmodi Comendas dotis nomine concedat: cauere item debet ne illas promittat antequam vacent, per cap. 2. de conceſſ. præbend. iuncto cap. Deteſtanda, eod titul. in 6. quæ iura licet in beneficijs loquantur, fauore animarum procedunt, ne detur votũ captandæ mortis, & vt ambitio ceſſet, quo circa ſunt extendenda, & amplianda, Andr. in cap. Ex tenore, & ibi Panorm. & Præpoſ. qui filij ſint ligit. & ponderari poteſt text in d. cap. 2. ibi: Miniſteria quorum appellatione propriè officia eccleſiaſtici veniunt, vt per Bald. in cap. 1. §. 1. de feud. dato in vicem leg. commiſſ. Socin. conſ. 53. num. 4. vol. 3. & Rebuf. 2. tom. ad leges Gall. titul. Vt benefic. eccleſiaſti. art. 1. gloſ. 2. in fine: ex quibus periclitãtur conceſsiones regiæ in cõtrariũ factæ, quæ ſine peccato, neq; dari, neq; retineri poſſunt; facit in argum. cap. fin. de conceſſ. præbend. vbi Regi patrono negatur præſentatio beneficij non dum vacantis.

Secundæ quæſtioni ſatisfaciunt quæ 10
dicimus ad calcem præcedentis quæſtionis. Vnde ſuccedit tertia quæſtio, an plures Comendæ liceat concedere.

Quæſtionem abſoluit cap. Nemo de electione, lib. 6. ibi: Nemo deinceps Parochialem alicui in ætate ligitima non conſtituto comendare præſumat, nec tali etiam niſi vnam, ſentit gloſ. in d. cap. Qui plures 21. quæſt. 1. Innoc. in cap. Super eo de præbend. num. 4. Paulus de viſitatione, lib. 2. cap. 9. à num. 10. facit Concil. Trident. ſeſſ. 7. cap. 4. de reformat. vbi pluralitas per viam Comendæ reprobatur, & ſeſſ. 24. de reformat. cap. 17. ibi: Etiam comendatæ proſequitur Garcia de beneficijs, d. cap. 4. nu. 33. Sarnenſ. d. quæſt. 5. verſ. Hinc eſt, Nauar. in Manu. cap. 25. num. 126. & conſ. 1. de conſtit. num. 38.

Quare cum Comendæ quæ à magno Magiſtro aſsignantur pro militari ſeruitio ſub ratione veri tituli poſsideantur canonici, & ligitimi, & licet non ſit propriè Prælatus talis Comendatarius illi æquiparetur, prout dicit Nauar. conſ. 11. de regular. vtiq; incompatibilitatem inducit, aduertit Gomez in reg. de infirmis, quæſt. 13. Quintanaduenas d. lib. 4. cap. 7. à num. 8. quia cùm hæc Comenda fiat ad vtilitatem perſonæ, habet vim, & effectum tituli, & æquiparatur titulo, Sarnenſ. reg. de infirmis quæſt. 13. & de annali, quæſt. 26. Rebuf. de pacif. poſſeſ. num. 47. Mandoſ. reg. 30. quæſt. 3. & reg. 31. quæſt. 7. Nauarr. de oratio-

oratione, cap.20. num.16. Hoyeda d. cap.14. n.7. Gonzal. vbiſupra à n.2.

Ex quibus non ſatis percipio quo iure, quo vè colore hodie plures comendæ vni concedantur in hoc Regno, vt hæreditario iure ad poſteros transferantur, contra Hiſpaniæ conſuetudinē, vbi nemo pluribus comendis ditatur, niſi hæc omnia fiant ex permiſsione, & apoſtolica diſpenſatione.

11 Quarto loco quæritur, an priuari poſsit delinquens comenda ob atrocitatem criminis ſi cōdigne punitus non reperiatur in foro Eccleſiæ.

Et quidem licet qui in ſeruitio Regis reſident priuari valeant à Principe rebus ab ipſo Principe habitis, non tamen illud ampliandum ad comendam quam ab ipſo non tamquam Principe, ſed vt magno Magiſtro obtinent, quare cùm cautum lege non ſit reſpectu Magiſtri, nec concordatum, debemus ſtare iuris canonici regulis, vt ſententia lata in caſibus mixtis in vno foro pariat exceptionem in altero, ex his quæ dicis infra ad titul. 9. ad finem.

12 Extat alia Ordinatio lib. 2. tit. 3. § fin. vbi diſponit quòd regius officialis qui ad ordines proclamauerit, officium à Rege obtentum amittat. Videtur hæc lex contra Ecclaſiæ libertatē, cap. Quæ in Eccleſiatum, de conſtitut. & in cap. Eccleſia, vbi Abb. num. 70. Socin conſ. 22. vol. 1. Bart in l. pen. §. ad crimen, ff. de publ. iudic. Auth. Caſſa. C. de ſacroſ. Cum ſaltem per indirectum lædatur ex traditis per Bal. in l. 1 verſ. Quod facit, C. de indicta vidui. & in d. Auth. Caſſa. & ibi Salic. verſ. Quæro de exemplis, & quæſt. 7. & in Auth Statuimus in fine, C. de Epiſcop. & cler. & ibi Paulus in vtraq, lect. Guillelm. in cap. Rainuntius verbo Et vxorem, ſub num 447. verſ. Quia aliàs, Aufrer. reg 1. fal 2. quare videtur dicendum quòd hæc lex peccat in forma, licet in materia recte ſubſtineri poſſet, nam illud præceptū vt qui ad ordines proclamat puniatur amiſſione officij iniquitatem videtur fouere: poteſt tamen illud idem alio modo ſtatuere, ſcilicet, iubendo vt nullus officialis veſtes clericales, vel tonſuras deferret, quo dato finis à lege prætenſus obtinebatur cùm gaudere non poſſet clericali priuilegio, niſi veſtes, & tonſuram deferret, vt diſponit Ordin. lib. 1. titul 8. §. 4. ibi: *E ſerão auiſados que em quanto ſeruirem de tabaliães das notas, ou do judicial não tragão coroa aberta grande, nem piquena: & fazendo o contrario, por eſſe meſmo feito ſem mais ſerē citados, percão os officios, & nunca mais os hajão.* Concordat l. 17. titul. 3. lib. 1 Ordin. vbi latè Perez & l. 10. titul 1. lib. 3. Hoc enim onus rei ſuæ poteſt Princeps imponere, vt in cap. Qui clericus ſi de fæudo fuer. cōtrouer. & ibi Bal & in cap. vnico, de alien. fæud. vbi etiam Bald. col. 2. & ibi Præpoſitus. Quód ſi objciatur quòd Princeps non poteſt habilitare, vel inhabilitare non ſubditum, poteſt tamen diſponere de rebus ſuis ne deueniant ad non ſubditum, ex Innoc. in cap. Poſtulaſti, de foro compet. Bart. in l. Cunctos populos, C. ſum tri. maxime cum hoc caſu lex ipſa ſæcularis ſacros Canones imitetur, iubendo ne clerici ſæcularibus negocijs, vel officijs ſe imiſceant, cap Sacerdotibus ne clerici, vel monachi cum vulgar.

Verùm his non obſtantibus, lex noſtra, ſecundùm ius, reſpondit, & eam defendit Gomez 3. tom cap 10 nu. 7. Paulus in l. Si quis Curialis, num. 5. C. de Epiſcop. & cler. Perez in l. 10. tit 1. lib. 3. Ordin fol. 801. plures citat Vaz allegat. 21. num 13. doctè proſequitur Guterr. pract. quæſt. 10. lib 1. ad l. 4. titul 4. lib. 1. nouæ collection. Pro qua parte ponderari poſſunt duo fundamenta: primum, quòd hoc caſu Princeps non tollit ea quæ competunt clericis ab alio, veluti à iure, vel à ſummis Pōtificibus, ſed quòd competit ab ipſo Rege qui ad libitum poteſt vti rebus ſuis. Secūdum eſt, quód non tollit res propter factum à clerico

modo perpatratum, dum ad ordines proclamat, ſed à parte ante omnes res, vel officia talibus conceſſa eam habent conditionem virtualiter inhærentem, vt eo caſu amplius non habeant talia officia, ſicq, proclamantes ad iudicium Eccleſiæ facto proprio officijs renunciare cenſentur, pungit Guterrez vbiſupra num.1.in fine.

13 An autem hæc Ordinatio requirat vt ſententia lata ſit,& prouocans remiſſus ad iudicium Eccleſiæ vt pœnã incurrat videtur quód ſufficiat declinaſſe, licet ſententia lata non ſit, patet ibi: *Se ſe chamar às ordẽ*, quæ verba tantùm propoſitionem exceptionis reſpiciunt,non verò ſententiam hoc idem in Regno Caſtellæ ſeruandum reſoluit idem Guterrez d lib.1 quæſt.9 ad l.3 titul.4.lib.1. nouæ collection. ex Auendan. 1 part. cap. 19. prætorum, num. 22. ſequitur Azeued. d.tit.4 l.5. apud quos nullum dubium eſſe poteſt ex noua lege, cuius verba refert Guterrez d. quæſt.9. ibi: *Aunque no obtengan ſentencia, ni llegue el negocio a ello.*

Apud nos tamẽ ego exiſtimarem quòd vt officia amittantur requiratur ſententia remiſsionis probatur ex verbis noſtræ legis, ibi: *Por ſe izentar de noſſa jurdição*, quæ verba actum conſumatum denotant, & non ante pœnam incurri,quam quis eximatur à ſæculari iuriſdictióne ponderat Vaz alleg. 21. num 30. Maximè cum verba noſtræ legis,attento iure,ſic interpretanda in caſu ſimili reſoluat Perez l.17.titul 3 lib.1. Ordin. fol. 143 & in terminis dicit tenere Bald. in l Si quis in ſuo num 5. C. in offic.teſtam.quos citat Azeued d.q.9. Couarr.pract cap 33 nu 6. Mexia tract. de taxa panis concluſ n.61.fol.82.

Vnde qui ab exceptione propoſita deſtitit ante litem conteſtatam, videtur releuandus à pœna legis, Azeued. d tit. 4 ad l.4 & in l 10 tit.1 lib.4.n.17.

14 Limita hanc legem procedere non poſſe in cauſis merè ſpiritualibus, quæ natura ſua ad iudicium Eccleſiæ ſpectãt, licet aliter ſit dicẽdum in cauſis ciuilibus,& criminalibus clericorũ,nã quoad cauſas ſpirituales non valeret hoc ſtatũ, nec pœna ab eo impoſita, Guterrez vbi ſupra num.2.& de iuramen confirmat. cap 2.num.27. Vaz d.alleg.21. num 25. in illis enim cauſis liberè etiam officiales Regij declinare poſſunt abſq; metu pœnæ.

Vnde videtur poſſe euitari pœna huius legis ſi criminoſus nullam remiſſionem poſtulet, ſed ipſe iudex eccleſiaſticus ex officio ipſum expoſcat per literas requiſitorias per text. in cap Si iudex de ſententia excomunication. in 6. vbi hoc probat Domi num 3. Bart in l. pen. §.Ad crimen num.9 de publ.iudic. Aretin. in l.4.ad fin ff.acq.hæred.Felin. in cap Eccleſia, num.72. tradit plene Alex.in l Ab adminiſtratione, C de leg. tradit Socin. conſ.122. præſtantiſsime ad fin.vol.1 vbi ait quòd non opponat, ſed ſuperior, vel pater, ſequitur Antonius in cap. Veniens de accuſation & Abb.in c Si diligenti de foro cõp.Bal in Authen Statuimus, dicens ſe ita vidiſſe practicari, Vaſ. vbiſupra num.19 pungit idem Guterr vbiſupra. Verùm hanc cautellam non admitterem,attenta lege regia,nam illius mens eſt ne ſubditi aliquo modo declinent iuriſdictionem Principis ſæcularis,à quo officia habẽt. Vnde cùm nihil interſit, vel ipſi excipiant,vel à iudice eccleſiaſtico petantur ſi appareat talem repetitionem procuratam fuiſſe, non erit dubium pœnam legis incurriſſe, ne vna via prohibitum alia via eſſet permiſſum,nam prohibito vno,prohibẽtur omnia per quæ peruenitur ad illud c.Præterea de offi.de leg.

Talis enim fraus ſibi non debet prodeſſe arg. l 2. §.Sed ſi agant, ff.de iudic. cap.Relatum, §.Ad hoc de iure patron. Spec.tit.de recon.§.videtur,quod ſi,imò quod magis eſt in dubio exiſtimo præſumendum affectatam fuiſſe remiſsionem, & procuratã, & ex eo quòd quis à iudice

iudice eccleſiaſtico repetitur amittere officia Regis quem ſcimus nolle, vt in ſuis officijs inſeruiant minoribus ordinibus initiati, & ea conditione talia officia conceſsiſſe, ne ad iudicium alterius Principis confugiant, facit Ordin lib. 2. titul 14 ibi: *Em cujo fauor ſe impetrar inhibitoria*, vbi punit acſi impetraſſet illū, in cuius fauorē inhibitoriā impetratur, & ibi: *Perderá qualquer officio, & tença, &c.* Paria enim ſunt, vel impetraſſe, vel procuraſſe impetrationem, vel impetrationi pro ſe factæ acquieuiſſe, vel ratam habuiſſe rem ſuo nomine geſtam; affectatum enim remedium illud eſt quod magis nocet quàm prodeſt, vt in ſimili dixit Azeued. lib.1 titul. 2. l 7. num 4. & in terminis ne fraus præſumatur inquit Perez d. l.17 lib 1 titul 3. verſ. finaliter, quód ipſe declinans vt præſumptionem fraudis vitet, contradicat remiſsioni petitæ à iudice, vel ab alio, quod quidem ſufficit vbi ſiniſtræ ſuſpiciones non adſint.

15 An autem hæc lex procedat in equitibus qui ad ſuum iudicem declinant, & videtur quòd non, quia agit de illis qui ad ordines minores, non veró de illis qui ad iudicem ordinum, ſeu militarum declinant, qui alium iudicem habere non poſſunt, niſi proprium, quinimo nec in alium ipſi conſentire poſſunt, argum. cap Significaſti, & cap Si diligenti de foro compet. quinimo ipſis equitibus datus eſt iudex priuatiuus ab ipſa lege regia lib.2.titul.12 §.1.

Quod quidem à fortiori procedit in equitibus Militenſibus qui verè ſunt religioſi, vt per Emanuel Rodriguez 2. tom regular.quæſt 2.art.7. Azor 1 part. inſtit moral. lib 13. cap 3. adeo vt matrimonium ratum per ingreſſum illius religionis diſſoluatur, Nauarr. conſ 1. ſub titul. de conuerſ. coniugat & conſ.5. ſub titul de his quæ vi, num.6 Azor vbi ſupra cap.6. verſ.4 quæritur, & habetur in ſtatutis ordinis, titul 2 de receptione fratrum, cap 9. licet aliter ſentiat Soto relatus ab Azor lib 7. de iuſtitia quæſt. 5. art.3. de quibus multa ſpecialia congerit Azor lib.12 cap.10. verſ.11. & lib. 13. cap 4. verſ. ſexto.

SVMMARIVM.

1 *Clerici qui Regi inſeruiunt non poſſunt coram alio iudice pulſari quàm Regio pro damno illato.*

2 *Videtur Ordinatio contra ius Canonicū.*

3 *Clericus non poteſt conſentire in laicum.*

4 *Ordinatio Regia non debet intelligi vt iudicialiter conueniantur.*

AN

AN ILLI QVI REGI INSERVIVNT clerici in ſacris, & minoribus poſsint compelli vt coram ſæculari Iudice Regio reſpendeant? Ad Ord. lib. 2. tit. 4.

CAP. 49.

1 REges Portugalliæ inuictiſsimi non patiuntur, vt illi qui in eorum domo habitant, ſi damnum dederint coram alio iudice, quam proprio ipſius domus regiæ conueniantur in ciuilibus, & pro reparatione damni illati, quæ Ordinatio deſumpta eſt ex art. 10. Alphonſi tertij, num. 4 & ex art. 51. Regis Ioannis, num 224 ſimilis eſt lex Caſtellæ 4. titul. 4. lib. 4. recopil. Guterr. lib. 1. pract. quæſt. 10. num 7. Soarez aduerſus Angliæ errores, lib. 4 cap. 34. nu. 26. Garcia de nobilitat. gloſ 9. n. 33. Mexia de taxa panis concluſ 5. num 28. Cened. in collect. ad decretum collect. 37. num. 16. & ad decretal. collect 61. n. 6. Farin lib. 2 quæſt. 27, facit Ordin. lib. 1. tit. 7. §. 6 & 35. & lib. 3 tit 13 & lib. 1. tit 12. §. 6. & lib 1 tit 9 § 12 & 75 §. 4.

2 Dum prædicta Ordinatio Præcipit clericis in ſacris vt neceſſario pro refectione damni dati coram ſæculari iudice reſpondeant: videtur repugnare iuris Canonici principijs, quia clerici non poſſunt conſentire in laicum, etiamſi velint, cum etiam in alium iudicem eccleſiaſticum conſentire nequeant, niſi de conſenſu proprij Epiſcopi, cap. Significaſti, de foro comp. licet de iure antiquo, de his cauſis de conſenſu Epiſcopi, etiam laici iudices cognoſcere poſſent, licet per nouiora iura contrarium ſtatutum fuerit, vt colligitur ex cap Cũ virum de regular. cap. Cum apoſtolica de his quæ fiunt à prælat. Iaſ. in l. 1. à num. 36. ff. de offic. eius vbi Curtius iunior à num. 59. Euerardus in Topicis, loco 4. ſicq. explicatur cap. 2. de foro compet. ibi, De permiſſu Põtificis, &c. Sicq; loquitur cap. 1. & 2. & cap. Clericum, 11 quæſt. 1.

3 Vnde cũ nouiori iure illis ſit prohibitũ conſentire in laicum, nec conſenſus Epiſcopi ad hoc dari poſsit, non iuſte à Principe obligantur ſuper his in temporalibus, in ſæculari reſpondere, maxime quia cùm hæc actio ciuilis ad damnum ex crimine oriatur, etiam attento iure regio in cauſa ciuili, quæ naſcitur ex crimine agi nequit in foro ſæculari, vt diximus ad Ordin. ſupra lib. 2. tit. 1. §. 4.

4 Quare dicendum eſt quòd Ordinatio non diſponit quòd iudicialiter in ſæculari reſpondeant, ſed quod damnũ reſarciant, ad mandatum iudicis domus regiæ, qui tamquam vir bonus, & arbitrator intercedat, ibi: *Nós não como juyz, mas como Rey, & ſenhor.* 1 Imò dum diſponit quòd priuandus eſt clericus ſuæ domus, his quæ à Principe habet, ſupponit quòd poteſt clericus non conſentire, nec pati in eo iudicio pulſari.

Qui ſenſus videtur ſanior quàm ſi intelligamus clericos his caſibus poſſe in ſæculari conueniri, quaſi in hoc caſu eorum priuilegium remiſſum ſit ex cõcordia, & conceſsione Apoſtolica, ſicut aliàs videmus poſſe ſũmum Pontificem in cau-

in caſu particulari clerici priuilegium remittere, vt per Couarr. pract. cap. 31. num. 4. cum alijs de quibus ſupra latè diximus.

SVMMARIVM.

1 *IMmunitas Eccleſiarum à iure diuino non eſt.*

Imperatores ſtatutis immunitatem concedebant. ibi.

2 *Apud nos ſemper fuit magnus Eccleſiarum ſplendor.*

Qui in Eccleſiâ enſem euaginat in hoc Regno vt percutiat alium, perpetuo exilio punitur. ibi.

3 *Eccleſia etiam non conſecrata gaudet immunitate.*

4 *Eccleſia ſolum defendit illos qui morte plecti debent, membri mutilatione.*

Clerici non gaudent immunitate quia nunquam pœna ſanguinis puniuntur. ibi.

5 *Mauris, & infidelibus immunitas data non eſt.*

Hæretico non fauet Eccleſia. ibi.

6 *Immunitas non datur illis qui in Eccleſia delinquunt.*

7 *Publici latrones non gaudent immunitate.*

8 *Nec incendiarij.*

9 *Inſidioſe occidens non gaudet immunitate.*

Occidens veneno dicitur proditorie occidere. ibi.

10 *Qui de propoſito delinquit Eccleſiæ immunitate priuatur.*

11 *Raptor virginis an gaudeat?*

12 *Iudex ſæcularis cognoſcit de immunitate ex concordia.*

Si vterq; iudex idem ſentit nulla patet appellatio, ſed relaxatur delinquens. ibi.

13 *Quando non conueniunt iudices, ad quẽ appellandum ſit?*

14 *Iudex vterq; iudicare ſimul debet ſuper immunitate.*

Quando diſſonat non praualet ſententia pro Reo lata. ibi.

15 *Iudex ſæcularis præcellit in quæſtione immunitatis, & ideo ad eius ſuperiorem recurritur.*

16 *Vterq; iudex cognoſcit an locus ſit ſacer.*

17 *In cauſis ciuilibus non datur immunitas.*

At ſæcularis valeat ab Eccleſiâ extrahere quem inſequitur. ibi.

Delinquens in Eccleſiâ an gaudeat immunitate? ibi.

An qui ad triremes damnatus eſt? ibi.

An ille cui impoſita eſt pœna verberum? ibi.

An frangens carcerem? ibi.

Quid in eo qui ducitur per Eccleſiam? ibi.

Quid in eo qui ab Eccleſia percuſsit in loco prophano? ibi.

An gaudeat fur? ibi.

18 *Quid in eo qui extractus eſt ab Eccleſia dolo, an reſtituendus ſit?*

DE IMMVNITATE ECCLESIArum. *Ad Ordin. lib.2.tit.5.*

CAP. 58.

Licet mei ſit inſtituti circa eas leges regias immorari, quibus aliquo modo eccleſiaſtica libertas lædi videatur, exponendo cõcordias, ſeu indulta appoſtalica vnde dimanarint: hic tamen aliquantulum antequam ad explicationem §. 7. infra hoc titulo accedam, liceat in fauorem libertatis eccleſiaſticæ, eiuſq; immunitatis ſpatiari.

1 Hanc ſanctiſsimarum Eccleſiarum immunitatem à iure diuino originem traxiſſe diſputat Couar. lib 2. variar. cap. 20. num. 2. & eſſe de iure humano, & eccleſiaſtico tenuit conſtanter Franciſcus Soarez lib. 1. de Religione, lib 3 cap. 8. à nu 6. Gamba Curta lib. 3. de immunit. cap. 15. n. 8 cuius opinio verior videtur, eamq; Couarr. magis probat d. loco, & ſumma cum ratione Antiſtetes eccle- eccleſiaſtici eccleſiaſticam immunitatẽ Eccleſijs tribuerunt, per quam delinquentibus quibus nuſquam tutus locus aut receſſus, ad Eccleſiam tamquam ad ſacram anchoram confugientibus ſalutare ſupereſt præſidium, quod quidem incæpit cum primis Eccleſiæ cunabulis. Nam Adonias filius maior Dauidis timens Salomonem fugit in Tabernaculum Domini, tenuitq; cornu altaris, habetur 3. Regum cap 8 Indeq; reor Æthnicos, & Romanos quoq; ab Hæbreis exempla mutuaſſe, qui ad imaginem eorum aſyllum erexere, quo confugientes ſcelerum impunitate fruerentur, refert Liuius lib. 1. Inde ſequens poſteritas ad Imperatorum ſtatuas confugientes immunitate donauit, vt C de his qui ad ſtatuas confugiunt, quouſq; Tiberius Cæſar vt improbi iuſtiſsimæ vindictæ ſubderentur aſyllorum immunitates penitur abrogauit, qui tamen Samiæ Iunoni, & Æſculapij delubro ius veteris immunitatis ob religionem reſtituit, refert Alexand. ab Alexand lib 3. Genial. cap. 20. apud omnes ferè gentes quamuis paganiſmum, colerent ad deorum ſuorum aras confugere pro aſyllo habitũ eſt. De huius immunitatis origine conſule d. Franciſcum Soarez vbi ſupra n. 12 & Corraſ. miſcel lib 5. cap 23. Barbatia conſ. 33 vol 4 Oldrad. conſ. 54. & 154. Couar. d. cap. 20 per tot. Decian. in pract. crim lib 6. cap 25 fol. 76. & cap. 26. Petrũ Toloſ in ſintagm. lib 33, cap. 22. n. 1. Ludouic. Peguer. in quæſt. criminal. q. 6. num. 1. Nicolaus Moren. in tract de fid. treug. & pace, q 103. num 1. Duen. reg. 228. Placa in epitome delict, cap. 34 lib. 1 n. 15. Farinacius lib. 1 tit. 4. quæſt. 28 fol. 413. Remigius in tract. de immunitat eccleſiaſt. Ceuallos q. 169.

Apud nos autem ſumus fuit ſemper 2
eccleſiaſticæ immunitatis fauor quam Reges noſtri omni æuo proſequti ſunt magnis fauoribus, provt nõ obſcure teſtantur verba huius Ordinat. in princ. ibi: *Porque ſempre foy noſſa tençãs, como he, com a graça de Deos honrar muito a ſancta Madre Igreja, & obedecer a ſeus mandamẽtos, &c.* Eccleſiam enim matrem omniũ eſſe vniuerſalem, ac tãquam Chriſti optimi Sponſam venerandam, & colendã iura plura docent, text in clem. 1. de Sũma Trinit ac proinde Eccleſiam maximis priuilegijs ſemper cumularũt, eiuſq; libertatem intactam eſſe voluerunt, vt in l. Priuilegia, C. de ſacroſan. eccleſ quæ cauſa mouit Catholicos Hiſpaniarum Reges, vt nequicquam aduerſus eccleſiaſticam libertatem, eiuſq; iuriſdictionem ſanſirent, conſtat ex lib. 1 Ord. l 2. tit. 3 & l. 10. eod. inhoneſtum ſane videretur

deretur Principẽ velle ſuis ſanctionibus dominari in eã cuius ipſe poteſtati ſubijcitur, cui Deus perfectiorem, ac ſolidiorẽ principatum per manus Pontificum quaſi hæreditarium, atq; æternum tradidit, ex text in cap. Suſcipiſtis 10 diſt. humanis legibus nõ obnoxium, cap. Inter hæc, 33 q. 2. Azeue lib. 1. tit. 2. l. 4. inde igitur Eccleſiarum immunitas profecta eſt vt ipſarum honor, dignitaſq; conſeruaretur, cap. Reum, 17. q 4. quibus fit iniuria ſi inde delinquẽtes nõ citra diuini numinis irreuerentiam extrahuntur, cũ in eis Dei cultus exhibeatur, Pſalm. 92. & in cap 1. de immunit. eccleſ. in 6. & Pſalm. 57 ſanctificauit Tabernaculum ſuum Altiſsimus. Quod exẽplum mouit sereniſsimos Luſitaniæ Reges vt ſeueriſsimæ legis vindicta deterrerent eos qui enſem, aut ſiccam in Eccleſiã, aut ſacratis Diuorum templis, vel vbi Sacroſanctum Chriſti Corpus circunferretur animo aliquem percutiendi diſtringunt, vel etiam in luſtralibus acclamationibus ſuffragiorumq; publicis expiationibus euaginant, illis enim perpetui exilij ſupplicium inflixerunt, vt patet ex Ordin. lib 5. tit 40 tantam vbiq; Luſitani Principes diuini numinis reuerentiam eſſe voluerunt. Quamobrem improbanda eſt Ferrarienſis ſententia, tit. de inquiſ. gloſ. 1 n. 31 falſo opinantis immunitatis eccleſiaſticæ iura cõtra rationem eſſe conſtituta, imò iuri diuini aduerſari quam merito confutat Rebuf. 2 tom ad leges Gal. titul de immunit eccleſ art. 1 gloſ. 1 num. 22 fol. 333 Tantæ enim religionis fuit apud antiquos ſacrorum veneratio, vt etiam à paganis ille honor Eccleſijs exhibitum fuerit Pompeius cum Hyeroſolimam cæpiſſet, nihil de templo abſtulit alia exempla, refert Guillelm verbo Et vxorem, decif. 1. num. 17.

Habet itaq; lex regia in principio
3 illa verba: *Em qualquer Igreja, ainda que não ſeja ſagrada.* quod ita de iure eſt text. in cap. Eccleſiæ, de immunit. eccleſ. ex Abbate in ... vlt de cenſibus, nu. 4 vbi dicit or... authoritate Epiſcopi erecta gaudere immunitate, & in cap. Petentibus de priuil. n. 3. (ſed dubitat Decius conſ. 148. num. 1.) firmat Sylueſt. verbo Immunitas, 5 q. 1. & verb. Loca religioſa, q 2 Gregor in l. 4 tit. 11. part. 1. Soarez vbiſupra cap. 9. n. 2. facit cap Ad hæc, de religioſ domib. vbi de hoſpitali idẽ dicitur authoritate Epiſcopi erecto, Soarez nu 9 Alex. conſ. 9. col. 2. Soarez l 2 tit. *De los gouiernos*, q. 5. Mainer in l Nemo, n. 21 ff reg. iur quia locus religioſus eſt, etiamſi in Eccleſia adhuc Diuina non celebrentur, Couar. vbiſupra, nu 4 idem eſt de monaſterijs religioſorum, idemq; palatio Epiſcopi alij tribuunt, ex text. in cap. Id conſtituimus, 17 q 4. vbi gloſ. id procedere exiſtimauit, etiamſi domus Epiſcopi ſit extra quadraginta Eccleſiæ paſſus conſtituta, quod probãt Innocent. & Hoſtien. in c. Inter alia, de immunit eccleſ. quorum opinio communis eſt, etiamſi alij hanc prærogatiuam, & immunitatem palatio Epiſcopi non largiãtur, quam ſi conſtructum ſit intra quadraginta paſſus matricis Eccleſiæ, ſequitur Oldrad. conſ. 55. & praxis Forenſis hoc recipit, videndus Barbatia conſ 33 vol. 4. col. 2. Circa autem ambitũ Eccleſiæ ad immunitatem de iure ad quadraginta paſſus extendebatur, cap. vlt de immunit cap. Sicut, 7. q. 4. hodie ſtandum eſt conſuetudini. Vnum tantum nota, quòd adhærens hoſtio, vel ſuper tecto ſtans gaudebit, Soar. d. cap 9. Has autem ampliationes quæ iuris ſunt videtur lex regia reſpuere dum ſolum loquitur de Eccleſijs quibuſcũq; ſed dicendũ eſt quòd in his quæ Eccleſiarum immunitatem reſpiciunt, potius adhærendum eſt iuris canonici ſanctionibus, gloſ in d cap. Inter alia, & cap Sicut antiquitus, 17. q. 4. tradit Oldrad conſ. 154. Imola in Clem. 1. de pœnit & remiſ. Couarr. vbi ſupra nu. 3 per quæ debet leges ſæculares limitari, & ampliari: ideoq; noſtra

Ordinatio in præſenti dũ generaliter loquitur à iure Canonico cui conſonat limitanda, & amplianda eſt. An autem gaudeat immunitate qui Sacramento Euchariſtiæ adhæret? Eſt cõmunis opinio quód gaudeat, ex pluribus quos citat Ceuallos q. *169*. Gama de Sacram. præſtand.q.1.n.17. & 19.

4 Subdit deinde: *E porque a Igreja sómẽte defende o malfeitor que tem feito tal maleficio per que mereça haver morte natural, ou ciuil, ou cortamento de membro, ou qualquer outra pena de ſangue, &c.*

Iuri Canonico videtur aduerſari, & magís cõmuni opinioni in cap Inter alia de immunitate eccleſ. vbi omnes delinquentes indiſtinctè defenduntur per Eccleſiam, & ideo talem legem non ſeruãdam dixit Alciat. reg 3 præſumpt 33. n.4. ſed ſi attente legatur textus in d.cap. Inter alia inueniemus conformare cum diſpoſitione huius legis, quia ibi ſolùm vitam, & mẽbra tuetur Eccleſiã, ibi: Sed Rectores Eccleſiarum ſibi obtinere debent mẽbra, & vitam, l.2 titul.11 p 1. vbi gloſ 1. Paz in praxi tom.1.fol 129 col.3. n 55 & fol 235 n 152 & l.2 & 3.tit 2 lib. 1 nouæ recop. vbi Azeued.nu 16 & 17. qui tenet clericũ immunitate Eccleſiæ non gaudere ex cõſuetudine Hiſpaniæ, licet in puncto iuris contrarium aſſerat ipſe, & Guterr.pract.lib.3 q.3. quod quidem ita praxi receptum eſſe conſtat ex Soarez vbiſupra cap 10. n 6. & Guterr. vbiſupra n 3. quia clerici nec quoad vitam, nec quoad mẽbra ab Eccleſiã puniuntur, atq; ex eo immunitate nõ gaudent Eccleſiarum, quia alias gauderent, ex Rebu.2.tom art.1.gl.1.n.13.facit quod inquit idem Rebuf fol 340.n 2 quòd iudex ſæcularis quando extrahit delinquentem ab Eccleſiã, debet iureiurando iudici eccleſiaſtico promittere quòd vitam Rei & mẽbra tuebitur, citat ad id c. Statuimus, & cap Reũ 17.q.4 Guido q 1æſt 121 in fin ſolùm ergo Eccleſiã vitam, & membra tuetur delinquentium, hocq; vocant Canones impunitatem in d.cap.Inter alia, verbo Impunitate non præſtita cap.fin.eod.tit. verbo Impunitatem, cap De raptoribus, 36.q.1. verbo Impunitate conceſſa, Oldra conſ 54 & 154. ad fin.quæ quidẽ impunitas ſecundum aliquos erat vt criminaliter confugiens ad Eccleſiam, accuſari nõ poſſet, ſed ſecũdũm omnes eſt vt ſolùm quoad ſanguinis pœnam accuſari, & condẽnari non poſsit, ex Oldr.d.loco Verioreq; videtur Ordinatio ſenſum ſequi, & magis conformem ſtyllo, & praxi hodiernæ, cui omnino ſtandum eſt.

Deinde in §.1 limitat quæ ſupra dixerat Regia Ordinatio, ibi: *Se algum judeu, ou mouro ou outro infiel fugir para a Igreja acoutãdoſe a ella, não ſerà por ella defendido.* Ex quibus verbis patet quòd licet Eccleſiarum immunitas omnes amplectatur tamen aliqui ſunt quibus non competit: ſed contra hanc Ordinationẽ eſt gloſ in d cap Inter alia, verbo Extrahẽdus, quã ſequũtur Hoſtienſ Ioan Andr. & Tiraq in tract.de primog q.66.n.8.& alij relati à Couar.d cap.20.n 11. ſed receptior eſt opinio quòd infidelis Eccleſiarũ non gaudet immunitate dixit Socin.de citat. art.17.n.40. & eſſe communem teſtatur Hipol in l. Ex Senatus cõſulto, ff.de ſiccar.n 10. idem Hipol.in l. vnica, C de raptu virgin n 114 Oldrad. conſ 54.idem tenet gloſ in Auth de mãdatis Principum, §.Publico, quam dicit veriorẽ Abb.in d.cap Inter alia n 6. licet contrarium teneat Clarus §.fin.q 30. verſ Præterea, Remigius in tract.de immunit q 21. Nauar.in manu.cap 15.nu. 20. Paz in praxi, 1 tom 5.p cap.3. §.3. n 106 & multis pro hac parte põderatis argumentis, contrariam ſequitur Franc. Soarez d cap 20 n 9 10 & ſeqq vbi cõcludit quód ſi infidelis ſe baptiſari poſtulet, eo caſu gaudeãt, niſi ſimulate exigat baptiſmum arg. l. 1. C.de his qui ad Eccleſiã confugiũt, quam opinionem, vt æquiorem, noſtra etiam lex regia amplectitur, quam ſequitur Rebuf. ad leges Galias, 2.tom.fol.334 n.22. 5

An autem idem in hæretico dicendum ſit, idem Soarez num 3 Rebuſ. à n.29. quid in excomonicato, & bānito, idem Socin de citat. art.17 poſt nu.42. Rebuſ.2 tom ad leges Gal fol.334. n.15. de blaſphemo. Boer. q.110. Azeued.lib. 1. tit.2. l.3.

6 In §. ſecundo agit Ordinatio de illis qui in Eccleſia deliquerunt, illis enim non prodeſſe immunitatē illius profitetur quando ex deliberato animo procedat, de huiuſmodi delictis comiſsis à laico in Eccleſijs, quomodo à iudice eccleſiaſtico puniri poſsint, Cabaluſ.caſ.194. vbi latè, ad effectum autē immunitatis amittēdæ latè Guterr.lib 3 l.1.pract.n.17. & 32. de illo qui ſpe immunitatis circa Eccleſiām delinquit, ibi, n.35. & quid ſi à loco prohano in Eccleſia vulneret, ibi, n.20. Gomez de delict 3.tom cap.10. n.2. Iodocus cap.15.n.22.de quo Alciat. præſumpt. 3. & melius quām alibi vide Fabrum §. fin inſt. de his qui ſunt ſui, col.fin. Odofred in clem 1.de offic.Ord. regula 4 num 22. Soarez vbiſupra cap. 11. n. 6. In eo tamēn lex regia videtur iuri obuiare dum videtur requirere vt delinquens in Eccleſiā illius immunitate non gaudeat quando deliberato delinquendi animo in Eccleſiā deliquerit, quod eſt contra cap fin de immunit.eccleſ. vbi omnes delinquentes in Eccleſiā immunitate non fruuntur niſi crimē ſit leue, vt diſtinguit Aufren. deciſ.422. Sylueſter verbo Immunitas 3. §.2. Angelus Caſtrenſis inter Pauli Caſtrenſ. conſilia 459.col.1.lib.2. vbi dicit cōmunem. Quare puto iſtam Ordin. ſic intellligi debere, vt non excludat delictum in Eccleſiā, etiamſi nō fiat de propoſito:
11 non enim argumentum à cōtrario ſenſu ſumendum in ſtatutis ad inducēdam iuris communis correctionem latè comprobat Euerard. in locis legal. verbo Argumentum, & Viuius lib. commun. verbo Argumentum.

7 In §. [illegible] agit Ordinatio de publico latrone idem exprimit text. in cap. Inter alia de immunit. eccleſ. latronem autem publicum alibi Iureconſultus famoſum appellat, & itinerum graſſatorem, qui in vijs publicis miſeros viatores ſpoliat, ac deprædatur, tradit Oldra. conſ.154. Rebuſ.2 tom tit.de immunit. gloſ.1 num.14 fol.334. Couarr, vbiſupra num.13. Gomez d cap.10. num.2. & eſt apud Hiſpanos, l 4.tit 11. part.1. videndus Soarez d cap.11 n 5.

Exprimit deinde Ordinatio incendiarios, & extat de his l.6. titul.2. lib.1. Ordin. quos licet occidere propria authoritate, ex lib.1 C quando liceat vnicuiq; ſine iudi. ſe vind. Oldrard conſ. 8
1541. Si tamen ſine deliberatione incendium excitetur, licet cum culpa incendentis non tenebitur lege hac, nec punietur immunitatis amiſsioue, ſed ſatis erit vt dānum illatum ſoluat, vt probatur Exodi cap 22. ibi: *Si egreſſus ignis inuenerit ſpecias, & comprehenderit aceruos frugum, ſiue ſtantes ſegetes in agris reddet damnum qui ignem ſuccenderit*, tradit deciſio Neapol. Tom grama 3 num 10. & in dubio incendium ex negligentia habitātium præſumitur, quæ culpa licet leuiſsima præſumatur; agi tamen poteſt ad emendam damni aduerſus exiſtentē in leui, vel leuiſsima culpa, ex l Aquila quæ tendit ad conſeruationem patrimonij, text in l Lege Aquila, ff. ad l. Aquil. ita dicit Innocent. in cap. Sicut dignū de homi. quem ſequitur Panor. in cap 1 verſ.Hinc ſingulariter de conſtitut. notat Bart in l. Imperator, ff de iure fiſci. Stephanus Coſta in tractat. de lud. conſiderat. 15. Menoch. caſ. 390. num.6. & ſequentibus. Bernar. Diaz in pract.Canon titul.de incendio, cap.98. Cucus in inſtitution.Canoni lib.4. ſub titul de diuerſ. delict verſ. Qui incendium, & tales incendiarij excomunicantur, Boſsius in praxi, titul de incendiarijs, fol. 387. Clarus d. §.fin. quæſt. 77. num. 19 & quas pœnas habeant declarat lex Caſtellæ lege 9. titul. 10. part.7.

In §. 4 addit Ordinatio quód inſi-
9 dioſe occidens, de quo Ordin lib. 5 tit.
37. inuitus, & reluctans ab Eccleſiâ abduci poſsit ad criminis punitionem eſt text in cap 1. de homicid. lib. 6. Rebuf. d. titul. de immunit. art. 1 gloſ. 1 num 17. Couarr. in Clem. Si furioſus, de homic. & d ca 2. num 5 verſ. Item etiam. Alexand conſ 145 lib 7 num 5. Boer. deciſ. 119. & eſt apud Hiſpanos lex regia tit. 11. part. 1. quæ ſententia a iure diuino ortum habere videtur, vt conſtat Exodi cap 26 ibi: *Si quis per induſtriam occiderit proximum ſuum, & per inſidias, ab altari meo euelles eum vt moriatur.* Alciat. reg 3. præſumpt 33. & lib 7. Parergon cap 6. Caſſan in conſuetud burgund. rub. 1 §. 5. verſ Archidiac num. 113 Ioannes Galus quæſt 172. § Perareſtum, Guillelmus Mriner in l. Nemo, ff de regul iur n 20. Placa in Epitome de delictor lib. 1. cap. 21 num 6 & hæc eſt verior ſententia, quam noſtra Ordinatio ſequitur, ex Gomez d. tom 3. cap. 2 num 5. & d cap. 10. num 3 De extrahendis autem delinquentibus ab Eccleſijs extat Breue Gregorij XIIII. quem refert Sayro Clauis Regiæ, lib 9 cap 15. num 26 & ipſum interpretatur Guterrez pract. lib. 3 quæſt 1 num 36. vſq. ad fin. Ampliabis, vt occidens veneno dicatur proditoriè occidere, vt immunitate non gaudeat, Rebuff vbi ſupra nu 19. Carrerius in praxi, cap. de homicid. quæſt 6 nu 32. Placa cap. 20 n. 1. Gigas de læſa maieſt. titul. de proditorib cap 1. num. 6. facit l. 1. § Iuxta tamẽ, ff. ad Silan & C. Occiſorum, l. Aut damnum, verſ Proinde, ff de pænis, l. Cõſenſu, §. Si qua igitur C de repudijs ibi: Si ſuæ vitæ veneno, aut gladio, aut alio ſimili modo inſidiantem, qui autem ſit proditor differit Burgos conſ 22. num. 16. Guterr pract lib 1 q 2. n 3 Frater Emanuel Rodriguez tom 2. regul. quæſt 33 art. 4., & multa congerit Thom Valaſc alleg 13. num 124. & ſequentibus

An autem inſidioſe dicatur peccaſſe famulus qui famulam corrupuit vt careat immunitate ſuppoſita pæna Ord. lib. 1 titul. 24 & tit 37? Et videtur quòd non, quia crimina carnis non principaliter committuntur inſidioſe, nec de propoſito, vt habet Ordin. in verſ. Podeſſe, cui conſonat Ordin. lib. 5 tit 60. §. 8.

Vtitur eo loci Ordinatio Regia illo 10
verbo *De propoſito*, per quod ſignificatur vt immunitate careant qui deliberato animo maleficia perpetrauerint, licet contrariam magis cõmunem dicat Ceuallos quæſt 684. nec quodlibet propoſitum ſufficit, ſed tale propoſitum per quod principaliter illud crimen intendatur, non verò aliud prout in furto ponit lex regia exemplum, quod licet cum animi deliberatione fiat, tamẽ nõ denegatur furi immunitas, quia principaliter furis intentio ad contractanda aliena ordinatur, non verò ad delinquendum conſulto præmeditato ſtudioſe, ſeu data opera, quilibet enim actus denominatur à ſuo fine, Philo. 5 Ethico. & facit l 40. ff. de furtis, veluti cum quis ſciens, prudenſvè quidquam admiſit l. Reſpiciendum in fine, ff de pænis, l Qui ædes, ff. incend. rui naufrag. alibi dicitur ſua voluntate, in l. Furtum, ff arbor. furt. cæſ. inde prætoris propoſitum, ideſt intentio, l 3. § Sed verum, ff. de minor. l Rogaſti, ff. Si cert pet ibi. Quod ſi non fuit hoc propoſito vt venderem, &c. Quando autem dicatur aliquid fieri de propoſito, Sayro Clauis Regiæ lib. 10. tract 5 num 6 Menoc. caſ. 361. Clarus, verbo Homicidium, num 9 Gomez l. 45. Taur. num. 119. Menchach Illuſtr. cap. 18 num. 21 Maſcard. concl. 99.

Ponit deinde lex regia exemplum in
eo qui virginem corrumpit his verbis: 11
Porem o que forçar mulher virgem, ou o que por força, & com armas a tomar, & leuar a outro lugar, & a corromper forçoſamente gozará da dita immunidade, por aſſi ſer determinado por direito Canonico. Et videtur hæc Ordinatio iuri aduerſari quia raptores immunitate non gaudent, & ita

eſſe

eſſe de iure Canonico tuetur Couarr. d. cap.20.num.8. & probatur ex Auth. de mandat. princip. § Nec autem, ibi: Nec homicidis, necq; adulteris, nec virginum raptoribus, &c. & gloſ. in l. 2. C. de his qui ad Eccleſias cōfugit, & habetur expræſſe in lege Caſtellæ, part. 1 tit. 11. l. fin. & facit ratio cap Inter alia, de immunit. eccleſ. vbi quædam crimina exprimuntur, in quibus denegatur immunitas ob ipſorum atrocitatem, quæ ratio magis conuenit raptui virginum, quod eſt atrociſsimum crimen, & habet pœnas in iure expræſſas, de quibus l. 3. titul 20 part. 7. Menochius lib 2. de arbitrar. caſ. 391. Clarus lib. 5. §. Raptus, num. 2. Gomez l. 80. Tauri, num. 36. Peguera in ſuis deciſ. cap 43. nu 6. Vela in tract. de pœnis delictorum, cap. 29. vnde tamquam veriorem hanc partem ſequitur Couarr. d. cap. 20 num 8. & ibi reſpondet ad text. in cap. de raptoribus 36. quæſt. 1. quod procedit, attento iure antiquo.

Verum dicendum eſt quòd licet, attento iure ciuili, tales virginum ſtupratores immunitate non gaudeant, tamen de iure Canonico aliud eſſe, vt probatur in d. cap. de raptoribus; atq, ideo ſequendo ius Canonicum, lex regia ſtatuit vt tales raptores Eccleſiæ fruantur priuilegijs, hancq; diſtinctionem inter vtrunq, ius probat Decianus lib 6 cap. 28. num. 20. vbi dicit communem Canoniſtarū, hancq, videtur ſequi Azeuc. lib. 1 tit. 2 l. 3 num 8. licet aliter in Regno Caſtellæ ex d. l fin. ſeruetur, communem etiam dicit Couarr. d. num. 8. ex Henrico in cap. Eccleſiæ, de immunit. eccleſ. Belluga in Specul. princ. § Sed quia, num. 12. Boſsius in titulo de captura, num. 21. Vnde in hoc Regno erit locus opinioni Couarr. ſi in tali raptus crimine miſceantur inſidiæ, vel aleiuoſia, vtpote quia qui rapuit filiam illius apud quem morabatur, vel cuius amicitiæ cauſa familiariter cum eo conuerſabatur, vt ſic raperet, tunc enim in aliud crimen raptus trahit probat in ſpecie, Decian. vbi ſupra ad med. verſ. At ego putarem, quod ſuadetur ex Ordinationis exemplo, quod ponit in adulterio, vbi aſſerit quòd ſi adulterio addatur illa qualitas quod per vim præciſam alterius vxor, capiatur talis delinquens, non fruatur immunitate; cum tamen in adulterio ſimplici gaudeat.

Habet deinde Ordinatio in § 5. quòd qui vxorem adulteram occidit deliberato animo non gaudeat Eccleſiæ immunitate, & videtur hæc Ordinatio repugnare Ordinationi lib. 5 tit. 38 vbi fit facultas viro vt vxorem licitè occidere poſsit in adulterio depræhenſam, & cōuocare amicos, vt habetur in § 5. eiuſdē tituli, dummodò tamen ipſe proprijs manibus occidat, ex his quæ Clarus, §. Homicidium, num. 51. Gomez l. 80. Taur. num. 61. Menoch. remed 5. adipiſcend. num 5. Caſſan de Burg fol. 205. num. 48 Tiraq de retract lig. § 26 gloſ. 1. num 62 & 68 quare videtur hæc Ordinatio in præſenti intelligēda de adulterio non probato, patet ex verbis Ordinationis, ibi: *Por dizer que lhe fizerão adulterio.* Vnde ſi eo caſu maritus velit probare adulterium comiſſum fuiſſe in continenti, videtur non habere locum huius legis deciſio, ſed adhuc dubitarem nam lex generaliter loquitur igitur cogitandum relinquo.

Ordin. in § 6. videtur contra ius, quia dominus tenetur ſecuritatem ſeruo præſtare d. cap. Inter alia, cap Conſtituimus 17 quæſt 4. cap Metuentes, cap. Minor, ead. quæſt. etſi extrahatur, debet reſtitui, quod ſi propter ſæuitiam aufugiat compellendus eſt illum vendere arg. §. fin inſtit. de his quæ ſunt ſui; ſed verius eſt poſſe extrahi, dixit l. 3. C. de his qui ad Eccleſias confugi, vnde videtur habere ortum hæc Ordinatio, ſi tamen per delictum aufugiat gaudebit, Remigius fal 17 fol. 146.

Ordinatio Regia lib 2, tit. 5. § 7. dum præſtat modum cognoſcendi de immu- 12

nitate delinquẽtis extracta fuit ex concordia Ioannis primi, art. 4. & 5. nu. 178. & ex art. 13. Regis Dioniſij, in prima concordia, num. 62. & cap. 2. Regis Alphonſi quinti, ex Comitijs de Leiria, & ex ſua concordia num. 268. & videndum arctum Senatus lib. vlt. fol. 113.

Addit deinde Ordinatio in §. 7. modum quo extrahi debent ab Eccleſia delinquentes, quæ cauſa cùm mixti fori ſit vterq; cognoſcit iudex tam eccleſiaſticus, quàm ſæcularis, tradit Belluga in ſpecul. princip. rub. 11. §. Sed quia, fol. 51. num. 20. cap. Si iudex laicus, de ſentent. excommunicat. lib. 6. Rebuf. 3. tom. ad leges Gal. ticul. de immunitat. eccleſ. art. 1. gloſ. 1. num. 34.

Dum autem hæc ſummaria cauſæ cognitio in forma legis regiæ diſcutitur non omnimoda lebertate exultabunt delinquentes, ſed interim ſub cuſtodibus honeſte, & diligenter obſeruandi ſunt, ne fugiant, atq; euadant, non tamẽ compedibus, aut cathenis vincientur, aliter enim Eccleſiæ violaretur immunitas, nec ſuus honos aris diuorum ſeruaretur, & deducitur ex text in cap. Diffiniuit, 17. quæſt. 4. l. Præſenti, C. de his qui ad Ecclеas confugiunt, l. 2. titul. 11. part. 1. & tenet in ſpecie Guido deciſ. 121. in Camara, Couarr. vbiſupra n. 17. Gomez d. cap. 10. in princ. Guido Papæ d. deciſ. 121. quare iudex eccleſiaſticus in huiuſmodi cuſtodes ſi excedant cenſurarum fulmina ociſsime vibrare, & excomunicationum tonitrua laxare debet, vt hanc moleſtiam repellat, ipſeq; delinquens ſe alere tenetur, niſi ſit pauper, quia tunc Eccleſia tenetur eum alere, Rebuf. vbiſupra num. 37. Vincent. de Hercul. in l. Si victum. ff. de re iud. Dicit tamen Bellug ſub rub. de pæpoſ. grauaminib. § Sed quia, col. pen. quòd Eccleſia non priuatur ſua immunitate, ſi pendente dubio delinquens compedibus ligatur, ſequitur Rebuf. d. art. 1. gloſ. 1. num 36. fol. 338. & Couarr. d. cap. 20. num. 17.

Quod ſi in hac immunitatis ſummaria diſcuſsione magiſtratus ſæcularis, & iudex eccleſiaſticus in eandem ſententiam nõ coaleſcant, illud impletur nulla ſupplicatione admiſſa, probat Ordin. §. 8. Si verò inter ſe differant acta, & proceſſus ad Prætorem Curialem, vel ad Senatorem, vel ad ipſum Senatum, vel ad Præſidẽ prouinciæ qui magis appropinquauerit remittet, qui diſsidium, & controuerſiam dirimet. Nec delinquẽs per hanc ſententiam ſua priuatur omninò immunitate, imó adhuc in iudicio ordinario admittitur, ex eadem Ordinatione § 9. vt priſtinæ libertati reſtituatur. & fuit ſententia Oldrad. conſ. 54. & facit in argum. l. 1. & 2. ff. de libero homin. exhibend. tradunt Panor. & alij in cap. Inter alia de immunitat. eccleſ. per text in cap. Minor, 17. quæſt. 4. Alex. conſ. 145. viſo themate in fin. vol. 7. Barbatia conſ. 33. col. 1. vol. 4.

Solet contra huius Ordinationis decretum obijci, quod etiamſi concedamus vtriq; iudici eccleſiaſtico, ſcilicet & ſæculari cognitionem circa Eccleſiarum immunitatẽ. Nihilominus tamen diſſonat à iuris regulis Ordinatio Regia, dũ cauſam deferre iubet ad Præſidem, vel Senatum, nam ſemper eccleſiaſticus ſuperior adeundus eſt, cùm ſit dignior ſæculari, l. Præcipimus, § vlt. C. de appell. Bart. in l. Duo, ff. de re iudic. Maranta de ordin. iud. 4. p. deciſ. 11. num. 18. Decius in cap. Ex literis de conſtitut. vbi idem dicit in compromiſſo facto in clericum, & laicum ſi petatur reductio ad arbitrium boni viri, Bart. in l. 1. § Si quis ff. de appell. licet enim plures Doctores aſſerant iudicem ſæcularem poſſe extrahere propria authoritate delinquentem ab Eccleſia in caſibus in quibus nulla ei cõpetit immunitas, vt eſt Aufrer de poteſtat. ſæcular. reg. 4. fal. 18. Gregor Lopez lit. H. in l. 2. titul. 14. p. 3. Boer quæſt. 109. num. 2. pro qua ſententia eſt text in d. cap. Inter alia, dum ait reum ab Eccleſia poſſe extrahi impuni-

tatis

tatis cautione nõ præſtita, quia Eccleſia eſt deterritorio temporali quoad temporalia, Guillel. in l Si quis, C. de Epiſc. & cler. nec teneatur monere Epiſcopũ vt ipſe extrahat, vt dixit Boſsius in praxi, titul de captura, num. 24 & Salic. in Auth Si quis, C de adulter. ſequitur Iodocus Deuomoder. in praxi crimin. cap 15. num 21 Tamen hæc facultas ſæcularibus conceſſa non videtur in caſibus in quibus eccleſiaſtici iudices contradicant, quorum in hoc maior debet eſſe authoritas, probat Azeued d. l. 3 nu. 19 ſicq; componit opiniones Auend. Prætorum, l. 22 lib 1 n. 9.

14 Quare vt his, & alijs quæ objici poſſunt ſatisfiat dicendum eſt quód cum iam olim inter clerum, & Reges de hac Eccleſiarum immunitate eſſet contentio ipſi in 13. articulo, ex 40 Romæ oblatis conquæſti ſunt in hæc verba. Quód Rex non extrahat, nec extrahi faciat de Eccleſijs fugientes ad ipſas, nec compediri, nec cibaria denegari, de quo conquærebantur quòd fiebat in caſibus de iure non permiſsis Rex promiſit talia non facere. Et in vltimo articulo ſancitum fuit vt ſeruentur Regni inueteratæ cõſuetudines Vnde fit quòd cùm lex regia hiſce caſibus à noſtri Regni Primordio ita obſeruata fuerit, & populorum moribus ſtabilita ab ea minime recedendum eſt, etiam ſi in aliquo per illam offenderetur eccleſiaſtica iuriſdictio, quoniam cum agitur de iuriſdictione eccleſiaſtica in caſu aliquo particulari tribuenda iudici laico, ea vſu & conſuetudine acquiri poteſt ſecundùm communem, in cap Clerici de iud. vt ſupra dixi 1. p. Valaſc de partitio. cap. 35 num. 10. tradit Gigas de læſa Maieſt cap Quis de crimin. cog poſt. num 20 fol 127. Probus in cap. Si iudex laicus, de ſent. excommunicat lib 6. nu 3. Quare etiamſi in hac cognitione aliqua eſſet ſpiritualitatis quæſtio ſeu verius vmbra recte quidem ex tam antiquo vſu, & diuturna obſeruantia eius diffinitionem chriſtianiſsimi Reges noſtri acquirere potuiſſent. Si enim huius legis diſpoſitio non obſeruaretur, magna induceretur Reipubl. perturbatio, & impunitate ſcelerum immunitatis confidentia flagitioſi homines liberius exultarent, omnia enim quæ ad pacandam Rempubl ſæculari poteſtati neceſſaria ſunt, ipſe ſtatuere poteſt, ſine quibus iuriſdictio temporalis commodè explicari non poteſt.

Vnde fit quòd cùm hæc cognitio mixti fori ſit, dum vterq; iudex cognoſcit an ſua ſit iuriſdictio, in quo non de iuris, ſed de facti quæſtione tractatur, ne ſe impediant iudices contrariam ſententiam proferentes, oportuit vt iuriſdictionem concurſus tolleretur, ſimul vtrumq; iudicem coire in idem factum, & eius difficultatem diffinire, quod in ſpecie tradunt Belluga in ſpecul Princ. rub. 11. § Sed quia, num 28. & Remigius de immunit. quæſt 2. nu 5. verſ. Sed quæſtio: verum quia facilis eſt diſſentio hominum, l. Item ſi vnus, §. Principaliter, ff de recep arbitr placuit iiſdem varia ſentiẽtibus, Præſidem prouinciæ tamquam pacis arbitrum aſſumi qui quæſtionem dirimat, quod à iure alienum non eſt Sæpe enim diſcrepantibus ſententijs, tertius in arbitrium eligitur, ex Bart in l. In offerendis, C. de appell. & ibi Salicet. & Felin in cap. fin. de re iudic verſ Prima declaratio, Iaſ. in l Inter pares, ff. de re iudic. & in l. Duo iudices, eod titul Remigius vbi ſupra, quæſt 2 num 5 fol 226 verſ. Prima declaratio

Licet autem illis duobus iudicibus 15
diſcordantibus, dum alter continendũ decernit, alter extrahendum videatur quód ſententia pro Reo lata præualere debeat, ex reg l Duo iudices, & & l. Inter pares, & cap fin de re iudic. Guterrez lib 3 pract quæſt 1. num. 5. Tamen ex Remigio illorum iurium diſpoſitio non procedit quando adeſt fauor Reip. qui in hoc caſu verſatur, ne delicta maneant

maneant impunita, l. Congruit, ff. de offic. præſid. quare ſententia iudicis reum eccleſiaſtica immunitate non gaudere, pronunciantis præferenda eſt, vel potius nulla earum, & ad ſuperiorem recurrẽdum, cuius deciſioni ſtandũ eſt, ex Bart. & alijs, in d. l. Duo iudices, Remigius num. 8. verſ. Secunda declaratio. Vnde ſolùm exanimandum ſupereſt vter iudicum dignitate alium antecellat, eccleſiaſticus an ſæcularis, & ſubdit Remigius, fol. 228. verſ. Item quando duo ea in re iudicem ſæcularem à Rege cõſtitutum alium præcelere, ideóq; ad eius ſuperiorem fore recurrendum, licet contradicat Felin. in cap. 1. de præſcript. num 6. vnde ſi conſtituatur iudex ab aliquo domino inferiore opinatur, n. 8. verſ. Tamen ad ſuperiorem eccleſiaſtici recurrendum, ſecundùm quam explicationem intelligenda eſt Ordinatio Regia hoc titulo, §. 8. dũ agit de præſide, vt non poſsit intelligi de auditoribus dominorum particularium, & ſic in Senatu iudicatur, faciunt quæ Cabed. areſt. 71. 1 part.

16 Vltimo concludit Regia Ordinatio in §. 11. quod ad vtrumq; iudicem pariter ſpectat cognitio an locus aliquis ſit ſacer, vel religioſus, vel cæmiterium; & videtur eccleſiaſticæ libertati aduerſari, dum ea in re iudici ſæculari cognitionem tribuit, cùm huius quæſtionis pronunciatio ad eccleſiaſticum priuatiue pertineat, per text. in cap. Quanto, de iudic. Tamen ſatisfit quòd hæc cognitio nullum ius inuoluit, ſed quæſtionem tantum facti dirimit, an ille locus ſit religioſus, & ſacer, vel non, quo caſu iudicem ſæcularem poſſe cognoſcere diximus ſupra & fuit ſententia Abb. & Felin. in cap. Cùm ſit generale, de foro compet. Abb. conſ. 64. vol. 1. & 71. Alex conſ. 70. vol. 4. Paulus Caſtrenſis in l. Omni nouatione, & ibi Abbanus in additiõ ad Bart. C. Sacroſ. Eccleſ. idem Alex. in l. Si non fortem in princip. ff. condic. indeb. Bart in l. 2. ff. iuriſd. omni iudic. Alciat. in cap. 1. num. 53. de offic. Ordin. Natta conſil. 396. num. 8. Couarr. de ſponſ. 2. part. cap. 8. §. 12. nu. 3. noſter Bart. Barboſ. in l. Titia, ff. ſolut. matri. à n. 30. Meritò igitur illam quæſtionem ad ſæcularem pertinere lex noſtra ſtatuit quód ita in ſpecie tenet Belluga d. rub. 11. §. Sed quia, num. 20 & deducitur ex concordia cum Rege Sabaſtiano, art. 1. num. 283. quàm latè pateat cæmeterium, Decian. pract. criminal. lib. 6. cap. 24. n. 28. Tuſcus verbo Cæmiterium, concluſ. 328. Sanches de matri. lib. 9. diſput. 15. num. 40. videndus Cabedus deciſ. 152. ad fin. Barboſa in l. Titia, num. 35. ff. ſolut. matrim. Farin. 1. tom. de inquiſ. q. 8. n. 18.

Ex quibus infertur primo, an in cauſis ciuilibus detur immunitas, & quod ſic probat Couarr. d. cap. 20. num. 14. & eſt l. fin. titul. 2. lib. 1. nouæ recopil. vbi Azeued. Perez in l. 4. titul. 2. lib. 1. vbi ſe refert ad repetitionem, l. Ab exhæredati nu. 10. ff. de leg. 1. Parlador. lib. 2. rerum quotid. 5. part. cap. fin. §. 6. nu. 2. Gomez in l. 79. Taur. num. 5. Remigius de immunit. fol. 27. Xuarez tit. *De los gouiernos* num. 95. Nauarr. in manu. cap. 25. n. 19. Gomez 2. tom. variar. cap. 11. num. 55. Ceuallos quæſt. 683. vbi multos citat Guterrez pract. quæſt. 1. ſed in praxi non ſeruatur hoc, licet hanc nouiſsimè ſequatur Doctor Franciſcus Soarez, d. lib. 3. de relig. cap. 11. num. 3. non etiam cõfutat limitationem quæ fieri ſolet de obnoxijs publicis tributis propter auth. de mandat. princ. §. Publicorum, limita in decoctoribus, hæc enim cauſa non eſt ciuilis, ſed criminalis, in qua callidè, & inſidioſè ſe gerunt tales decoctores, ob quod non gaudent immunitate, & eſt apud nos lex ſpecialis lib. 5. ti. 76. & apud Hiſpanos d. l. fin. lib. 1. tit. 2. vbi Azeued. hanc tuetur, Boer. deciſ. 215. num. 7. Benuenutus in tract. de mercatura titul. de decoctoribus 3. part. num. 42. fol. 308. Rebuf. 2. tom. conſt. Franc. gloſ. fin. n. 8. & habetur etiam apud Hiſpan. l. 2. tit. 19. lib. 5. 17

lib. 5. dicitur enim publicus latro de quo crimine late Vaz allegat.13. n.185. & vide num.916 multa.

An iudex ſæcularis poſsit ab Eccleſiâ extrahere illum quem proſequitur aſpectu, licet ingrediatur Eccleſiam, Azeued. ad d.l.3 n.3.

An autem carceratus cum licentia cuſtodis ingrediens, extrahi poſsit: ibi num.12.

An delinquens in Eccleſiâ gaudeat? Cabal.caſ 194. Azeued.vbiſupra nu.24. & an ſpe veniæ? ibi.Guterrez lib 3.cap. 1 num 1. & 17 Et an priuetur etiam quoad delicta alibi comiſſa: ibi. nu 18. & 35 l.4. quod hæc crimina etiam patrata in Eccleſiâ pertineant ad iudicem ſæcularem, Curia Philippica 3. part. § 3.

Et an Eccleſiæ gaudeat immunitate qui ad triremes perpetuo relegatus eſt; & ſi fugiat quid ſic, quia tunc habet pænam mortis, Cabed. Areſt.60.

Et an immunitas proſit illis quibus à lege imponitur pæna verberum: Et iudicatum fuit quòd ſic, ex Bal l. Sed ſi hoc, §.Prætor ait,ff.de in ius vocand vbi Bart. num 3. vide Gam. deciſ. 52. Et quid in condemnato ad torturam? Gama deciſ 179. n.2.

An frangens carcerem gaudeat? Vide Caſſan. in conſuetud.burgun fol 55. num. 116. Et damnati ad perpetuos carceres dicuntur pati pænam capitalem, vnde algozes gaudebunt.

Et quid ſi quis ducatur per Eccleſiam vinctus, an gaudeat? Quòd non, Oldr. conſ.54. num.4 Gama deciſ 141. & de Sacram. q.1. n 20.

De mandante occidere, vide Soarez d q.11. n.16.

Et quid an gaudeat fur immunitate qui in Eccleſiâ contractat rem alibi furatam? Et quod ſic Guterrez pract lib.1. quæſt 1. nu 21. vbi citat Gamam deciſ. 171. num 1. Et quid comittens tria furta. Non gaudeat. ibi. ad fin.

Tandem, quid dicendum in eo qui, cùm in Eccleſia eſſet ab ea extractus eſt, vel mandato domini, vel à iudice data fide, & doloſe, & poſtea captus, an debeat reſtitui Eccleſiæ? Et vidimus in facto in quodam ſeruo Ludouici da Sylua huius Senatus Gubernatoris, qui cùm ad Eccleſiam confugiſſet, perſuaſionibus domini exijt, & ipſe Ludouicus à Sylua ipſum in carcerem recludendum iuſsit; & ſententia mortis contra ipſum lata fuit. Impediuit Reus ſententiam, ſeq; per dolum ab Eccleſia extractũ propoſuit: Dubitabatur, an audiendus, & fore reſtituendum, eo caſu videtur probari ex text.in cap.Inter alia, de immunit ibi. Non eſt ruolenter extrahendus, violentia enim datur, vel quis vi, vel falſis ſuggeſtionibus inducatur, notatur in l.vnica, C. de raptu virginum & dixit Ordin.lib.5.tit.18.§.3.

Et in ſpecie reſtituendum fore Eccleſiæ incarceratum dixit Couarr. lib.1. Variar cap 2.num.vlt. Placa de delictis, cap.37. num 10. Gomez 3. tom. cap.12. num. 7. Flamin, in pract. interrogat reorum, lib.2 cap.1 num.45. Fortunius Garcia in l.Si conuentionem, num 15. ff de pactis. Et vltimo Soarez de Religione lib.3.cap.13.num.vlt. Farin. q 81. num 282.

SVMMARIVM.

1 *Executio poteſt fieri in ſæculari in bonis clerici condemnati in illis caſibus in quibus agi poteſt.*

Clericus de ſententia lata in ſæculari decimam ſoluit. ibi.

AN IVDEX SÆCVLARIS POSSIT exequi ſuam ſententiam in bonis clerici condemnati in illis caſibus in quibus in iudicio ſæculari actum eſt? Ad Ordin. lib.2. titul.7.

CAP. 51.

1 DIſponit Regia Ordinatio quód ſi clericus in iudicio ſæculari contra ſe ſententiam reportauerit, mandato eiuſdem iudicis ſæcularis in eius bonis fiat executio : vltra quod hæc Ordinatio ſit de iure communi comprobata, ex his quæ Barboſa in l. Qui prior, ff. de iudic. in fine, Guillelmus verbo Et vxorem, deciſ.2. num.44. & 130. vbi dicit quód fructus capi poſſunt, pluribus inſurgit Marta cap.50. num.33. 1. part. & caſ.151. 4 part. & caſ.160. Bobadilla lib 2. cap.18. num.209. vnde etiam decimam ex ſententia debitam ſoluet, vt in Senatu ſæpius iudicatum eſt : & vltra ſupradicta, hæc Ordinatio concordata reperitur in concordia Regis Dioniſij, art.3 num. 120. & ex art.4. ſuæ primæ concordiæ, num 69. Vnde ſi in fructibus beneficij petatur executio ſemper facienda eſt ad requiſitionem iudicis eccleſiaſtici.

SVMMARIVM.

1 *Brachij ſæcularis conceſsio quibus concordijs apud nos innitatur?*

2 *Intra quinq; leucas à Senatu, nemo brachium concedit.*

3 *Brachium exhibendum eſt quando imploratum ſit.*

4 *Brachij inuocatio non fuit priſcis temporibus.*

Brachium vnde dictum? ibi.

5 *Reges qui vngi poßunt ſolent inungi in humero, & brachio.*

6 *Brachij auxilium à traditione Curiæ in*

in quo differat.

7 Auxilium brachij ſpiritualis quid ſit?

Confutatur Cancerius qui dicit iudicem ſæcularem, & eccleſiaſticum eſſe paris in executione brachij. ibi.

8 Auxilium aliquando petitur in auxilium iuris aliquando facti.

Intra quinq; leucas à Senatu nemo auxilium præſtat. ibi.

9 Auxilium petit iudex ordinarius.

Debet impetrari, non imperatiue peti. ibi.

Cui datur finis, dantur etiam media neceſſaria. ibi.

10 Ordinarius extra territorium non implorat.

11 Si iudex ſæcularis à quo imploratur eſt in Diœceſi alterius Epiſcopi, debet peti ab illo Epiſcopo vt ipſe imploret.

Fallit ſi ſit delegatus apoſtolicus. ibi.

12. & 13. Auxilium non præſtatur ad requiſitionem delegati.

14 Auxilium quæ præcedere debeant vt peti poſſit?

Ordinarie debet agi vt peti poſſit. ibi.

Auxilium vt rite procedatur debet implorari poſt omnia. ibi.

15 Crimina duobus modis deferuntur ad Eccleſiam, vel ad punitionem, vel ad correctionem.

Vbi agitur ad vindictam, requiritur ſententia vt imploretur. ibi.

Vbi agitur ad correctionem tantum ſufficit, monitiones exhiberi. ibi.

Senſus Ordinationis lib.2.tit 1.§.13. ibi.

17 Auxilium in qua parte litis imploretur.

18 Ad auxilium concedendum debent partes citari.

19 Vtraq; poteſtas ſe coadiuuare debet.

19 Iudex requiſitus an cognoſcat de nullitate ſententiæ?

20 In caſo hæreſis executor non cognoſcit de nullitatibus.

In cauſis ſpiritualibus, & eccleſiaſticis requiritur proceſſus exhibitio vt conſtet de facto. ibi.

21 Quibus fundamentis fulciatur hæc ſententia. ibi.

22 In hæreſi non imploratur auxilium, ſed fit relaxatio.

23 Etiamſi imploretur factum debet exhiberi proceſſus.

24 Impedimenta nullitatis conceſſioni brachij ſunt ad deprecantem remittenda.

25 Iudex deprecatus cognoſcit de impedimentis nullitatis quia facti.

26 Principi nihil iniuſtum iuſte petitur.

27. & 28. Sententia nullisas quomodo deprehendatur?

Nullitas expreſſa, & notoria quæ? ibi.

29 Nullitas quando reſultet ex errore iuris, vel facti.

30 Error per relationem ad acta an faciat nullam ſententiam?

31 Sententia, vel nulla, vel iniuſta ſit, non conceditur auxilium.

Iniuſtitia quæ reſpicit merita cauſæ non impedit auxilium. ibi.

32 Auxilium qui denegat poteſt cenſuris compelli.

32 Appellatio interponenda ad ſuperiorem deprecati.

33 Iudex ſæcularis non compellit eccleſiaſticum vt brachium præſtet.

33 Auxilium denegatur quoties proceſſus non exhibetur.

34 Vel iuris ordinem non ſeruauerint. Vel ſententia ſit nulla. ibi. Vel deprecans illud iam denegauerit. ibi. Vel ſi pars appellaſſet. ibi. Nec contra tertium. ibi.

35 Appellari poteſt à conceſſione, vel denegatione brachij ſæcularis.

Ab inferioribus iudicibus ad Senatum appellatur. ibi.

DE CONCESSIONE BRACHII ſæcularis. Ad explicationem Ord. lib. 2. tit. 8.

CAP. 52.

1 HÆC Ordinatio deſſumpta fuit ex concordia Regis Dioniſij, art. 20. num. 69. in § 2. & deinde deſſumpta fuit ex concordia Regis Sebaſtiani, art. 12. num 294. & in § 5 deducta inſuper fuit ex concordia Regis Petri, art. 28. nu. 168. Et valde diſſ na videtur huius Ordinationis deciſio a iuris Canonici regulis circa modum ab ea præſtitutum in concedendo brachij ſæcularis auxilio, nam in § 1 ſtatuit quód ſæculares requiſiti illud brachium concedant, ſi ordinate proceſſum eſt contra reos, ibi: *Moſtrandoſe os proceſſos, & ſentenças, &c.* In quo iudicem ſæcularem competentem decernit ad cognoſcendum de viribus ſententiæ quód videtur non admittendum, cùm poſsit eccleſiaſticus ſæcularem cenſuris compellere vt brachium ſuum accomodet, cap. 1. de officio Ordin. Peña in director. inquiſ. 3 part. ſuper q. 57. Marta de iuriſd. 1 p. cap. 52. nu. 1. Deindè in eodem § 1. diſponit vt pro tali auxilio impartiendo gradatim iudices ſæculares adeantur, ibi: *Ou o juyz de fóra do lugar em que o houuer, não ſendo nelle preſente o Corregedor, ou Ouuidor.* Cum tamen de iure quilibet iudex requiſitus ſuum brachium teneatur impartiri, quia non eſt de reſeruatis Principi, nec maioribus magiſtratibus, cap. Quoniam, de offic. Ordin cap. Cùm non ab homine de iudic cap. 1. de ſtatu monachorũ, in 6 cap 2. verbo Si neceſſe fuerit de maledicis, Mantua in obſeruatio. legalib lib 10 cap. 92. Roland. conſ 37 n 55 vol. 1. citat plures Azeue. lib 4 titul 1. l. 15. nu 2. facit l. 59. titul 6. part. 1 in fine, & dum per hos circuitus retardantur executiones ſententiarum, eccleſiaſtica libertas infringitur, ex Bal. in Auth. Statuimus, C. de Epiſcop. & cler. verſ Vltimo dico, Paulus in Auth. Caſſa eod.

Secundo vrget quia in § 4 huius tit. 2
& lib 1. tit. 6 § 19 ſtatuit Regia Ordinatio quód intra quinq; leucas a Senatu alius iudex tale brachij ſæcularis auxilium non concedat, ſed quòd petatur in Senatu, & concedatur per grauaminũ expeditores, ibi: *Porem onde a caſa da Supplicação eſtiuer, ou o Relação do Porto, & cinco leguas ao redor, concederão a dita ajuda do braço ſecular os Deſembargadores dos aggrauos.* De quo Cabed. deciſ. 9. & deciſ. 36. quod longè maius grauamen eſt, cum cauſæ in Senatu maiori cum difficultate expediantur, imó debet haberi tale auxilium pro denegato, attenta difficultate, ex doctrina Card in cap. Perpẽdimus, de ſent excomun verſ His attentis, Felin in cap Eccleſiá, q. 8 ad fin. nu 60. & 69 Lapus alleg 67. ſicut aliàs ea quæ à Principis conceſsione pẽdent reputantur impoſsibilia, ex his quæ Gomez 2 tom. variar cap 10 num 73. Gregor in l 11 titul 11 part. 5 gloſ. 1. Gutterrez de iur confirmat 1 part cap 44. n 1. Conan lib 6. cap 3 & 6.

Inſuper Ordin. in § 6 iubet ſeruari 3
Regni ſtyllum, & teſte Cabe. deciſ. 9 ſtyllus eſt vt pars aduerſa citetur ad cõceſſionẽ auxilij, in quo ius videtur offendi: nam auxilium aliquando poteſt implorari, vt ſæcularis exequentem adiuuet, vt notat Bartolus in lege à diuo, §. Sententiam Romæ, verſ. Quæro quid in exequend. ff. de re iud quo caſu

caſu ipſe eſt merus facti executor, nec eſt cur citentur partes, cùm nec proceſſus debeat exhiberi, quia hoc modo aſſumit ſæculares partes iudicis in caſu ſibi non permiſſo, maximè quia in omni caſu brachij ſæcularis auxilium exhibetur ex officio, Sabloneta de auxilio vtriuſq; brachij, cap. 1. Et conſtat quòd in his quæ mero officio iudicis expediuntur nulla partis citatio neceſſaria eſt, Meno. de retin. poſt remed. vlt. n. 18. & de adipiſ. remed. vlt. n. 31. vbi plures citat.

4 Obſtat tandem quòd in vigeſsimo articulo, ex illis quadraginta Romæ oblatis continetur quód Rex brachium ſuum exhibebit quãdo fuerit inuocatũ ſicut iura volunt, in hæc verba: Quód item ſi ad vacantem Eccleſiam in diſcordiam diuerſas Epiſcopo Diocæſano patroni præſentant perſonas, & ipſe diſcuſsis etiam meritis de altero præſentatorum, vel alio forſitan Eccleſiam ordinant iuxta canonicas ſanctiones, dũ ille de quo Eccleſiæ prouidetur per aliquorum ex patronis violentiam corporalem nanciſci poſſeſsionem Eccleſiæ nõ poteſt, ſi tunc Diocæſanus ad hoc dicti Regis inuocat brachium, ipſe non ſolum non defendit eundem, imò fauet iniuriam inferenti, hoc ipſum ſeruans in omnibus quæ ſunt contra Eccleſiáſticam libertatem. Reſpondent præfati procuratores, quôd ipſe Rex nihil eorum de quibus præmiſſus articulus quærelam continet fecit hactenus, & promittunt quód ipſe non faciet in futurum; & quòd brachium ſuum contra facienes iniuriam, quando fuerit inuocatum, exhibebit, ſicut iura volunt.

Debet ergo hæc brachij ſæcularis conceſsio reduci ad ius commune, & iuxta pragmaticam editam à D. Rege Alphonſo, & Regina Eliſabet, anno 1493. vbi forma concedendi brachium continetur, de qua Salzed. in pract. canon. cap. 160. num. 9. fol. 503. aliàs cap. 149

5 Quare vt dilucide apperire poſsimus huius ſæcularis brachij materiam, quæ non ſatis eſt nota, & inuolutè à Doctoribus traditur: noto ſequentia. Primo, quòd brachij inuocatio non fuit priſcis temporibus ignota, nam ſi ille qui edictis vocatus non aderat, ſentẽtia ferebatur, cuius executio ſi obſiſtebat quanti ea res erat, & inſumptus litis condemnabatur, l. vnica, ff. Si quis ius dicenti non obtemp. nam mulctis magiſtractus, etiã ciuiles ſuam tuebantur iuriſdictionem, l. pen. ff. offic. procur. Cæſar. Mi-ſinger. cent 5. obſer 58. num. 8. Menoch. de arbitr. caſ. 521. cent. 6. quod ſi obſtinatius non parere perſeueraſſet Reus, illum captis pignoribus coercebant, l. 4. §. 1. ff. damno infect. Colerus in tract. de proceſsib. executiuis, 1. part. cap. 2. n. 28. Zazius lib. 1. reſponſor. cap. 16. quod quidem iudex ipſe ſua armata manu exequebatur, l. 1. verſ. Coget, ff. ſi ventr. nom. quando autem nec ea manus ſufficiebat militarem manum, tunc inuocare licebat, non à quibuſuis iudicibus, ſed ſuperioribus tantùm magiſtratibus, l. Si quis in hoc genus, C. de Epiſcop. & cler. ab inferioribus enim ad Principem referendum erat, neq; abſq; eius authoritate in negotijs priuatorum executione militari vtebantur, l. 1. C. de offic. milit. iud. l. Qui reſtituere, ff. de reiuind. l. Si quis latrones, C. de his qui latrones, &c. ibi: Vt per militarem manum, &c. explicat Aurelius lib. 5. ſentent. cap. 4. ad fin. Cùmq; illam armatam manum nõ habeant eccleſiaſtici iudices, licet Salzed. d. cap. 149. nu. 25. contrariam communem dicat, & ſuorum iudicum ſentẽtias irritas eſſe, & ſine effectu diſpiceret Clemens quartus iudices, & inquiſitores executioni quod pronũtiaſſent viriliter mandare voluit, ac inuocato quoq; in eam rem auxilio brahij ſæcularis, vt habetur in cap. Vt officium, § Compeſcendi, de hæret. lib. 6. quòd quidèm brachium aliquando vocatur poteſtas ſæcularis, vt habetur in d. cap. Vt officium, verſ. Deniq; & in cap. fin. in fin.

de exceſſ. Prælator & in cap.1. §.fin de ſtatu Monach. lib.6 & confirmatur ex Concil.Triden ſeſſ.25.cap.5. aliquando vocatur auxilium publicum, aliquando gladius imperialis, vt per Doctores in cap.1 de offic.Ord.text.in cap.Duo ſunt genera, 12 q.2. & Extrauag. vnam ſanctam inter communes de maioritat. & obed. Nomen autem brachij ex eo delictum eſſe patet quòd potentiam denotat ſæcularis imperij, qua Eccleſiā vtitur aliquando in ſuum finem ſupernaturalem, Belar. aduerſus Braclay, cap.12. nam poſtquā Eccleſia ſuo ſpirituali gladio vtitur, nec habet quid vltra faciat, vtitur temporalibus medijs, & coercionibus quæ magis timentur inuocata poteſtate temporali, quæ in auxilium ſpiritualis gladio, & brachio vltore inſurgit: iuxta illud Lucæ 1. (liceat ita interpretari) *Fecit potentiam in brachio ſuo*: cū nq; per humeros demonſtretur fortitudo, & imperium, iuxta illud Lucæ 9. *Principatus eſt ſupra humerum eius*, & imperante capite per quod Eccleſia dignoſcitur, & eius Vicarius in terris, cap. Fundamenta de electione, in 6. Huius erus à quo in brachium vigor deſcendit, brachium attollit, vt capitis imperio obſequatur. Reges enim qui à Sede Apoſtolica habent vt vngi poſsint, ſolent iniungi in humeris, & brachio, in quibus fortitudinis, & roboris vis magis elucet, qua etiam ducti ratione, antiqui Duces in triumphis dexteram armillis aureis decorabant, quaſi fortitudinis inſigne.

6 Ex quo patet in quibus differat auxilium ſæcularis brachij à traditione Curiæ ſæculari. Et differūt primo quòd inuocato auxilio, iudex eccleſiaſticus principaliter agit, & cauſam decidit, ſolumq; petit vt ſæcularis impleat, & exequatur illa quæ poteſtas ſpiritualis expedire non poteſt, vel ob potentiam partis, vel ex alijs cauſis ligitimis. At verò quando quis traditur Curiæ fit de iuriſdictione ſæculari ratione traditionis habetur in cap. Vt inquiſitionis, §. Prohibemus, de hæret. in 6 & iudex ſæcularis non exequitur pœnam in eccleſiaſtico impoſitam, ſed ipſe condemnat mediante declaratione Eccleſiæ, per quam conſtat delinquentem tale crimen cōmiſiſſe.

Secundo differunt quòd non exhibito auxilio, poteſt ſæcularis compelli vt illud præſtet cenſuris; quia inferior eſt, Salzed. dicto cap.149. num. 20. Menoch. de arbitrar. caſ. 452. num. 3. cent. 5. At vero in remiſsione ad Curiam, ſi ille nollit condemnare, puniri non poteſt, quia non eſt inferior, ſed æqualis in ea ſententia, excepto crimine hæreſis, in quo punietur non ex eo quòd non condemnat hæreticum, ſed ex eo quòd fouet crimen, & fit receptator.

Tertio, quòd in petitione auxilij, iudex eccleſiaſticus cauſam à ſe non abdicat, imò quoties oportuerit poterit cauſam reaſſumere. In traditione verò Curiæ delinquens fit de foro ſæculari, itavt iudex eccleſiaſticus nullas in eo partes habeat, nec cauſam poſsit reaſſumere, probatur in cap. Super eo, cap. Ad abolendam, de hæret. & in d. cap. Cum non ab homine, de iudic. Nauar. in cap. Cùm contingat, de reſcript. 2. remedio.

Tandem noto quòd ſicut brachium 7
temporale imploratur ab eccleſiaſticis iudicibus, in caſibus à iure permiſsis, vt illius brachij timore delinquentes reuocent, ſic pariter in Eccleſia eſt auxilium brachij ſpiritualis quod à ſæcularibus iudicibus pro executione ſuarum ſententiarum ſolet implorari dixit Azeued. d. lib.4 titul 1. l 15. n.10. Villalobos lit. I n.165. Couarr. pract. cap.10. num 1 Auiles Prætor cap 20. verbo Vſurpan. num 21 Salzed d cap.149. num 20 Formam autem implorandi ponit Foller. in praxi, Canonic. verbo Non comparentes, nu.68. Antonius Maſſa in tract. de obli. in forma Camer. titul.

ticul. de proceſſu, § Dato igitur, num 55. non tamen eſt probanda opinio, Cancer. var. reſol. cap. 19. tit. de inuocatione brachij, nu. 2. dum dicit quòd iudex ſæcularis, & eccleſiaſticus in inuocatione brachij ſunt pares, quia vterq; tenetur illud impartiri, quia quoad ſententiarũ executiones in poteſtate ſunt pares, quod ex infra dicendis cõfunditur, quia ſemper eccleſiaſticus iudex eſt maior, & compellit vt ſibi brachium exhibeatur, quare nõ eos facit pares executio, ne in executione vileſcat authoritas eccleſiaſtica, quæ ſemper maior eſt, cap. Solitæ de maior. & obedien.

8 Notandum eſt quòd brachium ſæculare aliquando inuocatur in auxilium iuris, vt puta quando ad ea iuris ſunt imploratur, vt tollat impedimenta quæ eccleſiaſtico iudici obſtant, aliquando veró in auxilium facti, veluti quando familia petitur, primo caſu laicus mixtus executor eſt, & omnia facit, quæ de iure mixto executori competũt, de quo in cap. Paſtoralis, § Quia verò. de officio deleg. dicimus infra, tit. 13.

In ſecundo veró caſu, quando pro executione meri facti inuocatur nullam circa ſententiam exequendam recipit poteſtatem tãquam merus executor, à lege tamen recipit poteſtatem non exequendi quando iniuſtitia, vel nullitas in tali facto ſit quæ ipſum non exequendũ ſuadeat, Alciat. in cap. 1. de offic. Ordin. nu. 10. Egia concl. 8. 2 caſu, Azeued. vbi ſupra, n. 9. Salze d. cap. 49. n. 14. Afflict. in conſt. Neapol. nu. 55. cum ipſa enim executione inuoluitur cauſæ principalis cognitio, quatenus facti eſt, arg. Ordin. lib. 3. tit. 76. § 3. ibi *Poſto que no mandado da execução lhe não ſeja cometido algum conhecimento, deue conhecer do negocio principal, como ſe lhe fora expreſſamente cometido,* Matta 1. part. cap. 51. n. 32.

Vltimo, quòd non contra ius Regia Ordinatio ſtatuit vt intra quinq; leucas à Senatu nullus iudex concedat auxiliũ brachij, quia attento iure eſt vt auxilium militare quod cõuenit auxilio brachij ſæcularis, non ab alio quàm ab ipſo Principe impartiatur, vt ex Aurelio oſtendimus ſupra, cùmq; à Principe illud petendum ſit, rectè in Senatu petitur vbi facilius cauſæ terminatur, & maiori cum deliberatione, & maturo cõſilio expediuntur, & extra illũ caſum omnibus iudicibus regia lex licentiã indulget vt implorati occurrant, & auxilientur, in quo videtur ſume libertatem, & fauorem Eccleſiarum amplexa, in quo ius commune ad vnguem ſequitur.

Ex quibus ſic propoſitis, ad ſequẽtes quæſtiones hæc materia reduci poteſt.

1. *Quis hoc auxilium imploret.*
2. *Et quæ præcedere debeant vt implorari poſſit.*
3. *An in qualibet litis parte poſſit brachij auxilium peti.*
4. *Quando, & in quibus caſibus præſtandum.*
5. *An ſæcularis poſſit cenſuris compelli?*
6. *An ſint aliqua cauſæ ob quas valeat denegari.*
7. *An appellari poſſit à conceſſione, vel denegatione auxilij.*

ET quoad primam quæſtionem accedendo eſt iuris principium quod omnibus iudicibus ordinarijs ex ratione ſuæ iuriſdictionis eccleſiaſticæ competit inuocatio auxilij brachij ſæcularis quoties ſpiritualium, & ſupernaturalium, vel alia ligitima cauſa id expoſcat quia ſuam iuriſdictionem explicare non poteſt, vel non æquè commode, quod tamen non debet imperatiue peti, ſed implorari, Cancer. lib. 2. reſol. cap. 15. de liter. requiſ. num. 4. Michael Ferrer cap. 67. in fine, Salzedus cap. 149. in praxi, num. 9. in fin. Nam conceſſa iuriſdictione ſpirituali à Chriſto Domino Petro, & eo mediante eius ſucceſſoribus vtiq; conceſſa etiam ſunt 9

 omnia

omnia media quæ ad illam impediendam fuerint neceſſaria in finem ſupernaturalem. Poteſtas enim pontificia per ſe ſpiritualis eſt, & ideo quatenus talis reſpicit vt obiectum ſuum primarium ſpiritualia negotia, ſed indirectè per ordinem ad ſpiritualia reductiuè, & per neceſſariam conſequentiam, vt ita loquamur reſpicit temporalia vt obiectũ ſecundarium ad quod non conuertitur niſi in caſu neceſsitatis, text in cap Per venerabilem qui filij ſint legit. ibi: In alijs regionibus certis cauſis inſpectis temporalem iuriſdictionem caſualiter exercemus, ſic loquitur Bernard lib. 1. de conſid. cap 5. ibi: Sed aliud eſt incidender excurrere in iſta temporalia negotia, cauſa quidem vrgente, cap Nouit, de iud Nauar. in d. cap Nouit, notab. 3. corol 26. Thom lib 1 de regim princ.

Inuocant itaq; iudices ordinarij hoc auxilium quando opus eſt, cap 1 de offic Ordin cap. Significaſti, de offic. de legat. cap Princeps, cap. Adminiſtratores, 26. quæſt 5 cap Dilecto de ſenten. excom lib. 6 cap Poſtulaſti de homicid. & probat Hoſtienſ. in cap. 1. de offic. de legat Alber. in l. Epiſcopale, C de Epiſcop. & cler. communem dicit Couarr. pract. cap. 10. num. 1. Afflict. in Conſt. Neapol num 63.

10 Hoc tamen aliquibus caſibus limitandum eſt: primo vt non poſsit ab ordinario implorari qui extra territorium eſt, cuius rei eſt ratio quia hic actus eſt iuriſdictionis contentioſæ, qui non poteſt explicari niſi intra limites propriæ iuriſdictionis, & intra Diocæſim, Oldrad conſ. 89. Maranta diſput 1. n. 26. Cancer lib 2. tit. de liter. requiſ. cap 15. Gail. lib. 1. obſerua. 115. Peguera deciſ. 92. poſt num 25. Paz in praxi, tom. 2. in proemio, O ibañ in Vſat. alium nãq; cap 15 num 74. de iur fiſci. Farin. lib 3. quæſt. 97. Molin in tract de brachio ſæcular. cap 3. Vulpel. de liber eccleſ p. 3. num 32. Valaſc conſ 48. Cened. ad decretal. collecta. 101. num. 12. Farin. in praxi, quæſt. 197. à 181. Ceuallos contra communes, 4. part. quæſt. 597. n. 78. Ricius in praxi deciſ 319. Marta 1 part. cap. 49. Azinius in praxi Florent. §. 31. cap. 1. ampl 15. Solum enim extra territorium fiunt ea quæ pertinent ad iuriſdictionem voluntariam, non contentioſam.

Secundo limitari debet illa generalis regula vt implorari nequeat ab ipſo quando iudex ſæcularis à quo imploratur auxilium eſt alterius Diocæſis, quia tunc offendit iuriſdictionem illius diocæſani, vbi ille iudex comoratur, nec eum ibi cogere poterit, ſed debet deprecari diocæſanum illius licuit ipſe implo- 11 ret auxilium, arg. eorum quæ Bart in l. à diuo, §. 1. ff de re iudic. Doctores in cap. 1. § Contrahentes, de foro comp. in 6. & facit text in cap. 2. de exception. eod. lib. ibi: à locorum ordinarijs compellantur, niſi ipſe deprecans ſit delegatus apoſtolicus, tunc enim quia eius poteſtas loco non circunſcribitur, videtur quòd vbiq; poſsit implorari. Verùm nec hoc caſu quando imploretur brachium ad capiendam poſſeſsionem beneficij, citra ordinarij requiſitionem fieri poterit, quia poſſeſsio non aliter cap: poteſt quam de mandato ordinarij, ex Ordin. lib. 2 titul 19. vbi vide.

An autem hoc ius petendi auxilij 12 delegatis etiam cõpetat, eſt in iure valde controuerſum affirmant plures, vt per Spicul in titul. de offic. del. § 5 num 6. verſ Sed nunquid. Oldrad. conſ 89. communem dicit Bero. in cap. Significaſti, de offic. deleg. nu 24. Nata conſ. 529 num. 37 Gail. obſeruat 115. conſid. 1. num 6. Nauarr. in cap. Cum contingat, remed 1. num. 2 Olibanus in vſat. alium namq; cap 15 num 48 Cancer. lib. 2. reſol. cap 15 num. 3 Proteles ad Moln § Iudex num. 90. Gregor in Sintagm. 3. part lib 47. cap 22. Boſsius in titul de foro compet num 92 Couarr. pract. cap. 10 Bellug. in ſpecul princip. rub. 11. § Et quæ dicta ſunt num 1 Lupus in

in cap. Per veſtras, 2 notab. § Sed & eſt pulchra, num. 17. Menoch. remed 3. num. 3 60. de retinend. poſſ. Franciſ. Marcus deciſ. 269 num. 41. & 72. num. 1. Azeued. d. l. 15 lib 4. titul. 1. num 3. Salzed. d. cap 149. num. 8. Auiles Prætor. d. cap 20. verbo Vſurpan num. 16. apud nos ita ſeruari dixit Cabed. d. deciſ. 9. num 3. quod ampliatur etiam ſi in literis comiſsionis non contineatur clauſula inuocandi auxilij ſi opus fuerit, & licet aliqui requirant ſpecialem conceſſionem vt implorari poſsit, vt dixit Mantua. de obſeruat legal lib 10. cap 19. de brachio ſæcul vbi citat Ioannem Andream in cap Vt officium in fine, de hæret. in 6. tamẽ Rebuf placuit 3 tom. ad leges Franciæ, titul de contumacia, art. 13. gloſ. vnica, num 39. vt ſine ſpeciali delegatione poſsit inuocari à delegatis hoc auxilium, cuius rei rationem reddit Azeued. d. num. 3. quod ex eo procedit, quia cum illa clauſula ſit ſolita apponi, quamuis omittatur arg. l. Sed ſi lege, §. Quia ſolita, ff. ædil. edict. Barboſ. in l. Venditor, ff de iudic in princip. appoſita cenſetur, ſequitur Salzed. d. num. 8. ad med Oldra conſ 319.

Quod ampliant vt procedat etiam in delegato inferioris à Principe, dummodo imploret in his de quibus cognoſcit, vrget tamen talem delegatum ab inferiori ſuam ſententiam exequi non poſſe, atq; ideo pro executione illius implorare non debet hoc auxilium.

Quod inſuper alij explicant mediã viam ſequentes in his quæ ante ſententiam ordinantur, in quibus opus ſit vti hoc auxilio, prout in his quæ ad ordinandum proceſſum ſpectant teſtes interrogandos, & ſimilia, quaſi tunc liceat ei huius auxilij inuocatio, dũmodo fiat intra limites iuriſdictionis delegantis, cuius vices gerit.

In delegato autem Principis dicunt quòd poteſt hoc auxilium implorare vbiq; quia totus orbis eſt ſuæ iuriſdictionis territorium, & quòd nõ teneatur prius ordinarium eccleſiaſticum requirere, vt alij ſentiunt, dixit Peguera deciſ. 92. num. 25. à num fin.

Verum contrariam ſententiã ſequũtur plures quod imo ſolis ordinarijs hoc ius petendi auxilij ſit indultum, & ex antiquis tenuit Federi. de Senis conſ. 251. Cremona in cap. Vt officium, de hæret in 6. num 4. & ita ſeruari de ſtylo Curiæ, Felin. in c. Significaſti, n. 2. de offic. del. Marti. de Fan. in tract. brachij, nu 3. tom. 11. tractatuum, & dixit Franciſc. Pegna in direct. inquiſitor. lib. 3. ſchol. 115. fol. 220. col. 2. Et in hoc Regno hæc opinio videtur ſequenda in iudicibus apoſtolicis, ex Ordin. lib 2. tit. 8. § 6. ibi. *E aſsi hauemos por bem que todos aquelles que forem declarados por excomungados por os Prelados, & Cabidos, ou ſuas juſtiças, & officiaes, não ſendo porem juyzes Apoſtolicos, &c.* Iuncto principio eiudem tituli, ibi. *Para que as ſentenças, & mandados dos Prelados, & de ſeus Prouiſores, Vigairos, & Viſitadores ſe cumprão com mais breuidade, mandamos que no conceder ajuda de braço ſecular, ſe tenha o modo ſeguinte.* Quibus in locis Regia Ordinatio ſolũ orationem conuertit ad Prælatos ordinarios Regni, non ad delegatos, ſequens illorum opinionem qui aſſerunt delegatis, hoc ius petendi auxilij non competere, idemq; ſequitur in §. 7. ibi: *E quandoquer que os Prelados, & Cabidos, ou ſeus officiaes, &c.* Et ita ſæpè vidi iudicatum: & hæc ſententia lata fuit in cauſa Bernardi da Cunha. *Acordão, &c. Aggrauado he o aggrauante pelo Corregedor, em o tirar da poſſe da Igreja em que eſtaua, & o fazer por bem da executoria, & precatorio dos juyzes executores Apoſtolicos ſem prouiſão, & inſinuação do Ordinario, & citação da parte, prouendo em ſeu aggrauo. Viſto os autos, & como o Corregedor, conforme a Ordenaçã, não podia conceder ajuda de braço ſecular, ſem citação da parte, & lhe ſerem moſtrados os autos: nem outro ſi o podia conceder a juyzes executores Apoſtolicos ſenão aos Ordinarios, & mais juyzes eccleſiaſticos,*

na forma das leys deſte Reyno.

Pinheiro. Loureiro. Almeida.

Vnde Cabedo d. num.3. dum dicit auxilium debere concedi delegatis, debet exponi vt procedat in delegatis ordinariorum, provt in vicarijs foraneis, non verò in delegatis Apoſtolicis quibus à lege regia concedi prohibetur: hi namq; vicarij foranei habentur pro delegatis ad vniuerſitatem cauſarum, vt notatur in clem 2. & ibi gloſ. verbo Foraneo de reſcriptis, Sbrozius in tract. de Vicarij Epiſcop. poteſt lib.11. quæſt.13. & ideo æquiparantur ordinarijs, vt per gloſ in cap. Cùm cauſam, verſ Delegatus de appell licet non in omnibus, vt per Guterr Canon quæſt. 19 num 18. Spin. de teſtam gloſ.1 n 29.

Quæ præcedere debeant antequam imploretur brachij auxilium.

14 Articulus eſt valde difficilis, & primo requiritur vt auxilio huius brachij materialis ſit locus vt iudex iudicialiter proceſſerit aliàs non poteſt tale auxiliũ requirere, cùm eo caſu nõ ſit maior ſæculari, ſed par, cap. Cùm ad verum 96. d ſt. & quia iudici extraiudicialiter procedenti impune reſiſti poteſt, l Prohibitum, C. de iure fiſci, lib. 10 & fuit ſententia Innocent. in cap 1. de offic. Ordin. vbi Alciat. num.17 quos refert Salzed d cap 146 num 19. & huic reſolutioni conſonat Ordin Regia lib.2 tit. 1. §.13. verſ. *E nos outros caſos.* ibi: *Não prendendo, nem penhorando, ſenão nos caſos em que procedem judicialmente.*

Vnde ſuccedit Ordin hoc titul.8. §.1. dum ſtatuit quòd ſi ordinarie, & iudicialiter actum ſit, concedatur auxilium ſi imploretur, etiamſi iudex eccleſiaſticus à cenſuris abſtineat, dummodo tamen exhibeatur proceſſus, & ſententia ritè, & ordinatè lata, ibi: *Achando que os ditos proceſſos forão ordenadamente proceſſados, &c.* Abb. in d. cap. 1. num 11. eleganter Nata conſ.529. Farin. vbiſupra, Redin de maieſtate, verbo Non armis ſolum, num. 146. Olibanus vbiſupra, num. 73. Nauarr. in cap. Cum contingat 1. remed. nullit. num. 6. Parlador. lib 2. quotid. cap. fin. part. 2. §. 2. num. 4. vnde repellitur eorum opinio in hoc Regno quin actorum exhibitionem nõ eſſe neceſſariam dicunt quando vterq; iudex eſt ſub eodem Principe, vt dixit Farin. titul. de Inquiſitione, quæſt. 11. poſt num 61. Clarus §. fin. quæſt. 54. in fin. & quæſt. 96 Flamin. Charta. deciſ. 58. Portoles ad Molin. §. Iudex, nu. 90. Cabaluſ. in reſol. crimin. caſ 161.

Nec obſtabit quòd hoc auxilium non venit implorandum, niſi poſtquam Eccleſia omnia fecit, etiam eccleſiaſtica remedia deficiunt d. cap. 1. & cap. Quamquam de offic. Ord. d. cap. Cum non ab homine, ibi: Cum Eccleſia non habeat vltra quod faciat, quæ iura ad hoc citat Mantua d lib. 10 cap. 92. & Azeued. d. l. 15. num. 2. & eſt ſententia gloſ. in clem. Diſpendioſam de iudic. verbo Clerici, Palatius in repet. cap. Per veſtras, d. §. Sed eſt pulchra, num. 17. & requiritur vt ſic reus excomunicatus grauatus, & reagrauatus, vt ex illis iuribus dixit Paz in praxi, 2. part. cap. 3. num. 18. & eſſe cõmunem dixit Abb. in d cap Quamquam, num 12. Maranta d diſp. n. 16.

Reſpondetur enim magis conforme eſſe ſacri Concilij verbis vt prius reuocetur auxilium poſt ſententiam quàm reus excomunicetur, ſeſſ. 25 de reform. cap. 3. ex Salzed. 4. part ſecundi tomi, cap. vnic num. fin. licet contraria praxis ſit vſu recepta, qui forte ex eo ſumpſit originem quòd in Bullis imploratio auxilij vltimo loco præcipitur per illa verba vſq; ad auxilium brachij, quare videtur quòd iudices eccleſiaſtici præpoſtere hoc remedio vtuntur, cùm prius debeant pignora capere, vel perſonam, inuocato auxilio, quàm deueniant ad cenſuras, & ita faciendum tradidit Segura de Aualos in direct. iud. eccleſiaſtic. cap. 13.

cap.13. num.37. Salzed.d.cap.149. n.5. vbi repræhendit Couarr.& alios. Si autem procedere velint per cenſuras eccleſiaſticas, tunc exhibito proceſſu, & ſententijs rité latis, iubet Regia Ordinatio vt illis auxilium brachij ciuilis exhibeatur, idemq; diſponit in §.fin.

15 Vlterius procedit Regia Ordinatio, & poſtquam dixerat in §.1.de cauſis coram Prælatis agitatis ordinarie, ſcilicet inter partes, vel ciuiliter, vel criminaliter actum fuerit, generaliter enim loquitur vt in illis omnibus exhibito proceſſu, & ſententia auxilium concedatur, accedit in §.2. ad caſum in quo non ordinarie agitur contra laicum, ſed per inquiſitionem generalem, vel particularem denuntiationem ad correctioné tantùm pro crimine concubinatus, vel alio mixtæ cognitionis, donec ipſe reſipiſcat. Extra iudicialiter enim omnibus his caſibus proceditur dum parte non citata teſtes aſſumuntur. Et his caſibus ſtatuit quod ſolo ſummario teſtiũ oſtenſo, & tribus monitionibus probabitis, de quibus in Concil. Trident. ſeſſ. 24. de reform matrim cap.8 auxilium concedatur non expectata ſententia finali in hæc verba. *E nos caſos em que ſe proceder por via de viſitação geral, ou de inquiſição particular feita contra peſſoas leigas infamadas publicamente nos delictos de que podem conhecer, moſtrandoſe o treslado do ſummario das teſtemunhas com os termos da amoeſtação que já foy feita aos culpados naquelles caſos em que ſe lhe deue fazer com precatorio dos Prelados, ou de ſeus officiaes, o Corregedor, &c.* Iunct. §. ſequenti, ibi: *Fazendo prender, penhorar, & executar os culpados, &c*

Dum ergo nullam ſententiam in his caſibus exhibendam dicit, & ante illam poſſe brachium inuocari, eſt contra expræſſam Ordinationem hoc lib.2. tit 1. §.13. in princ. ibi: *E por quanto o direito natural não conſente condenarſe nem infamarſe alguã peſſoa, ſem primei... conuencida*, Et in fin. vbi ha... *ſe os* ...

Prelados neſtes crimes, ou em outros de que conforme a direitei podem conhecer, quizerem proceder ordinariamente, ſem prizão, penhora, ou degredo antes de final ſentença podelohão fazer; & noſſas juſtiças lho não impedirão. Oſtendit ergo quód ante finalem ſententiam nemo capitur, & pro cõcordia vtriuſq; legis notãdũ eſt, quód crimina laicorũ publica ad iudiciũ Eccleſiæ deducuntur dupliciter, vel ad correctionem præuia generali inquiſitione & aliquando præcedenie denuntiatione particulari, vt conuictus per prælatiuam correctionem medijs â iure inſtitutis à criminis perſeuerantia reſipiſcat, probat cap. Nouit, ibi: Vt pecatorem reuocemus, de iudic. Belar. lib.3. de eccleſ. milit. cap. 6. in principio Vel deducuntur ad forum Eccleſiæ quando finita Euangelica denuntiate inſtituitur iudicialis accuſatio pulica, vel priuata ad pœnam, ſiue ad alios iuris effectus in publicam vtilitatem, vel priuatam ipſius denuntiantis, per quam denuntiãs id quod ſua intereſt, & propriam perſequitur vtilitatem, ex Abb in d.cap Nouit. num.48. Felin 15. Deci.27. Clarus §.vlt quæſt.7 Soto de ratione tegend. memb 2. quæſt.4. concluſ.8 Guterr. in Canoni.q 11 n.24.

Inter hos caſus hæc eſt differentia, quód ſi contra laicum in foro Eccleſiæ actum ſit criminaliter, vel ciuiliter iudicio inſtituto in caſibus mixti fori, vel alijs, de quibus Prælati poſſunt cognoſcere, vtiq; ſemper hoc caſu debet ferri ſententia finalis, priuſq; brachium ſæculare inuocari poſſit, ex Ordin. d. §.13. in fine, & debent acta, & ſententia prius iudici ſæculari exhiberi, ex Ord. d.tit.8.§.1. 16

Quando verô agitur per viam viſitationis non ad vindictam, vel ad partis vtilitatem, ſed in publicum fauorem contra publicos, & infamatos de publicis criminibus, ſi per inquiſitionem cõſtet de tali infamia, & euidentia notorietate facti permanẽtis poſſunt Prælati

tales

tales criminoſos publicos ſtatim punire, quia ipſa euidentia patrati ſceleris non indiget clamore accuſatoris, imó ſubit vicem actoris, & ipſa accuſat, & omiſsis iuris ſolemnitatibus,& citatione quæ omitti poteſt in notorijs, vt ſupra diximus, ſtatim poſſunt mulctari, capi, & alijs pænis affici, quæ iure in eo caſu reperiuntur expræſſæ, excepto concubinatus crimine, quia in eo eſt ſpeciale, vt trina debeat procedere monitio, vt fiat publicum, vt in contumaciam concubinarius puniri poſsit, ratio eſt quia tali crimine de iure cõmuni,& Canonico nulla pæna reperitur impoſita, & licet ad iudicium Eccleſiæ pertineat ratione peccati: tamen nunquam ad illud iudicium deducetur hoc crimen ad vindictam, ſed ad correctionem, vt reſipiſcat,& diſcedat Reus à concubinatu, & niſi ter moneatur, non dicitur contumax, nec publice infamatus ad effectum vt puniatur ex vi iuris communis, ſicq; procedit Concil. Trident. d. cap. 8. & Ordin. in præſenti dum requirit vt monitiones oſtendantur, ibi: *Com os termos da amoeſtação que naquelles caſos ſe lhe deue fazer.*

Vnde rectè Ordin in d. § 2. contenta eſt vt exhibeatur iudici ſæculari in caſibus viſitationum teſtium ſummarium factum contra publicè infamatos, & Prælatorum literæ requiſitoriæ, vt concedatur auxilium: nec meminit de ſententia, quia eo caſu nulla ſententia profertur in forma iuris, ſed nudum præceptum, quo reus ex notorietate facti permanentis capi iubetur, vel pœna pecuniaria afficitur, quòd præceptum in literis requiſitorijs continetur. Sic pariter in concubinatu publico oſtenſis tribus monitionibus, ſi de nouo Reus depræhendatur in concubinatu publico, rectè poteſt ferri ſententia vt capiatur, vnde oſtenſis monitionibus, ſi deprecetur vt capiatur, iudex ſæcularis requiſitus tenetur ſuum auxilium impartiri.

16 Nec huic ſenſui obſtat Ordinatio d. § 13. in princ. dum habet: *E porque o direito natural não conſente condenarſe, &c.* Et in verſ. *E nos outros caſos fóra deſtes em que o dito Concilio lhes dà faculdade para prenderem, ou penhorarem os leigos, por ſe euitarem as cenſuras, deuem guardar a forma delle, não prendendo, nem penhorando ſenão nos caſos em que procedem judicialmẽte.* Quæ verba videntur euertere omnia ſupradicta, per illa enim prohibetur captio pignorum, & captura perſonæ, in caſibus in quibus non iudicialiter proceditur: Conſtat autem in noſtro caſu nõ iudicialiter actum fuiſſe, ſed extraiudicialiter per inquiſitionem,& ſic antequam Reus conueniatur, non eſt puniẽdus, quia extra iudicialiter procedenti non impartitur auxilium, Salzed. in pract. cap. 149. n. 9.

Verum ſatisfit quòd hæc Ordinatio procedit in concubinatu,& alijs criminibus mixti fori, in quibus contra Reũ publica infamia non adeſt, patet ibi: *E porque o direito natural não conſente condenarſe, ou infamarſe &c.* Sentit itaq; crimen concubinatus nunquam effici publicum, nec concubinarium publica infamia iuris laborare, niſi poſtquam ter monitus eſt,& non reſipiſcit, & ideò licet publicam quis habeat concubinam, non infamatur publicè, niſi trina præcedente monitione. Vnde ſi in alio crimine mixto quis ſit publicè infamatus, ſtatim capi poteſt, implorato auxilio, & heberi pro conuicto, in his enim Reis publicè infamatis de criminibus mixti fori ob publicam infamiam ceſſat ius naturale, & ciuilis, iuris ſolemnitas, & ſtatim poteſt decerni captura, & condemnatio, in Francia fieri teſtatur Rebuf. titul. de public. concubinar. & faciunt quæ ſupra dixi ad intellectum Ordin lib 2. titul 1 § 13

Tertia quæſtio eſt, An in qualibet 17
parte litis poſsit implorari? Et videtur in hoc Regno citra dubium eſſe, vt poteſtatis ſæcularis brachium nequeat implorari, niſi poſt latã finalem ſentẽtiam,

ex Ordin hóc titul. 8. §. 1 & d. tit. 13. vbi ante ſententiam finalem nulla condemnatio fieri poteſt. Obſtat tamen quód attentis verbis ſacri Concilij Tridentini ſeſſ. 25 cap. 5. in quacunq; parte litis, ibi: In qualibet parte iudicij ab ipſis propria authoritate fieri poterit, cuius Concilij decretum in hoc Regno ſeruandum teſtatur Extrauagans antiqua in §. 1. quam infra tranſcribimus, decernit, & approbat vt delicta puniantur, & cenſuræ vitentur. Quare ſemper mihi perſuaſum habui quód iudex eccleſiaſticus poterit ſi expediat negotio, de quo agit brachium ſæculare implorare quoties oportuerit ad aliquem cauſæ articulum, veluti ſi Reus in expenſis condemnetur alicuius incidentis, pro quarum executione oporteat auxilium peti, vel ſi pro teſtibus examinandis, vel cogendis vt teſtificentur. Nec huic ſententiæ obſtat d. Ordin. in §. 13. in fin. quia prohibet ne capiantur pignora, vel perſona pro ipſa; cauſa principali, antequam ſententia finali concludatur, non veró tollit vt circa cauſæ emergentia data cauſa ex vi alicuius interlocutoriæ, quæ finem illi articulo imponat agi poſsit, & auxilium peti, quæ in rem iudicatam tranſiuit per decendium, ex Ordin. lib. 3. tit. 70.

17 Vnus tamen eſt caſus in quo ſine vlla ſententia auxilium impartitur, prout conceſſum fuit Archiepiſcopo Bracharenſi ad capiendos illos qui confeſsionem recuſant tempore ab Eccleſia ſtatuto, vt continetur in dipplomate ſequenti.

EV elRey mando a todos os Corregedores, Ouuidores, Iuyzes, & Iuſtiças de meus Reynos, a que eſte aluarà, ou treslado delle em publica forma fòr moſtrado, & ò conhecimento delle pertencer, que todas as vezes que daqui endiante vos da minha parte for requerido por Dom Frey Agoſtinho de Ieſus Arcebiſpo de Braga Primàs de Eſpanha, do meu Conſelho ou por cada hum de ſeus DeZembargadores, Prouizores, Vigairos, ou Viſitadores, que prendais algũa peſſoa, ou peſſoas, aßim Eccleſiaſticas, como ſeculares, de qualquer calidade que ſejão, que forem declaradas por excomungadas, por ſe não quererem confeſſar nos tempos deuidos, em que a Igreja manda: vós os prendais, & façais prender, & prezas a bom recado, lhas entregareis, pera ſe fazer cumprimento de juſtiça, o que todos, & cada hum de vòs aßim cumprireis, & fareis inteiramente, cumprir & guardar com muyta dilligencia, porque aſsim o hei por ſeruiço de noſſo Senhor, & meu, & eſta quero que valha, tenha força: E vigor como ſe foſſe carta feita em meu nome, por mim aſsinada, & ſellada, com meu cello pendente: ſem embargo da Ordenação do ſegundo liuro, titulo vinte, que o contrario diſpoem. Antonio Rodriguez o fez, em Lisboa, a 17. de Iulho de 1590. E outro tàl aluará, como eſte ſe paſſou a Dom Ioão Afonço de Menezes, que Deos perdoe, Arcebiſpo que foi do Arcebiſpado de Braga. Pero de Seixas o fez eſcreuer.

R E Y.

Quarta quæſtio eſt, quomodo, & quando præſtandum, &c. Ex parte iudicis depræcati in conceſsione brachij maturè procedendum eſt, nam exhibito proceſſu, & ſententia lata quæ examinari debet, ante omnia Reus citari debet ad cauſam conceſsionis auxilij, arg. Ordin. lib. 3. titul. 76. §. 2. ibi: *Sem citar*, & titul. 86. in princ. l. In cauſæ, §. 1. ff. de minor. ibi: Cauſa autem cognita, &c. Nata, conſ. 529. num. 11. & 21. Benincaſ. decıſ. 55. Oliban. in vſu. alium namq; cap. 15. nu. 76. Portoles vbi ſupra n. 148. Beluga in ſpecul. rub. 11. §. Tractandum, num. 3. Salzed. in pract. Cano cap. 160. num. 22. Muſcatel in ſua praxi, gloſ. 2. verbo Seruata n. 60. Farin. lib. 3. quæſt. 97. à n. 70. Inſtituitur enim ibi nouum iudicium, quod ſine partis citatione ſtare non poteſt, vt per Cabed. deciſ. 9. num. 7. Palat. in Rep. verſ. Sed eſt pulchra nu. 2. Redin. de maieſtat. fol. 32. n. 141. 18

num. 141. Auiles cap. 40. verbo Vſurpan. Obſtat tamen quòd his caſibus iudex ex officio procedit ad ſui formationem exhibito proceſſu, l. Sed ſi lege, §. Prætor ait, ff. de in ius vocand. ibi: Et totum cauſa cognita debet facere iunct. interpretatione Bald. ibi: Qui inquit quòd licet dicat text. cauſa cognita, tamen citatio partis non eſt neceſſaria, faciunt multa quæ in ſimili Menoch. remed. vlt. adepiſ. & remed. vlt. retinend. & quæ Salzed. d. cap. 149. num. 22. Et his non obſtantibus verius, & receptius eſt partis citationem neceſſariam eſſe, vt dixit Franciſcus Marcus deciſ. 269. 1. p. nec obſtant ſupradicta; quia licet illa quæ fiunt ex officio iudicis non indigeant citatione partis, Marſil. in l. De vnoquoq; num. 65. ff. de re iud. tamen illud habet locum niſi fiat ad partis inſtantiam, quia eo caſu licet ex officio fiat, ſemper partis citatio neceſſaria eſt, Boſsius ſub titul. de foro comp. num. 88. Menoch vbiſupra ex quibus confunditur Salzedi conſiliatio, num. 22. in fine dum admittit citationem partis omitti poſſe quando ſententia lata fuit iuris ordine ſeruato, & cognitum de omnibus exceptionibus quæ obſtare poſſunt in executione ſentētiæ. Nam cum apud exequentē noua exequtionis forma incipiat, & nouum iudicium ſemper audiendus eſt, l. De vnoquoq; ff. re iudic. cap. 1. de cauſ. poſſ. Nam pars de nouo citari debet vt ſuas exceptiones opponat contra conceſsionem brachij, de quibus ſæcularis cognoſcit quatenus reſpiciunt ſuam executionem, cap. De cætero de re iudic. vbi Felin. & quatenus in facto conſiſtunt. Si verò ius reſpiciant, & merita cauſæ admittendæ non ſunt, nec video quomodo practicari poſsit opinio Cancerii d. cap. 19. nu. 14. dum ſentit quòd ſi exceptiones vrgeāt, debet eas remittere ad iudicem eccleſiaſticum, & interim ſuperſedere, ex Salzed. in practica cap. 160. poſt num. 13. Q. Iiban d. cap. 15. num. 76. Quia cum ſolam habeat iudex ſæcularis cognitionem facti, an rite proceſſus formatus ſit circa alia ſe non intromittit, nec in cognitione facti etiam ſpiritualis alium recognoſcit ſuperiorem, cùm ſit mere ſæcularis cognitio. Vltimo admodum concedendi auxilij pertinet quòd ſi in Senatu petatur, non per deliberationes, ſed interloquendo per duos Senatores grauaminum expediatur, dixit Cabed. deciſ. 36. num. 2.

Quando concedendum ſit. Verum 19
eſt quòd vtraq; poteſtas ſibi adinuicem auxilietur ex gloſ. ex Alciat in cap. Perniciosam, verbo Publicum de officio Ordin. Afflict. in proœmio conſtit. Sicil. num. 28. & 42. & probatur in d. cap. 1. de offi. Ordin. cap. Statuimus de maled. Paris de Puteo de ſindicatu, verbo Brachium, num. 2. Maranc. diſput. 1. nu. 26. Rolandus conſ. 37. Marſil. in tract. de bamni verbo Iudice, nu. 179. Decian. in tract. crimin. cap. 68. lib. 5. num. 6. facit l. Caſtel. 59. titul. 6. part. 1. Azeued. in d. l. 15. num. 1. Salzed. vbiſupra n. 3.

In hac tamen conceſsione facienda multa controuerti ſolent quæ longa iuris diſcuſsione indigent. Et primo quæro; An iudex ſæcularis poſsit cognoſcere de nullitatibus proceſſus, vel ſententiæ ſibi oblatæ, & quando nullitates notoriæ fuerint, prout ſi ſententia ſit lata in non ſubditum poſſe cognoſcere dixit Egia concl. 8. 7. caſ. dummodo tamen offerantur probationes nullitatis in promptu, vel conſtent ex actis, Roland. conſ. 37. num. 14. Gail obſeruat. 115. n. 10. lib. 1. Nata. conſ. 529. num. 37. vol. 3. Meno. de retinend. remed. 3. ſub nu. 360. Salzed. vbiſupra num. 12. vbi non bene ſibi conſtat modo aſſerens quòd executor debet ſententiam exequi, licet ex proceſſu appareat nullitas cum ipſe nō publica eo caſu, ſed priuata authoritate vtatur, & in verſ. Verū ſibi contradicit quòd ſi notorie eſt nulla, illam non tenetur exequi, vt dixit Azeued. vbiſupra, n. 9. Ceuallos 4. p. q. 1. n. 86.

Quare

20 Quare vt omnia melius apperiantur aliqui ſunt deſtinguendi caſus quod vel imploratur auxilium in cauſa mere eccleſiaſtica, provt eſt hæreſis matrimonij decimarum, & ſimilibus, vel in cauſa eccleſiaſtica non mere, provt ſunt omnes cauſæ ciuiles, & criminales clericorum quæ ex reſeruatione Canonum ad torum Eccleſiæ ſpectant, vel in cauſa mixti fori, provt eſt ſacrilegium, & alijs criminibus mixtæ cognitionis, de quibus agit Ord. lib. 2. tit. 9. vel tandem eſt cauſa mere temporalis.

Circa primum caſum in cauſis merè ſpiritalibus, videtur, ſine dubio, eſſe quod iudex ſæcularis Imploratus teneatur præciſe brachiũ impartiri, nec proceſſum petere poſsit ad ſe informãdum, ſed ſufficiat offerri ſententia cum literis requiſitorijs, ratio eſt quia his caſibus ipſe eſt incapax cognoſcendi de viribus ſententiæ, & tanquam merus facti executor inuocatur, quo caſu de exceptionibus propoſitis cognoſcere non poteſt qui ſuum auxilium tenetur præſtare quando imploretur, ex d. cap Quoniã, ibi ſi neceſſe fuerit, & fuit ſententia Innocent. in eodem textu, vt ex Abb. ibi num 12. Canoniſtarum, cõmunem dicit Alciat. d. cap 1. num. 100. Iaſ. in l. Magiſtratus, ff de iuriſd omni iudi. n 10. refert plures Auiles Prætor. cap. 20 n. 20. Cuius ſententiæ vnicum fundamentum eſt d. cap. Inquiſitionis, §. Prohibemus de hæretic. lib 6. quod quamuis agat de crimine hæreſis, tamen æqualiter procedit in reliquis cauſis eccleſiaſticis, in quibus eadem viget ratio, laté cõfirmat Azeued. d. l. 15 n 7. vbi citat Sicul. Abb. Imol & alios vltra quos idem dixit Octauian. Vulpel de liber eccleſ 3 part. n. 32. Bertrand conſ 4 nu 15 Contraria verò ſententia fuit Bart in d. l Magiſtratus. & in l. Diuus, ff de cuſtod. reorum, Bal in l In criminali, C. de iuriſd. omni iud, & apud iuris ciuilis profeſſores, hæc eſt recepta opinio ex Imol in d. cap. 1. de offic. Ordin. n 16. Calca. n. 159 Roland. d nu. 7 pro qua opinione facit text. in auth. de ſanctiſſ. Epiſcop. §. Si veró crimen, col. 9. & pro illa ſententia illud cõficitur argumentum, quod eccleſiaſticus iudex hoc auxium non petit, niſi poſtquam omnia fecit, d. cap. Cum non ab homine, ibi cum Eccleſia non habeat vltra quid faciat, &c. Ex quo fit quòd neceſſario debeat ſæculari exhiberi proceſſus, vt videat an omnia facta ſint quæ de iure requiruntur, quod tamen argumentum debile eſt, quia Eccleſia poteſt omiſsis cenſuris, & alijs ſtatim auxilium implorare vt ſupra dixi, quia ſic magis obſeruatur ſacri Concilij deciſio, in d. cap 3 Poteſt tamen hæc opinio fulciri ſequentibus fundamentis.

Primo, quôd licet agnoſcamus iudicem ſæcularem nõ poſſe cognoſcere de viribus ſententiæ latæ in cauſa mere eccleſiaſtica, non proinde tamen quando eius brachium imploratur otioſa eſt proceſſus, & ſententiæ exhibitio, non vt ipſe viſo proceſſu de meritis cauſæ cognoſcat an bene, vel male iudicatum, vt dixit Abb. d. n 12. Innocent in cap. 1. de ſtatu monac. lib. 6. Oldr conſ 89 Rolan. d. conſ 37. n. 4. vol. 1. Auiles d. n 20. Perez in l. 4. tit. 1 gloſ. 3. Ord. Salzed d. cap. 149. n. 11. Afflict. deciſ. 220 nu 9. vbi ita decſum teſtatur Ceuall. d 4 p. q 1. n 85. Simanch de cathol. inſt. cap 36 n. 2 & 3. Villadieg de irregul q. 9 Brunus lib. 4. de hæret cap 15. Sed poteſt proceſſus exhiberi in aliũ finem, ſcilicet vt extraordinarie informetur ordinem iuris ſeruatum fuiſſe, accipit enim ſæcularis magiſtratus iuriſdictionẽ á lege, quãdo ipſius officium imploratur vt illud non impẽdat niſi iuſte petatur, & hoc caſu nihil de viribus ſententiæ diſputat, an iuſte, vel iniuſte lata fuerit, ſed ſolam capit informationem de proceſſu, quatenus in facto conſiſtit, in quæſtionibus autem facti etiam iuris ſpiritualis ſæcularem notionem habere late probauimus ſupra. 21

Et patet ad ſenſum quòd etiam

his caſibus poteſt dari violentia,& notoria oppreſsio partis,cui non æquum, vt Rex ſuum brachium accomodet, cum & ipſius Regis Manus violentijs occurrat, cap. Regum 25.q.3.ſit exemplum in eo qui ſuper beneficio vocatus fuit in prima inſtantia extra locum ſui Epiſcopi contra formam Concilij ſeſſ. 24. de reform cap 20.& non comparuit vt potuit, cùm ex eodem decreto omnia geſta contra illius tenorem nulla ſint, vel Ponanius quod ad iudicem regium ſupplicauit ab illa notoria oppreſsione quòd extrahebatur à ſui ordinarij loco, & illi fuit prouiſum clauſula adiecta (vt ſolet) ne ſententia aliqua contra ſupplicantem lata adimpleatur, poſtea iudex ad vlteriora proceſsit reum beneficio priuauit auxilium petit vt expellatur, & nudum ſolum factum iudicis ſæcularis petit, hoc caſu, & ſimilibus iudex ſæcularis requiſitus etiam in cauſa ſpirituali, & merè eccleſiaſtica cognoſcit de illo facto quod ſententiæ cohæret, ad quod coram eo nouum iudicium ſummariſſimum incipit, ad cuius explicationem proceſſus exhibetur, d.tit.1 Palatij. §.116. & dict. titul.10. vt de facto ſolum cognoſcatur, & licet aliqua iuris admixta quæſtio ventiletur, quatenus ad factum ſpectat adhuc talis cognitio facti eſſe dicitur,&à ſuo principali denominatur.

Atq; ex his iuſtiſsimè lex regia ſanxit vt indiſtinctè implorato auxilio ſæculari proceſſus,& ſententia exhibeatur non diſtinguens inter cauſas eccleſiaſticas mixtas, vel prophanas.

* Nec obſtabit quòd ſupra diximus in d. §. Prohibemus vbi in crimine hæreſis laicis magiſtratibus proceſſus non exhibetur,nec ipſi cognitionem aliquã etiam facti recipiunt, vt dixit Decian. d.lib 4. cap.9.num 221. Clarus in §.fin. quæſt.96. lib 5. & Bair. ibi num.15. vbi adducunt plures conſtitutiones pontificias quibus illud ita cauetur. Nam reſponderi poteſt, quòd illa omnia ſpecicualiter inducta ſunt in hæreſi, in contra eſt comminis in cap. Cùm ſit generale, Alciat. in d cap 1. nu.73. quare in reliquis cauſis eccleſiaſticis regulæ in cõtrarium ſtandum eſt,vel melius dici poteſt quòd ex crimine hæreſis ad noſtrũ caſum non bene arguitur,cùm nos agamus de inuocatione brachij, & crimen hæreſis ad ſæculare iudicium deferatur per remiſsionem factam Curiæ, in qua remiſsione, attento iure, ſæculares magiſtractus iudicis partes ſuſcipiunt, & à fortiori illis eſſet proceſſus exhibendus vt ſententiam proferrent, niſi ille caſus eſſet à lege prouiſus,vt in d. §. Prohibemus, patet ibi ſtatim, ibi indilatè, ibi quoquomodo, & ibi prompte,& ibi directé,vel indirectè, ex quibus omnibus excluditur quæcunq; etiam extraiudicialis informatio,in cuius confirmationem procedit Regia Ordin. lib.2 tit 7. vbi cauetur ne proceſſus ſæcularibus magiſtratibus exhibeatur, ſed ipſi confeſtim procedant,quando eorum auxilium imploratum à dominis inquiſitoribus fuerit, quod & rationi, & iuri,& fidei maxime conſentaneum eſt.

Vnde fit quòd ſi iudex eccleſiaſticus 23
his caſibus mere eccleſiaſticis (excepto crimine hæreſis) non brachium ſæculare,in quo iuris diſcuſsio aliquando verſatur,ſed manum ſæcularem puta familiã,vel milites, & ſic nudum factum vt ſuã ſententiam exequatur, petat,adhuc familia concedi non debeat, quin prius ipſe exhibeat proceſſum, & ſententiam, nam lex non diſtinguit igitur, nec nos diſtinguere debemus l.Nõ diſtinguemus ff de arbitr. Inſuper ſi ex eo quod nudũ factum implorat eſſet ei concedendum auxilium abſq; vlla cognitione cauſæ,vt in eodem caſu dixit faciendũ Octauian. d.3 p.n 32. Bertr.d conſ.4 n.15. Abb. in d.cap.1 de offic.Ord.vbi Alciat.nu.120. Salzed.vbi ſupra,num.11.verſ.Erit etiam daretur maxima occaſio fraudandi legem, & omnes iudices eccleſiaſtici familiam expoſcerent, vt ſuas ſententias ſine vlla contradictione executioni

tioni mandare poſſunt quod non eſt admittendum, vt in ſimili dixit Ceuallos vbiſupra num.83. agens de illis quos Prælati non audiunt, nec admittunt, quouſq; ipſi ſponte ſe carcerari permittunt in fraudem legis. Faciunt quæ Olibanus d.cap 15. n.57. vbi dicit, Senatum ita obſeruaſſe ex Benintend. deciſ 55 vnde cauendum à Cancero d.crp 19.nu.21. dum ſentit in hoc caſu non requiri partis citationem, citato Menoch.de depiſcen.remed.6 n 7. Zuchardo conſ.37 n.29.& in repet.l.fin. C. de edict. diui Adrian. idem Cancer. lib 2 cap.7. de reſt. ſpoliat. n 45.& Oliban. d cap.15.n 45 & cap.11 n.53. quia ad nudam aſsiſtentiam non requiritur citatio. Sed hæc opinio confunditur ex ſupradictis, quia nec familiam iudex ſæcularis tenetur exhibere, ſi de iniuſtitia conſtat Vulpel de liber.eccleſ.part.3. n 32. nec contrarium ſuadet argumentum quo Cancerus mouetur, nēpequód quando priuatus poteſt actum facere ſine partis citatione, Vrbanius faciens,& implorans familiam, non debet fieri deterioris conditionis, vt requiratur citatio partis. Nam reſpondetur, quòd hic caſus eſt valde diſsimilis ab eo, de quo agimus, agnoſcimus namq; quòd qui poteſt ſua authoritate actum facere, recurrendo ad iudicem, vt ſibi familiam præſtet in auxilium, non debet fieri deterior eius conditio, cùm ſolam aſsiſtētiam imploret, cùm eo caſu iudex procedat ex officio dando familiam, quo caſu partis nulla citatio deſideratur. Rolan. lib 4 conſ 88 n 16. Gail lib.1 obſerua 4. & quando ex officio procedatur, Guter. Canno. lib 1.cap.11. nu 17. Menoch in prælud.recup à n.24 Ordin lib.2 tit.5. §.7. Sicut alias videmus quòd ille qui poteſt ſe reſtituere ſpoliatus p ropria manu vt ex Ordin. lib 4 titul. 58. §2. dummodo fiat incontinenti, l.Eum qui, C. qui poſſeſsionem, ff.de vi Menoch. remed.1 num 384. & remed 9 nu 170. Cabedus deciſ. 88. num.13. Si iudicem adeat vt ſibi familiam præſtet, non videtur recedere à poteſtate recuperandi poſſeſsionem propria authoritate, Gama deciſ 261. num.3. Valaſc. conſ.191. num.38. D. pater meus de extinctione, cap. 17. num.45. tamen requirit proteſtationem petentis familiam, num.44. Hæc tamen,& alia exempla procedunt eo caſu quo quis poteſt actum ſine citatione facere. Nos veró agimus de inuocatione brachij, quam præcedere debet citatio, attento iure: vnde dum eccleſiaſticus forſan vt fraudet legem implorat ſolam familiam vt ſententia exequatur, ex effectu auxilium implorat quo ſua ſententia exequatur, quæ cũ citatione partis eſſet exequenda, & ideo merito hæc aſsiſtentia debet eodem iure metirj, ſicut & ſuum principale ad quod Cancerus alias doctiſsimus non videtur aduertiſſe,& ideo non merito ſuum Senatum increpat. Sic iudicauimus bis in grauamine Bernardi da Cunha in interpoſito à Prouiſore Vienenſi, Anno 1614.

In ſecundo veró,& tertio caſu quando agimus de cauſis eccleſiaſticis, non meré vel mixti iudicij ſupra poſita, ſine dubio procedunt ex ſupra citatis D D. videri poteſt.

ex quibus infertur reſolutio ad quæſtionem difficilem, quæ quotidie contingit in praxi, veluti quando ſententiæ executio poſtulatur à iudice eccleſiaſtico, contra quam reus de iniuſtitia opponit, vel nullitate ipſius coram ſæculari.

Et videtur dicendum talia impedimenta 24
fore ad iudicem eccleſiaſticum omni caſu remittenda: nam ſi agimus de cauſis meré eccleſiaſticis, iudex ſæcularis de his impedimentis non cognoſcit, cum natura cauſæ repugnet, & detur iuriſdictionis defectus, cap.2. de foro competenti, cap. Decernimus de iudic. cap Tuam d. Ordinat. cogni. & remittendas tales receptiones dixit Cabed. dict.deciſ.9 n 1. ſi autem ſententia

lata fuerit in caſibus mixti fori, veluti in crimine mixtæ cognitionis, præuenta iuriſdictione per eccleſiaſticũ priuatiue, ad illum forũ cognitio cauſæ principalis ſpectat, & per conſequens impedimentorum quæ eius executioni offeruntur, ex Ord. lib 3 tit 87 §.12. verſ. Porem, & lib 5. tit. 138. §. 4. & ſic ſeruari de ſtyllo Regni dixit Cabed decíſ 47. 1 p. vt in cauſa criminali ſi ſententiæ executioni offerantur, impedimenta remittenda ſint ad iudicem qui ſententiam tulit nec executionis iudex de illis cognoſcat, ſic explicata Ordin lib 3 tit 86. §.3. Ex quo fit quòd cum hic ſtyllus quoad laicorum cauſas ſeruetur, idem debet ſeruari in cauſis clericorum, ne fiant deterioris conditionis eorum cauſæ ob denegationem iuris communis, quia læderetur libertas eccleſiaſtica.

25 Sed reſolutiue tenẽdum quod vtroq; caſu, vel cauſa mere ſpiritualis ſit, excepta hæreſi, vel crimẽ ſit mixti fori vtroq; caſu, poteſt iudex ſæcularis cognoſcere de impedimentis nullitatis ſententiæ, ad effectum nòn concedendi brachium ſolummodo. Nam ſententia quæ apparet iniuſta, & nulla nõ meretur nomen ſententiæ, & ſicut caret authoritate ſic effectu. Clem. paſtoralis, §. Vt igitur de re iudic. de qua tamen iniuſtitia; vel nullitate debet cõſtare de plano, vel ex actis, vel ex ligitimis documentis incontinenti oblatis, ex Innocentio in cap. Cum in iure de offic. deleg. Anchar. conſ 382. Doctores in cap Paſtoralis, §. Quia verò de offic deleg Cucus lib. 2. maior. titul de Epiſc pis, num 81. pro qua ſententia eſt text in cap Inter cæteras de ſentent & re iudic ibi: Nec ei debet ſtari ſi iniquitatem contineat manifeſtam, Ceuallos d.4. part. quæſt. 1. num 89 & eſt communis ex Iaſ. in d. l. Magiſtratibus, num. 10. ff. iuriſd. omni iud. Decian. lib. 4 cap. 9. n. 121. Clarus §. fin. q 96. lib. 5. Cabed d. deciſ. 9 num. 2. Salzed d. cap. 149. n. 12. Valaſ. conſ. 98. n. 12. & conſ. 65 n. 2. 1 p & conſ 47. n. fin.

Nec obſtat quòd de cauſa ſpirituali, ſeu mere eccleſiaſtica in contrarium adduxi, nam fatemur quòd iudex ſæcularis cum exactis depræhendit iniquitatem, vel nullitatem proceſſus nullam cognitionem, vel iuriſdictionem accipit vt de meritis cauſæ cognoſcat, ſed tantum de illo articulo concedendi auxilij ad quod fit à lege mixtus executor, licet in nudum factum ab eccleſiaſtico imploretur, qui tale nudum factũ implorando non poteſt impedire effectum legis, arg. l Nemo poteſt, ff de leg 1. quare illæſa manente ſententia quoad alios iuris effectus pronuntiat ſolùm brachium non eſſe concedendum, ne cum Regis manu quæ iniquitates, & violentias tollit iniuria fiat ſubditis. Imò hoc caſu reſultat partis, & iudicis tacitus conſenſus. quo ſuppoſita legum diſpoſitione conſentiunt vt iudex ſæcularis circa illud ad quod imploratur cognoſcat de illo facto, an rite proceſsũ ſit, facit Cornei conſ 62. lib 4. num. 8. vbi tenet quòd ſententiã iniuſta, & quæ exequi deberet de partis conſenſũ, poteſt non exequi, & de nullitate ipſius agi.

Ad ſecundum, de ſtyllo Regni circa remittendas exceptiones, vel impedimenta in cauſis criminalibus, reſpondetur, quòd illud procedit quando impedimenta reſpiciunt merita cauſæ principalis vbi iuriſdictionaliter iudex executionis de negotio principali cognoſcit ex vi, & poteſtate legis, & ſententiam latam (etiam in Senatu) reuocare poteſt ſi cauſa ſit ciuilis, ex d. Ord. lib. 3. tit. 87 §. 12 Atq; ex eo iuſte cauetur ne in criminalibus impedimenta admittãtur niſi coram iudice cauſæ principalis quia ad illum priuatiuè cauſæ deciſio ſpectat, ex reg generali authen qua in prouincia, Cod vbi de crimine agi oportet, quod tamen aliter ſe habet in petitione auxilij, in quo leges permittunt iudici ſæculari extraordinariam

riam informationem de iniquitate ſententiæ, quæ ſi talis ſit non obligat Regem vt ſuum brachium impartiatur, iniuſto enim mandato parendum non eſt, maximè à Regibus qui iuſtitiam repræſentant, eſt enim contra iuſtitiæ nomen vt iniuſtum faciant, arg cap. Qui reſcribit, cap Iulianus, & cap. Is qui præeſt, 11. quæſt 3 cap De cætero, 1. q 5. d. cap. 1. de offic. Ordin. arg. etiam cap. Si quando de reſcript. Marant. d. diſput. 1. num. 24. Thom. 22 quæſt 64. art. 6 ad 3. Couarr. variar l. c p. 1. n. 10.

26 Solet ſæpè controuerti, An differentia ſit conſtituenda ad auxilium denegandum, vel concedendum inter ſententiam nullam, & iniuſtam: Ratio dubitandi eſt quia nullitas conſiderari non poteſt quin detur iniuſtitia, iniuſtitia verò aliquando ſine nullitate eſt, imò ſupponit actus validitatem, ſicut videmus ſententias iniuſtas robur habere, cap. 1. de ſententia, & re iud. cap. Inter cæteras, in primo caſu eod. & tranſire in rem iudicatam; ita vt oporteat ab illis appellari, l. Non videtur, 4. C. de muner. patrimon. lib. 10. dixit Felin. in cap Per tuas, n 7. de ſentent. excomunic. & ante eum Aretin. in d cap. Quoniam contra de probation. num 48. l Palam, §. fin ff. de ritu nuptiar. & l. Si qui adulterij, & ibi Cabed. C. de adulter. & in terminis, quòd quando ſententia iniuſta eſt debeat auxilium præſtari, etiamſi de tali iniuſtitia cõſtet, dixit Menoch. d n. 360. & Nauar in d c. Cùm cõtingat, vbiſupra ex eo fundamẽto quòd eo caſu ſæcularis magiſtratus eſt nudus facti executor qui de iuſtitia, vel iniuſtitia non cognoſcit, idem ſentit Oldrad. conſ. 89. & eſſe communem dixit Afflict. in conſt. Neapo. in proœmio num. 54. quos ſequitur Salzed. vbiſupra n 13.

In contrarium multa vrgent, & vltra quòd Principi nihil iniuſtum iuſte petitur, nec ab eo exequendum, vnde iura dimanant, l Meminerint, C. Vnde vi. Doctores in hac materia promiſcue his verbis iniuſtum, & nullum ſæpè vtuntur: nam Cabed. d. deciſ. 9. miſcet ſententiam nullam, & iniuſtam, idem Valaſc. d. conſ 47. num fin. iniuſtam non exequendam agnoſcit, dixit Oldrad. conſ. 89. num 3. Marant. diſput 1. num. 26. Azeued. d. l. 25 nu. 9. & Salzed. vbiſupra num. 14. inquit quòd ſi de nullitate allegata in promptu appareat ſententia non eſt exequenda, quia iam conſtat eſſe iniuſtam, in quo magis defert iniuſtitiæ quàm nullitati.

Quare in hac materia colligendo ea 27 quæ ſatis diffuſe tractantur à Doctoribus in l Cum prolatis, ff. de re iudic. & à Canoniſtis in cap. Inter cæteras, de re iudic. & in cap 2 de ſententia excomun. lib. 6. circa cognoſcendum quæ ſint ſententiæ nullæ, vel iniuſtæ variæ aſsignantur diſtinctiones, & reg. ſit, quod dari poteſt ſententia valida, licet iniquitatem contineat, vt eſt omnis quæ ex actis colligi poſsit & non ex ipſa ſententia, probat text. in cap Cum inter de re iudic. d. l. Cum prolatis. l Præſes 27 ff. eod. nec vlla maior iniuſtia quàm ſi ſententia ſine probationibus proferatur, quæ tamen valet, vt habet text in cap Interpoſita 70. de appel. & hanc opinionem tenuit gloſ. verbo, Manifeſtam, in dict. cap. Inter cæteras, Bald in cap Si quando, de offic. deleg vltra alios Gabriel lib commun. titul. de ſentent. & re iudic. concl. 10. num. 2 & 3. Alex. in d. l. Præſes, num 2 & in l. Rei iudicatæ, § fin. num 6. ff. ſolut. matrim. Deci in l. vnica num fi. in fine, C. de errore calcul. Afflict. deciſ 28. num. 8. fuitq; hoc ita receptum ob rei iudicatæ authoritatem, l Seruo inuito, §. Cum prætor, ff. ad Trebel. cap Cum inter, de re iudic.

Obſtat tamen d cap Inter cæteras vbi aſſeritur quòd ſententia in qua reperitur, iniquitas manifeſta nulla eſt, vt ibi Panorm. notat num 10. aſſerens quòd idem eſt iniuſtitiam colligi ex ſentẽtia, vel ex actis, Felin. ibi num 10 & eſſe communem in cap. Quoniam contra n. 26. & ibi

& ibi Deci. num. 36. Guillel. in cap. Rainuncius, verbo Mortuo itaq; primo, num. 211. & plures quos citat Vantius de nullitate ex defectu proceſſ. nu. 127. Gabriel lib. commun. titul. de ſentent. concluſ. 10. in princip. & pro hac opinione conſuluit Alex conſ. 77 n 3. lib. 3. Soccin conſ. 134. num. 2. lib. 1 Roland. conſ. 6. à num 36 lib. 3 Maranta 6 part. in 3. & vlt. part. n 116. fol 532.

28 Quare diſtinguendum eſt quód vel iniquitas manifeſta colligitur ex tenore ſententiæ, vel colligitur ex actis, vel aliunde. Primo caſu ſit ipſo iure nulla. In ſecundo veró valeat quouſq; per appellationem eius iniquitas repatetur: & hanc diſtinctionem eſſe magis receptã dicit Gabriel vbiſupra num. 5 ad fin. & comprobatur ex text in l. 1. §. Item ſi calculi. ff quæ ſententi. ſine appell. reſcind. & in l Si pars, in fine princ. ibi: Inique, ff. inof. teſtam. & eſt text in cap. 2. de ſentent. excomunic. lib. 6. ibi: Errorem fuiſſe patenter expræſſum, cap Per tuas 40. verſ Nos igitur, eod. titul ibi: Vel in forma excomunicationis intollerabilem errorem fuiſſe patenter expræſſum; idem comprobat d. cap Inter cæteras, dum exprimés duos caſus, in priori agit de ſententia ſimpliciter iniuſta, patet ibi: Fertur iniqua quam vt validam reſcindendam ſupponit, ibi: Euacuari oportet ſecundùm verbi proprietatem. In poſteriori veró agit de manifeſtè iniqua. Ergo vt ſecunda pars á priori differat, debet intelligi prima de iniquitate non notoria, & manifeſta, ne videtur idem bis Pōtifex repetijſſe, cuius verba nunquam occioſe proferuntur.

Adhuc tamen plura hui diſtinctioni poſſunt obijci, nam ſi ſola iniquitatis expræſsio notoria in ſententia, ipſam redderet nullam, ſequeretur neceſſario quód manifeſta iniquitas expræſſa contra ius partis etiam annullaret, quod tamen videtur repugnare iuris principijs, quibus attentis ſolet diſtingui an ſententia ſit lata contra leges, vel conſtitutiones, vel contra ius partis, cap. Cum inter de re iudic. l 1. §. Contra conſtitutiones, ff quæ ſenten ſine appell. l Seruo inuito 65 §. Cum Prætor, ff. ad Trebel. Cum ergo contra ius partium ſemper reſultet iniuſtitia quæ non vitiat, nec pariter talis iniuſtitiæ expræſsio vitiabit, alias cogemur fateri nullam differentiam eſſe inter manifeſtam iniquitatem expræſſam contra ius, vel contra iuſtitiam partis, quæ mero iure vallet, ex l Non videtur 4 C de muner. patrimo. lib 10. Vnde vt iniquitas manifeſta cōtra ius partis vitiet, ſemper erit neceſſaria iniquitas, ex qua inducatur intollerabilis error, quia is æquiparatur errori iuris, cap Per tuas, de ſent excomunic. vbi Felin nũm. 5 quem vocat errorem indiſpenſabilem, Innocent. in cap. Cum noſtris de conceſſ. præbend. Aretin. in cap Quoniam contra deprobat. nu. 36. ſicq, procedit text in cap. Venerabilibus, §. pen. de ſententia excomun lib 6. Ratio eſt quia error intollerabilis expræſſus cum iniuſtia comixtam habet impoſsibilitatem á natura, vel à iure, ad quam impoſsibilitatem iudex videtur velle partem obligare, ac ideo talis ſententia cenſetur tanquam à priuato prolata, Abb in cap Suborta num 14 de re iudic cap Dilecto, de appel. Nec aliud vid. tur aſſerere text in d. cap Inter cæteras Nam ille text. dicit quód ſi cauſa comiſſa ſit appellatione remotta propter iniuſtitiã nihilominùs admittetur appellatio quód debet exponi quoad effectum deuolutiuum tantùm, cap Paſtoralis, de appell. Sed ſi iniquitas ſit manifeſta, tunc debet exponi quód admittetur etiam quoad effectum ſuſpenſiuũ, quia prædicta clauſula non obſtante, appellatio admittetur, cap Ex conqueſtione, de reſt. Spol. in quem ſenſum videtur ex illo textu colligi, quod etiam à ſententia cum errore expræſſo intollerabili appellandum eſt; quod ſi quis obijciat quód à ſententia, ipſo iure, nulla

etiam

etiam appellatur vt detecta nullitate declaretur talis, prout eſt illa quæ manifeſtam habet iniquitatem, adhuc poteſt replicari quód illa manifeſta iniquitas debet eſſe talis, ex qua reſultet intollerabilis error, vt in d. cap. Inter cæteras, in ſecunda parte per alia iura declaretur, vt eſt text. in d. cap. Per tuas, de ſententia excomunic. cap. Solet, cap. Venerabilibus, §. pen. de ſententia excomun. in 6. alias ſententia erit valida mero iure quouſq; reuocetur, nec ſufficiet manifeſta iniuſtitia, niſi intollerabilis detur error.

29 Vt perfectius igitur rem explicemus, aliqui caſus percurrendi ſunt: & primo; An ſit intollerabilis error, vt ſententia nulla ſit, ille qui reſultat ex omni errore iuris, vel facti? Et tenent plures quód vel error ſit iuris, vel facti per relationẽ ad acta ſentẽtia ſit nulla, vt eſt Iaſon, in d. l. Præſes, num. 2. & in d. l. vnica, nu. 11. de errore cal. plures relati à Vantio de nullitat. ex defect. proceſſ. num. 130. ſed reſolutiuè dicendum quód ſi in ſententia ſit expræſſus error contra ius, veluti ſi afferat quód minor 14 annorum teſtamentum condere potuit, vel ſi ſentẽtia lata ſit à iudice prohibito, & incompetenti, quæ ſunt exempla Ordin. lib. 3. tit. 75. in princip. his caſibus, & ſimilibus ſemper ſententia nulla erit.

Obſtat tamen quód ſi ſententia feratur à iudice corrupto, vel ex falſis probationibus, eſt nulla ipſo iure, & tamen his caſibus nec ex tenore ipſius, nec ex actis, ſed aliunde conuincitur iniquitas ipſius, cùm nullus error intollerabilis ſit expræſſus, ſed ex cauſa latenti quæ ex actis non conſtat, ſit annullenda, ponit exempla Ordin. d. titul. 75. in principio. Quare dic quód quando in tenore ſententiæ conſtat de intollerabili errore, abſq; alia diſcuſsione, vel probatione, non eſt obſeruanda, nec mandanda executioni, ex manifeſta iniquitate quã in ſe habet, quæ non deſinit eſſe manifeſta ex eo quod colligatur aliunde, vel ex actis, vel ex probationibus adducendis. Dicitur enim propriè manifeſtum illud quod eſt manifeſtabile per probationes adducendas, quæ vbiprimum afferuntur illud quod erat manifeſtabile, manifeſtum redditur, meminit gloſ. in cap. Manifeſta, 2. quæſt. 1. text. optimus in cap. Cum olim, 24. & in cap. Super quibuſdam 26. de verborum ſignif. Caſtro lib. 2. de l. pænal. cap. 1. poſt princip. Quare ſententia vtroq; caſu nulla eſt in eoq; ſolùm differt, quód in primo caſu adſit iniquitas probata: in ſecundo probanda quæ vbiprimum reducitur ad actum, manifeſta reperitur iniquitas â iure quód præſumit iudicem corruptũ eſt impoſsibile vt recte iudicauerit, vel quód teſtes corrupti verum dixiſſent, atq; in hunc ſenſum poteſt admitti quód ex manifeſta iniquitate quæ expræſſa non eſt, ſententia redditur nulla.

Vnde fit quód ſi ſententia feratur in foro Eccleſiæ contra aliquem cuius executio imploretur in ſæculari, licet in ea nulla manifeſta ſit expræſſa iniquitas. Si tamen ex actis colligatur reum non fuiſſe citatum legitime, vel ſi fuerit citatus, & intra tempus aſsignatum ad comparendum non expectato termino condemnatus fuit, & de hoc opponatur ſi in promptu offerantur probationes, talis ſententia minime ſit exequenda. Et in hoc caſu vidi in hoc Senatu ſupplicatum ab executore apoſtolico: & deciſum fuit in Senatu Palatij ne auxilium concederetur.

Notandum eſt ſecundo; An ſententia nulla ſit quando iudex ſe refert ad acta per modum cauſæ, ſi ex illis contrarium conſtet? Et eſſe nullam, nec exequendam, quia ipſo iure corruit, dixit Felin. d. cap. Inter cæteras, num. 2. Iaſ. in l. Si is ad quem, num. 21. ff. acq. hæred. Alex. conſ. 123 num. 7. lib. 1. communis ex Abb. in d. cap. Inter cæteras, num. 8. Vantius vbiſupra num. 129 ex ea ratione quia paria ſunt aliquid exprimi in ſententia, vel per relationem ad acta; 30

l.Ait Prætor, §.1.ff.de re iud. l.aſſe toto, ff.hæred. inſtit. dummodo tamen non fiat relatio adacta in genere, ſed in ſpecie ad certam actorum partem, vt ex Bart.colligitur in d.l Si is ad quem n.3. ff acq.hæred. Deci in d. cap.Quoniam, num.37. idem Bart.in l.vnica, de errore cal. nu 2. Aretin.conſ.75. num.2. & eſt text.in cap. Cum Bertoldus, de re iudic. provt idem Aretin. inducit in d. l. Si is ad quem, num 6 ad fin.

Verum hæc opinio mihi non arridet cum videam quód licet per relationem adacta ſententiá iniuſta appareat, & iniqua; tamen eo caſu iniquitas illa ſolum offendit partis iuſtitiam, quia probationes eſſe tales, vel non eſſe, vel in ſcriptura ita declaratum fuiſſe, vel non, ſolum errorem concernit circa merita cauſæ, qui quidem error contra merita etiam expræſſus in ſententia ipſam ipſo iure non vitiat; d. cap.Cum Bertodus, ibi: Duximus irritãdam, &c. l.1.verſ. Quod ſi, ff. quæ ſent. ſine appell. explicat eleganter Ordin. d. lib 3. titul. 75.§ 2. ibi: *Mas hauendo reſpeito como ſe não proua ſer menor.* à fortiori idem error cum relatione adacta non debet vitiare; cum eo caſu minor reputetur quàm ſi expræſſus eſſet: nam quando error ipſe exprimitur, iam videtur impleta conditio à lege requiſita, quæ attendit expræſsionem erroris: vt ſententiam reddat nullam, d.cap. Per tuas, de ſent excomun.d. cap.Soler, §.Poteſt, eod.tit.lib 6. Atveró expræſsio cauſæ quæ fit per relationem non eſt propria expræſsio, ſed impropria, vt probat d. § 1. ibi: Quaſi, & d.l. aſſe toto, verbo Videtur, reſoluunt multi per Tiraq. de iure mari. gloſ. 7. num.187. & hanc partem contra communem videtur amplexa Regia Ordin. in d.§.2.

Vnde ſi iudex dicat: condemno te in 100. quia ex chyrographo conſtat te illa debere, licet contrarium deprehendatur, non erit nulla, quia potuit iudex ad illud moueri ex alijs cauſis, vel inſtrumentis, vel ex interogationibus; ex Iaſ. in d l Si is ad quem, num.23 & 24. Afflict decis 47 num 4 Felin in d. cap. Quoniam, num.28. licet Alex.in l Rei iudicatæ, §. fin. num 6. ff.ſolut. matrim. nullam exiſtimet, & confunditur ſentia Bart. in d.l.vnica, nũ 2. quæ dicit quòd ſi iudex condemnet in maiori ſummà quam eſt in chyrographo, eſt ſententià nulla ſi ſe ad acta referat, cum ex illis contrarium conſtet, ex l. 1. §. 1. ff quæ ſententiæ; quam ſequitur Alex in d l Si is ad quem, num 11 quia illis caſibus ſemper ſententia eſt contra ius partis à qua prouocandum eſt, quia potuit iudex ex alijs cauſis moueri etiam non ſcriptis.

Ex quibus ad quæſtionem in principio propoſitam patet reſolutio, quod licet attento iure maxima ſit conſtituenda differentia inter ſententiam iniuſtã, vel nullam quoad alios iuris effectus. 31
Tamen in conceſsione brachij ſæcularis, vel ſit nulla ſententia cum errore expræſſo, qui ipſam reddat nullam, & non exequendam, vt in ſpecie dixit Maranta d.diſput.1.num.24. Thom. 22. q. 64 art 6. ad 3. Couarr.variar lib 1.cap. 1. num. 10. vel nullitas non comprehendatur ex ipſius contextura, ſed vel ex actis, vel aliunde, dummodo probationes offerantur in promptu, auxilium concedendum non eſt; ratio eſt, quia in omni caſu in quo auxilium petitur ſæcularis nudum factum recipit, ſed à lege accipit poteſtatem, & ſit mixtus executor; Ceuallos vbi ſupra num 86 cognoſcendi de illo articulo auxilij, in quo nouum inſtituitur iudicium partibus auditis, nec auxilium ſuum Princeps ſæculares impartiri volunt ad fouendas nullitates, cum ſubditorum oppreſsionibus, & de talibus exceptionibus cognoſcunt quatenus nudum factum inuoluunt denegandi auxilium; Salzed. vbi ſupra num. 14 Cauallos vbi ſupra num 86.

Si autem ſentẽtia proponatur valide

lata

lata licet iniuſta ſit, quæ tamen tranſiuit in rem iudicatam maius dubium eſt, & etiam hoc caſu concedi non debere, ſuadetur quia iudex requiſitus vt auxilietur de tali iniuſtia cognoſcit, non vt reuocet iudicatum, ſed vt non adiuuet, ne quid iniuſtum à Rege fiat, niſi omnia ritè, & rectè peracta fuerint. Azeued. d.l 15. num. 9.

Verum hoc caſu ego aliud ſentio quòd ſi aliud ſententiæ non opponatur niſi iniuſtitia quæ concernat merita cauſæ vtiq; eo caſu ſæcularis iudex requiſitus debeat ſuum brachium concedere, nam de illa iniuſtitia non poteſt opponi propter authoritatem rei iudicatæ, neq; iniuſtum petitur vt ſententia exequatur, quæ à lege ipſa robur accepit, & executionem, Ceuallos vbiſupra num. 85. & in hunc ſenſum ſunt accipienda quæ Cabed. d. deciſ. 9. qui vt rem nouam, ibi tradit quòd exceptiones incompetentiæ contra ſententiam, in hoc auxilio concedendo recipi ſolent in Senatu, non aduertens quod exceptio incompetentiæ inducit nullitatem ſententiæ, ex Ordin d tit. 75. § 6 tit. 87. §. 1. *incompetente em parte, ou em todo, &c.* Et hanc opinionem quod circa merita cauſæ ſæcularis ſe non intromittat, videtur probari ex Ordinatione hoc titul. 8. § 1. ibi: *Moſtrando os autos ordenadamente proceſſados*: Quibus verbis Regia Ordinatio ſolùm iuris ordinem in proceſſu ſeruandum dicit, ſcilicet ne deficiat prima citatio ad cauſam, & alia ſimilia.

Ex quibus videntur confundi ea quæ Agia concl. 8 ſecundo caſu, dum exiſtimat denegandũ auxilium ſententiæ iniuſtæ, cui videtur aſſentire Valaſc. conſ. 48. num. 13 cuius dictum ibi reſponſione non indiget, cum nullum animæ periculum verſetur in executione ſententiæ, quæ tranſiuit in rem iudicatam inter partes cuius iniuſtitiam iudex deprecatus corrigere non poteſt.

Quinta quæſtio poſtulat; An ſæcularis denegans auxilium poſsit cenſuris ab eccleſiaſtico iudice compelli?

Et citra dubium videtur eſſe quód 32 denegans auxilium ſuum poſsit ab eccleſiáſtico iudice coerceri cenſuris, ex doctrina Salicet. in l. vlt. C. de his qui latron occultauer. d. §. Compeſcendi. cap. 2. de exception. in 6. quod intelligendum eſt ſi iniuſtè denegat, Salzed. vbiſupra num 20. Menoch. cent. 5. caſ 452. num. 3 Segura de Aualos in direct. iud. eccleſiaſt. cap. 13. num. 32 2 part. Agia, dubio final. Marta de iuriſdiction. 1 part. cap. 52. num. 1. Peña in direct. inquiſit. 3 part. ſuper quæſt. 57. Cuius rei illa eſt ratio quia vtraq; poteſtas ſe adiuuare tenenetur, & imploratum auxilium exhibere, quia Reſp ſpiritualis, ſiue eccleſiaſtica, & Reſp. temporalis ſiue politica duæ ſunt, & vna duæ partiales, vna totalis quemadmodum ſpiritus, & caro ſimul iuncta vnum hominem faciunt, imó vnus homo ſunt: ſicq; Reſp. ſpiritualis ſimiliima eſt ſpiritui, Politica verò carni: vnde fit quód in his quæ ad ſpiritualia neceſſaria ſint obedire teneatur ſæcularis tanquam inferior, atq; ex ea cauſa compelli, ſi opus fuerit, Doctores in d cap 1 de offic. Ordin. Salzed. vbiſupra n. 1. & 20.

Quia tamen iudices eccleſiáſtici qui hoc brachium requirere poſſunt, varij ſunt, & multa poſſunt occurrere ex quibus ceſſare debeat compulſió, ſequentes caſus diſtinguendi ſunt: Primus ſit, quòd ſi iudex eccleſiaſticus ordinarius implorat brachium à ſæculari magiſtratu, & ille denegat illud, compellere illum non poteſt, ſi ille qui compelli debet non eſt intra Diocæſim, ſed extra, quia ſi alterius Diocæſis eſt, debet literas dirigere ad illius diocæſanum vt illum compellat, deducitur ex d cap. 2. de exception. in 6. Guillelm. de Monte in Clem. vnica, de offic. deleg. ſequitur Henri.

Henri. Boic. in cap. Significaſti, de offic. delleg num. 2. & 3. ſi tamen ſit delegatus Apoſtolicus vbiq; compellit, quia repræſentat Pontificem: ſed in hoc Regno delegati hoc ius non habent.

Secundus caſus eſt, quando ſæcularis auxilium denegat perpenſis actis, & non concedendum iudicat quód hoc caſu compelli nequit cēſuris vt illud præſtet, quod ſi nihilominus eccleſiaſticus inſtet, poteſt ad regium iudicem recurrere tanquam pro notoria violentia, dixit in ſpecie Azeued. d. l. 15. n. 12.

32 Tertius caſus ſit, quando partes appellare vellent à non conceſsione brachij, ſeu denegatione, vel è conuerſo à conceſsione ad quem appellandum ſit, an ad ſuperiorem ſæcularis qui concedit, & hoc caſu diſtinguendum videbatur quod vel imploratur, executio meriti facti, prout quando familia petitur ad factum aliquod, vel auxilium iuris quando pro executione ſententiæ inuocatur. Primo caſu videtur quód appellatio ſpectat ad ſuperiorem iudicis deprecantis, ratio eſt quia ipſius deprecantis mandatum exequitur per ſæcularem, & tanquam ſi ipſe exequeretur ad eius ſuperiorem appellandum eſt. In ſecundo verò caſu, quando exequitur ſententia eccleſiaſtici ad ſuperiorem exequentis debet appellari: ratio eſt, quia cum in conceſsione brachij ipſe recipiat à lege poteſtatem, & fiat mixtus executor ab ipſo, ad eius ſuperiorem appellandum eſt quod iniquè, & iniuſtè brachium conceſsiſſet, vide dns Aufrer. ad Capel. deciſ. 412. num. 3. Sed verius videtur quód indiſtinctè vbicumq; auxilium petatur, vel in auxilium iuris, vel facti ad ſuperiorem iudicis deprecati ſit ſupplicondum, ſeu appellandum cum ipſe omni caſu, à lege iuriſdictionem accipiat, ex d. Ordin. dict. §. 1. qui nihil diſtinguit, & etiā hoc caſu ad expeditores grauaminum pertinet cognitio, ad quos originaliter pertinet ipſius auxilij conceſsio, Ordin. lib. 1. titul. 6. §. 19. quod ſi eo caſu ſupplicetur à denegatione iuris naturalis, quia ſcilicet pars citata non fuit, videtur quòd cognoſcere poſſit iudex regius, ex Ordin. lib. 1. titul. 9. §. 12.

Quartus caſus ſit, an è conuerſo ſæcularis poſsit compellere eccleſiaſticum vt ſuum brachium impartiatur: & dicendum eſt quòd non, ſed debet recurri ad ipſius eccleſiaſtici ſuperiorem vt cō-pellat, Villalob. in d. ærario, lib. I. n. 165. Auiles d. cap. 20. verbo Vſurpan, nu. 21. Communis ex Couarr. pract. cap. 10. verſ. Eadem ratione, vbi etiam tenetur docere de proceſſu bene formato, Azeued. d. l. 15. n. 11.

Qui ordo pariter ſeruari debet inter ipſos iudices eccleſiaſticos, quia nunquam inferior ſuperiorē, vel par æqualem compellere poterit vt brachium exhibeat, ſed eius ſuperior adeundus eſt, delegatus autem ordinarium compellet, quia ſuperior eſt.

Quod ſi contingat, iudicem eccleſiaſticum gladio ſpirituali deſtrictio iudicem compellere quód brachium concedat quando ipſe non concedendum putat, ſi contingat excomunicari patebit ad Regium Tribunal additus iuxta formam Ordinationis lib. 1. titul. 9. §. 11. dixit Crncer. lib. 2. reſol. cap. 15. de liter. requiſ. num. 7. Azeued. & alij relati ab Oliban. vbi ſupra, Garcia de nobilitat. gloſ. 9. num. 33. quia non eſt compellendus iniuſte obedire, ex his quæ Oldrad. conſ. 89. Federi. de Senis, conſ. 163. & 251. Angel. conſ. 276. Farin. d. quæſt. 97. art. 4. à princ. & n. 82.

Sexta eſt quæſtio, an ſit aliquæ cauſæ ob quas valeat hoc brachium denegari? Et reſolutiue dicendum eſt denegari poſſe, & debere auxilium imploratum quotieſcunq; iudex eccleſiaſticus proceſſum non exhibeat, ex Innocent. in cap. 1. de ſtatu Monach. lib. 6. Afflict. deciſ. 220. num. 9. vbi ita iudicatum refert Roland. conſ. 37. num. 7. Auiles d. cap. 20. num. 20. Perez in l. 4. tit. 1. lib. 3. 33

Ordin.

Ordin.gloſ.3. Salzed. vbiſupra num.11. vbi reſoluit contra Aciat. Nauarr. & alios qui tenent in cauſis mixti fori proceſſus exhibitionem non eſſe neceſſariam, eandem ſequitur Azeued d. l. 15. num.9.

34 Secundo denegabitur ſi iudex eccleſiaſticus iuris ordine non ſeruato proceſsit,& inordinate veluti parte non citata in his caſibus in quibus requiritur de iure,vel extraiudicialiter, Salzed. vbi ſupra num. 19. vel ſi in cauſa appellationis eadem partis citatio omiſſa fuit, licet enim ſola prima citatio ſit iuris naturalis: tamen etiam dicitur prima citatio, quæ requiritur quando mutatur iudicium,vel inſtantia,Gonzales gloſ.9. in annotation. n 58. & 59.

Vnde debet conſtare ex tali proceſſu quód rite acta conſtructa ſunt, patet ex d. Ordin.in §.ibi: *Ordenadamente proceſſados*: veluti ſi ſententia prolata ſit die feriato, vel noctu, vel ſi non publicatæ atteſtationes, Afflict in cap Cum autem §.Item ſi vaſſalus, num. 11. de Contr. inueſt.lib 1.fol 26. Menoch de arbitrar. lib. 1. quæſt. 33 num 1. Capt. deciſ. 1. num.31. Bonacoſſa 2.part. fol 64 verbo Publicatio,vel ſi præcipitanter lata fuit ſententia, actis non viſis, Menoch. de arbitr. lib.1. quæſt.42. Bonacoſ. 1 part. fol.150. num.50. verbo Sententia, Puteus deciſ. 344 Maſcard. concluſ.240. num.2.

Tertio denegabitur iuſte quando ſententia ſit nulla ex tenore,vel aliunde ſi in promptu probetur, vt ſupra dixi, & vltra ibi citatos, Franciſcus Marcus deciſ.269. Decian d.lib.4.cap 9. n.128. vel ſi iudex ſit incompetẽs, ex Menoch. Roland. Gail & alijs quos ſupra citaui, Cabed.d.deciſ.9 n 3.

Quarto denegari poterit quando iudex ille qui petit auxilium illud denegaſſet cùm imploratus eſſet, ita Foller. in pract can. verbo non comparentes, n. 69 de quo tamen dubito cùm poſſet ad eius ſuperiorem recurri, ne denegetur quod iuſte petitur in damnum partis,quæ nihil comiſit.

Quinto denegabitur iuſte ſi pars contra quam petitur à ſententia quæ exequitur appellaſſet, nam ſi appellatio non eſt recepta iniuſte interim ſententia non eſt exequenda, ex Oldrad.conſ.89.num 3.Franciſc.Marc. deciſ.269.ſub num.1. Gail. obſerua.115. num 4. Menoch d.remed.3. de reti. ſub 360. Iudex enim denegans appellationem facit vim cui videtur Reges occurrere debere,& perconſequens debere tueri ſubditos, nec eorum manu debent fieri his caſibus executiones,atq; ideo iuſtè denegatur tale auxilium latè proſequitur Ceuallos d.4.part. quæſt.1. num. 116. & ſequentibus. Nauarr. in d. cap.Cùm contingat,remed 1 verſ.Septimo facit, Rodericus de annuis reddit. lib.1. quæſt.17 num.74. Auend. de exequend.mand.1 part.cap.1.num.32. Seſſe de inhibit cap 8 §.3.num 62 quod ſemper temperandum eſt dummodo appellatio nõ ſit friuola,gloſ.in clem vnica de appell verbo Manifeſte, Cancer d.cap. 19 n.52.& 53.Gregor.in tract.de appell. lib.1.cap 13.n.4.

Quinto,brachium ſæculare non conceditur contra tertium,quem cauſa nõ tangit niſi ſucceſsiſſet in re,lite pendente, ex Lancelot.de attentatis,1.part.cap. 3. num.22.

Sexto,denegabitur brachium quoties petatur ad executionem ſententiæ quæ lata eſt in iudicio eccleſiaſtico, in caſu quo iuriſdictio ad Regem ſpectat iuxta Ordin. lib.2. titul.1. §.14. tales enim ſententiæ carent iuris effectu, vt ibi habes.

Septimo notandum quòd citra omnem ambagem,& circuitum,& ſine vlla proceſſus exhibitione debet brachium ſæculare impartiri inquiſitoribus,vel tale brachium imploretur pro nudo facto, vel alio quocunq; modo,ex Ordin. lib.2 tit 6.

Quæſtio vltima eſt: An appellari valeat

valeat à conceſsione, vel denegatione auxilij? Hoc auxilium vel imploratur in Senatu, iuxta formam legis regiæ, lib.1.titul.6.§ 19. ſicut aliàs in regia audientia peti poſſe dicit Gail. obſeru.215. lib.1 num.9 vel in partibus coram inferioribus iudicibus, ex Ordin. lib.2. tit. 8. §.3.

Inde fit quòd ſi petatur in Senatu oblata petitione, vt teſtatur Cabedus deciſ 9. num fin. eo caſu videtur poſſe interponi grauamen ordinarium, vel à denegatione, vel à conceſsione ad ſupræmam Curiam quia eſt diffinitiua, vel habens vim diffinitiuæ: & quando cauſæ æſtimatio exceſſerit iuriſdictionẽ Senatus nihil impedit, vt ſupplicetur, ſicq; obſeruari ex conſtitutione, prima Cateloniæ teſtatur Cancerius d cap.19. nũ.32. proſequitur Olibanus d cap.15. num.44. vbi dicit exequendam ſententiam præſtita cautione interim dum ſupplicatur.

Ab inferioribus verò iudicibus ad Senatum appellari, vel ſupplicari poſſe, ex ſupradictis conuincitur, & ſuccedunt quæ ſupra diximus in tuitiuis, an liceat appellare, vbi vide.

Ad quem autem ſit appellandum, diximus ſupra in 4. quæſtione.

SVMMARIVM.

1 *LEX Regia lib.2.titul.9. ex quibus concordijs deſſumpta eſt.*

2 *Contra ius videtur dum concubinarios decernit poſſe in vtroq; foro conueniri.*

3 *Poteſtates duæ ſunt, ſpiritualis, & temporalis.*

Poteſtas clauium Petro, & ſucceſſoribus data eſt. ibi.

Epiſcopi vices ſuſtinent Apoſtolorum. ibi.

4 *Crimina alia eccleſiaſtica, & ſpiritualia, altera ciuilia, ſeu ſæcularia, altera tandem mixta.*

5 *Mixta crimina alia puniuntur in foro eccleſiaſtico, altera verò ſolum ad correctionem ſunt mixta.*

Si vna poteſtas non poteſt pœnas à ſe impoſitas exequi, implorat brachium. ibi.

6 *Delicta ad forum Eccleſiæ deferruntur, vel ad vindictam, vel ad correctionem.*

Concubinatus defertur ad iudicium Eccleſiæ vt concubinarij corrigantur, non vt puniantur.

In criminibus quæ puniri poſſunt iudicium, inſtituitur etiamſi nullum detur reincidentiæ periculum. ibi.

7 *Prælati duobus modis cognoſcunt, vel per inquiſitionem generalem, vel ſpecialem, & vtriuſq; differentia.*

8 *Inquiſitio generalis fit etiamſi nulla præcedat infamia, ſecùs in ſpeciali.*

In inquiſitione generali non inquiritur, niſi de publicis delictis ad vtilitatem publicam. ibi.

Infamia quomodo accipiatur? ibi.

Tres, vel quatuor teſtes non faciunt infamiam, licet ſufficiant ad condemnationem. ibi.

9 *Adulterij crimen an ſit mixtæ cognitionis?*

Eccleſia in adulterio, tantum quoad correctionem ſe intromittit. ibi.

Adulter propriè ille eſt qui alienum torum violat, non qui proprium. ibi.

10 *Lex Regia non permittit vt puniatur adulter, niſi ter monitus.*

Cõcubina coniugata quãdo puniri poſſit? ibi.

11 *Nomen Barregãa vnde diriuetur?*

Concubinatus omni iure reprobatus reperitur ibi.

De iure Romanorum, concubinæ pro vxoribus reputabantur. ibi.

Concubinatus de iure Canonico non eſt punibilis niſi inter perſonas eccleſiaſticas. ibi.

12 *Concubina tripliciter capi poteſt, vel vel abſolutè, dummodo non ſit virgo, vel vt focaria, vel improprijſsime ſi ab vxorato, vel Sacerdote capiatur.*

13 *Concubinatus, vel publicus, vel occultus.*

Concubinatus notorius quomodo fiat? ibi.

Concubinarij moniti, ſi inſordeſcunt, tunc puniri poſſunt. ibi.

14 *Lenocinij crimen quam deteſtabile ſit?*

15 *Lenocinium lege ciuili adulterij pœna plectitur.*

Lenones apud Eccleſiam puniri nequeunt, niſi publicè delinquant. ibi.

16 *Inceſtus crimen an ſit mixtum?*

Eſt mere ſæculare. ibi.

17 *De inceſtu comiſſo in figura matrimonij ſolus eccleſiaſticus cognoſcit.*

Inceſtus quo quis cognouit commatrem incognitus iure ciuili ibi.

Inceſtus impropriè datur in eo qui cum infideli concubuit ibi.

Quid in eo qui cum moniali? ibi.

18. & 19 *Malefici, & incantatores qui ſint, & eorum pœna.*

Quæ gerant mulieres maleficæ cum dæmonibus. ibi.

20 *Pactum ineunt cum dæmonibus*

Eadem pœna plectendi qui animas euocant. ibi.

Magici manes vocant. ibi.

Pactum habent cum dæmone. ibi.

Dæmon pacto ſe adſtringi ſimulat. ibi.

Animæ vt appareant corpus ex elementis confingunt. ibi.

Animæ non ſubſunt imperio dæmonis. ibi.

21 *Maleficia quæ, & quomodo fiant? ib.*

22 *Maleficia etiam ſunt odij.*

23 *Sortilegi qui?*

Nemo futura plene noſcit. ibi.

Dæmon cogitationes non noſcit. ibi.

24 *Sortilegi inuocant dæmonem.*

25 *Qui ſe dæmoni addicunt hæretici ſunt.*

A ſortilegis dæmon dupliciter inuocatur. ibi.

Qui dæmoni profitentur ſolent conuenire in feſtis ipſius ſolemnibus, & in eius nomine baptizari. ibi.

26 *Differentia inter profeſsionem expraſſam, & tacitam improbatur.*

Crimen hoc mixtum eſt. ibi.

Si tamen de pacto cum dæmone conſtet priuatiue cognoſcunt inquiſitores. ibi.

27 *Confunditur opinio Grillandi.*

Si in ſortilegijs admiſcetur aliquid conſecratum, eſt opus hæreticale. ibi.

Sortilegia non intereſt, vel fiant ad malum finem, vel bonum. ibi.

28 *Hydromantia quæ ſit?*

29 *Sortilegi conficiunt imagines quibus vtuntur.*

Has imagines conficere, eſt hæreticum. ibi

30 *Maleficij aliud genus quo homines ligantur ad veneris vſus.*

31 *Cognoſcendi modus qualis ſit in his criminibus in foro eccleſiaſtico*

Infamia qualis eſſe debeat, & an poſsit oriri à fœminis? ibi.

Indicia quæcunq; non ſufficiunt. ibi.

32 *Sacrilegij crimen eſt mixti fori.*

Verius eſt ſacrilegij crimen eſſe mixtum. ibi.

Explicatur Ordinatio d. tit 9. §.3. & lib.2. tit.1. §.6.

Iudex aliàs incompetens ad cauſam incidenter de ea cognoſcit. ibi.

Maxime ſi vna cauſa ab altera dependet. ibi.

Intellectus Ordinationis lib.2. tit.1 §.5.

Ex ſola citatione inducitur prævenuentio. ibi.

34 *Infamia publica requiritur in ſacrilegio.*

Secùs eſt in ſacrilegio ex percuſsione. ibi.

Hoc caſu ſacrilegium eſt priuatiuè de iudicio Eccleſiæ, quia cohæret excômunicationi. ibi.

Pro iniuria in foro Eccleſiæ agitur pro reſiſtentia in ſæculari. ibi.

35 *Blaſphemia eſt mixti fori.*

35 *Blaſphemi puniri in foro eccleſiaſtico*

poſſunt puniri in ſæculari.
Blaſphemia eſt Principi maledicere, & hac non eſt mixti fori. ibi.
36 Periurus eſt qui contra iuramentum promiſſorium venit.
Eſt mixtæ cognitione. ibi.
Hæredes iurantis conueniri poſſunt pro implemento, in ſuo tamen foro. ibi.
37 Vſura crimen an ſit eccleſiaſticum, vel ſæculare, vel mixtum?
Quæ fundamenta ſuadeant eſſe eccleſiaſticum? ibi.
38 Eſſe merè ſæculare qui dicant?
Pœnæ impoſitæ á legibus ciuilibus, vel municipalibus non dicuntur poſitæ in auxilium iuris Canonici. ibi.
De iure ciuili vſuræ erant prohibitæ ibi.
39 Vſurarum crimen eſt mixti fori.
Confunditur opinio Barboſæ dicentis vſuram mixti fori eſſe quoad factum tantum. ibi.
40 Confunditur Azeuedi diſtinctio quando agitur ciuiliter, vel criminaliter.
41 Lex Regia indiſtinctè loquitur crimen vſurarum eſſe mixtum.
Iudex eccleſiaſticus, attento iure regio, non aliter cognoſcit de laicis vſurarijs, niſi publicè infamati reperiantur. ibi.
42 Iudex ſæcularis in vſura tam cognoſcit de his quæ ſunt facti, quàm de his quæ ſunt iuris.
43 Lex Regia non impidit Prælatos, ne cognoſcant de vſurarijs ad finem ſupernaturalem.
Licet in ſæculari quis punitus ſit pro vſura, adhuc in eccleſiaſtico cognoſci poterit vt corrigatur. ibi.
Circa correctionem, nulla poteſt conſiderari præuentio. ibi.
44 Si ciuiliter vſurarius conuenitur, poteſt conueniri in foro Epiſcopi.
Reconuentioni poteſt eſſe locus. ibi.
45 Præuentio in ciuili cauſa, in foro Eccleſiæ non inducitur niſi per citationem, in criminali ex ſola inquiſitione.
46 Simonia crimen eſt mixtum quoad factum tantum, vt in apoſtaſia.
47 Crimen mixtum punitum in vno foro, an in alio puniri poſſit?

DE CASIBVS MIXTÆ COGNItionis. Ad Ordin. lib. 2. tit. 9.

CAP. 56.

1 OBſcuram ſatis materiã inuoluit Regia Ordinatio in tit 9. agens de cauſis mixtæ cognitionis: vnde in §. 2. vbi agit de cauſis Hoſpitalium, & Albergariarum deſſumpta fuit ex articulo 10. Regis Dioniſij, n. 65. & ex cap 34. Regis Ioannis primi n 207. & ex cap 39. n. 212. & Regis Sebaſtiani, 14. art. num. 296.

In §. 3. eiuſdem tituli 9. dum agit de iniuria facta clerico quód laicus trahi valeat ad forum Eccleſiæ, in hoc puncto primæ concordiæ hanc cognitionem tribuebãt iudici ſæculari, vt in articulo vigeſsimo, quartæ cõcordiæ Regis Dioniſij, num. 138. & art. 22. num 140. vbi agitur de iniuria verbali: vnde in concordia Regis Sebaſtiani, articulo vltimo hic caſus fit mixtæ cognitionis, vnde ſi officialis ſæcularis excedat puniebatur in ſæculari, ex concordia Dioniſij, art. 14 n. 63.

Eadem Ordinatio in §. 4. circa reſiſtentias extracta fuit d articulo vltimo Regis Sebaſtiani.

Pluribus videtur hæc Ordinatio aduerſari Primo, ũd cõcubinarios mixtim in vtroq; foro puniri poſſe dicit cum tamen hoc crimẽ ſæculare, & tẽporale ſit, & dũ præuẽtionẽ admitti, in vtroq; foro agi 2

agi poſſe concedit, quod autem ſit crimen temporale probat Nauarr. in cap. Nouit,notab.6.n.42. de iudic. Couarr lib 3.reſol.cep 3 n.1.

Deinde obſtat quòd reliqua crimina,incæſtus, ſacrilegij, adulterij,& ſimilia meré temporalia ſunt,nec ad forum Eccleſiæ pertinere poſſunt, ſicut è conuerſo crimen vſuræ, & ſimoniæ ad forum ſæcularem ſpectare non poteſt. Immerito ergo Regia Ordinatio comulatiuè iuriſdictionem his caſibus ſæculari,& ſpirituali iudici tribuit.

3 Quare vt omnia perfectè cognoſcantur illud noto quòd duæ ſunt poteſtates, quibus totius Reipubl regimen componitur politica, ſæcularisq; poteſtas: altera eccleſiaſtica, cap.Duo ſunt, 96. diſt. cap. Solitæ de maiorit. Victoria in relectione de poteſt .eccleſ q. 1. Caſtro lib.2. de lege pæna,cap.1 Nauar. in d cap.Nouit, notab.3. Soto in 4. diſt. 25. q.2. art 1. Lædl.2. quart. q.20. art.4. Couar. in pract.cap.1.n.2 vnde poteſtas hæc eccleſiaſtica, quæ poteſtas clauium eſt, licet omnibus Apoſtolis pariter & Petro data fuerit,Math.18.cap.In nouo, 21.diſt cap Loquitur,24 q.1. Couar. in reg.peccatum,2 p.§ 9 nu 5. Soli tamen Petro promiſſa fuit tãquam futuro Eccleſiæ capiti, Math 16.ibi:*Tu es Petrus,& ſuper hanc petram.* Et Ioann.vlt ibi:*Paſce oues meas*: vt videlicet ſicut in naturalibus virtus,& motus cæterorum membrorum,eorũq; gubernatio à capite dimanat, Thom.3 p q 8. art.1 ita à Beato Petro,eiuſq; ſucceſſoribus poteſtas clauium in mẽbra proflueret,cap. Ita Dominus 19 diſt. Deinde quòd membra in quæ illa poteſtas diriuatur ſunt Epiſcopi qui vices ſuſtinent Apoſtolorum, cap In nouo 21 diſt cap Quorum vices 18 diſt atq; ideo velut legati Chriſti, cap Omnis,7.q 1. primum locum obtinent, Trid ſeſſ 22 cap 6.& 7.& à ſuo capite puta à Papa poteſtatem recipere, neceſſe eſt.

4 Deinde notandũ eſt, non parum eſſe controuerſum, quæ crimina ad forum Eccleſiæ ſpectent: de quo gloſ. in cap.1. de offic.Ord gloſ. verbo Male factores, in cap Cum ſit generale,de foro comp. gloſ 1. in cap Nos inter, de purgat. Canoni gloſ.in ſumma,11.q 1.gloſ.ad verbum,ſed in ciuili, Auth.Clericus, C.de Epiſcop & cleric. Afflict. in cap 1. quæ ſint regalia,n.10. Boſsius in pract.tit.de foro comp.n.159. Clarus lib 5. ſentent. §.vlt. q 37. ex quorum dictis colligitur tres eſſe delictorum ſpecies,alia ſunt crimina eccleſiaſtica, & ſpiritualia, altera ciuilia, ſeu ſæcularia, & tandem altera mixti fori, Nauarr.d.notab 6. num.42. Couar.reſol.cap.3 n 1. Siman.de catolicis,cap.33.in prin. Velut alij volunt,hæc crimina in quadruplici ſunt differentia, vel enim ſunt crimina meré eccleſiaſtica,vel eccleſiaſtica non meré, vel ſæcularia,vel mixti fori,ex mente Abbatis in cap.Cum ſit generale,n.31. Nauarr.vbi ſupra, prioris ordinis ſunt crimina quæ ſolo lumine naturali, abſq; ſupernaturalium cognitione expediri nequeũt, vnde cum ſupernaturalia ſoli ſubſint Eccleſiæ, d.cap. Solitæ, ob id facultas cognoſcendi de illis, ad ſolam ſpectat Eccleſiam, ex illa regula qua docemur, quod ad quem ſpectat finis, ſpectant quoq; media, Thom. 2. 2. quæſt 40. art.2.ad 3. Vnde crimen hæreſis eccleſiaſticum eſt, cap. Vt inquiſitionis, §. Prohibemus, de hæret. in 6 ſic pariter eſt crimen ſimoniæ, quæ in ſupernaturalium venditione conſiſtit. Secundi ordinis ſunt crimina, quæ licet natura ſua eſſent ſæcularia, iuſtis tamen cauſis, & decretis Eccleſiæ iudicio reſeruantur, qualia delicta clericorum ex priuilegio Federici in auth Statuimus, C.de Epiſc.& cler & ex decretis Conciliorum, vt in cap.Placuit, & in cap Inolitæ, 11 q.1. nam Eccleſiã ob ſuæ Reipl gubernationem aliquãdo poteſt vti medijs temporalibus, vt diximus 1 p.prælud 2. dixit Innocent. in cap 2. de maiorit. Couarr.in cap 31.pract.n 3.

Victoria de poteſtate ciuili fol 103. n.3. Soto in 4. diſt. 25. q.2. art 2. extrauag. ad vnam ſanctam de maiorit inter com munes, provt interpratatur Couarr. in reg peccatum, 2 p. §.9. num. 7. verſ.tertio.

5 Tertij ordinis ſunt crimina quæ ſolo lumine naturali decidi valent, quorum cognitio pulicicæ ſubeſt poteſtati, l.Ex hoc iure, ff.de iuſtitia, Vitoria de poteſtate ciuili, num.5. Connanus lib.1. comentar.cap 7. Couarr. in cap.1. practicar.num 2.

6 Vltimi tandem ordinis crimina mixta ſunt, quæ licet natura ſua attenta tēporalia, & ſæcularia ſint tamēn iuſtis de cauſis, vel conſuetudine iudicio Eccleſiæ non priuatiuè, ſed comulatiue reſeruata ſunt, qualia ſunt omnia laicorum delicta, in quibus in vtroq; iudicio datur præuentio, provt eſt ſacrilegium, ſortilegium, & plura alia, de quibus meminit Ordinatio Regia in præſenti, Zerola in praxi Epiſcop part. 2. verbo Caſus mixtus, fol.36. Azor. inſtitut. moral. part. 2. lib 3. cap. 53. Bobadil. lib.2. cap.18. num. 238. Maita de iuriſd. 2 part.per tot. Miranda de ordin. iudic. art. 7. quæſt 1. concl. 1. Ceuallos de cognit per viam violent part.2. q 88. Franchis deciſ.312 Aloiſius Ricius part. 5. quæſt 141. num 42. Barboſ. in l.2. in princ. part. 1. num 139. & 140. ff. ſolut matrim. Sanches de matrimon lib. 10 diſp.8. n.15.

7 Vltimo notandum eſt quòd licet regulariter crimina mixti fori data præuentione puniri poſsint, apud vtrumq; iudicem ſæcularem, & eccleſiaſticum, Abb in d. cap Cùm ſit generale, nu 31. Couarr. d lib 3. reſol.cap 3. tamen aliquod eſt crimen quod eſt mixtum eo ſolum quod ad eccleſiaſticum iudicium ad ſolam correctionem trahitur, adeo vt ibi puniri non poſsit, niſi creſcente contumacia, & inobedientia, ſi paritum non ſit tribus monitionibus, quale eſt crimen concubinatus, quod eſt mixti fori dum ad Eccleſiæ forum trahitur ad correctionem; in ſæculari verò punitur cum effectu, quæ autem ſit ratio inducēdæ punitionis in vtroq, foro ea videtur eſſe, quia eo modo politica poteſtas, & eccleſiaſtica conueniunt ad ſuos fines aſſequendos, vt talia apud vtramq; poteſtatem puniantur, & in hoc ſe adinuicem adiuuant, dum poteſtas eccleſiaſtica pænis inſurgit eccleſiaſticis, & ſpiritualibus, puta cenſuris, de quibus in cap. Quærenti, de verborum ſignific ciuilis verò per pænas temporales, corporis afflictiuas, cap Inter hæc, 33 quæſt 2 cap. Dilecto, de ſentent. excomunicat lib 6. Vnde ſi contingat quó altera earum non poſsit dictas pænas in ſuo foro inflictas exequi, tunc alterius poteſtatis auxilium implorat, ita in effectu Oldrad. conſ.86. Aloiſius Ricius deciſ 319. Couarr pract cap.10. num. 1. Menoch. de arbitrar. caſ. 452. Cened ad decretal collectan.101.nu.12. Græuæ ad pract. lib 1 concluſ.115. Cabed 5.part. deciſ.9. Brunus à Sole, verbo Brachium, Ceuallos contra communes tom.4 quæſt 597 n.78 Mendez de Caſtro in praxi lib 2.cap.12. à n.8.

His præhabitis reſoluendum eſt Epiſcopos in ſuis Diocæſibus teneri delicta ad ſuum forum ſpectantia vindicare; vnde contra clericos qui etiam ratione perſonarum ſubditi ſunt, procedere poſſunt etiam per pænas temporales: Atvero contra laicos qui ſolum ratione delicti illius ſunt fori, per ſolas pænas ſpirituales, nec ad temporales accedunt, niſi in caſibus ſibi a iure permiſsis, vel ligitima conſuetudine, vt conſtat ex Concilio Tridentino ſeſſ 24. cap.8. de reformation. & declaratione Cardin. ibidem, de quibus ſupra egimus. 8

Vnde dum Ordinatio adulterij vindictam in eccleſiaſtico permittit, vel concubinatus, intelligi, & explicari debet quod crimina mixta dupliciter ad forum Eccleſiæ deferuntur, vt

ſupra

ſupra diximus,vel ad vindictam,vel ad correctionem. Primo modo deferuntur delicta conſumata,& perfecta,in quibus iudicium inſtitui oportet, præuia accuſatione, exceptis aliquibus caſibus, in quibus per inquiſitionem præuia infamia perfici poteſt, iuxta text. in cap. 1. iuncta gloſ. ad verbum Sine accuſatore vt eccleſiaſtica beneficia, l.Reſcripto, §. Sicq, iuncta gloſ verbo Non debet, ff. de muner. Nauarr. in cap. Inter verba, concluſ.6. 11 quæſt 3 In altero verò caſu non ita eſt quia illa crimina ad correctionem deducuntur non vt puniantur,ſed vt adulterans reſipiſcat, & recedat,vel concubinarius,& ideo monetur vt reſipiſcat,& ita per ſolam inquiſitionem proceditur,præuia denuntiatione, vel fama, cap Super his, ibi: Si ad correctionem, cap. Qualiter, & quando, ſecundo ad fin. de accuſation. Vnde in primo caſu iudicium inſtituitur ad punitionem,etiamſi in futurum nullus detur reincidentiæ timor, provt in homicidio,ſecus in ſecundo caſu in quo ſemper reincidentiæ ſuſpitio deſideratur, provt in adulterio,d cap.Nouit,ibi vt à peccato reuocemus.

9 His ſuppoſitis, patebit ſenſus ad legem regiam Primo, dum Prælatis facultatem cognoſcendi de criminibus adulterij, & ſimilibus per ſe ſæcularibus permittit,vt ſcilicet hoc procedat quando præuia inquiſitione de crimine in illo foro conſtet. Hæc autem inquirēdi facultas non libera eſt, ſed reſtricta, patet ex cap 1. de offic. Ordin. ibi Secundum quod Canones,&c. vnde verbum Liberam,&c debet intelligi de poteſtate ad remouenda impedimenta,ita gloſ. in Clem. Dudùm, de ſepult.verbo Libere, Decius in cap.Repræhenſibilis, num 5. de appel. quare vel Epiſcopi inquirere poſſunt per inquiſitionem generalem, cuius finis eſt delinquentes detegere qualis eſt præſidum inquiſitio, quæ ad purgandam Remp. ſeditioſis,& malis hominibus inſtitui ſolet, l. Congruit, vbi Bart.ff.de offic.præſid. l.Lege Iullia, §.Mandatis, ff. ad legem Iull.pecul. cap. Irrefragabili, de offic. Ordin. cap.1. de cenſib. lib.6. vel quando conſtat de crimine perpetrato: non tamen conſtat de eius authore, Bart.in l.vltim. num.2 de quæſtion.

Altero etiam modo procedit Epiſcopus, ſcilicet, per inquiſitionem ſpecialem aduerſus certas perſonas, de qua Pontifex in cap Licet, Heli de Simon. Bart. in d.l.Congruit, & in l.2. §.Si publico à num.4. ff.ad l.Iul.de adult.Abb. in d.cap.1 de offic. Ordin. num 6. Maranta de ordin.iudic. 6.part in princip. num.6.Gomez de delict.cap 1 num.49. Nauarr in d cap.Inter verba, concl.6. à num. 645.

Prima inquiſitio generalis inſtitui poteſt, etſi nulla præcedat infamia,poſterior non ita, Abb.d num 6. communis ex Alciat. in d.cap.1. num 40. idem Abb. in d.cap.Qualiter 2.num.11. Clarus § vlt. quæſt.6. Infamia autem dicitur mala fama,qua quis apud maiorem partem eorum qui de delicto ſcire poſſunt laborat gloſ.vlt. iunct text. in cap. Inquiſitionis, § vlt de accuſation Bart. in l.De minore,§.Plurium,à num.5. ad infamiam autem ſufficiunt indicia per quæ frequens delicti fiat inſinuatio, d. cap.Licet Heli, ibi Aut inſinuationem de Simon cap. Qualiter, ibi Sed ſæpè, de accuſat. quia cum nemo malus præſumatur,non poteſt de eo inquiri quādo eius opinio illæſa eſt,quia ceſſat publica vtilitas. Vnde in inquiſitionibus generalibus, de publicis tantùm delictis inquiritur,non verò de occultis,nec de illis interrogari poteſt,cap. Qualiter primo, ibi Exceptis occultis, de accuſatio. Nauarr d.concl 6. num. 648. Quare ſi inſtituatur inquiſitio ſpecialis reſpectu delicti, quia iam de eo conſtat adhuc illa inquiſitio poterit eſſe generalis, reſpectu perſonarum, cùm nulla præcedat infamia, ideo in hac ſpeciali criminis inquiſitione, non poterit interrogari 10

pro certa perſona cõmunis, ex Maranta 6. part de ordin. iudic. in princ. num. 7. Alciat. d cap. 1. num 40. quia debet etiã præcedere perſonarum infamia, cap. Cum oportet, cap Inquiſitionis, §. 1. & cap. Qualiter, 2. de accuſat.

Sic pariter tres, vel quatuor teſtes qui de veritate deponant non ſufficiunt ad validitatem inquiſitionis, licet enim ſufficiant ad condemnationem, cap. in omni negotio, de teſtib. extraiudicialiter tamen ſolum faciunt indicium, ab infamia longe diuerſum, cap. Inquiſitionis, §. vlt. de accuſation. nec loco infamiæ ſufficiunt, Speculator titul. de Inquiſitione, §. Nunc, videndum num. 6. Berou in dict. cap. Qualiter, 2. num. 21. Dueñas reg. 248. num. 1. Licet aliquibus caſibus ob bonum publicum inquiſitio ſine infamia admitatur, vt in inquiſitione contra electum facienda, cap. Cum à nobis, 14 de electione, ſic inquiſitio cõtra tabeliones falſum comittentes, de quibus per Bart. in l. 2. §. Si publico, n. 10. ff. ad l. Iull. de adul. Gomez 3 tom. cap. 1. num. 49. notab. 4. vel illa quæ fit contra ſeruos de nece domini l. 1. ff. illo titulo.

Vt igitur ex ſupradictis melius ad declarationem Ordinationis accedamus, ſingulas ipſius partes perſtringamus: & imprimis de adulterio nobis agendum eſt.

De adulterio.

11 INfertur primo circa adulterij crimẽ cõtrouerſũ eſſe, an ſit mixtæ cognitionis aiunt plurimi, pro quibus eſt ſentẽtia gloſ. vlt. in d. cap. Cùm ſit generale, vbi Abb. num. 23. facit text. in cap. Non debet, 23 quæſt. 5. DD. in cap. Gaudemus, de conuerſ. coniug. Barbatia in d. cap. Cum ſit generale, num. 227. Paulus de irregularit. titul. de adulter. nu. 1. quem ſequitur Clarus d. §. fin. quæſt. 37. verſ. Quæro, Sintagm. commun. tom 3. loco 8. titul. 6. cap. 2. Decian. in tract. crim. 1. part. cap. 26. nu. 7. Gregor. part. 1. titul. 6. l. 58. quæſt. 65. Gomez l. 80. tauri, num. 47. Diaz in pract. cano. cap 79. Foller. in pract. cap 19. Menoch. de arbitrar. caſ. 419. plures citat Marta de iuriſdictione, 2. part. cap. 19. num. 3. quorum fundamentum eſt quòd adulterium continet in ſe ſacrilegium, vt dicit imperator in l. Qamuis, 30. C. de adulter. vbi ſacrilegos nuptiarum eos vocat Menoch conſ. 249. num. 1. & confirmatur ex cap de benedicto, 32. quæſt. 1. & ex cap 1. de offic. Ordin. vbi ab eccleſiaſticis hoc crimen punitur, verum contrariam tuetur Innocentius in cap. Tuæ, de procurator. quam tuetur neruoſe Alciat in d cap. 1. de offic Ordin. & comprobatur quia hoc crimen ex ſe ſæculare eſt ratione materiæ, & perſonarum abſurdum ergo videtur aſſerere quòd ad punitionem criminis ſæcularis Eccleſia cognoſcere poſsit, aliàs enim illud idem in furto, & homicidio debet admitti, quo nihil abſurdius dici poteſt, nam Eccleſia in adulterio, & ſimilibus ſolùm ad correctionem ſe intromittit propter peccatum ratione ſpiritualis finis, non veró vt vindicet, quia punitio ſubditi ad ſæculares magiſtratus ſpectat probat d. cap. Nouit, de iudic. quæ vltima pars eſt verior in puncto iuris quicquid ſine fundamento, Marta ſupra dicto loco aſſerat de iure tamẽn regio ſtatutum eſſe credo quòd hoc crimẽ adulterij quãdo publicum ſit, fiat in vtroq; foro punibile, in quo illa amplexa eſt priorem opinionem eo ſolùm addito vt accuſatus publica laboret infamia, quod comprobat Ordinatio in præſenti, ibi, Publicos adulteros, &c. Nec obſtat Ordinatio lib 2. tit. 1. §. 13. ibi, *Contra barregueiros caſados, ou ſolteiros,* quo loci adulteros punire permittit, nam ille qui cõiugatus eſt, & concubinam habet, adulter eſt de iure Canonico, ex cap. Nemo, & cap Dicat, 32. quæſt. 4. Abb. in cap. Ex tranſmiſſa, nu. 5. de eo qui cognouit conſangnl. Marta vbi ſupra num. 37. licet

licet de iure ciuili, aliter ſe res habeat quia cum adulterium,in eo iure ſit alieni thori violatio, Azeued,l.8. tit. 20. in rub. num. 1. hoc conuenit illi qui non alienum violat thorum, ſed propriũ,& cum ſoluta cohit,Clarus §.Adulterium, verſ.Tribus autem, Hoſtienſ. in ſumma titul.de adulter.§.1 Soccin.Senior conſ. 148. num.3 vol.1 Menoch. conſ.249. & de arbitrar.caſ.420.num.108.

12 Nam illa Ordinatio non permittit vt in iudicio Eccleſiæ puniantur adulteri niſi poſtquam ter moniti ſint, & non reſipiſcant, imó non cenſet illud crimen eſſe publicum,nec tale reputari, niſi monitiones præcedant, quibus ſolum præhabitis, cum publicum adulterium reddatur illud efficit mixtæ cognitionis, adhærens verbis Concilij Tridentini d. ſeſſ.24 cap 8. iuxta explicationem à nobis ſupra poſitã, Salzed. ad Bernard cap. 79. verſ. Laicus veró, Nauarr.conſ.2.de offic.Ordin.

An autem hoc admittatur in adultera coniugata, cuius maritus vel abſens eſt,vel ignorat adulterium, cuius ignorantio ſemper præſumitur niſi probetur ſcientia quotidie in praxi dubitatur,has monere ſolent Prælati, & puniri teſtatur Salzed.d.cap 79. verſ.Nec enim,vbi tales concubinas cõiugatas ter monitas puniri poſſe reſoluit authoritate Cõcilij idem Bernard cap.85.num.6. Azeued. tamen lib.8 tit.19. l.2. num 3. monet à punitione taliũ concubinarũ eſſe abſtinendum,vbi citat Auendan. idem conſulentem de exeq.cap.26.num.8. propter periculum matrimonij,quód tamen limitabis quando maritus ſciuerit, & conſenſerit,eo enim caſu nullum periculum ſubeſt, ex Matien in l.6.tit.8.lib. 5. vbi gloſ. 2. Azeued. vbiſupra num.4. non ſufficere tamen maritum eſſe ſuſpectum quód conſenſerit, hoc enim non ſufficit vt dicatur læno, Peguera in quæſtionibus crimin. quæſt.15. num.7. Azeued.vbiſupra,num.5.

Barregueiros,& concubinarios.

VNde nomen *Barregãa* diriuetur explicat lex prima, tit.14. part. 13
4. ibi: *E tomó eſte nome de dos palabras, de barra, que es de Arauigo, que quiere tanto dezir como, fuera, é gana, que es de Ladino,que es por ganancia, é eſtas dos palabras ayuntadas, quieren tanto dezir como, ganancia, que es fecha como fuera de mandamiento de Igleſia, é porende los que naſcen de tales mugeres ſon llamados fijos de ganancia.*

Tales igitur ſæculares qui concubinas habent,vel coniugati ſint, vel ſoluti (de concubinis enim eccleſiaſticorum non loquimur) peccant omni enim iure concubinatus reprobatus reperitur, quatenus peccatum continet,& illicitum concubitum, Turrecremata in cap. Quod autem,art 1.32.quæſt.4. cap Meretrices, eod. Perez in l.23.titul.3 lib.1. Ordin. Bermon in tract de public.concubin §. Et cum omne fornicationis crimen,num.1. part.2.tract.11. ſic de iure Canonico,quo attento,nullus coitus licitus eſt, niſi coniugalis, etſi ad ius ciuile attendimus vtiq; reperiemus, attento antiquo iure Romanorum has concubinas pro vxoribus reputari,vt in l. In concubinatu,ff de concub. Nauarr. conſ.7. num.5. ad fin de ſponſal. Menoch.de arbitrar.caſ.418. num.16. Alciat. in l.Maſſurius,ff.de verbor. ſignif. Couarr pract.cap 4 num.8. Hodierno tamen iure ciuili talis concubinatus eſt prohibitus ex eo, quia illicitam fornicationem continet,ex Auth de hononi; verſ.Mulieres,col.3. & in cap 1. de filijs natur ex matri.ad Morgan.l fin.C.commun de ſucceſſ. gloſ.& Bart.in l. pen.ff. de concubin. & eſſe communem dicit Auend d.cap. 26. lib.2. num. 1. Vnde Clarus in §.Fornicatio,num 6.Paleotus de nothis,& ſpur. cap 12. Menoch vbiſupra,num fin, quatenus concubinatũ permitti aſſerunt intelligendi ſunt, vt

non ſit concubinatus punibilis aliqua lege ciuili, vel Canonica niſi inter perſonas eccleſiaſticas, cap.2. de cohabita. cleric. auth. de ſanctis Epiſc. §. Clericos, col. 9. & in auth. de monach. § Si quis autem, C. Epiſc.& cler. cap. Præsbyter, 82. deciſ. & an procedat in concubina clerici in minoribus? Vaz allegat. 34. nu.6 & inter coniugatos ex noſtra lege regia, lib.5. titul.27. Tranſit enim fornicatio illis caſibus in adulterium,& ſacrilegium, d.l. Quamuis, quod iuſtiſsimè punitur, l.2. titul.14. part.4. Vnde concubinarij coniugati,& ſoluti qui publice concubinas detinent ratione peccati,& ſcandali, licet non ordinarie extra ordinarie tamen ſi moniti non reſipiſcant puniri debent, explicat eleganter Auend.cap.26 num.4.

14 Tripliciter igitur concubina accipi poteſt. Primo, propriè quando concubina ſoluta à ſoluto retinetur, inter quos poterat matrimonium contrahi, quo caſu olim ſine aliqua pœna ciuili, vel à iure Canonico impoſita retineri poterat niſi eſſet virgo, cum hac enim concubinatus non erat impunibilis, quia comittebatur ſtuprum, l. Inter liberas, ff. de adulter. nec cum minore duodecim annis, l.1. ff. de concubin. explicat eleganter d. l. 2. vbi Gregor. verbo *Virgen*. Secundo modo accipitur concubina impropriè quando quis detinet mulierem non ex affectu matrimonij, ſed temporaliter ad vſus illicitos, quæ propriè focariæ dicuntur. Tertio tandem, & impropriiſsime concubinarij dicuntur,& vxorati, quos noſtra lex regia punit in præſenti, Bermon in d. tractat de public. concub. 1 part. num. 5.

Vnde fit quód hic concubinatus, vel eſt occultus, vel publicus, primo modo
15 acceptus puniri nequit ne detegatur cũ infamia ſubditi, cap. Chriſtiana 32. q 5. Ord.lib.2. tit 1. §.13. cap Scripturis 96. deciſ hæc enim quæ occulta ſunt Deũ habent vltorem, cap. Erubeſcant, 32. diſt. verſ. De manifeſtis. Merito igitur lex noſtra criminis publicitatem requirit, ibi, *Publicos adulteros*, quod idem requirit l. Caſtellæ part.1.tit.6.l.43.& d.l.1. tit.19. ibi, *Publicos*, illudq; verbum, *Publicos adulteros* debet cenſeri repetitum in ſingulis criminibus inferiùs relatis, ex reg.l. Licet ff. de leg.1. vt ſicut de publicis adulteris expræſsis ſic de concubinarijs agens intelligatur de publicis,& non occultis, quare Prælati qui aliter procedunt ad vindictam contra eos qui concubinas detinent domi ſecretó inique faciunt, tales potius proditores appellandos, quàm correctores dicit Azeued. d.l.1.titul.19 num.77. & Auend d.cap. 26. num 2.lib 2. Menoch. præſumpt.17. in princ. Si autem conſuetudo eorum ſuſpecta ſit, quia domi habent mulieres ſuſpectas, debent prius moneri vt illas dimittant, aliàs puniri poterunt, cap. Interdixit, 32. diſt. cap Cum in omnibus 81 diſt. l. 37 tit.6 part 1. & deducitur ex verbis Concilij Baſilienſis, de electionibus, ſeſſ 12. canon. 8. ibi, Publici autem intelligendi ſunt, non ſolùm hi quorum concubinatus per ſententiam, aut confeſsionem in iure factam, ſeu per euidentiam quæ nulla poſsit tergiuerſatione celari notorius eſt, ſed qui mulierem de incontinentia ſuſpectam, & infamatam tenet, & per ſuum ſuperiorem admonitus ipſam cum effectu non dimittit Quando autem dicatur publicus concubinatus quæri poteſt: & puto crimen fieri notorium, ex confeſsione facta in iudicio, vel ſi in domum publicè retineatur concubina cum filijs ex ea, ex Rebuf. in concordat. tit. de public. concubin verſ.18. in fin. Decian. 2.tom. cap 21.lib.6 num. 18 Azeued. vbi ſupra num 61 & l.9 tit.8.lib 5.num.2. Auend. d.cap.26. num 15. & tunc dicitur publicè conſtare quando in propria, vel aliena domo retineatur cum rumore viciniæ, aliâs enim ſi hoc non ſufficeret raró concubinarij puniri poſſent, vt ponderat Azeued. vbi ſupra num.88. Sazed. ad Bernard. in d.cap.79. nu.1. pœnas concubina-

cubinariorum clericorum proſequitur Azeued. vbiſupra num.107.coniugatorum,num 114. ex legibus regijs, ſolutis enim nulla pæna reperitur impoſita, Auiles cap 47.Prætor.num 6. hodie tamen ex decreto Concilij d cap 8. arbitraria pæna punientur pro modo culpæ, cui Regiæ Oadinatio adhæret d §.13 deducta ex extrauaganti, vbi clarius continetur.

Manet ergo quòd hodie ſtante d.decreto omnes concubinarij, etiam ſoluti moniti prius ſi inſordenſcant puniri poſſunt,ac debent in foro Eccleſiæ, ac in ſæculari,intermonendum autem nullo modo (niſi forte pænis conſtitutionũ ſynodalium) quia lex regia illam facultatem non elargitur niſi poſt tres monitiones,licet in reliquis criminibus mixti fori, ſtatim poſsit per inquiſitionem ad vindictam procedi, quia in his monitiones non requiruntur lex,enim regia,Concilij deciſionem amplexa fuit.

Alcouiteiros,& os que conſentem ás mulheres fazerem mal de ſy em ſua caſa.

16 LÆnocinij crimen quàm deteſtabile ſit omnes norunt, lænones enim tamquam publicæ honeſtatis hoſtes è Republic. arceri debent, auth. de lænonibus,§ Si quis autem,ibi, Et á magna hac longiſsimè ciuitate expellere, Peguera in quæſtionibus criminal. q.15 per tot. proſequitur Azeued. lib.8.tit.19.l.2 nu.7. Perez tom.3. lib 8. tit 14.l.2 verſ.Eſt præterea.

Pluribus modis lænocinium committitur, vel dum quis conſentit vxorem adulterari,l 2. § Lænocinis, & l.Mariti lenonicium,ff de adulter. de quo Ordinatio Regia lib 5. titul 25. § 9. vel dum quis mulieres ſolicitat virgines, vel viduas,aut aliorum vxores venerei quæſtus gratia pellicens, de quo Ordinatio Regia lib.5 titul.32. vel domum ad talem quæſtum expoſitam habens,vbi nefarij exercentur vſus, Ordin. d.titul 32. & titul 33. quibus talis afficiantur pænis per ſupra citatos, & Gomez l.80 tauri, num 72. videri poteſt, in quo non immoror, quia non huius inſpectionis eſt. Solumq; noto quód attenta huius legis regiæ diſpoſitione videtur hoc crimen effici mixtæ cognitionis,& in eo videtur diſcedere à iuris regulis,quia hoc crimẽ lænocinij legibus ciuilibus adulteri pæna plectitur, l.Quamuis in fin. Cod. de adult. l.2. §.Lænonicinij,ff.eod. ibi,Pæna adulterij confligitur, iure verò ſtatutario in toto orbe diuerſimodè punitur in Hiſpania vxorum lænones morte gloſ.in l 7.tit.7.lib.4.foro legum,l.6 ibi, pæna de adulterio,tit.17.part 7.l.2.titul. 22 part. 7. vbi Gregor. verbo *A ſu muger*. Ioann. Luppus in cap Per veſtras, §.21.num.23 de donation.inter vir. quæ pænæ hodie augentur,ex l.9. d titul.19. nouæ recopil in Alemania aſino inſidentes,verſa facie,per ciuitatem deferũtur,ex Menoch.de arbitrar.caſ 88.n 15. quod alijs locis publicè verberantur ab vxoribus refert Auiles Prætor cap.47. vbi gloſ. verbo *Manceba*: alibi melle inunctis,& plumis coopertus in publicum cum mitra ducitur, Perez vbiſupra verſ Hæc autem pæna mortis, & apud nos d.§ 9. vbi cũ coronis corneis vterq; vir,& vxor verberibus afficiuntur cum perpetuo exilio ad Braſilicam regionẽ, de quo videndus Barboſ.in l 2. in prin. num.100 ff. ſolut matrim., Gregor. in ſintagm. lib.36. cap 11. num 9, Vaz allegat.13.n 108.

Ex quibus cum hoc crimen legibus 17
ſæcularibus Principũ puniatur, dubitari poteſt quomodo mixti fori eſſe poſsit,cum nulla lege Canonica cautum ſit vt inter ſæculares illud punire poſsit eccleſiaſticus iudex: dicere poſſet aliquis noſtran Ordinationem in hoc titulo plura crimina enumeraſſe, quæ inter ſe maxime diſsident, nam alia ſunt eius naturæ,vt inter ſæculares, ſolùm à ſæcularibus iudicibus puniri poſsint, prout ſunt adulteria, & cõcubinatus, & ſimilia crimi-

crimina natura ſua ſæcularia, vt ſupra dixi, alia in vtroq; foro ad vindictam poſſunt deduci vt ſacrilegium, blaſphemia, alia tandem quorum cognitio Eccleſiæ eſt, provt ſimonia, & ſimilia, in quo ſolum factum mixtæ cognitionis efficit. Vnde volens Concilij diſpoſitionem amplecti, & criminum punitionem in republica proſequi ſimpliciter ſtatuit vt omnia hæc crimina vindicari poſſint in vtroq; foro, ea adhibita differentia, quod concubinatus crimen, & ſimilia quæ ad correctionem ſolùm ad Eccleſiam deducebantur, attento iure cõmuni: hodiè poſt tres monitiones etiã ad vindictam deduci valeant, ſicut & cætera mixti fori. In ſimonia autem cognoſcatur in ſæculari de ſolo facto, & in hunc ſenſum dicatur mixtæ cognitionis, quia ſcilicet in vtroq; foro punitur pænis, & de eo cognoſci poteſt ſuo modo arg. eorum quæ Couarr. lib. 3 reſol. cap. 3. verſ. His tandem, vbi cenſet crimen poſſe dici mixtum, ex eo ſolum quod in vtroq; foro pænam habeat, vt reſpectu ſæcularium in iudicio ſæculari puniri poſsit, in eccleſiaſtico inter eccleſiaſticos, vt magis ſit mixtum reſpectu cognitionis perſonarum. Secundum quam doctrinam videbatur poſſe eſſe etiam crimen concubinatus, poſſe dici mixtum, eo modo dum in eccleſiaſtico ad correctionem tantum cognoſcatur, in ſæculari veró vt puniatur inter ſæculares pæna legis regiæ. Vnde in concubinarijs tunc erit mixta cognitio, cùm ter moniti non reſipiſcant, quia tunc etiam in eccleſiaſtico ad vindictam accuſantur.

Vnde his caſibus cum lex regia ſuum ius remittat cognoſcendi inter ſuos ſubditos, eo addito, ſi publicè lenones ſint, non aliter licebit Prælatis accuſationem inſtituere contra ſupradictos, niſi quando publicè de tali crimine infamati proponantur, vt ſupra diximus: nec ſufficit vt maritus, vel læno de hoc ſit ſuſpectus, ſed debet pùblicè pro tali haberi; Peguera dict. quæſt 15. Azeued in d. l. 2. num. 15 in fin. idem Azeued. eodem titul. 19. l 9. num. 1.

Inceſtuoſos.

INter mixti fori crimina lex regia 18
enumerat incæſtum decidens, vt etiam inter laicos ab Eccleſia puniri poſsit, itavt locus præuentioni eſſe poſsit, ſequuta Afflict cap 1. quæ ſint regalia, verbo Et bona contrahentium incæſtas nuptias, Boſsium in tit. de omni coitu damnato, num. 17. Bermen. in tract. de public. concubin. rub. de incæſtu, num. 34. licet alij teneant crimen eſſe in totum eccleſiaſticum, itavt eius punitio ad ſæcularem iudicem nullo modo ſpectare poſsit, vt dixit Bal. in l. Conſulta, C. de teſtam num. 3. quem ſequitur Aufrer. in tract. de poteſtat. ſæcular. in eccleſ num 6. quos citat Marta de iuriſd 2. p cap. 20. n 9.

Sed certè vtraq; opinio in puncto iuris defendi non poteſt, ſecundum quod crimen incæſtus eſt merè ſæculare, & inter eos ſolùm in ſuo foro punibile, quod comprobatur ex eo quod incæſtus iſte generale nomen, quo demonſtratur omnis illicita coniunctio inter tales conſanguineos, vel affines, inter quos matrimonium conſiſtere non poteſt, l. Sororis 39 ff. ritu nuptiar. & in l. Qui contra, l. Qui incæſti, Auth. incæſtas, C. incæſt nup. inde dictus quód ceſtus eſt ſingulum, quo vxor à marito cingebatur in fide maritali, vnde ſingulum Veneris quo ipſa Martem, & Iuno, Iouem conciliabant, à Poetis ceſtus dicitur, ex Marciali:

Vt Martis reuocetur amor, ſummiq; Tonantis,
A te Iuno peto Ceſton, & ipſa Venus.

Omne muliebre ornamentum Ceſton Græci vocant, Marcialis.

Collo necte puer meros amores,
Ceſton de Veneris ſinu cadentem.

Expli-

Explicat Couarr.2.part.de ſpōſalib. cap 6. § 8. num.1. Soto in 4. diſt. 37. q. vnica, art.2. in princ. Praxi autem receptum eſt vt incæſtus ſolùm referatur ad cohitum inter conſanguineos collaterales, cap. Lex illa, in verſ. Incæſtus 36.quæſt 1. Thom.2.2 quæſt 154.art 9. Inter deſcēdentes autem nefarius cohitus dicitur, & contra naturam, §. Ergo inſtit. de nuptijs, cap. Hoc ipſum, §. 1. 33.q.2.Ordin.lib.5.tit.17 Ceruantes l.9. Tauri, num 44. Azeued lib.8. titul 20. l.7.num.4 & 5.& nu.101. de patre cognoſcente filiam, Bonacoſſa, verbo Matrimonium, 1.part. fol 112. & quòd talis non præſumitur pater, Felin. in cap. Afferte, de præſumpt nu.1. Cum ergo hoc crimen incæſtus à lege ciuili prohibeatur, vt patet ex ſupradictis iuribus, & l.Inter liberos, ff.de adulter. Gomez l.8. Taur. num 13. & ex Regia Ordin. lib.5. titul.17. 24 & 25. & de iure partitarum, l.3.tit.18 part.3. & l 15. titul.17. part.7. de cuius pœnis latè Perez in l 5. tit.15.lib 8. Ordin. Azeued d.l 7. tit 20. nouæ recopil. num.100. & ſequentibus, & inſuper iure Canonico patet in eum ſenſum eſſe mixti fori quod in vtroq; foro punitur, vt ſentit Couarr. lib.3. variar cap 3 verſ. His autem, ita vt inter ſeculares, iudex ſæcularis adeundus ſit, non verò eccleſiaſticus.

19 Vnde iudex eccleſiaſticus ſolùm inter laicos de crimine incæſtus cognoſcet quando in figura matrimonij committatur, quia tunc iniuria irrogatur Sacramento, & crimen reſultat mere eccleſiaſticum, de quo laici cognoſcere nō poterunt, veluti ſi cum clerico mulier contrahendo matrimonium comiſceatur, nam hæc forum Eccleſiæ ſubire tenetur: hoc enim crimen grauius punitur, Azeued.d l.7.num 105.& ſequentibus: vel ſi eccleſiaſticus iudex non principaliter ad vindictam criminis, ſed ad correctionem ſubditi ex officio cognoſcat, prout poteſt in criminibus ſubditorum, vt reſipiſcant, ex reg cap Nouit de iudic. cap.2.de exceſſ Prælator.vbi permittit puniri crimina laicorum, ſi principaliter agitur ad correctionem. Vel tandem in caſibus qui legi ciuili, vel municipali incogniti extitere, & ſola lege pontificia reperiuntur prohiti prout eſt incæſtus, quo quis cognouit commatrem quod crimen legi ciuili incognitum eſt, vt probat Natta, in additio. ad Alexand. conſ. 157. vol. 5. quem citat Marta de iuriſd d. cap. 20. num. 19. & Puteum de ſindicatu, verbo Adulteriū, num 8. de quo agit text. in cap. Non debet, 30. quæſt.1. vel eum qui cum filio ſpirituali in confeſsione ſolicitata concubuit, qui ab inquiſitoribus puniūtur ex noua Bulla ad id conceſſa, dixit Salzed. ad Bernard cap.82. addition.1. Azeued.d.l 7 num.90 Marta d.cap 20. num. pen. & nouiſsimè Illuſtriſsimus, & Doctiſsimus D. Rodericus de Acunha, pro noſtra Luſitania, in opuſculo de ſolicitantibus, q 4.n.3.& 11.

Verum licet hoc ita de iure Cæſareo 20
ſit, tamen attenta lege regia huius criminis vindicta in vtroq; foro poteſt exerceri contra laicos incæſtuoſos, in illis caſibus qui vtroq; iure punibiles ſint, lex enim regia illud iuriſdictioni eccleſiaſticæ remiſit, & præuentionem admiſit, quare Epiſcopi contra taliter publicè infamatos ad vindictam agere poſſe non dubitauerim, ſecùs verò ſi tali non laborauerint infamia, cum in Regia Ordinatione illa poteſtas ſolùm in caſu quo publici ſint incæſtuoſi concedatur, & limitata cauſa, limitatum procedit effectum, l.In agris, ff.acq. rerum domin vnde non infamatus publicè, ſi ad forum Eccleſiæ vocetur iuſtiſsimè ad Regem ſupplicabit tanquam ab abuſu. Sic pariter quando diſpenſationem obtinent ad cōtrahendum, licet incæſtum comiſſum ſit in hoc Regno, contra eos non proceditur, ex Cabed. areſt 19. 1 p & lib 2. areſt.72 Ord.lib.5. tit 17 §.vlt. Gam.deciſ.1[illegible]0.Ordin lib 1. tit.100.§.1[illegible]

Vnde

Vnde in ſpecie Ordin lib.5. titul 14. qui cum infideli concubuit non proprie incæſtus continetur, de cuius pæna agit pract. Chancel fol.211. Tiraq de primo, quæſt 66.num.20. Menoch de arbitrar.caſ.290. l.9. titul 24. part 7. & l.10.titul.25 eod. In eo autem qui cum moniali concubuit reperitur ſacrilegiũ, de cuius pæna latè Azeued d.l.7.à n 45. Bernard in pract. cap.75. fol.142. Menoch. caſ.360 num 45. Bonacoſſa, verbo Monialis fol.115 l. 6 tit.28 part. 1. vbi Gregorius Emanuel Rodr. regul. q. 29 art 1. Marta d.2 p. c.26 per totum. In his in quam ſi laici ad iudicium Eccleſiæ vocetur, debet prius laborare infamia publica nec aliter puniri poſſunt in eo foro, iuxtà ſuprapoſitas reſolutiones.

Feiticeiros, benzideiros.

21 SVb hoc nomine continentur magi ſortiarij malefici incantatores, ſiue quocunque alio appelles nomine augures, auriolos, aruſpices getlia cos, lamias, ſtriges, veratrices ſortilegos, & id genus alios, de his loquitur Ord. Regia lib 5, tit.3 & 4

Ad Ord lib 5.tit.3 ibi, *Tomar pedra de Ara, corporaes ou parte, &c.*

Punit Regia Ordinatio eos qui ad maleficia peragenda ſacris rebus Eccleſiarum vtuntur explicat Grillandus de ſortileg. q.3. à num.15. & q. 5. num. 2. cuius verba ſunt: Sortilegi admiſcent ſæpius in iſtis aquam benedictam fontis baptiſmalis, aut oleum ſanctum Baptiſmatis, Chriſmatis, aut extremæ Vnctionis, &c. Et infra, alij capiunt fruſtula quædam indumentorum ſacerdotaliũ, aliorum panniculorum benedictorum quibus ſacra myſteria venerantur, celebranturq, ſicut camiſſæ purificatorij, corporalis, tunicellæ, manipuli, amictus, ſtollæ candidæ, lapidis ſacrati, mappæ altaris, &c. Cur autẽ Deus patiatur maleficos rebus ſacris abuti diſputat Grilland.q 6.num.10. Martinus de Rio lib. 3. q 6. ſect.1 & eodem lib q 3 ſect.1. vbi rationes elegantes huius negotij reddit.

Ibi *Morra, &c.* Merito pæna capitis plectuntur lamiæ etiam ſi necromanticæ non forent eo tantum quod dæmoni fæderatæ exiſtunt, & hæc pæna de iure diuino deducitur Exod.22 ibi, Maleficos non patieris viuere, & de iure canonico paſsim idem traditur vt patet in cap. Peruenit, cap. contra idolorum 26.q 3 & in Extrauag Ioan.22 ſuper ſpecula extrauag Alex VI cum recepimus alia Leonis X. incipit Honeſtis, alia Adriani VI.incipit Dudũ, de iure ciuili l Multi, l. Nemo, l Nullus, l.Etſi, C. de malefic. & mathema, & ſolent tradi curiæ ſæculari, vt puniantur, Alfonſus de Caſtro de iuſt hæret. puni lib 1.c.16 l 1. 2 & 3. tit 24. part. 7. vbi Gregorius. Quæ quidem pæna capitis merito imponitur ob grauitatem ſceleris contra Deum, quẽ malefici blaſphemant quod morte punitur Leui 24. Boer. deciſ 31. & dæmoni ſe deuouent, in quo idolatria ineſt ipſumq, conſulunt, quod per ſe morte dignum crimen eſt Leuit. 20. filioſque dæmoni offerant, & cum ſint coniugati incontinuo verſantur concubinatu cum dæmonibus & non tantum contra ſexum, & extra ſpeciem peccant, ſed etiam extra genus, quibus omnibus criminibus ad inuicem colligatis accedit Apoſtaſia cap.1. de apoſtatis, atq; his & alijs fundamentis, quæ diffuſe citat Delrius lib 5. ſect 16. fol 341. hanc peſtem cenſet igne, ferroq; abolendam. Quod ſi hi magi, incantatores, vel malefici clerici, vel monachi ſint, curiæ traduntur ſæculari in forma iuris, de quo late Martinus Delrio d. ſect. 16. apud quem videri poterit tenor ſententiæ cõtra tales lætæ, in qua omnia mala, quæ ab ipſis cum dæmonibus perpetrantur in epilogum continetur quorum lectu vox hæret faucibus, & ſingula membra contremiſcunt.

In §. 1. hæc Ordinatio proſequitur 23 contra

contra incantatores, & magos, qui immundos inuocant ſpiritus, ibi: *Em circulo, ou encruzilhada inuoca eſpiritos diabolicos, &c.* dæmonum inuocatio legibus prohibetur, ex l.Multi, C.de maledi. & Math. ibi: Et manibus acciſis audēt ventillare. Manes enim ibi accipitur pro ipſis dæmonibus, qui animas mentiuntur, explicat Delrio lib. 2. q. 26. ſect. 4. verſ ſeptimū, fol.112. Omnes enim magicæ operationes innituntur pacto cum dæmone celebrato, cap.Illud. 26. q. 2. ibi: Ex quadam peſtifera ſocietate hominum, & dæmonum quaſi pacta infidelis, & doloſæ amicitiæ cōſtituta, penitus ſunt repudiandæ. Hoc autem pactū innominatū dixerim, cum dæmon ſub illis verbis videatur contrahere faciam vt des, ſcilicet vt te ipſum tradas, vel aducas, Thom.2.2.q 96.art.4. Grillan. vbi ſupra. Cuius pacti videtur meminiſſe Lucanus ibi.

cuius commertia pacti
Obſtrictos habuere deos parere neceſſe eſt.

Quo quidem pacto vel expræſſum ſit, vt per Delrio fol. 192. lib.3. q 7. ſect. 2. verſ. ſextum, vel tacitum, dum quis ſuperſtitioſis ſignis vtitur, quibus magi vtuntur, in quo tacite cum dæmone paciſcitur, Delrio d.q 4. lit F. verſ. Pactum: dæmon ſe aſtringi ſimulat, dum ſe imperium agnoſcere oſtendit, & verbis, characteribuſq; acciri, vt fortius, & arectius irretiat miſeros deuinciat, & certius perdat. quomodo autem licuerit Apoſtolis dæmonibus imperare, idem Delrio diſt.4. verſ. Sed Chriſtus. Non eſt autem dubium quód dæmones ſic euocati, cū incorporei ſint, ob naturā quam habēt ſimplicem, corpus ſibi vel ex elementis coaptant, vel cadauer quodlibet aſſumunt vt corporaliter videantur, explicat Delrio lib.2.q 28.ſect.1. & plerumq; induunt canis, & vulpis figuram, ſimiliumq, animalium, idem lib. 4. cap 3. ſect.3. Soarez de ſuperſtitione fol. 547. cap.2.nu.4. videtur hæc Ordinatio ampliandа vt habeat locum in illis qui animas defunctorum arte demoniaca euocant ad futura ſibi prædicēda, vel vt aliquid quod geſtū fuerit edoceantur, quia hæc omnia ad necromantiam ſpectant, cuius præceptis animas elici ab inferioribus ſedibus illius profeſſores autumāt, Horatius ſatyr.8. vt inde.

Manes elicerent animas reſponſa daturas.

Idemq; Seneca in ædipo loquens de Thyreſia.

Canit rurſus, & terram intuens,
Grauiore manes voce, & attonita ciet.

Plura citat loca idem Delrio lib.4. q 6. ſect.2. Nemo tamen religionis chriſtianæ cultor exiſtimare poteſt dæmonis imperio animas ſubeſſe poſſe, nam Sanctorum quidē animæ in manu Dei ſunt, dānatorum autem diabolus non emittit è carceribus, niſi iubente Deo: ideo ipſi animarum vices aſſumunt, eaſq; repræſentāt ſumpto aereo corpore, vt explicat Tertulian.de anima cap.pen. Soarez vbi ſupra, Thom 1.p.q.117. art 4. ad 2. Delrio lib.3 q 26.ſect 7. imó & Chriſti Domini corpus dæmonē fingere poſſe, ibi refert ex quo confutat illorum opinionem, qui exiſtimāt poſſe amicos ſibi adinuicem ſtipulari, vt poſt mortē mortuus ſuperuiuenti appareat, licet aliquādo ex diuina permiſſione id factum ſit, vt de duobus illis monachis: D.Dominici Zamoræ fertur factum, vbi demortuus apparuit ſtipulatori menſas ſternenti, & ait ſe expiatorium circumgeſtare ignem, & ad cruciatus ſui indicium manum menſæ ligneæ impræſſit, eamq alte combuſſit.

Ibi: *Der de comer, ou beber*, & ibi: *Para* 24
querer bem, ou mala outrem. Maleficia multiplicia ſunt, cōpræhēditur enim ſub illo verbo Omnis dāni ſpecies, qua hominibus dæmon nocet: eſt enim maleficium magiæ ſpecies, qua quis ope dæmonis alteri damnum parat, vnde qui lædit maleficus qui læditur maleficiatus dicitur, toto titulo de frigid. & malef.

Solummodo nobis agendum eſt de

maleficijs amatorijs, quæ conficiuntur vt quis inueneris furias rapiatur: hæc enim maleficia aliquando per imagines fiunt, quæ modo ſuper tegulis domus imponuntur,& tegularia dicuntur,& dicantur Deo ſtigiali,& aliquando in ipſo lecto, ſecundum quod accipi debet illud Virgilij.

Effigiemq; thoro locat,

Plurima philtra quibus amor concilietur exprimit Ariſtotel. lib. 2. de hiſtor. animal. cap 14 & lib. 9. cap. 17. Plinius lib 8. cap. 42. & lib 32. cap. cap 4. Tiraq. de legib. conubial. l. 13. Hæc autem amatoria maleficia, vel ſortilegia dupliciter fiunt, vel intra corpus, vel extra, vt exẽplificat Grilland. de ſortileg. q. 3. à n 15. & q. 5. à nu 2. primo modo per pocula amatoria, cui regulariter admiſcẽt Hoſtiam conſecratam, ex Delrio lib. 3. 1. p. q 3 ſect 1. verſ. Theocritus, vbi citat memorabile miraculum quod cõtegit Anfidi in Piceno, anno 1273. vbi cum ad maleficia quædã mulier ſumpſiſſet ore Euchariſtiam, non deglutijt, ſed ſeruatã ſecum detulit, vt illa vteretur ad amorẽ mariti conſiliandum, quãobrem ſic ma lis artibus edocta ſuper prunas in tegula coniecit, quo facto (mirabile dictu) cæpit Euchariſtia appertiſsimé in carnem cõuerſa, ſanguinẽ latè emittere, ita vt prunas extinxerit, neq; cohiberi potuit cruoris eruptio, donec canduerunt carbones, quamuis mulier nihil non egerit inijciendo cinerẽ, puluerem, ceramq; apponendo, tum nouo euentu attonita linteo tegulam cũ carne diuina, & ſanguine inuoluens, ſtabuli propinqui ſtercori infodit. Latuit res annos ſeptem, quamuis alia mirabilia euenerint, quæ vnde nam naſcerentur alios quidem latebat mulierem, non ita facti, ac ſceleris ſui conſciam: ijs exactis illa tandem aperuit rem geſtam Sacerdoti, qui cum ſe contuliſſet, reperit intactam carnẽ, ſanguinemq; recentem, linteumq; illæſum, miraculũ patefactum, cunctiſq; diuulgatum ex omnibus locis innumeros ad ſui ſpectaculum commouit, & cõmouet adhuc poſt annos tercentum & ſexdecim. Viſitur enim caro, viſitur ſanguis vitreis ampulis incluſus ad tantæ rei memoriã ſempiternam, neq; poſt tãta temporum ſpacia quicquam ex ijs eſt corruptum, aut tabefactum: ſunt verba authoris.

Noſtris temporibus (horrendu dictu!) caſus in ciuitate Portuenſi accidit, qui eam in luctum in merorem, per longos dies, conuertit, eo enim deuenit furis magici, vel hæretici audacia (latet enim adhuc criminis author) vt adire non dubitauerit almi templi Sacrarium vbi Sanctiſsimum corpus Domini obſeruabatur, arreptaq; claui, quæ in ipſo altari in ſecreto loco reponi ſolebat Sacrarium reſerauit, vaſq; argenteum, & deauratũ, vbi pluſquam quinquaginta particulæ conſecratæ ſeruabantur, nephario auſu apræhendit, & ſurripuit re patefacta: continuo ciues in Templo conueniunt, lachrymis obortis, quiſq; animi dolorem oſtendit matronæ, virgines, viduæ, pueri clamoribus cœlum implent, colachrymantur adinuicem, pectora pulſant, Dominumq; abſentẽ quærunt, Sacrarium vacuum proſpectant, perquirunt, plorãt, ſeq; patefaciatt deprecantur. Conſciens furti dominus Didacus Lopez de Souſa illius Senatus Gubernator inuiſit Epiſcopum D. Gondicalum de Moraez virum religioſiſsimum, & Diuini cultus amantiſsimum, qui in amplificanda ſui almi templi Sede magnam pecuniæ copiã exhauſerat, quem animo conſternatum reperit, & quo ſe verteret inſcius, ibiq; communi voto Deum deprecandum publicè decernitur, & ipſe D Didacus Lopez mira pietate (elucent enim in eo viro præſtantes animi dotes, cum maximo ingenio, maturum conſilium, iuſtitiæ zelus, mira cum pietate coniunctus) operi ſe accingit, & nudatis pedibus, humiliter in publica proceſsione noctu incedit, maxima comitante omnium ordinum corona, populus omnis

nis egreditur, humiq; omnes proſtrati, lachrymis ſingultibus, & clamoribus miſericordiam implorantes Deum proſequuntur. Hoc verò conſiliu ita vniuerſa Luſitania approbauit, vt Regni caput Vliſyppo, Conimbrica, & Ebora, aliæq; nobiliores ciuitates lugubri pompa maxima pietatis, ac doloris ſignificationem præ ſe ferrent.

Deinde mulierum menſtrua, & viri ſemen in potum, cibumq; permiſcent certis verbis conditum, quæ omnia meras nugas, & fallacias præ ſe ferunt, quas vix pudicæ aures tollerant. Secundo verò modo maleficia componunt ex capillis, vel vnguium præſegminibus, vel veſtibus maleficiandi ex herbarum folijs radicibus inteſtinis, membriſq; auium, & aliarum rerum naturalium, de quo illud Virgilij.

Limus vt hic dureſcit, & hæc vt cera liquiſcet,
Vno eadēq; igni, ſic noſtro Daphnis amore.

Qui talia amatoria pocula confin-
25 gunt, merito lege regia puniuntur, ſicq; pariter puniri, apud Hiſpanos eſt lex partitarum 2 titul 24 p 7. ibi: *E aun defendemos que ninguno ſea oſado de dar yeruas, ni breuaje a algun ome, ni a muger por razon de enamoramento* & de iure cōmuni eſt text. in l. Si quis aliquid, § Qui abortionis, ff. de pænis, l. 3. § 1. ff. ad l. Cornel. de Sicar. l. Eorum, in princip. C. de maleficis, Farin. in tit. de homicidio, vbi late: De maleficijs autem odij quo quis vxorem, filios, & amicos ſpernit late Delrio lib. 3. p 1 q 4. ſect. 9 vbi late.

Ibi: *Que não lance ſorte para adiuinhar.* Omnis diuinatio de qua lex regia loquitur, dependet ab arte dæmonis, qui æmulari ſtudet Diuinitatem furando diuinationē, quæ ex eo dicitur diuinatio, quaſi Diuinitatis imitatio ſit, quare in diuinationibus peragendis gaudet cultu idolatriaco aris precibus accenſis thuribus, & veſtibus; adinſtar Sacerdotorum; tanquam Dei ſimia, Grilland. q. 5 nu. 1. In cuius reſponſionibus, ſeu diuinationibus nulla veritas, imò purum figmentum, & ambiguæ reſponſiones inſunt, quia occultorum non omnia ſcit, vt reuelare poſsit, ex Tertul. in Apolog. cap. 21. Euſeb. lib 5 de præpar. cap. 10. Auguſt. de diuinat. dæmon. & 2. retract. cap 30. eorum autem quæ libere futura ſunt, nihil certo præſcire poteſt, ſed ex veroſimilibus coniectatur qualis rerum exitus eſſe poſsint, pariterq; ignorat quæ dependent ex arbitrij libertate, vel quæ futura contingentia ſunt, quandiu cauſam certam nō habent, & determinatam, ex qua colligi poſsit earum finis. Poterit tamen, vt quia habet angelici ingenij aciem, & ob longam rerum experientiam cognitis rerum naturalium facultatibus, de futuris probabiliter loquitur, vel præcedicit, quæ pendent á cauſis neceſſarijs, quæ certum habent finem, vt ecclipſes, & ſimilia, de præteritis minus eſt dubij, quia omnia memoria tenet, ſic de præſentibus niſi cogitationes ſint, quas ipſe ſecundum veriorem opinionem non cognoſcit, niſi aliqua manifeſtatione inducentur, Auguſt. de ſcientia dæmon quæſt. 27. Delrio lib. 4. cap. 2. quæſt. 2. lit. D. ſicq; ſolet ambigue, & perplexè loqui, vt varia referuntur exempla, ex Cicer. de diuin Grillan. q. 6. num 7. Vulgatum eſt illud:

Aio te Aiacem Romanos vincere poſſe.

Et illud:

Perdet Craſſus Halin tranſgreſſus maxima Regna.

Vnde fit quòd merito lex regia ſorti- 27
legos punit, nam ſortilegia hæretica ſunt quando dæmon inuocatur ad faciendum, vel indicandum ea quæ ipſe facere, vel ſcire non poteſt, Grilland. de ſortil. q. 10 n. 2. & ſeqq. Clarus § Hæreſis veſ. Succeſsiue titul. 24 part 7. l. 1. & ſeq. Delrio lib. 5. ſect. 15. fol. 341. ſortilegus nanque eſt ille qui diabolicam religionem profeſſus noxia quæque ſuperſtitioſa, aut eluſoria dæmonis inſtructione componit, deducitur ex cap. In ſumma, 26. q. 5. & ex cap. Qui ſine Salua-

tore 26. quæſt 2. cap. 1. & 2. de ſortileg. Thom. 2. 2. quæſt 95 art. 4. titul de ſuperſtitio Grilland. de ſortil. quæſt. 1. Delrio d ſect 15. Farinac. lib. 1 titul 3. q. 20. à num 74.

28 Dubiam reddit huius Ordinationis deciſionem quod ſortilegia quæ fiunt à profeſsis expræſſe qui Deo abnegato diabolo adhærere pollicentur, addito iuramento, & homagio, vt fieri teſtatur Grilland d. quæſt. 3 nu. 3. & q 7. per tot. nu. 28. & 29 Farin vbiſupra nu. 77. hoc quidem factum eſt hæreticum, ex parte operantis, etiamſi dæmon inuocetur ad illa quæ ipſe facere poteſt, vel quæ ipſi nota ſunt, idem Farin. num. 81. Delrio d. ſect 15. verſ. Secundam axioma, quare cum tales vt hæretici puniendi ſint, ad inquiſitores talis punitio ſpectat, per text. in cap. Inquiſitionis, § Prohibemus de hæret. lib. 6. nec ad ſæculares magiſtratus vllo modo ſpectare poteſt, vt circa intellectum Ordin lib. 5. titul 1. reſoluit Barboſ. in l. Titia, ff. ſolut. matrim. n 55.

Quare dic quód á ſortilegis dæmon dupliciter inuocatur, vel per modum adorationis, & cultus latriæ, vel per modum imperij, & ſuffragij. Primo modo inuocatur ab his qui expræſſam profeſſionem diaboli emiſerunt in feſto ſolemni, in quo omnes ſtriges, & profeſsi conueniri ſolent, quia cum tales rebaptiſentur in nomine demonis, & cũ adorare diabolum ſit crimen cõtra religionem, inducens hæreſis præſumptionem, pariter omnia ſortilegiá ab ipſis confecta erunt hæreticalia, vt citato Oldrad. conſ. 210. & Grilland. vbiſupra. quæſt. 10. nu. 4. & ſeq. proſequuntur idem Farin. d. n 81. Secundò verò caſu per modum auxilij inuocatur ab his qui tacitã emiſerunt profeſsionẽ puta in manibus alicuius ſortilegi, non abnegato Deo promiſſa ſola obedientia, Farin. d num 77. Vnde fit quòd primo modo ſortilegi ſi conſtet Fidem abnegaſſe, videtur quòd remittendi ſint ad inquiſitores, quibus omnia crimina hæreſis reſeruata proponuntur. Secundo autem modo puniri poſsint á iudicibus ſæcularibus, quia mortiferi ſunt, vt dixit idem Delrio vbi ſupra, verſ Sed pro barbaria faciunt, vbi tenet hoc crimen natura ſua non eſſe hæreſim, niſi aliud accedat.

Verùm hanc Farinacij traditionem inter profeſsionem expræſſam, & tacitã non audeo probare, cum non à profeſſione hoc, vel illo modo facta quidquã crimini addatur, vel detrahatur, cũ ſuam ſortiatur ſpeciem á pacto quo quis diabobo ſubmittitur, quod pariter expræſſum eſt quando ipſi dæmoni fit, ac alij eius nomine acceptanti, reg. quod quis per alium maxię cum m in tali acceptante; ſeu ſtipulante conſideretur mandatum dæmonis ad talia pacta celebranda: tacitum ergo ſolum pactũ eſt quando quis ſortilegia exercet, vel aliquid ſimile, quod non, niſi dæmone authore fit, in quo ex parte agentis datur quædam tacita pactio, qua ſe ſubmittit dæmoni, explicat Delrio tract 1 lib 2. q. 4. verſ Pactum tacitum. Quo caſu nihil conſideratur hæreticum niſi aliud addatur, licet mortale ſit crimen, & punibile, & nullam ſocietatem cum prauis ſpiritibus inducat. Atverò, in profeſsione tacita, provt Farinacius conſiderat, datur fædus inter ſortilegum, & dæmonem, ratione cuius ſortilegium poſtea peragitur, & merito hæreticum opus ſaltem præſumptione iuris continet, cum vtroq; caſu operis dæmon author ſit, & eo mediante perficiatur virtute profeſſionis, quam pactum expræſſum præcedit, quare actus, & eius malitia a pacto dependet, non á profeſsione, quæ ſolam ſolemnitatem reſpicit, & vt quis magis, vel minus dæmoni obſtrictus ſit, & pactum etiam tacitum ſufficere quotidiana praxi comprobatur. 29

Quare videtur reſpuenda illa Farinacij traditio, dum rem metitur á profeſsione quã expræſſum ſemper pactũ præcedit, á quo tanquam á ſuo fine ille

actus

actus denominari debet, vt hæreticum factum iudicandum ſit: ex quibus ſequitur quód hoc crimen mixtæ cognitionis eſt, & cùm ex opere ipſo crimen reſultet natura ſua temporale recte ſortilegi in foro ſæculari puniuntur, quod ſi ex actis, vel confeſsione delinquentis, vel ex alijs circunſtantijs appareat ſortilegum pactum expræſſum cum demone inhijſſe non dubitarem, quód hoc caſu ex reg d. ý. Prohibemus, debeat res pertinere ad inquiſitores hæreticæ prauitatis priuatiue, Delrio d. ſect. 15. fol. 341. lit B. quod ita ſancitum fuit à Papa Clemente VIII in breui ſecundo, ad perpetuam rei memoriam relato inter breuia Pontificum fol. 143 vbi in ſortilegos inuehitur, eoſq; puniendos ab inquiſitoribus ſtatuit idem in blaſphemia hæreticali, reſoluit Marta 2. p. cap. 13. num 10. Azeued lib. 8 tit 3 l. 1. num. 13. 14 & 15. Farin q 20. lib. 1 n 39 per totum. Ex qua reſolutione primo infertur non videri veram ſententiam, gloſ in cap Accuſatus, §. Sane, de hæret. in 6. quã probat Oldrad d conſ 210. Grillan. de hæret quæſt. 10 num. 3 Afflict ſuper 1 part. conſtit rub 1 nu. 17. dum dicunt quòd ſi dæmon inuocetur ad ea quæ ipſe ſcit, vel facere poteſt, veluti ad ea quæ præterita ſunt vel præſentia, quæ tamen adhuc occulta ſunt, provt furta reuelare, & ſimilia, quod his caſibus nihil verſatur hæreticale, vt illi dicunt, ſequitur Tiraq de pænis temper. cauſ. 4. num 3. Clarus, §. Hæreſis, in d verſ Succeſsiuè. Verius enim eſt quód etiamſi dæmon inuocetur ad ea quæ ipſe facere poteſt, vel quæ ipſe ſcit virtute pacti expræſsi, ex parte operantis detur manifeſta hæreſis ſecundùm præſumptionem, in quẽ ſenſum debet accipi, Barbatia conſ 55. lib 1 quód ſortilegia quæ fiunt ad ſciẽdum furta ſunt hæretica, quando ſcilicet à malefico ex pacto expræſſo aſtricto cõficiantur, ſequitur Peña in direct. quæſt 42 num 67 provt ſentire videtur Delrio dict. ſect. 15. in princip.

Secũdo cõfunditur ſententi à Grillan. de quæſt 16. nu 4. quem citat Menoch. 29 caſ 388. num. 15. dum dicit quód quando dæmon inuocetur ad ea quæ ipſe noſcit, vel per cauſas naturales facere poteſt, dummodo non inuocetur ab eo qui pactum cum eo expræſſum inhijt, ne videatur inuocari per modum adorationis, & cultus latriæ, quòd eo caſu non datur hæreſis, etiamſi oleum ſanctum ſortilegio admiſceatur lapis ſacratus, calix, & ſimilia, decipitur enim, nam vbiprimum in ſortilegijs admiſcentur res ſacræ hæreticum reſultat factum, quia ſuperſtitioſe, & turpem effectum res ſacræ apponuntur, non inuocato Deo, ſed dæmone, qui eo caſu docet ſacras res comiſceri, vt ſibi Dei honorem vſurpet, & vere qui talia agunt ex intentione ſua Deum dæmoni ſubmittunt, quod non poteſt non eſſe factum hæreticum indicans ſcilicet hæreſim, Farin. d. quæſt 20. num. 83. vnde vel Hoſtia ſacra comiſceatur ab eo qui expræſſo pacto obſtrictus eſt, vel ab eo qui tacito tantum dum ſine pacto aliquo talibus deprecationibus vtitur ex tali mixtura actum hæreticum facit, Delrio d. ſect 15 verſ. Dic tertio, Alphonſus à Caſtro de iuſt. hæret puni. cap. 15 Peña cementar 67. quæſt 42. Lucerna Inquiſ. verbo Sacramentis abuti, Roias in tract. de hæret aſſert. 12. part. 2 num 267. Simanch. de Chalol. tit 62 num. 3 Farinac. d quæſt 20 n 85. ex quibus elicitur ſine vllo pacto expræſſo ex facto ipſo reſultare poſſe hæſim in ſortilegijs, quando ſcilicet rebus ſacris ſortilegi vtantur: nec eſt in conſideratione, an ad bonum finem ſortilegia fiant, veluti ad ſalutem maleficiati, Farin. vbi ſupra num. 95. licet de iure ciuili, ex l. Eorum, §. 1. C. de mal. aliud eſſet, & imponenda pæna arbitraria eſt ſecundum delicti qualitatem; ibi, num. 98. Delrio lib. 2. part. 2. quæſt 4. ſect 8. verſ. ſexto, Marta 2. part. cap. 12. n. 14.

30 Ibi: *Ver em agoa* Varios modos hidromantiæ refert Delrio lib. 4. cap. 2. quæſt 6. ſect. 3. ad cuius exercium olim plures extabant fontes in Sicilia refert Macrobius lib 5. Satur. cap. 19. In Ægypto erat ciſterna in templo Ephaceno, de qua Zozimus in vita Aureliani, erat Appolinis oraculum prope Cyaneas ad Lycum, in fonte templo proximo, quæ loca citat idem Delrio vbiſupra, vbi refert varios modos quibus fiunt tales obſeruationes, quem conſule.

31 Ibi: *Imagẽs*. Deferunt quandoq; imagines quaſdam ad loca ſacrificiorũ ſortilegi, terra, vel cera, aut gemis conſtructas, illaſq, baptiſant prius nomine perſonæ maleficiandæ, ſub deuocatione, & inuocatione diaboli, cum ijſdem ceremonijs, quibus Sacerdotes in Baptiſmo vtuntur, adijcientes verba turpia, & nefanda, hæc Grillandus quæſt 3 n. 15. verſ Quidam ex his refert Delrio lib. 4. part 1. quæſt. 3 ſect 1. fol. 159 Farin. dict. cap. 20 num. 86 vbi merito diſcedit á Grilland de ſortil. quæſt. 10 num 9 & 13. vbi tenet quód tales imagines conficiẽtes non ſunt hæretici reputandi quando dæmonis auxilium inuocant ſolum ad illa quæ ille facere poteſt nam verius eſt illud opus eſſe hæreticum, cùm ſit conferre baptiſmum falſum imaginibus, quod ſolis creaturis rationalibus applicatur, deinde hæc fiũnt in nomine Belſabut, quod citra hæreticum fieri nequit, & ex pacto expræſſo prout dixit Delrio lib 3 part. 1. quæſt 4 ſect 4. in fine vbi plures imaginum citat formas.

Ibi: *Para legar* Maleficij genus vſitatiſsimum eſt, de quo in toto titulo de
32 frigidis, cap Per ſortiarias 23. quæſt. 1. Faciunt illa carmina Virgilij, ibi.

Terna tibi hac primum triplici diuerſa colore,
Licia circundo, terq; hæc altaria circum
Effigiem duco.

Et quando amati imaginem ligabant, ibi.

Necte tribus modis, ternos amarilli colores,
Necte amarilli modo, & Veneris dic vincula necto.

Quo homines ad actum coniugij inhabiles reduntur, & quaſi ligati, & impediti manent, diuerſaſq, huius maleficij ſpecies eſſe Doctores aſſerunt, aliquando enim hæc inhabilitas procedit ex odio quo coniuges ſe proſequuntur ad inuicem, vel alter alterum proſequitur, ſicut de Valaſca Libuſſæ, Boemæ famula refert Æneas Syluius in hiſtoria Boemorũ, quod illa ita vxores in maritorum ſuorum odium comouit per maleficium, vt coniuratione inuita, ſuoſq; maritos, fratres, filios vna nocte interfecerint. Huius maleficij varias cauſas refert Delrio lib 3 part 1 quæſt 4 ſect 8. veluti quando ſpiritus vitales prohibentur ad membra generationis, vel ſi ſemen prolificum exſiccetur, & ſubtrahatur, vel ſi virga flacida fiat, vel ex alio modo vis coheundi impediatur, quod quidem impedimentum de ſe poteſt eſſe perpetuum quoad vitam maleficiati, licet gloſ in cap. Requiſiti, ſentiat impedimentum á diabolo non poſſe indici perpetuum, quia hæc opinio reprobatur a Nauarr. conſ lib. 4 tit 15 & plures quos citat Delrio vbiſupra, verſ Dixi ſecundo.

Ibi: *Benzedeiro*. De his latè agit Delrio lib. 3. & de curatione vulnerum per ſuperſtitioſas orationes ibi, ſect. 7 quem conſule.

Quomodo inquirendum de his criminibus, & ſimilibus in eccleſiaſtico iudicio contra laicos.

HÆC quæ de iure communi ſunt latiſsime á Doctoribus diſſeruntur non tamen ſatis noſtræ Ordinationi accomodantur quæ in aliquibus á iure recedit, attento igitur iure regio circa huius infimæ fecis homines maleficos, diuinatores, ſortilegos, 33

legos, & ſimiles procedi poteſt in vtroq; foro: in eo tamen differentia eſt in cognoſcendo quód in iudicio ſæculari per quærelam lib. 5. titul. 117. in princ. procedi poſsit contra ſortilegos, præhabita denunciatione, non eſt caſus inquiſitionis, cum non reperiatur enumeratus in Ordin. lib. 1. titul. 65. § 31. At vero in iudicio eccleſiaſtico contra tales procedi poterit præhabita generali inquiſitione, vel particulari, ex qua appareat ipſos publicè infamatos de talibus criminibus exiſtere, patet ex Ordin. ibi: *Publicos concubinarios, feiticeiros, &c.* Quæ quidem publica infamia debet ſemper ortum habere à fidedignis viris ex cap. Qualiter, & quando, de accuſat. Bart. & alij in l. pen. ff. de quæſtion. & alij quos citat Farin. lib. 1. tit. 1. quæſt. 9. num. 6. in his tamen ſortilegijs ſufficiet vt habeat ortum á fæminis, quia factum hoc æque fæminas tangit, ſcilicet de maleficio abortus ſterilitatis, infanticidio, & ſimilibus, ideoq; in ſtrigarum delictis fama poteſt à fæminis oriri æquè, ac viris, debetq; fama non eſſe vaga, ſed conſtans in populo, vel maiori parte, Roland. conſ. 3. vol. 1. Delrio lib. 5. ſect. 3. verſ. quartum nec ſufficiet quòd dicant ſe audiuiſſe à multis, vel publicè, vel ita eſſe publicam famam, Simanch. de hæret. cap. 65. poſt num. 17. niſi & cauſas, coniecturas, & alia adminicula exprimant debet inſuper nominare authores, Maſc. concl. 752.

Vnde fit quòd attento iure communi quando præceſsit inquiſitio generalis ſuper criminibus publicis, in qua reperta fuere aliqua indicia ſufficientia contra particularem perſonam, tunc ſine alia infamia poteſt inſtitui ſpecialis inquiſitio, vt per Farin. d. quæſt. 9. nu. 19. à quo diſcedit Marant. 6. part. titul. de inquiſitione, num. 30. tamen attenta lege regia, poſt talem inquiſitionem non poterit eccleſiaſticus contra laicos accuſationem inſtituere, licet generalis præceſſerit, in qua de delicto conſtiterit niſi quando de publica infamia conſtaret. Secundo, quòd licet de iure communi indicia ſufficiant, vt ſuper illis poſsit inſtitui ſpecialis inquiſitio, quia indicia habentur loco diffamationis, vt dixit Angel. de malef. verbo Quòd fama publica, verſ. Et tene menti, num. 3. Bart. in l. Congruit, ff. offic. præſid. Pariſ. de ſindicat. verbo Inquiſitio, cap. 1. n. 9. Roland. conſ. 24. num. 18. vol. 1. Meno. conſ. 100. num. 61. lib. 1. Decian. conſ. 18. n. 50. vol. 1. Duen. reg. 298. 12. Limitatione tamen attẽto iure regio laici vocari non debent ad iudicium Eccleſiæ ex quibuſcunq; indicijs, niſi quando ex illis publice infamati proponantur, vt colligitur ex ipſa Ordinatione.

Sacrilegos.

STatuit lex regia ſacrilegij crimen 33
eſſe mixti fori, DD. in cap. Cum ſit generale, de foro comp. Couar. lib. 3. variar. cap. 3. nu. 1. Foller. in pract. Cano. cap. 17. num. 13. & 14. Decian. 1. tom. cap. 26. Farin. de inquiſ. quæſt. 8. nu. 132. Boer. deciſ. 254. Chacher. deciſ. 103. Theſaur. deciſ. 224. Clarus §. fin. quæſt. 37. Marta 2. part. cap. 11. n. 20.

Quæ licet ita ſint, de iure tamen lege regia attenta, non leue eſt dubium, an crimen ſacrilegij priuatiue ad eccleſiaſticum iudicium ſpectet, etiam contra laicos, prout videtur diſpoſuiſſe Ordinatio hoc titulo, §. 3. in fin. quòd in hoc crimene Epiſcopi poſsint capere laicos propria authoritate, etiam vbi eos capere non valeant de iure communi, dixit Cancerius var. reſol. cap. 19. à num. 67. & de ſtatuto Cateloniæ ita caueri per Vſaticum Landauerunt, quæſt. 1. titul. de Biſoês, quia ſapit hæreſim, Oldra. conſ. 186. Pala. §. Sed eſt pulchra, num. 25. Salzed. in pract. cap. 77. Bobadilla lib. 2. cap. 17. num. 173. Olibanus in d. Vſat. cap. 11. n. 4. Ord. ibi: *E quanto ao ſacrilegio, & excomunhão ſe procederá no juyzo eccleſiaſtico*, vbi agens de iniuria atroci

facta clerico dicit quód in vtroq, foro poſsit puniri, excepto ſacrilegio quod eccleſiaſtico iudicio reſeruat. Deinde facit Ordin. lib.2. titul.1. §.6. vbi ſtatuit Ordinatio quód inuaſores rerum Eccleſiæ licet ſæculares, ex eo quod malefactores ſunt rerum eccleſiarum, & perconſequens ſacrilegi cenſendi trahantur, etiamſi Rei ſint ad forum Eccleſiæ, quos tamen conſtat non eſſe propriè ſacrilegos, cap Nullus, cap. Prædia 12. quæſt 2. cap. Sacrilegium, & cap. Attendendum, 17. quæſt 4

Sed tenendo, quòd dict. crimen ſit mixtæ cognitionis, vt Ordinatio decidit, non obſtat eadem lex regia d §.3. in fine. Nam ibi exprimuntur duo caſus, primus, quo clericus, vel monachus pro ſua iniuria agunt ad emendationem, & in vtroq; foro agere poſſe, cenſet quód crimen eſt mixtæ cognitionis. Deinde alium caſum exprimit quãdo iniuria illata eſt, vel vulnus pro quo ſecundùm legem regiam poteſt fieri inquiſitio, iuxta Ordin lib.1. tit 65. §.31. veluti ſi in facie ſit vulnus, vel noctu, quia his caſibus inquirit iudex ex officio ſine denuntiatione partis; & hoc vltimo caſu ſtatuit vt iudex ſæcularis cognoſcat, excepto ſacrilegio, & cenſura quæ ex percuſsione incurritur, quia pro his in eccleſiaſtico agendum, in quo non decidit quód crimen ſacrilegij ſit merè eccleſiaſticum, ſed quód illud ſacrilegium eo caſu ſpeciali pertinet ad forum Eccleſiæ, quia admixtum eſt illi excõmunicationi ipſo facto incurſæ, pro cuius abſolutione in foro Eccleſiæ agẽdũ eſt, cui cùm ſit admixtũ ſacrilegium inſeparabiliter merito illo caſu ſpeciali vtrumq; defertur ad iudicium Eccleſiæ, ne cauſa diuidatur, quæ inſeparabilis eſt, cum ex validitate cenſuræ pendeat etiam ſacrilegij punitio, quia ſi percuſſor ad ſui defenſionem clericum offendit, nec cenſuram incurrit, nec ſacrilegium comiſit, etſi culpa comiſiſſet in altero, de vtroq; pariter Reus eſt. Iudex ergo qui de cenſura cognoſcit, vt abſoluat, vel puniat, vtriuſq; membri cognitionem accipiat, quaſi ſacrilegium incidat in caſu cenſuræ, & eſt regula quod iudex alias incompetens incidenter cognoſcit de cauſa, provt in iudice cauſarum ciuilium, qui de criminali negotio incidenter cognoſcere poteſt, dixit Menoch 3 remed. retinend. nu.552. & eſt text in l 2. in l. Quoties, C. de iud. Farin. lib.1. quæſt.1 num 57. quod ſine dubio procedit quando cauſæ comixtæ tales ſunt, vt vna ab altera dependeat, vt explicat Menoch lib.1 de arbitrar q.91. num 9. per l 1 C. de ord cogni & per l. Si quis a liberis §. Si uel parens, ff liber. agnoſ.

Ad Ordinationem verò in d. §.5. & 6. facilis eſt reſponſio quod agnoſcimus ex ſacrilegio, ibi: Laicos vocari ad iudiciũ Eccleſiæ, quod quidem ex eo procedit, quia ſacrilegium ex mixti fori, ac proinde cum Eccleſia præoccupauit citando laicum ad ſuum forum, manet iuriſdictio præuenta, itavt licet ſit Reus, ſubire teneatur Eccleſiæ iudiciũ. de iure enim eſt per ſolam citationem præuentionem fieri, vt explicat Cabed decis 142. Merito igitur ſi in d. §.5. & 6. laici tamquam ſacrilegi ad illum forum trahi poſsint quando Rei ſunt.

Adhuc tamen dubitari poteſt, an in crimine ſacrilegij requiratur, vt laicus ad forum Eccleſiæ trahi poſsit vt publicè infamatus de ſacrilegio ſit, provt in reliquis criminibus mixti fori, & attentis legis regiæ verbis, & diſpoſitione videtur hoc crimen eadem lege metiendum vt ſi ſacrilegium ſit occultum, nec laicus laboret infamia, non poſsint iudices eccleſiaſtici de eo inquirere. 34

Ex quo illud elicitur notabile quod licet circa ſacrilegium in communi requiratur, vt laicus infamatus ſit de eo crimine, vt cauſa deferri poſsit ad iudicium Eccleſiæ: in hoc tamen ſacrilegio quod ex percuſsione clerici naſcitur, nõ ita eſt, ſed pro ipſo ſtatim laicus ad iudicium

cium Epiſcopi vocari poteſt, licet nulla infamia publica præceſſerit: ratio eſt, quia in hoc caſu ſacrilegium, & crimen illud non eſt mixti fori, ſed merè eccleſiaſticum, nam cum cohæreat excomunicationi, quæ ex percuſsione incurritur ipſo facto, ſicut excomunicationis abſolutio priuatiue pertinet ad forum Eccleſiæ, ſic pariter ſacrilegij vindicta, ob eamq; rationem ſortitur naturam excomunicationis, vt nulla eo caſu publicitas neceſſaria ſit, quæ in alijs mixti fori criminibus præcedere debet.

In praxi deciſum fuit in caſu valde dubio, accuſabatur laicus quód officiali eccleſiaſtico reſiſteret, quia clericus etiã erat, & propter manus iniectionem incurrit ſacrilegium, & excomunicationem, & propter reſiſtentiam etiam accuſabatur, iuxta Ordin lib 2 tit. 9 §. vlt. & quærebatur, an cauſa in totum pertineret ad forum Eccleſiæ, cum reſiſtentia eo caſu cohæreat iniuriæ perſonæ, quæ de ſe ſpectat ad forum Eccleſiæ. Deciſum fuit, vt pro iniuria, & excomunicatione in iudicio eccleſiaſtico reſpõderet: ratione verò reſiſtentiæ, quæ ſuam habet ſpecialem formam, in foro ſæculari conueniretur, iuxta formam dictæ Ordinationis, ibi: *Perante noſſas juſtiças, &c* In grauamine Doctoris Sebaſtiani de Torres, Conimbricenſis 22. de Mayo de 1614.

Blaſphemos.

35 ESSE mixtæ cognitionis blaſphemiam omnes norunt itavt laici in foro Epiſcopi, & ſæculari conueniri valeant, vt notant omnes in cap. fin de maledi. vbi Abb. num 4. & in cap. Si canon de offic Ordin. lib. 6. Marta de iuriſdict 2. part. cap 13 nu. 14. Farin. lib. 1. quæſt 20 num 39. Azeued. lib 8. titul. 3. l. 1 & ſeqq vbi latè adeovt poſtquam blaſphemus in vno foro punitus ſit, adhuc in alio puniri valeat per text. in cap. 2. de maledic. Tenuit Farin. d. num 39. Marta d n 4. Ioannes Andr. in cap. Fælicis, de pænis lib 6. Afflict. in conſtitutione Regni blaſphemantibus num 13 quibus pænis tales puniantur, & quotuplex blaſphemia apud ſupradictos videri poteſt, quia non eſt huius inſpectionis, & quid de iure regio eſt, Ordin lib. 5 tit. 2. vbi formam procedẽdi contra blaſphemos in ſæculari præſcribit.

Solum itaq; notabo quôd aliquæ vocantur blaſphemiæ quæ mixtæ cognitionis eſſe nequeunt, vt eſt crimen illius qui Regi maledixit, in quo blaſphemia ineſt Exodi cap. 22. ibi: *Et Principi populi tui non maledices.* Et Eccleſiaſt. 1. *In cognitione tua Regi non detrahes, & in ſecreto iubili tui non maledixeris diuiti, quia & aues Cæli portabunt vocem tuam*: Nam pro ſalute Principis ſubditi tenentur ieiunare, vt in l. Si calumniator, §. 1 ff. de verbor. ſignific. & punitur lege Caſtellæ d. lib. 8 titul 4. l. 3 Nam cum hæc blaſphemia ex parte agentis, & ratione materiæ ſit crimen tẽporale, non eſt cur eccleſiaſticus ſe intromittat procedit enim Ordin. in ea blaſphemia quę in Deum, & Sanctos committitur: ſola enim hæc eſt propriè, ac Theologicè blaſphemia.

Secundo, non habebit locum præuentio in blaſphemia quæ à iudæo committitur in Deum, quia de hac blaſphemia ſolus iudex ſæcularis eſt competens gloſ. in clem 1 de iudæis, & eſt text. in cap Poſtulaſti De iudæis conſuluit Oldrad conſ. 36. Socin conſ. 119. vol. 4. ſequitur Marta de iuriſd. 2. part. cap 13. num. 15.

An autem laici pro blaſphemia, quãdo non ſint publicè infamati, ad iudicium Epiſcopi trahi poſsint? Dubitari poteſt vt de reliquis criminibus mixtis, & nihil ſpeciale in eo ſtatuendum fore reperio, & ſtandum eſt reſolutioni quan in adulterio inceſtu, & lænocinio præſtitimus.

Perſua-

Perjuros.

36 PEriurus propriè eſt qui contra iuramentum promiſſorium facit. Sentitq; Ordin. periurij crimen eſſe mixtæ cognitionis, in quo videtur recedere à receptis traditionibus, ſecundum quas periurium eſt crimen merè eccleſiáſticum, vt probatur in cap. Venerabilem, de elect. cap. Nouit, de iudic. ante fin. & ſuadetur quia religionem reſpicit, cui maximè aduerſatur, pro hac parte videtur loqui Farinacius quæſt. 8. lib 1. num. 142. vbi citat Bal. in l fin. C. Noui oper. nuntia. & dicit communem Boer. deciſ 305 num. 2. Viuius lib commun verbo Iudex laicus, de cauſa vſuraria in fin. Bonacoſſa lib 1. verſ. Periurium ab eccleſiáſtico, num. 134. Contrariam tamen ſequuntur plures qui crimen periurij vtriq; foro tribuunt, vt per Abb. in cap Cum ſit generale, n 21. Barbat. 181. Felin 7 & eſt communis ex Couarr in cap Quamuis, 1. part. §. 6. num 5. Guterr. de iuram. confirm. 3. p. cap 12. num. 4. Decian 2. tom. de delict. lib 6. cap. 12. num. 8. Azeued lib 8. titul. 17 l. 1 num. fin quos ſequitur Marta de iuriſdict. cap 9. num. 25. quæ opinio eſt praxi recepta quam ſequuta eſt Ordinatio Regia tanquam magis communem, & probabiliorem. Limitabis primo, hanc Ordinationem non procedere ſi agatur de obligandis hæredibus iurantis, ob nõ implemẽtum iuramenti defuncti, non tanquam periuri in foro eccleſiaſtico pulſari poſſunt, ſed coram ſuo iudice, reſoluit Couarr. & Guterr. vbiſupra Vnde venit intelligendus Barboſa in l. 1. ff. ſolut matrim. num 77. in fin. dum ait hæredes iurantis compelli poſſe ad obſeruantiam iurame͂ti, vt omnia defuncti liberetur à peccato, vt ſcilicet procedat vt conueniri poſsint in ſuo foro, non verò in eccleſiáſtico cum vinculo iuramenti, non teneantur quòd perſonale eſt.

Vſurarios.

VEtus eſt quæſtio, nec ſatis nota, 37
an vſurarum crimen ſit merè eccleſiaſticum, vel mixtæ cognitionis: hoc vltimum Ordinatio eligit, inter diſsidentes Doctorum opiniones, inter quos variæ ſententiæ reperiuntur, alij enim arbitrabantur hoc crimen eſſe eccleſiaſticum, vt dixit gloſ in cap. Cùm ſit generale, de foro compet verbo Malefactores, gloſ. vlt. in cap. Ex literis, de iureiurand & in clem vlt. verbo Vſuris de iudic. & in cap 1 verbo Secundum Canones de offic. Ordin. quas communiter approbari teſtatur Couarr. lib. 3. variar cap. 3. num 1. Spino in 13 parte, rub de teſtam num 66. Clarus, §. Vſura, num. 4 Azeued. l. 1. titul 6. lib 8. nu 86. Farinacius lib. 1 titul. 1. quæſt. 8. nu. 134. vbi citat pro hac opinione multos conſulentes; inter quos vide Bal. conſ 192. vol. 2. & conſ 449 in fin. eod Alex conſ. 56 vol. 1. & conſ. 39. vol. 4. Decius cõſ. 18. & conſ. 170. Aymon conſ 6. n. 102. Socin conſ. 83 nu. 12. vol. 2. Marta conſ. 198. num. 25. vol. 1. Roland conſ. 55. vol. 1. & conſ. 96. num 44. vol. 2. quibus addo Salzed ad Bernard cap 88 col. 3. ad fin. vbi habet quòd vt contractus iudicetur vſurarius debet hæc declaratio ſpectare ad forum Eccleſiæ; Auiles Prætor. cap. 50. verb Vſuras, fol 271. Guterr. de iuram. confirm 1 part. cap 2. à num. 37. Azeued. ad l. 1 titul 2 lib. 4. nouæ recopil. num 186. & vltra omnes Barboſa in l. Titia, ff ſolut. matr à nu. 52. & eſt expreſſa l 58. titul 6 part. 1. vbi hoc crimen eccleſiaſticum eſſe deciditur, vbi Gregor. in l. 2. Cuius opinionis ſic Doctorum authoritate roboratæ fundamenta ſunt, quia vſura lege ciuili, vel ſæculari non reperitur prohibita, niſi vltra taxatum modum exigatur, de qua in l eos, §. fin. C. de vſur. cap 3 eod titul. Thom 2. 2 quæſt. 78 art. 1. ad 3 Soto de iuſt. lib 3. quæſt. 1. art 1. verſ. Ex hac Couar.

Couarr.reſol. lib 3 cap.3. num.1. Vnde cùm vſura ſit iure ciuili permiſſa,& ſola lege Canonica incæperit prohiberi fundata in lege naturali, & Diuina merito iuri Canonico,huius criminis cognitio priuatiuè tribuenda eſt,vt ſentit Panor. in d.cap.Cùm ſit generale,n 31. Nauarr. in cap Nouit, notab 6. num 42. quibus accedit Belluga in Specul.princ rub 11. §.de vſurarijs,num.17. ex quo prouenit quód laici vſurarij excõmunicantur, vt probatur in cap 2. & cap. Præterea, de vſur. Si enim non eſſet crimen eccleſiaſticum,minimè laici excomunicari poſſent, ex eodem Panorm in d.cap.Cùm ſit, num.9 & cap Excomunicationi, de raptor. Secundo,quia in hoc crimine verſatur materia peccati, de qua Eccleſia tantùm iudicat,iuxta ea quæ per Doctores in cap.Eccleſia, de conſtitut vbi Felin.num 4. ſicut ergo lex ciuilis non determinat quid ſit peccatum, Soto lib. 1. de iuſti. quæſt 6. Ordin. lib 3 titul. 64. ſic non poterit decidere quid ſit vſura. Tertio facit, quôd omnimoda vſurarum prohibitio à iure Canonico eſt,vt in cap. Quia in omnibus,de vſur. quod ſi quis obijciat quód etiam vſurarum crimen eſt lege ciuili prohibitum per leges municipales,provt in hoc Regno, ex Ordin.lib.4.tit 76. Reſpondetur enim, quód hoc non ſufficit vt crimen dicatur mixti fori, quod in vtroq; foro pænis coerceatur : nam adhuc remanet crimen eccleſiaſticum, vt antea erat, licet poſteà illa prohibitio reperiatur per leges ſæculares approbata, quia eo caſu magis videntur leges municipiales accedere in auxilium prohibitionis canonicæ addendo pænas,quàm criminis naturam immutando,cum illius executores ſint, proſequitur Barboſa in d.l.Titia, num 50. verſ.Neque obſtat.

38 Alij ſentiunt vſurarum crimen eſſe merè ſæculare,cuius opinionis fuit Barbatia in d cap.Cum ſit generale, n.173. Salicet.in d.l.Eos, §.vlt num.8. quos ſequitur Couarr.d.lib.3.cap.3. n.1. Azeue. in d.l.1.titul 6.lib 8.num.87. itavt ſolus iudex ſæcularis inter ſæculares cognoſcat quòd ſolùm euincit hoc crimen poſſe dici mixtum,non veró mixti fori, hæc enim duo inter ſe differunt ſi bene perpẽdantur pungit Barboſa vbiſupra, num. 51. Crimen enim mixti fori dici poteſt illud quod in vtroq; foro coercetur inter ſuos ſubditos, itavt ſæcularis ſæculares coerceat, eccleſiaſticus eccleſiaſticos pænis eo foro ſtatutis : mixti verô fori crimen eſſe importat reciprocam cognitionem vtriuſq, iudicij cum præuentione, vt qui prior præoccupauerit,ille cognoſcat. Quare hoc crimen ſæculare eſt mixtum in eo ſenſu quem modo dixi, in cuius opinionis confirmationem vltra ea quæ adducit Couar. vbiſupra : conſiderari poteſt quód hęc crimẽ nulli ſupernaturali præcepto,ſed naturali tantum de non furando,aduerſatur cap Si quis vſuram,14.q 4.ex quo fit quòd cum ex ſua materia, & forma temporale ſit,non poteſt fieri eccleſiaſticum, ex prohibitionibus iuris Canonici,cum illius criminis nulla ſpecialis reſeruatio extet, vnde ex illis accidentalibus pænis quibus in illo foro punitur eius natura non mutatur, & ſuccedit quod dicit Abb.in d.cap Cum ſit, nu.8. quòd hoc crimen natura ſua temporale eſt, quem ſequitur Salic.in d.l Eos,nu 8. Marta de iuriſdict.2 part cap.7. num.9. maximè hodiè cum ex legibus municipalibus Principum ſæcularium hoc crimen abſolute prohibeatur,quo caſu eliditur illud fundamẽtum contrariæ opinionis, quòd ex eo eccleſiaſtico iudicio hoc crimen reſeruatum dicit, quia ſola lege Canonica prohibitum eſt Conſtat autem in Hiſpania etiam lege ſæculari eſſe prohibitum,& vti natura ſua crimẽ ſæculare in ſuo foro debẽt puniri, quod ita amplectitur Farina.d quæſt 8.n 140. citans Roland. conſ 75. num 35. vol.1. Ozaſc. deciſ. 137. num. 12. Nata conſ. 369. ſub num 7. & licet Roland. ſupra dicto loco requirat vt talia ſtatuta ſint

S. Pon-

à S. Pontifice confirmatæ, tamen agnoſcit in Hiſpania talem confirmationem extare, & in alijs Regnis: & apud nos extat generalis aprobatio omnium Regni conſuetudinum, facta in vltimo articulo ex quadraginta Romæ oblatis, cuius tenorem inſeruimus 1.p.n.89.

Ex quibus eliditur illud fundamentum quod pro cõtraria parte ex Barboſa citauimus, dum exiſtimat quôd pænæ hodie impoſitæ à legibus municipalibus cenſentur impoſitæ in auxilium iuris Canonici, manente crimine in ſua antiqua natura, vt ſit eccleſiaſticum, nam confunditur illa aſſertio ſi aduertimus quòd huius criminis deformitas in eo conſiſtit quôd continet lucrum procedens ex mutuo, in quo offenditur iuſtitiæ commutatiua æqualitas: cuius violatio nihil continet eccleſiaſticum, aliàs cogeremur aſſerere quòd in reliquis contractibus, & conuentionibus, in quibus hæc æqualitas non obſeruatur cognitio ad forum Eccleſiæ ſpectabit, quod erit abſurdum admittere. Vnde licet aliqui dicãt quòd ius Canonicum prius vſuras prohibuiſſet, quã ciuile, vt patet in cap. Quoniam multi 14. quæſt. 4. & poſtea in Concil. Later. de quo in cap. 3. de vſur. vbi pænæ præſcribuntur contra notorios vſurarios: quæ poſtea auctæ fuerunt in cap. Quãquam de vſur. in 6. & in clem. 1. eod. tit. Veriſsimum eſt etiã attento iure ciuili, vſuras prohibitas extitiſſe dixit Farin. d. quæſt. 5. num. 14. ſequitur Marta d. quæſt. 7. nu. 6. Conſtat enim apud Romanos fuiſſe aliquando prohibitos fæneratores in totum, de quo lata eſt lex Genutia, cuius meminit Liuius lib. 7. licet poſtea cum certis modificationibus admitterentur, prout etiam hodie de iure Canonico aliquibus caſibus vſuræ admiſſæ reperiuntur, vt in cap. Salubriter, de vſur. & alijs caſibus. Sufficeretq; hoc caſu quod noſtris legibus prohiberentur, quæ apud nos ius ciuile conſtituunt, cap. Ius ciuile, 1. deciſ. Gama deciſ. 348. ſufficit vt vſura prohibita reperiatur, ne dicamus prohiberi in obſequium iuris Canonici, ſed ex natura rei, & ex vi propriæ poteſtatis: Parum enim refert, an prius fuiſſet illud crimen per ius Canonicum prohibitum? Nam illud ſolum conſiderabitur, vt dum crimen natura ſua temporale lege ciuili non prohibetur, dici poſsit eccleſiaſticum, pro eo tempore, ex eo quia alia lege quam canonica nõ reperitur prohibitum, nec ad alium forum ſpectat, in quem ſenſum videntur accipiendi D D. qui crimen vſurarum eccleſiaſticum eſſe dicunt, vt intelligantur locuti, attento illo primo tempore, quo adhuc legibus ciuilibus nõ prohibebatur abſolute, explicat Couarr. d. c. 3. num. 1. verſ. His tandem. Vnde cum hodie extent leges, & pænæ à ſæcularibus impoſitæ ad ſuum forum ſpectat punitio. Nec de legum poteſtate dubitare licet, cum non circa peccatum ſe intromittãt, ſed circa æqualitatem, vel nullitatem contractus, an tollerandus, vel reſpuendus ſit, quia contra æqualitatem iuſtitiæ celebratus? An autem ſequendo hanc opinionem ad correctionem, & finem ſpiritualem laici ad iudicium Eccleſiæ deferri poſsint? infra dicemus.

Alij adſtruunt hoc vſurarum crimen eſſe mixti fori, hæcq; opinio eſt omniũ 39
fere calculo recepta, ex Claro in §. Vſura, verſ. Ex hoc infertur, & quæſt. 37. verſ. Quæro igitur, Peguera in quæſtionibus criminal. quæſt. 30. num. 18. Farinac. d. quæſt. 8. num. 134. in fin. Marta de iuriſdict. d. quæſt. 7. num. 8. Barboſ. d. l. Titia, num. 53. quomodo autem hæc mixta cògnitio accipi debeat, non ſatis conſtat inter Doctores, nam Couarr. d. cap. 3. num. 1. ad fin. mixtam cognitionem ſic debere accipi dicit vt hoc crimen ſit mixtum in eo ſenſu, vt inter ſæculares ſæcularis cognoſcat, inter eccleſiaſticos Epiſcopus, cuius ſententia poſſe confundi videtur ex his quæ Barboſ. d. num. 51. aliter idem Barboſa n. 53. ſentit, dum docet quòd hoc crimen

non in totum eſt mixti fori,ſed tantum quoad quæſtionē facti,vt in his quæ iuris ſunt cognitio ad ſolū iudicem eccleſiaſticum ſpectet, in his verô quæ ſunt facti ſit locus præuentioni, eamq, vt communiorem confirmat ex text. quē dicit expræſſum in cap ad noſtram 2 de iureiur. multos adducit in ſuæ opinionis confirmationem, plures citat Farinacius d quæſt 8. num.135. ſed hæc diſtinctio nullo modo ſtare poteſt,tunc ex eo quod ſi mixtam cognitionem ſolum concedimus in vſuris quoad quæſtionem facti, vtiq; admittimus cauſam vſurarum eſſe mere eccleſiaſticam ex ſui natura, quod nullo modo videtur admitti poſſe, imò repugnare apertis iuris principijs, vt ſupra diximus, cum circa facti quæſtionem incidentem,etiā laici ſe intromittere valeant, etiam in cauſis ſpiritualibus,vt late diximus cap. ad §.2. ſine alia præuentione. Deinde quod illud factum quod verſatur in decidenda cauſa vſuraria, nullo modo diſtingui poteſt â quæſtione iuris. Nam cum agitur de validitate contractus,an vſurarius ſit, vel non, etiamſi dicamus ſolum facti quæſtionem verſari eo caſu quia iam iure Canonico determinatum eſt, an ille caſus ſit vſurarius necne? & licet quoad indoctos ſit caſus dubius tamen quoad peritiſtiſsimos caſus eſt intra dubium,arg. l.Ancillæ, C.de furtis, quia id quod de iure eſt certum,& indubitatum eſſe dicitur.Reſpondetur quòd nulla auſa eſt ſub iudice,quæ ex iuris ciuilis principijs decidi nequeat, & in eo sēſu,cuius deciſio certa,& indubitata nō ſit, videmus tamen circa illius iuris intellectum iudices variare, & in diuerſas ire ſententias,adeo vt contrariæ aliquādo in Senatu ſententiæ proferantur, & has ſententias prolatas eſſe circa factum erit abſurdum aſſerere, ſic ergo pariter quæ proferuntur circa contractum vſurarium iudicandum, tam quod factum, quâm quoad ius, debent pertinere ad iudicem ſecularem, vel ſi natura cauſæ repugnat quoad neutrum cum factū â iure comode ſecerni nequeat, maximé cum Doctores, qui hac re loquuntur, generaliter loquantur, quòd hæc cauſa eſt mixti fori, quod importat vt tam quoad factum, quâm quoad ius mixtæ ſit cognitionis, cuius ſententiæ extitit, Farinac.d quæſt 8.verſ Ego in hac controuerſia, Aezued vbiſupra num. 87. ibi: Siue ſuper iure,ſiue ſuper facto,Clarus d.§.Vſura num.8.

Aliter componit Azeued. d. loco diſtinguens intêr cauſam vſurarum ciuilem, & criminalem: vt primo caſu ſi emergat quæſtio, an ſit vſura, vel non, quia iuris eſt, iudex quidem ſæcularis quaſi præuenta iuriſdictione,circa cauſam de illa cognoſcat,remiſſo tamen illo articulo, qui ius reſpicit,iudici eccleſiaſtico,qui illum determinet,& iudicatum remittat, vt ipſe ſæcularis in cauſa præcedat ad imaginē exceptionis præiudicialis,quæ incidit in cauſa ordinaria, veluti ſuper matrimonio, vel ſimili, vt in ſpecie, cap Cauſamq, qui filij ſint legitimi, cap. Tuam, de Ordin. cognitionum: in quo ſolum circa factum iudici ſæculari, in effectu iuriſdictionem tribuit, licet illud amplius concedat vt finita quæſtione iuris in eccleſiaſtico, ipſe præueniſſe dicatur, circa cauſam principalem,de qua competens effectus eſt iudex. In cauſis verô criminalibus ſuper vſuris indiſtinctè ſit locus præuētioni inter vtrumq; forum, ſicq; praxi receptum teſtatur ibi, & in l.1. titul 21. lib.4. num 188. citat Perez in d.l.1. tit. 6. lib.8 Clarum § final quæſt 37.n.2.

Verùm hæc diſtinctio omni caret fundamento,& aliena eſt ab omni iure: nam ſi iudex ſæcularis non cognoſcit de hac cauſa, vtpote quia eccleſiaſtica quando iuris eſt,hæc iuris diſcuſsio pariter verſari poteſt, quando criminaliter,ac quando ciuiliter, cauſa ventilatur, cum vtroq; caſu par decidendi ratio ſit, eademq, incidere poſsit iuris diſcuſsio circa merita, quare vel vtroque

caſu concedenda eſt poteſtas ſæculari, vel neutro, innanis ergo eſt diſtinctio, provt cum iudicio ponderauit idem Farinatius, verſ. Ego in hac, ad fin.

41 Quare lex regia ſequuta veram philoſophiam indiſtinctè loquuta eſt, ſtatuēs vt in crimine vſurarum mixtè cognoſci poſsit tam in foro Eccleſiæ, quàm Principis, mediam ſequuta viam: quod nec eccleſiaſtica talis cauſa reputetur, nec omnino ſæcularis, ſed quaſi participans ab vtraq; natura, vt mixti ſit examinis, ad vindictam vſurarij, etiāſi laici ſint, attendens tamen quòd ex natura ſua hoc crimen erat ſæculare, tam ex parte materiæ quàm formæ, & ad iudices regios ſpectabat eius vindicta, maxime ſtante legia regia, quæ tales contractus reprobabat, lib. 4. titul. 67. vbi pænæ vſurariorum deſcribuntur, quo caſu etiam ſæcularis eſt competens, non ſolum quoad factum, ſed quoad ea quæ iuris ſunt, ſecundum magis cōmunem opinionem, pro qua eſt text. in cap. Præterea, de vſur. cap. Ad noſtram 20. in princip. de iureiur. ibi: vel apud eccleſiaſticum: vel etiam ſæcularem, ſentit Couarr. variar. 3. cap. 3. num. 1. verſ. Rurſus, Clarus in §. vlt. quæſt. 37. num. 1. in ſuis ſcholijs Correa in cap. Decernimus, de iudic. num. 34. quam refert idem Farin. num. 140. verſ. 4. ſit cōcluſio ex Burſato conſ. 90. lib. 1. n. 27. Bonacoſſa in comp. commun. opin. lib. 1. verſ. Vſura eſt crimen, fol. 185.

Ideo ſanxit vt iudex eccleſiaſticus de his cauſis ſe intromittat, vt præuenta dicatur iuriſdictio, quando crimen publicum ſit, & nō aliter, ſecùs enim mixtam cognitionem tacitè prohibuit, ibi: *Publicos adulteros, concubinarios, vſurarios, &c.* Attendens quòd in foro eccleſiaſtico ad vindictam procedi non poteſt, niſi per inquiſitionem ſpiritualem, in qua ſemper infamia præcedere debet, Farin. lib. 1. tit. 1. quæſt. 9. num. 1. & ſequentibus, ſic volens vt antequam laici ſint de tali crimine infamati, à ſuis ſæcularibus iudicibus puniantur, ſi verò talis ſit eorum remiſsio, vt res ad publicitatem deueniat, & ſcandalum generetur in Reip. tunc à iudicibus eccleſiaſticis poſsit præoccupari iuriſdictio, & talia delicta vindicari.

Ex quo intellectu ſic aſsignato alia ſequuntur, quæ explicatione indigent. Primo, quòd in hoc crimine iudex ſæcularis tam cognoſcit de his, quæ facti ſunt, ac de his quæ ſunt iuris, illud enim importat cognitionem eſſe mixti fori, vt in vtroq; iudicio plenè cognoſcatur, & ſit locus præuentioni, Barboſa vbi ſupra num. 51. ſentit Cabed deciſ. 32. per tot. 1. part. 42

Secundo explicatur lex regia, vt hac via non impediantur Prælati, vt in ordine ad finem ſupernaturalem corrigāt, & comendent vſurarios præhabita denuntiatione euangelica vt reſipiſcant, & alienum reſtituant, nec hanc correctionem euitabit ille qui in ſæculari iam punitus extiterit, vel reus delatus eſt, quaſi iuriſdictio præuenta ſit: nam præuentio, de qua lex regia ſolùm habet locum quando ad vindictam ex crimine agitur in altero foro, non verò quādo in vno ad vindictam, in altero ad correctionem iudicium inſtituitur, quia cum vna cognitio alteram non impediat inter diuerſos cognoſcendi modos, & ad diuerſos fines nulla præuentio in ſæculari dari poteſt, faciunt quæ in ſimili Barboſa in l. Diuortio, §. fin. nu. 55. Surdus de alim. quæſt. 127. fol. 95. n. 5. 6. & 10. vbi agit de cauſa, de qua ſummarie iudex cognoſcit vt non faciat litis pendentiam in iudicio plenario, cùm accuſatio fiat iudicio inſtituto cum cauſæ cognitione, correctio verò ex officio Prælati ad finem ſupernaturalem ad ſolam correctionem, quæ non mixti fori eſt, ſed res merè ſpiritualis, & eccleſiaſtica, in qua non cadit vlla præuentio, pungit Ceuallos 4. part. quæſt. 1. num. 568. citans l. 10. titul. 13. lib. 8. & ſe ipſum q. 678. vbi latè. 43

Tertio

44 Tertio explicari debet hæc lex regia vt ſolùm loquatur quando criminaliter agitur ad vindictam criminis, non veró ſi ciuiliter quis ex contractu vſurario, vel ſimili agat, patet ex eadem Ordin. ibi: *Os caſos, & delictos de mixto foro*, &c. Probat Cabed d decif.32.1 p Ex quo illud notabile elicitur quod quando quis ex contractu vſurario egerit contra aliquem ciuiliter, ſi ad iudicem eccleſiaſticum accedat, quia crimen eſt mixti fori, eo caſu admittetur agens, etiamſi reus non ſit publicè infamatus de eo crimine, Guterr. lib. 1. canon. cap. 39. quia lex regia illam qualitatem infamiæ ſolùm requirit, quo à Prælatis ex officio, non ad vindictam agitur per inquiſitionem generalem, vel ſpecialē, ſicut aliàs ſupra diximus non habere locum, vt publica infamia requiratur quando accuſator adeſt, quia eo caſu non aliud requiratur, nec vlla publica infamia deſideratur, ſed ſimpliciter accuſatio admittitur, inſtante accuſatore pro iure ſuo An autem eo caſu poſsit in eo foro ciuiliter accuſatus vt reſtituat, ſuum aduerſarium conuenire, dubitat idem Cabed. & reſoluit quôd non, poſſe tamen recõuenire admittit, n fin. quôd videtur poſſe admitti, quia eo caſu fit prorogatio à lege vbiſupra, dixi ad §.1. nec offenditur regia iuriſdictio.

45 Quarto explicanda eſt lex regia dum præuentionem admittit inter vtrumq; iudicem, quòd longa ſit differentia conſtituenda, an actum ſit ciuiliter, vel criminaliter. Primo caſu præuentio non datur niſi poſt citationem partis ad cauſam probat Ordin. Regia lib. 1. tit. 62. §.4. ibi: *Citando primeiro*, &c. Cabed. decif.142. Ordin.lib.2.tit.1.§.8. At vero quando criminaliter agitur ex ſola inquiſitione facta, Præuentio inducitur, patet ex Ordin. hoc. titul. 9. §. 3. verſ. *Porem*.

Quinto explicabis legem regiam 46 quatenus ſimoniā dicit eſſe mixti fori, vt procedat circa factum, non verò circa ius, cui maxime conueniunt ea quæ ex Barboſa colliguntur ex d num.53. & ſequentibus, verſ. Sed non eſt recedendum, quia illud crimen eſt merè ſpirituale, cum ſine rerum ſupernaturalium cognitione cognoſci non poſsit, ac proinde eius cognitionis laicus non ſolùm prohibitus, ſed incapax reputatur. Circa alia crimina mixta non immoror, quia integrum librum expoſcerent.

Non prætermittam dubium eſſe, an 47 crimen mixtum ſemel in vno foro punitum, poſsit in altero foro pro exceſſu pænæ puniri? Et poſſe dicit eleganter Abbas poſt Ioannem Andræam, in cap. Tuæ, de procurator. vbi Alciat. n.134. Couarr. lib.2.reſol. cap 10 nu 3 Clarus vbiſupra quæſt. 57. verſ. Sed hic occurrit: & eſt communis ex ſupradictis, pro qua citatur cap. Fælicis, de pænis, lib 6. idem Couarr. in cap. Rainuntius, in princip. num.19. Obſtat tamen cap 2. de exception lib.6. vbi data præuentione videtur iterum, antiquam cauſam ſuſcitari non poſſe, niſi dicas reg. dict. cap.2. procedere, quando æqualis eſt pæna in vtroq; foro propter regulam, l. Cum quæritur, ff de exceptio. rei iudic. quia ſi eſt maior, pæna ceſſat, dict. cap. Ratio.

SVMMARIVM.

1 PRælat an poſsint acquirere iuriſdiſtionem tempore?
2 Conſuetudine poteſt iuriſdictio acquiri.
3 Præſcriptio hæc debet excedere hominum memoriā.
Principis ſcientia an requiratur, & an ſufficiat miniſtrorum eius? ibi.
4 Lex Regia Epiſcopis indulget vt iuriſdictionem tempore acquirant,
Hæc præſcriptio ſolùm procedit in cauſis mixti fori,
5 Laicos capere poſſe Epiſcopos, aliqui arbitrantur, quando cauſa eſt grauis.
6 Concubinarij dum trahuntur ad forum Epiſcopi ibi capi nequeunt.
7 Rex Sebaſtianus reuocauit ea quæ de iure communi erant.
Refertur regium dipploma. ibi.
8 Pro iniuria agit eccleſiaſticus in foro Epiſcopi.
Iniuria clerici ratione perſonæ fit atrox. ibi
9 Ex ſola inquiſitione in ſæcu ari fit præuentio.
Præuentio quid ſit? ibi.
Prorogatio quid ſit? ibi.
10 In præuentione ſufficit ſola citatio.
11 Explicatur Ordinatio quatenus ex inquiſitione inducit præuentionem.

AN PRÆLATI POSSINT ACQVIrere iuriſdictionem capiendi laicos per ſuos miniſtros? Ad Ordin. lib.2. titul.9. §.1.

CAP. 57.

1 DE materia diximus ad ad Ordin.lib.2.titi.§.13. num. 5ꝑ. & in noſtris deciſionibus, deciſ.117. vbi videri poteſt circa laicorum capturā, modo tantùm agemus de iuriſdidictionis acquiſitione, quam lex regia Prælatis indulget, & pro interpretatione verborum huius Ordinationis, notandum eſt quòd iudex eccleſiaſticus non habet territorium, ex Cino, & Baldo in l. Epiſcopalem, n.2. C. de Epiſcopal.aud Caſſan. rub.1.§.6.n.90. Guillel. in cap. Raimuntius, verbo Et vxorem, n.424. Azeued. tit.1. lib.4.n.3. nouæ recopil. & confirmatur ex his quæ Alciatus in l Pupillus, §.Territoriū, ff.de verbor. ſignific. Vnde quando eccleſiaſticus de cauſis laicorum criminalibus, vel ciuilibus cognoſcit, debet requirere iudicem territorij Rei, vt illum capiat, ne videatur extra ſuum territorium ius dicere, cum hoc ſibi nec lege aliqua canonica, nec ciuili conceſſum reperiatur: imò contrariū in d l. Epiſcopalē, & ſuadetur ex cap. 1 & cap. Quoniā, de offic. Ord. vbi auxilium implorandum ſtatuitur, nec aliud probat text. in cap. Cum ſit generale de foro competent. quia ſatisfit deſſump-

deſſumptum fuiſſe ex lege Placet, & licet decidat ſacrilegos puniendos, non tamen decidit per quem capi debeant, quia hoc a iure petendum eſt, quare ex hoc textu nullum efficax deducitur argumentum, ſicq; procedit cap. Contra idolorum, & ſimiles, de quibus ſupra in d. §. 13.

2 Vnde fit quòd his caſibus iuriſdictionem Prælatos poſſe acquirere non eſt dubium, quia conſuetudine poteſt iuriſdictio acquiri, cap Cum contingat, de foro compet. cap 2. de exception. lib. 6. ibi: De iure, aut conſuetudine, Couarr. pract. cap 10. num 2. Clarus §. vlt. q 37. dixit Bald. in cap Significaſti, in fine, de offic deleg Palat. licet confuſe, 2 notab. in cap. Per veſtras, §. Sed eſt pulchra, à num. 26 Oldrad. conſ. 86. Menchaca de ſucceſsion creat. §. 22. num 7. Auiles ad cap Prætorum cap 2. verbo *Iuntaran*, num. 12. & cap. 20. ad verbum vſurpan. num 5 quia omnia quæ ſunt iuriſdictionis, & imperij ligitima præſcriptione acquiruntur, Bart in l 1. §. Denique, num. 5. ff aqua pluui. idem Couarr. in reg. poſſeſſor, 2. part. §. 5 num. 1.

3 Tunc autem dicetur ligitima præſcriptio, ſi hominum memoriam excedat, ita Couarr. Mench & Auiles vbiſupra, nam cum in ſeruitutibus, & cæteris id genus incorporabilibus, è quorum numero eſt imperium, ſeu iuriſdictio: poſſeſsio aliter haberi nequeat, niſi ſciente, & patiente aduerſario, l pen. iuncta, l. Quoties, §. vlt. ff. de ſeruit ſine qua poſſeſsione præſcriptio nulla datur, l 2. C. de ſeruit recte fit quòd hoc caſu ne præſumamus in Principe ſcientiam contra iuris regulas, quæ dictant eam non præſumi, cap. 1. de conſtit. lib 6. reg ignorantia cod. ideo immemorialē curſum ſpectamus, qui habetur loco conſtituti, ſeu priuilegij, l. Hoc iure, §. Ductus aquæ, ff. de aqua quotid. cap. Super quibuſdam §. Præterea, de verbor. ſignific. Guterrez pract. lib. 1. quæſt. 45. num. 1. Zerola in praxi, part. 2. verbo Caſus mixtus, fol 37. Azor. inſtit. moral. part 2. lib 3 cap 53. quæſt. 3. Decianus lib 4. cap. 26. ſub. n. 15. vnde licet apud alios non deſint, qui ſentiant ſufficere, quòd miniſtri regij ſi ſciant conſuetudinem, eamq; tollerent, hoc ſufficiat, vt ſentit Garcia de nobilit. gloſ. 7. nu 7 Guterrez pract. lib. 1. q. 85. num 3. & quæſt. 86. num 2. Peregrin. de iure fiſci, lib. 6 titul. 8 n. 26. tamen apud nos videtur quòd omnino ipſius Principis ſcientia requiritur ex eadem Regia Ordin. d. §. 1. ibi: *Foſſe conſentida per noſſos officiaes, & foſſe conſentida pelos R. ys.* Vnde videtur decipi Valaſcus conſ. 162. num. 17. vbi agens de probatione huius conſuetudinis, & ex quibus actibus inducatur, concludit quòd in S. Pontifice non præſumitur ſcientia, ſecùs autem in Principe quolibet, citato Curtio de fæud. 4 part. quæſt. 30. verſ. Sublimitandum, & Oldrad. conſ 237. in quo loquitur contra dictam Ordinationem.

In quo illud obſeruandum ſemper eſt, quòd Principes huius Regni proſequuti eccleſiaſticā libertatem, non dubitarunt in materia iuriſdictionis regiæ præſcriptionem, & conſuetudinem admittere, cum tamen inter ſubditos ſæculares illius præſcriptionem omnino interdixerit ex aliquorum ſententia, ex lege regia lib. 2. tit. 45. §. 10. diximus ſupra ad Ordin tit. 4

Vnde ex ſpeciali fauore Prælatis indulget facultatem inducendæ conſuetudinis in præiudicium regiæ iuriſdictionis, vt lib. 1. titul. 67. in princip. & lib. 1. titul. 62. §. 43. proſequitur Valaſc 105. num. 64. Menoch. conſ 1000. n. 75.

Supradicta ſemper explicabis, quòd ſolùm procedunt in cauſis mixti fori, aut ciuilibus, patet ex dicta Regia Ordinatione, ibi: *Delito* mixti fori, *ou outros caſos cíueis, &c.* Vnde ſi laicus pro aliquo crimine merè eccleſiaſtico deducatur ad forū Eccleſiæ: videtur quòd capi poterit, ex his quæ Couar. d cap. 10. 5

num. 2. cap. Vt inquiſitionis, §. Prohibemus, de hæret. lib 6. & ad hunc caſum ſunt referendi Marta 2 part. cap. 29. n 5. & 1. part. cap. 80. num 8 Ceuallos de las fuerças, quæſt. 60. maius tamen dubium verſatur circa eorum ſententiam, qui arbitrantur quòd licet Prælati non poſſint regulariter capere laicos in caſibus mixti fori: poſſunt tamen quando crimen aliàs ſit graue, illos capere, ex reg. d. cap. Contra idolorum, & cap Attendendum, cuius rei eam aſsignant rationem, quia cum crimina grauia abſque reorum cuſtodia nequeant comodè puniri, l. 3. ff. de cuſtod. reorum, l. 1 C. illo titulo, & propterea ad reorũ cuſtodiam, carceres noſcuntur inſtituti, l. Aut damni, §. Solent, ff de pænis, cap. Quamuis illo titulo, lib 6. ideoq; data poteſtate Prælatis puniendi talia delicta, noſcitur etiam poteſtas capiendi conceſſa vt cuſtodiãtur, vt puniri poſsint, ex reg. quod conceſſo vno, &c. habetur in cap Præterea, de offic delegat l. pen. ff. de vſufruct. l. Ad rem mobilem, ff de procurat. Hæc nanq; reſolutio ſecura non eſt, quia etiamſi talis poteſtas Prælatis conceſſa ſit, non dubitamus de poteſtate, ſed de modo exequendi. An id fieri valeat per miniſtros eccleſiaſticos, cũ ſufficiat eo caſu vt brachium ſæculare imploretur, cùm nullibi conceſſa reperiatur capiendi poteſtas, nec Prælati de iuriſdictione ſæculari, aliud ſibi arrogare poſsint, niſi illud quod lege, vel conſuetudine acquiſitum reperiatur, cap. Cũ aduerum 96. diſt. cap Nouit de Iudic. maxime cum captura non ſolum pro cuſtodia fiat, ſed etiam in pænam accipiatur, Trid. ſeſſ 25 cap 3. ibi: Perſonarumq; diſtrictionem, & de iure Canonico, cap. Quamuis, de pænis, lib. 6 &c. Quare non eſt cur Prælatis detur talis facultas, cum æque bene laici poſsint per ſuos iudices capi, & carcerari, ſicut aliàs denegamus iudici eccleſiaſtico ſententiam a ſe latam in bonis ſæcularis extra ſuum territorium exequi.

Ex his videtur inferri, attento iure communi, nunquam poſſe conſuetudine induci vt laici qui ad forum Eccleſiæ in materia viſitationum vt corrigãtur trahi ſolent, in eo foro pro talibus culpis capi valeant, ratio eſt quia pro concubinatu, dum quis trahitur ad forum Eccleſiæ non trahitur, vt ibi puniatur provt in criminibus mixti fori qui ad vindictam ad illum forum ſpectant, quia ſcilicet in crimine concubinatus ſolùm trahitur laicus ad correctionem, non ad punitionem, niſi poſtquam ter monitus non reſipiſcat, tunc enim incipit ob contumaciam poſſe puniri, diximus ſupra in d. § 13 quia ſcilicet per annum in excomunicatione perſiſtit, cap. Rurſus, 11. quæſt. 3 cap. Cum cõtumacia, de hæret lib 6. Couar. in cap Alma, 1. part. § 7. num. 10. Vnde implicaret contradictionem quód conſuetudo introduceretur, quód ſtante lege quæ ſolum permittit laicos hoc caſu trahi ad correctionem, & vt reuocentur á peccato, conſuetudo introduci valeat vt puniantur, & capi poſsint, maxime quando ſic inter vtrumq; ſtatum concordatum extitit, non licet enim vni ex contrahentibus contra concordiam cõſuetudinem introducere, vt diximus 1 part. artic de concordia Vnde hæc Ordinatio debet intelligi de caſibus mixti fori, qui vtriq; iudicio communes ſunt quoad punitionem, & in cauſis ciuilibus ad vtrumq; forum ſpectantibus. 6

Vltimo notabis quòd hæc, & ſupradicta de iure communi ſint obſeruanda tamen apud nos, hæc aliquam recepere mutationem, viſo regio dipplomate Sebaſtiani Regis, emanato anno 1569. per quod Prælatis ſit libera facultas capiendi, & puniendi laicos illis caſibus quibus à ſacro Concilio id permiſſum, & imperatum eſt. Verba ſunt hæc 7

Dom Sebaſtião, &c. Faço ſaber que ſendo publicado em meus Reynos, & Senhorios o Sagrado Concilio Tridentino, mandei a todas minhas

minhas juſtiças que deſſem toda a ajuda, & fauor para ſer guardado, cumprido inteiramente, ſegundo ſe declara na prouiſaõ que para iſſo paſſei no anno de 1564. E por quãto em algũs decretos do dito Sagrado Concilio ſe dá juriſdição aos Prelados, & juyzes eccleſiaſticos para que nas cauſas ciueis, & crimes, que por qualquer via pertencem ao foro eccleſiaſtico, poſſaõ quando entenderem que conuem, por ſe euitarem, quanto for poſsiuel, as cenſuras, proceder prendendo, & penhorãdo por ſeus proprios miniſtros, os culpados, poſto que ſejão leigos, & peſſoas ſeculares, & executar nelles penas de degredo, & pecuniarias, & outras contheudas nos ditos decretos: & aſsi porque os Prelados executem todos os legados, & piadoſas deſpoſições, & viſitem hoſpitaes, & quaiſquar collegios, & confrarias de leigos & de todos os lugares pios, ainda que o cudido delles pertença aos leigos, & ſejão exemptos: não ſendo perem de minha immediata protecção. Conſiderando eu a grande obrigação que como filho muito obediente á ſancta Sé Apoſtolica tenho de guardar inteiramente as determinações do dito Concilio, & dar todo fauor, & ajuda, para ſe conſeguir o effeito que nelles ſe pretende, como ſempre cuſtumarão de fazer os Reys deſtes Reynos meus anteceſſores. Hey por bem, & mando a todas minhas juſtiças, que querendo os ditos Prelados, & juyzes eccleſiaſticos, por ſeus proprios miniſtros vſar contra leigos da juriſdição que lhe dã nos ditos decretos, & em quaeſquer outros, o dito Sagrado Concilio, não ponhão a iſſo duuida, nem embargo algum, antes lhes dem toda ajuda, & fauor neceſſario. E encomendo muyto aos ditos Prelados que vſem da dita juriſdicção, quando entenderem que conuem, & com o reſguardo, & modo de razão neceſſaria, & que appliquem as penas pecunirrias a lugares pios das meſmas terras, & não para outros vſos, conforme ao dito Concilio, o que aſsi ſe cumprirà: ſem embargo da prouiſaõ que paſſei em Lisboa, no mez de Março, do anno paßado de 1568. ſobre o modo de conceder ajuda de braço ſecular, & ſobre outras duuidas, & aſsi ſem embargo de quaſquer Ordenações, ſentenças, cuſtumes, & concordias q̃ em contrario haja, &c. Em Almeirim, 19. de Março de 1569. lib. 4. Senatus fol. 66.

Huius prouiſionis occaſione leges antiquas reuocatas cenſet, Valaſc conſ. 179. num. 29. qualis erat hæc Ordinatio, & aliæ, vt pondero deciſ. 117.

Ex cuius prouiſionis regiæ verbis ſatis percipitur Regem iuriſdictionis ſæcularis habenas laxaſſe, & remiſiſſe, vt Prælati laicos capere valeant in caſibus expræſsis in ſacro Concilio Tridentino, in quo fit Prælatis facultas eos capiendi in caſibus mixti fori quoties oportuerit, de quo diximus ſupra ad §. 13. vbi videri poteſt. An Rex per ſe ſolus ſine publicis comitijs hoc potuiſſet facere, vide quæ dicis in dict. deciſ. 117. num 15.

Ad Ordin lib 2. titul. 9. § 2 circa viſitationem hoſpitalium, diximus laté ad Ordin lib. 1. titul. 62. §. 4. vbi videri poteſt.

De iniuria facta clerico quód ſit mixti fori, ad Ordin lib. 2. tit. 9. §. 3.

Diſponit Regia Ordinatio quód cle- 8
ricus pro iniuria ſibi illata à ſæculari, eligat apud quem iudicem malit agere, ſæcularem ſcilicet, & eccleſiaſticum, in hac materia, ex primis concordijs aliter hoc fiebat, vt patet ex articulo 20. quartæ concordiæ Dioniſij num 138. & ex articulo 22 num 140 vbi agitur de iniuria verbali. Poſtea in vltima concordia Regis Sebaſtiani, artic. fin. hæc cauſa fit mixtæ cognitionis. De materia diximus plura, 1. part ad Ordin lib 1. tit 9. §. 12. ſub art. vſurpatæ iuriſdictionis.

Et quia hæc Ordinatio potius fauet eccleſiaſticis perſonis dum permittit ſæculares trahi ad forum Eccleſiæ pro iniuria ab illis illata, non eſt cur in eius explicatione immoremur, quæ deducta fuit ex Auth Item nulla, C. de Epiſcop. & cleric.

Illud obiter noto quód iniuria clerico illata, licet verbalis, ratione perſonæ

atrox fit l.Atrocē,C.de iniur. l. Si quis, C de Epiſcop. & Cler. Gregor. in l. 62. titul 6.part 1. gloſ.3. Maranta de ordin. iudic. 6. part. titul, quibus modis Iudi. fit. num.142. vnde illa qualitas iniuriæ in libello propoſita faciet cauſam ſpectare ad iudicium Eccleſiæ, de quo late diximus circa qualitatum propoſitionem, ad Ordin lib.2.tit.1 §.3.& 6. vbi vide, & Farin. in praxi q.8.nu 153. Ceuallos contra communes, p.8.quæſt. 897. num.149. Azeued. ad l 4. titul.1. lib.4.num.4 Parlador. dicta quæſt. §.2. num. 2. niſi appareat qualitas in fraudem iuriſdictionis regiæ poſita ex his quæ Valaſc de parti.cap.2 num 26 & in officiali qui manus poſuit in clericum qui eum impediebat exercere officium habes caſum, d. 1 part de Manu Regia, ſub articulo vſurpatæ iuriſdictionis, & in reſolutionibus, ad finem libri reſolute, ſi in executione alicuius mandati miniſter ſæcularis excedat, puniebatur per ipſum Principem, vt cauetur ex cōcordia prima Dioniſij, art.14 num.63. Si tamen in ipſa iniuria reperitur ſacrilegium, ex quo incurri poſsit excomunicatio, ob violētam manuum impoſitionem cum exceſſu, ratione ſacrilegij, & excomunicationis, eccleſiaſticus iudex eſt, vt per Gail.obſer.31. lib.1. nu.4. faciunt quæ diximus ad Ordin.lib 2 tit. 1. §.5. Nec videtur abſonum quòd clericus ob perſonalem iniuriam laicum ad ſuum trahat iudicem, vt dicit Clarus § fin.quæſt 36 Curia Philippica part 3. §.2 num 6 Rebuf.in tract de except. num 239 ſicut aliàs è conuerſo pro violentia facta in bonis ſæcularis, & pro illo facto iniurioſo id eſt, non iure facto, ipſe clericus trahi poteſt ad iudicem ſæcularem intra annum, vt in Ordin. lib. 2 tit 1 § 2 vbi habes

Vnum elicitur notabile ex hac lege quod ex ſola inquiſitione in ſæculari inducit præuentionem reſpectu cauſæ, & quidem ſi attēdimus ad iuris principia materia iuriſdictionis fundandæ, repetiuntur aliqui termini, qui longe inter ſe differunt, nempe perpetuatio, iuriſdictionis prorogatio, & præuentio ipſius: perpetuatio pertinet ad fundandam iuriſdictionem delegati, ne morte mandantis expiret, de qua in cap Relatum, gratum, & licet vndique de offic. delegat cap Si delegatus, cap Si ſuper gratia eod.tit Prorogatio veró eſt cum iudex incompetens ſimilem iuriſdictionem habens inter ſuos ſubditos, ab alienis tacito, vel expræſſo conſenſu aſſumitur, de quo agit cap. Significaſti, cap. P.& G. de offic. delegat Præuentio autem eſt cum quis à competenti iudice vocatus ad iudicium, poſtea aliqua ratione forum mutauit, vel plures habens iudices competētes, ab eorum aliquo prius ad cauſam citatur, l. Si quis poſteaquā ff.de iud Inter hæc tria illud eſt diſcrimē quod in perpetuatione ſufficit mandatum de citando, vel quicūq; alius iuriſdictionis vſus, d cap Gratum, & cap Licet vndiq, gloſ. recepta in cap. Si à ſubdelegato, vbi proceſſum, de offic. delegat in 6. & in clem 2 verbo Ad partem, vt lite penden. Abb.& Deci. in cap, Gratum. num.2. dicit communem Iaſ. in l More, ff. de iuriſd. omni iud. num 56. vbi Curt n.76. In prorogatione verô requiritur expræſſa partis conuentio, aut litis conteſtatio, l. Sed et ſi ſuſceperit, ff.de iudic nec ſufficit ſola citatio, d cap. Significaſti, Præuentio denique, de qua in cap Propoſuiſti, de foro compet. requirit legitimam citationem, d l Si quis poſteaquam ff.de iudic ratio differentiæ ea eſt quia in perpetuatione ſolùm agitur vt iuriſdictio fundetur, & radicetur in perſona delegati, vnde ſufficit quicunq; iuriſdictionis vſus, vt res non ſit integra, & ipſe videatur incæpiſſe cognoſcere, ne mortuo concedente videatur expiraſſe, d.cap Gratum, cum alijs: an prorogatione verô, quia verſatur prorogantis præiudiciū, quia quinq; modis fit, ſcilicet de perſona ad perſonam, de cauſa ad cauſam, de re ad rem,

de lo-

de loco ad locum, de tempore ad tẽpus, quas ſigillatim declarat gloſ. verbo Inhibere, in l.2.§.Sed ſi iudex, ff de iudic. Bart.& communis in l.1. ff. eod. Vnde ordinaria iuriſdictio in omnibus illis quinq; ſpeciebus locum habet, diximus deciſ. 29 delegata veró non trahitur ad diuerſas perſonas, d.cap. P.& G. Vnde cum prorogatio non aliter quàm ex conſenſu partis induci poſsit, quia inducit renuntiationem proprij fori, non fit niſi dato præuio conſenſu expræſſo, l Si per errorem, ff de iuriſd omni.iudic vel tacito inducto per litis conteſtationem, nec expræſſus aliquando ſufficiet, ſi fiat cum præiudicio Principis, de quo diximus ad Ord. lib 2.tit.1.§.14.& deciſ 2.

10 In præuentione verò quia agitur de obliganda parte in iudicio alias competenti, ne aut mutando domicilium, aut nouo priuilegio poſsit effugere, & ideo nec ſolùm citationis edictum ſufficit, nec litis conteſtatio eſt neceſſaria, quia non ex conſenſu eorum, ſed authoritate legis, & iudicis citati obligantur iudicio, ſed ſola ſolemnis, & valida citatio neceſſa eſt, obſtat tamen adhuc, l.pen.ff. de iuriſd. omni iud. vbi ad præuentionem inducendam litis conteſtatio neceſſaria eſt, communis intellectus eſt ex Paulo Fulgoſ. ibi, num 2 Alex.1. text. ſupplendum per text in d. l. Si quis poſteaquam, ſed verus intellectus illius text. videtur eſſe quód ibi agebatur de præuentione ad effectum, vt abſente muliere poſſet iudex ferre ſententiam diffinitiuam, eamq; executioni mandare, & in his terminis rectè diffinit neceſſariam eſſe conteſtationem, ſi veró ageretur de ſola præuentione ad effectum confirmandi iudicium, proculdubio ſola citatio fuiſſet ſufficiens, quo pacto argum ſoluit Curtius Iun in d l.pen.n 15. Vel poteſt dici quód illa verba text poſt ſuſceptam cognitionem non ſunt referenda ad puellam quæ forum mutauit, ſed ad iudicem, cùm dicatur ſuſcepta à iudice cognitio per citationem, iuxta l. Et quia ff de iuriſd.omni iudic ſicq; defendi poteſt text. agere de ſola citatione, vt per eam dicatur facta præuentio, vt mulier teneatur in eo iudicio reſpondere, & iudex ferat ſententiam, ſeruatis his, quæ ad diffinitiuam proferandam iure requiruntur.

Quibus notatis, videtur contra ius in 11
noſtra Ordinatione induci præuentionem ex ſola inquiſitione de delicto, cũ aliàs in caſibus mixtis ſaltem citatio neceſſaria ſit, Cabed deciſ. 114. 1 part. Greuæ ad pract.Camer.lib.1 concluſ 29. conſid 2.num.1. Barboſ.in l.Si quis poſteaquam, ff de iudic.num.23 quare videtur dicendum quód cùm Princeps ſæcularis paſſus fuerit vt ſubditi ad forum Eccleſiæ trahantur pro iniurijs ab ipſis irrogatis, etiam verbaliter, clerico, cùm tamen de iure tanquam Rei in ſuo foro eſſent conueniendi, ſaltem reſeruauit quod præuenta foret iuriſdictio eo modo, & ſatis eſt ita inter Prælatos, & clerum fuiſſe concordatum, ſicut & per capturam perſonæ inducetur præuentio in flagranti, eſt enim citatio realis, Cabed. vbi ſupra num. vlt. Quando autem in foro Eccleſiæ ſpecialis præcedat denuntiatio perſonæ, licet in ſæculari fiat generalis inquiſitio, iam eo caſu ceſſabit lex regia, quia ſpecialis denuntiatio derogat inquiſitioni generali factæ in ſæculari: Ordinatio nanq; procedit quando res eſt integra & puto quód non erit ex parte iudicis eccleſiaſtici citatio perſonalis Rei, vt vtriuſq; iudicij par ſit conditio, ne eccleſiaſtico iudici non liceat quod ſæculari licet.

De reſiſtentia facta Merino eccleſiaſtico circa laicorum capturam, ad Ordin. lib. 2. tit. 9. §.4

Deducta fuit hæc Ordinatio ex vltimo articulo Regis Sebaſtiani, & in fauorem Eccleſiæ procedit, & ideo non immoror in eius explicatione, ne tempus conteram.

S V M-

SVMMARIVM.

1 *Milites compelli poſſunt vt iurent coram iudicibus ſecularibus.*
2 *Magiſter ordinum amplam habet poteſtatem.*
3 *Prælatus eſt Ordinum.*
Eſt ordinum ordinarius. ibi.
Priores maiores conuentuum iuriſdictionem habent ordinariam. ibi.
4 *Quilibet ſuperior ſtatim á lege accipit riſdictionem.*
Magiſtri iuriſdictio priuilegijs Pontificum confirmatur. ibi.
Ordines, & militiæ ſunt exemptæ ab omni poteſtata ordinaria. ibi.
5 *Priuilegia militiarum ſunt conceſſa in remunerationem.*
6 *Longiſsimo vſu ſunt roborata.*
7 *Exemptio militiarum ante, & poſt Concilium conceſſa reperitur.*
Priuilegium conceſſum militijs Caſtellæ, illicô ad militias huius Regni tranſit. ibi.
8 *Decreta ſacri Concilij quomodo intelligenda?*
Interpretatur Concil. ſeſſ.24. cap.11. ibi.
Priuilegia Regum non cenſetur ſublata ex generali conceſsione. ibi.
9 *Interpretatur Concil. ſeſſ.6. cap.3.*
10 *Interpretatur Concil. ſeſſ.24 cap.4.*
11 *Explicantur Rottæ declarationes.*
12 *Interpretatur Concil. ſeſſ.24. de regular. cap.11.*
13 *De iure communi exempti exercentes curam animarum ſubſunt Ordinarijs.*
Monaſteria ſi exempta ſunt, pariter ſunt exemptæ capellæ annexæ. ibi.
14 *Prioratus, in quibus curam animarum exercetur ſunt membra monaſteriorum ordinis.*
15 *Interpretatur Concil. ſeſſ. d. cap.11.*
16 *Etiam Concilium reuocaſſet regulas iuratas, non extenditur ad militias á Sede Apoſtolica confirmatas.*
Pius quintus poſt Concilium priuilegia militiarum innouauit. ibi.
17 *Militiæ quo tempore inſtitutæ?*
18 *Militia de Auis quo tempore inſtituta?*
19 *Exemptionem habent militiæ non ſolùm in capitibus, ſed & in ſingulis membris.*
20 *Ad ædificandum ſolus magiſter adeundus eſt.*
Capellæ etiam poſitæ extra limites ordinum ſubſunt ordinarijs militiarum. ibi.
21 *Confraternitatum erectarum in Eccleſijs ordinum non petunt rationes Prouiſores.*
22 *Magiſter, & eius menſa an exceptet permutationes?*
23 *Intellectus ad Ordin. hoc tit. 12.*
24 *Magiſter poteſt iudicem ordinum conſtituere.*
25 *An iubeat facere inquiſitiones contra milites.*
In ſubſidijs non ligantur, niſi exprimantur. ibi.
26 *Milites in ciuilibus, in ſæculari reſpondere non tenentur.*
Referuntur dipplomata Principum circa hoc. ibi.
27 *Priuilegio fori gaudent qui comendam aut panes ciuiles habent.*
Qui habent ſtipendium debet illud aſcendere 15 ŋ. regalium valorem, vt foro gaudeat miles. ibi.
Intellectus Ordinationis in illis verbis, Ou mantença. *ibi.*
Milites foro non gaudent niſi profeſsi ſint ex Concilio Tridentino. ibi.

QVOD

QVOD MILITES ORDINVM, POSſunt compelli in iudicio ſæculari iuramentum ſubire ex permiſsione Magni magiſtri, apud quem reſidet omnis poteſtas: & quod in ciuilibus in ſæculari reſpondeant, & tandem quod vt gaudeant priuilegio militiarum oportet, vt ſtipendium accipiant. Ad Ordin. lib. 1. titul. 12.

CAP. 58.

1 IN tres ſcinditur Ordinatio partes In principio Magni Magiſtri amplam poteſtatem circa res, & perſonas ordinũ intuetur, ex cuius permiſsione milites compelli poſſe, vt in ſæculari foro iuramenta ſubeant, diſponit, in § 1. pariter ſentit vt in ciuilibus quæ ex crimine non deſcendant in eodem ſæculari pulſentur & tandem in §. 2. quod nullo militari priuilegio gaudeant Cruce illius ordinis inſigniti, ſi Comendam, vel ſtipendium à Rege nõ habeant, vel panes ciuiles, vulgo *tenças*, quibus ali valeant, ibi: *Saluo aqueles que com o bẽhabito tiurem Comenda, ou tença que com elle lhe ſeja dada, ou mantença tal com que ſe poſſiõ gouernar*

2 Singulas partes proſequar, & quoad primam, quæ reſpicit Magni Magiſtri iuriſdictionem Noto quód regalis, & magiſtralis dignitas, licet in noſtro inuictiſsimo Rege concurrant, tamen illæ diſtinctæ inter ſe ſunt: nam qua Rex Hiſpaniæ nulli ſubeſt, illiq; faſces ſubmittunt barbaræ nationes, quibus naſcitur Sol, & occidit, qua veró Magnus Magiſter ordinum Prælati perſonam induit Eccleſiæ capiti ſubiectam á quo ipſe iura expoſcat neceſſe eſt, his namq; diuerſis reſpectibus debet intueri, quia Rex in ducatu tractatur vt Dux, ex doctrina Bart. in l. Si conuenerit, §. Si nuda, in fine, ff. de pignorat. action. ſicut Rex Franciæ in comitatu Tholoſæ conſideratur vt Comes, Angel. in conſ. 247. punctus, Bald. 354. vol. 4. Rippa conſ. 3. n. 59. Decius conſ. 486. n. 9. Marta caſu 24. n. 39.

Vnde Magnus Magiſter ordinum 3 conſiderari debet vt Prælatus, Cabed. deciſ. 61. num. 6. & deciſ. 112 part 2. in fine, Nauar. in appolog de reddit. quæſt. 1. num. 56. Perez ad leges Ordin. lib. 3. titul. 1. l 2 Barboſa in l. Quia tale, n 95. ff. ſolut. matrim. Ordin. lib 4. tit. 43. § 11. ibi: *Meſtres*, ab eoq; ad Papam appellatur, Emanuel Rodrig. regul. quæſt. 36. art. 3. Nauarr. conſ. 6. de præbend. Oldradus conſ. 128. Franciſcus Marcus deciſ. 341. num. 15. Gama deciſ. 353. Cabed. deciſ. 172. num 6 part 2. Iſq; eſt ordinum Ordinarius, quorum eſt Magiſter, ipſeq; vel eius mandato viſitatores, conuentus viſitant, curam animarum exercent, ſicut in ſua Diocæſi Epiſcopus quẽ Regia Ordinatio lib 1. tit. 90. §. 28. maiorem Epiſcopo, & Archiepiſcopo reputat, & § 24 idemq; dicit Caſſan. in Chatalog 9. part. conſid. 4 verſ. Crederem, facit text. in cap. Dudum, 14 verſ. Sed cum in iure, de electione, & in Extrauaganti Execrabilis, de præb.

Ioann.

Ioann XXII. verſ. Quantum autem, ſicq; cauetur Bulla Innocentij IIII. ibi: Quòd magiſter, &c. Et ex altera Pij IIII. trium inſtantiarum, in libro gladiorum fol 90. & ex bulla Iullij III. ſuper vnionem magiſterij, & Nicolai IIII. & Cæleſtini V. & Nicolai V. & Iulij II. ſicq; apud Hiſpanos obſeruatur ex altera bulla Pij V. quæ reperitur in eodem libro gladiorum, in menſa Conſcientiæ Principis ſeruato, fol.110. & ex altera Adriani VI. declarat Didacus de la Motta lib.1.cap 4.§.14 n.2. & lib.2 cap 1.§.9.& 10. & lib.2.cap.6.§.12. fol.137. Frater Emanuel Rodrig.1.tom. regular. quæſt.36. art.3. & 4. Hieronymus Llamas in methodo, 3 part.cap.11. § 15. 21. 22. & 23. Soarez de la Paz, 2. tom prælud.1. num.7.& 8. ſicq, explicat Azor 1.part.moral.lib.12 cap 20. §. 19 & cap 18 verſ.6. vbi allegat Cardin. in clem. 1. quæſt. 8 de ſuplend. negli. quod quando ſacrum Concilium Trid. loquitur de Ordinarijs, veniūt Magiſtri ordinum, proſequitur Nauarr. conſ 5. de ſponſalib edit 2 gloſ. in cap Ordinarij, de offic. Ordi. lib. 6° ſicq; obſeruatur in militijs Hiſpaniæ, vt per Llamas, & alios ſupracitatos.

Sic pariter ordinariam iuriſdictionē exercent Priores maiores cōuentuum, hi enim in ſpiritualibus iuriſdictionem epiſcopalem habent, gloſ. recepta in clem 1. verb Proprij, de rebus Eccleſiæ, gloſ. verbo Quaſi, in cap. Abbates, de priuil in 6 ibi Quaſi Epiſcopalem, cōfeſſarioſq; approbant, minoreſq; concedunt ordines, & ad ſacros literas concedunt, abſoluunt à reſeruatis, diſpenſant in votis, Nauarr. in manu Latin. cap 12. num 75. & 64 Summa Angel. verbo Diſpenſatio n.8 Sylueſter verb. Diſpenſatio, num 20 & verb. Abbas, num 5 Armil. verb Abbas num 7. inſignijſq; epiſcopalibus vtuntur, benedictionemq, populo elargiuntur, indulgentiaſq. ex bulla Leonis X in eodem libro gladiorū, fol 50. Emanuel Rodr. d.quæſt.36.art 6 Ramires in expoſitione bullæ Alexand. III milit S. Iacobi cap.21.Llamas vbiſupra cap.22.& 23.

Quod quidem vltra quod de iure ſic debet obſeruari quia triti iuris eſt, quod quilibet alicuius communitatis ſuperior eccleſiaſticus, cum ipſa dignitate à lege ipſa accipit iuriſdictionem ordinariam, ex gloſ. magna recepta in cap. Cum in Eccleſiarum, de officio Ordin. gloſ. in cap.2 ne Prælati vices ſuas, Marcus Antonius de Caluaſ. num.72. quia iuriſdictio ordinaria, vel à lege, vel ex priuilegio competere poteſt, cap Irrefragabili, de offic. Ordin. Quæ quidem iuriſdictio ordinaria principaliter reſidet in ipſo Magiſtro, ac Rege, ex priuilegio Apoſtolico, cui datum vt gubernator ſit perpetuus ex bulla Adrian. VI. nec illi obſtat cap. Decernimus de iudicijs, quia procedit in laico qui iure proprio adminiſtrare præſumit ſpiritualia, non veró quando alterius beneficio, quia ea quæ ſunt iuriſdictionis ſpiritualis per idoneas perſonas exercet, iuxta bullam Iulij III. & ex alia bulla pœnitentiariæ, quæ eſt in conuentu de Tomar 3 part. fol. 124. Nec obſtat quód Ordinarijs competit collatio in beneficijs ordinū, quod ſolum Ordinarijs datum, quia ſatisfit quod collatio competit illi cui competit libera diſtributio, cap Cum in illis de præbend lib 6. Flamin. de reſignat. tom.2. lib. 12. quæſt.3. num.17. & 18. in beneficijs autem ordinum ſolùm Epiſcopi habent inſtitutionem cum Magiſtri præſentatione, ſicq; debet accipi breue Leonis X. vnde Magiſter verè collat, & examinat, ſolumq; ab Ordinario petit inſtitutionem, reſpectu parochianorum quos Ordinarius viſitat tanquam oues. 4

Hæc Magiſtri ordinararia iuriſdictio ſumorum Pontificum priuilegijs conceſſa, aucta, & roborata reperitur, quia licet religiaſi olim ſubiecti Ordinarijs locorum extitiſſent, vt deducitur ex Concil Tolletan.3.cap.5.& 4.& cap 50. & ex

actibus de ſe inducentibus omnimodã & ex Concil. Calcid. cap 3. & 8. & ex Concil Aureliano 1. cap. 21. & ex Conc. Arauſicano cap. 6. & habetur in cap. Monaſteria, 10. q. 5. & cap Qui veré 16 q. 1. Tamen nouiori iure religioſi exempti reperiuntur ab Ordinarijs locorum D. Antonin. 3. part hiſtor. Eccleſ. tit. 16 cap. 9. §. 2 Panor. in cap Nimis, de offic. Ordin. cap. Quàm ſit neceſſarium, 18 q 2. Bañez 22. q 1. art. 10 dub. 8. concl. 6. inquit quòd ſtatim quòd creatur qualibet Religio, ſtatim ei competit ordinaria iuriſdictio in ſubditos priuatiua ad alios Epiſcopos; & ſuperiores, ſicq; Nauarr in cap Non dicatis n 63. dicit quód hodie omnes religioſi ſunt exempti, etiam in caſibus exceptis, in cap 1. de priuil. lib. 6. quod autem ex ſummorum Pontificum priuilegijs noſtræ militiæ exemptæ ab Ordinariorum poteſtate ſint, patet ex priuilegio Alexand III vbi ordines ſub apoſtolica poteſtate accipit, erigitq; magnum Magiſtrum, vt temporalibus præſit, Prioremq; maiorem, qui ſpiritualibus, ibi: Eccleſia illa plena gaudeat libertate, nec aliqua per Epiſcopos decimarum, aut alterius rei exactione grauentur. Liceatq; vobis per eccleſiaſticos idoneos eaſdem in ſuis plebibus gubernare, &c. Micat priuilegium Martini V. conceſſum anno 1430. in hæc verba, ibi: Nullum in vos, aut aliquem veſtrũ, ac conuentus monaſteria, loca, perſonas membra, res, & bona poſsint iuriſdictionem, poteſtatem, correctionẽ, viſitationem, ſeu prioritatem, quomodolibet exercere. Proſequitur Nicolaus V. anno 1452 ibi: Ab omni iuriſdictione, dominio, poteſtate, viſitatione, correctione, & ſuperioritate Ordinariorum, &c. Prorſus eximimus, &c. In idem Papa Calixtus III anno 1455. occurrens Ordinarijs, qui in iuriſdictionem ordinum inſurgebant, inquit de nouo prorſus eximimus, & totaliter liberamus, & liberos eſſe volumus, & eidem Sedi immediaté ſubeſſe, &c. Pariter Sixtus IIII. anno 1474. in bulla conſeruatoria, & Iulius II. anno 1505 Papa Innocent. VIII. Ordini Ciſterſienſi amplam exemptionem conceſsit anno 1487. ibi: Ab omni iuriſdictione ſuperioritate, correctione, viſitatione, dominio Archiepiſcoporum, Epiſcoporum, & aliorum iudicum Ordinariorum, eorumq, Vicariorum, & officialium perpetuó prorſus eximimus, &c. Idem conceſsit Eugenius quartus vbi de præſentibus, & futuris monaſterijs loquitur, etiamſi curam habeant animarum, ibi: Priores, Rectores Monachos, conuerſos, capellanos, qui pro tempore fuerint, etiam curam habentes animarum, &c. Et ibi: Et in futurum pro tempore erunt, ac ipſius monaſteria, prioratus, loca, Eccleſias, capellas, etiamſi ipſis cura animarum immineat, oratoria manualia, membra caſtra, villas, grauias quæ de præſenti ſunt, & in futurum erunt, à Legatorum Nuntiorum Apoſtolicorum, & quorumcunq; Ordinariorum, poteſtate, dominio, viſitatione, reformatione, ac correctione, &c. Et ibi: In ius, & proprietatem beati Petri Sedis eiuſdem, & ſub eius protectione ſpecialiter ſuſcipimus, &c.

Itém indulſit Iulius ſecundus vbi de exemptione perſonarum, & Eccleſiarum curam animarum habentium ſpecialiter egit.

Quibus priuilegijs antiquiſsimis acceſsit breue Leonis X. impetratum á Diuo Gregorio magiſtro ordinis Diui Iacobi, anno 1514. decimo octauo die Auguſti, quo milites, & religioſi ab omni ordinatia iuriſdictione eximuntur, cuius verba ſunt: Archiepiſcopis, & Epiſcopis, alijſq, Ordinarijs, nec dictos fratres occaſione delictorum, & exceſſuum, etiam ratione beneficiorum per eoſdem fratres obtentorum, quorum collatio, & prouiſio, ſeu quæuis alia diſpoſitio ad eoſdem Archiepiſco-

pos, & Epiſcopos, & alios Ordinarios pertinet; ſeu in quibus viſitationis officium eis competit, aut curæ animarum eiſdem beneficijs eminentis, perturbare, inquietare quoquo modo præſumant: quæ quidèm bulla conſtat quod intimata fuit Iffanti Alphonſo Eborenſi Archiepiſcopo, anno 1517. cui acceſsit altera bulla Iulij IIII in qua magiſteria ordinum Coronæ Regiæ adiunxit cum omni iuriſdictione temporali, & ſpirituali.

5 Quæ quidem priuilegia non ſimpliciter ſunt talia, ſed conceſſa in remunerationem ſeruitiorũ, vnde licet priuilegia de ſe ſtricte interpretanda ſint, cap Sané, de priuileg. cum vulgaribus, & generali derogatione tolli valeant, ex his quæ Menoch. conſ. 93. num. 8. Cabedus deciſ.75. 1.part. Secùs autem ea quæ in præmium laborum conceduntur, Menoch. conſ 2. num. 139. & 140. & conſ 307. num.7. & 331. nu.66. & 350. nu.24. & 1007. Sanches de matrimon lib 8. diſput 33. num 4 & 8. Soarez allegat.9 num.9. Azeued. lib.1. recopil. l.14. num.42. titul.3 Flores de Mena lib.1 variar. quæſt.10 art 3.n.46. & ideo talia priuilegia potius amplientur, quàm reſtringuntur. Menoch.dict. conſ 1007 num 25 quod equidem colligitur ex bulla Leonis X Iulij II. & Iulij IIII. in illis verbis, ibi: Pro defenſione Fidei, & eius fidelis. Et ibi: Pro Fidei defenſione pugnantium. Et ibi: Cõtinuis bellis, & intollerabilibus expenſis, &c.

6 Quæ priuilegia militijs conceſſa longiſsimo etiam vſu roborata reperiuntur, vt omnimoda exemptione fruantur, tam reſpectu Eccleſiarum, quàm quoad Capellas, Sacraria, Baptiſmales fontes, Olia ſancta, Heremitoria, fabricas, Confratrias, & Hoſpitalia, & ornamenta quæ cultum diuinum, & temporalem reſpiciunt Hæc enin omnia Magiſtri per ſe, vel per Viſitatores in capitulo deputatos obire ſolent, & poſſunt, virtute bullarum apoſtolicarum, quarum obſeruantiam comendauit Rex inuictiſsimus Ioannes contento in libro gladiorum fol.440. ibi: *Viuem mal, por não ſerem nunca viſitados pelos Biſpos, por bem de ſeus priuilegios, &c.* Extat altera prouiſio Cardinalis D Alphonſi, qui agnoſcit quód ordines debent conſeruari in ſua poſſeſsione exemptionis, quouſque cauſa quæ Romæ agitabatur deciſa fuit, vt patet eodem libro fol 236. Extat altera prouiſio D. Ferdinandi Archiepiſcopi Vlyſſiponenſ. ibi: *Em nenhũa maneira entendão nas peſſoas dos ditos Priores, Beneficiados, Curas do habito, nem nas Igrejas da Ordem em couſa algũa que ſeja por nenhũa via, aſsi de ornamentos, como retabolos, liuros, olios, pias de baptizar, & finalmente em nenhũa couſa que toque às ditas Igrejas, que a Ordem, ou Beneficiados della hajão de fazer, por qualquer via que ſeja, &c.* Eodem libro fol. 251 altera prouiſio extat Magiſtri, fol. 235. quæ diſponens circa modum viſitandi, qui Epiſcopi competit, habet hæc verba. *A ſua viſita ha de ſer nos Clerigos ſeculares, ſe ſaõ curados quando vierem ás Igrejas, não lhe moſtrareis os ornamentos, nem direis couſa algũa que ſe deua fazer nas Igrejas: porque iſto não pertence a elles, ſenão à noſſa viſitação, nem Sacrario, nem pia, nem olios, nem verão liuros de fabrica, &c.* Sicq; continetur in regimine viſitatorum, quod includitur in libro Regula. D. Iacobi, fol.55. & in Regula ſancti Benedicti de Auis, fol 33 In cuius conſuetudinis, & vſus confirmationem cũ eſſet cauſa delata ad Sedem Apoſtolicam, in Rotta deciſum fuit in fauorem militiarum, cõtra Prælatos Regni, & contra Iffantem Alphonſum Eborẽſem Archiepiſcopũ, quæ ſententia eſt in publico archiuio, vulgo *Torre do Tombo*, & in archiuio conuentus de Palmela, & Auis, quæ fuit lata anno 1540. lib gladiorum fol.207.

Quæ poſſeſsionis continuatio ex actibus

exemptionem non ſolùm ante, ſed & poſt Concilium obſeruata proponitur; conſtat namque Concilium Tridentinum publicatum fuiſſe anno 1564. & eodem anno cùm generale ordinum capitulum celebraretur, generali decreto ſtabilitum fuit quòd non derogabant Concilij decreta Ordinum priuilegijs, continetur in dicto libro fol. 253. patetq; manifeſtius ex altero diplomate Regis Sebaſtiani, anno 1570. dicto libro gladiorum, fol. 322 ibi: *Porque os Viſitadores dos Ordinarios ſe entrometem a tomar contas da fabrica, & fazem outras couſas, onde lhe não vão à mão, & outras couſas que não podem fazer: vereis em todas as Igrejas as tais viſitações, & mandareis que ſe não publiquem as tais viſitações, &c.* Cùmq; adhuc Ordinarij inſtarent ordinum, & militiarum priuilegijs, per decreta dicti Concilij Tridentini eſſe derogatum, tamẽ cum hoc dubium iuris prudentiſsimis viris committeretur, tandem deciſum fuit illæſa dicta priuilegia remanſiſſe duodecimo die Iunij, anno 1573. per Martinum Gonçaluez da Camara, Gondiçalum Diaz de Carualho, Gaſparem de Figueiredo, Paulum Alphonſum, Hieronymum Pereira de Sà, & Ioannem de Mello, lib. 9. gladiorum, fol. 261. quorum virorum oraculo deciſum fuit non pugnare cum priuilegijs militiarum decreta Concilij: quinimò ex ipſo Concilio pluribus locis apertè cõprobantur, ſeſſ. 25 cap. 1. de regular. & in cap. 8. verſ. Ipſis autem, & ſeſſ. 24. cap 11. vbi viſitationes militares comprobantur, Emanuel Rodrig. regular. 2. tom quæſt. 62. art. 14. & quæſt 64. art. 4. & quæſt 67. art. 3. patet ex verbis ibi: In omnibus quod verbum nihil excludit, l. Iulianus, ff de leg. 3. quæ viſitationes pariter comprobantur per breue Gregorij XIII anni 1583. libro gladiorum, fol 94. vbi ſtatuta, & viſitationes probat, & ex alio breui Pij V. anni 1569. cuius meminit Motta lib. 1. cap. 4. §. 43. & ex altera bulla Pij, ann 1566. conceſſa Regno Caſtellæ, quæ poſt Concilij Tridentini promulgationem priuilegia ordinis cõceſſa approbauit, & de nouo cõceſsit, ibi. De nouo concedimus, &c. Cuius confirmationis, & approbationis ius, illicò ad militias huius Regni tranſijt ex breui ad id particulari, quo fruimur, quòd ſtatim priuilegia, & exemptiones conceſſæ militijs Hiſpaniæ cenſeantur conceſſæ militijs huius Regni eiuſdem Pij V. impetrato à Rege Sebaſtiano, anno 1575. quod intimatũ proponitur huius Regni Ordinarijs.

Nec aliud euincunt plura ſacri Concilij decreta, quæ de militijs agunt: Et imprimis non obſtat dict. ſeſſ. 24. cap. 11. quia ibi non agitur de militiarum priuilegijs, quæ nunquam cenſentur excluſa per verba generalia, niſi ſpeciali nota id fiat, ſicut alias regulæ Chancellariæ non comprehendunt beneficia ordinum, ex reg Clem. Quia contigit, de religioſ. domib. tenuit Rotta nouiſſ. 1 part. deciſ. 592. num. 8. Gaſpar de Peruſio de reſeruation. cap. 2 num. 12. Æneas de Falcon. in tract de reſeruat. quæſt. 4. num. 29. poſt Lapum, quem citat alleg 84. num 11. nec includi in reſeruationibus generalibus Gomez in tractatu de expectatiuis num 94 verſ. Et ex iſtis, Gonzalez gloſ. 8. num. 2. Licet ipſe à n. 12. aliud ſentiat, quia licet beneficia regularia, ſub verbo Beneficium comprehendantur, non tamen beneficia ordinum ex mente Pontificis comprehenduntur in generali diſpoſitione, & multo minus ordinum priuilegia, quæ potius empta ſanguine, quàm donata debent cenſeri, facit reg. cap. Cum illis, de præbend. lib. 6. dixit Nauarr. in appolog. propunaculo de redditibus monit 16. Pariſ. lib. 4 conſ. 44. num. 20. lib. 4. & colligitur ex bulla Pij V. ibi: Maximè militiarum, &c. & Gregorij XIII. ibi: Cũ ſpecialius, &c. Et ad hunc ſenſum debent reduci quæ 8

Pariſ.lib.4.conſ.26.n.17.incontrarium, videtur proferre. Ordinum nanq; priuilegia contra naturam priuilegij non reſtringenda, ſed amplianda ſunt, ſentit Henriq.2.tom. lib.7. de indulgent.cap. 22. num. 3 & ex eo prouenit quód ordinum beneficia non comprehenduntur ſub Concil. dict. ſeſſ.24. cap.18. de reformation. vbi de concurſu diſponit, cuius rei eſt efficax argumentum illud memorabile Caroli Quinti precibus breue impetratum, ad cuius inſtantiam Papa Paulus III. declarauit quòd ex generali viſitandi poteſtate regulares exemptos conceſſa Archiepiſcopo Toletano, non intelligebat comprehendere militias Hiſpaniæ, ſicq; mentem ſuam aperuit, ſicut aliâs Martinus quintus ad inſtantiam Caroli Franciæ ſimiliter dixit â mente ſua alienum, quód decreta, & leges generales comprehenderent Franciæ conſuetudines, Regumq; indulta, cuius tenorem poſuit Guido deciſ.1. Regum enim priuilegia indigent nota ſpeciali, cap. Ne aliqui de priuil. in 6. cap fin. verſ. Ne aliquis, de officio deleg. lib.6. Mandoſ. reg. 23. quæſt.5. Alex. vol. 5. conſ 30. num.4.

Nec obſtat breue Pij IIII dum ſtatuit quôd reuocat omnia, quæ contraria exiterint ſacri Concilij decretis, de quo loquitur Frater Emanuel Rodericus 1.tom. regul.quæſt 8 art 1. fol.50. Vnde hæc priuilegia tamquam extraordinaria facilius tolli poſſunt, & per quamcunq; generalem reuocationem, Clem.Dudum, in fine, de ſepultur. cap. Alma, de ſentent. excomunicat.lib.6. ſicut aliàs quælibet lex generalis comprehendit exemptos, l.In fraudem, §. fin ff.de milit. teſtam. l.1. §. Quod autem, ff. de aleæ Luſ. Quia ſatisfit quód illa declaratio nunquam extendi poteſt ad priuilegia ordinum, cùm appareant per ſummos Pontifices innouata, & de nouo conceſſa ex breuibus Pij quinti, & Gregorij decimi tertij, ſic expiraſſe cenſeri debent omnes Cardinalium declarationes ſuper hoc factæ, vt ſentit dict. breue Gregorij, ibi: Non obſtantibus conſtitutionibus apoſtolicis, & quibuſuis declarationibus, quorum breuium authoritate Prælati huius Regni inhibiti proponuntur, vt conſtat ex dicto libro fol 273.

Nec pariter obſtat decretum Concilij, ſeſſ. 6. cap. 3. Loquitur nanque in regularibus, qui extra monaſteria degunt, cum ſuperiorum facultate, & ibi delinquunt: Non verò procedit in his Fratribus, qui de mandato ſuperiorum adminiſtrationem habent, vel officium cui præſunt, quia his pecialiter à Sede Apoſtolica conceſſum eſt ex bulla Alexandri III. ibi: Per clericos veſtros eaſdem Eccleſiâs gubernare, &c. Quo dato non videntur abeſſe à Conuentu, ex doctrina Panorm.in cap.Ex reſcripto num. 5. de iureiur. Sylueſter verbo Religio, 3. quæſt. 19. Nauarr. de regular. coment. 4. num. 74 & conſ.41. nu.2. part.1. ſub.titul.de regular. Mota, lib.2. cap.2.§.25. num.4. 9

Nec obſtat pariter dict. Concil. ſeſſ. 24. cap. 4. de reformation. loquitur nanque in clericis exemptis, non in militibus, nec poteſt extendi ad eos, cum ſpecies illa magis qualificata in generali regula non veniat, ex reg cap. Qui ad agendum de procurator. lib. 6 cum vulgaribus.

Nec obſtat etiam idem Concil. ſeſſ. 7. cap. 8. de reformatione vbi indulgent Ordinarijs, vt viſitent Eccleſiâs quomodolibet exemptas, quæ verba diriguntur in ſæculares exemptas Eccleſiâs, ſi enim ibi Papa de militaribus Eccleſijs ſentiret, id vtique exprimeret cap. Ad audientiam, de decim. provt feciſſe, conſtat ex ſeſſ.25 dict cap.8. & cap. 20. & ſeſſ.21.cap.8.de reform.& ſeſſ 25.cap. 12. de regular. ſic idem Concil. ſeſſ. 24. cap.3.de refor. dum Epiſcopis viſitandi facultatẽ facit, debet exponi de Eccleſijs ſæcularibus, reſpectu Prælatorum inferiori-

riorum,qui cumulatiua fruuntur iuriſdictione cum Epiſcopo ex conſuetudine,vel ex præſcriptione quæſita,cap.Ad hæc, de offic. Archidiacon.cap.Cum ab Eccleſiarum, de offic. Ordin. cap.1.§. Hanc autem, de cenſib.lib 6. ibi: Epiſcopis,aliiſq; Prælatis ordinario iure,&c. Deinde illud decretum loquitur ad Ordinarios,vnde quando de militijs poſsit intelligi,debet intelligi vt loquatur cum ipſo ordinum Magiſtro,qui eorum Ordinarius eſt, Flamin.de reſignatio lib.3. tom 1.quæſt.11.num.20. Emanuel Rodrig. 1.tom.regul.quæſt.36.art.3 Quorum decretorum interpretatio fulcitur ex declaratione ſuper ſeſſ.25 de regular. cap.8.qua ſancitum fuit non habere locum in regularibus, ibi: Non habet locum vbi viget regularis obſeruantia,&c.

11 Vnde infertur declaratio ad Rottas nouiſsimas, 1 part. deciſ 744 num.1.& 736 num.5. & 2 part deciſ 207.num.1. vbi decidunt Epiſcopos poſſe viſitare poſt Concilium Eccleſias exemptas in his quæ reſpiciunt curam animarum, ſatisfit namq; quód debent exponi ſecundùm decreta Concilij,in quibus loquũtur,ſeſſ.7.cap.8 & ſeſſ.24. cap.9. & ſeſſ.21. cap.8. de reforma & ſeſſ.24 cap. 10. de Reforma. quæ decreta non obſtant contra ordinum priuilegia, quæ etiam poſt illa decreta conceſſa ſunt,& reperiuntur de nouo confirmata.

12 Vltimus reſtat labor cum decreto ſacri Concilij Trident.d. ſeſſ.25. de regul. cap.11. cui conſonat decretum ſeſſ.24. de reform.cap.11. quibus ſtatui videtur abſolute quód Epiſcopus viſitet perſonas ordinis, quibus cura animarum cõmiſſa eſt,qui ſenſus manifeſte colligitur ex illis verbis In monaſterijs,ſeu domibus,mulierum, ſeu virorum, & ibi tam regulares, quàm ſæculares huiuſmodi curam exercentes,&c. iuncto decreto eadem ſeſſ.25 cap.22. vbi ſatis mentem præcedentis capitis colligimus, quód ſuadetur quia illa conſtitutio principaliter fundatur in fauore animarum vt laudabiliter exerceatur, quæ ratio tam procedit quando illa ineſt monaſterijs, quàm quando prioratibus, ſeu alijs Eccleſijs quæ monaſteria non ſunt,ſemper enim illa laudabiliter exerceri debet, quare eadem debet eſſe iuris diſpoſitio, vt in cap.Translato,de conſtitu. adnotatur in cap Secundo requiris,de appellatio. & in auth. quas actiones, C.de ſacroſ. eccleſ. Non enim poſſunt omnes caſus legibus comprehendi,quare à ratione, & ſimilitudine licet occurrentes decidere, l. Non poſſunt, ff. de legib. conſtat autem hanc fuiſſe illius canonis finalem rationem, ex illius verbis dict. ſeſſ.24.cap.11. ibi: Curam exercentes,& ibi:Quæ ad illam curam, & Sacramentorum adminiſtrationem pertinent,& ibi:Non deputentur niſi ab eiuſdem Ordinarij conſenſu; & facit ad hoc ſeſſ 7. cap.7. quatenus concedit Ordinarijs, quòd in vnitis poſsint apponere vicarios perpetuos, vel temporales, etiamſi ſint vnitæ Eccleſiæ,monaſterijs exemptis,& habemus declarationes Cardinalium quód illud cap. 7. comprehendit vnitaſ militiarum.

Iuuat quód de iure cõmuni exempti 1
exercentes curam animarum, reſpectu huius exercitij,ſubijciuntur Ordinarijs, cap 1.§ fin.& cap. Per exemptionem, de priuileg lib 6 & in cap. Cum capitula in antiquis eod titul. renouatur dict. cap.11.ſeſſ 24.notatur in cap.Vt apoſtolicæ,§.Exempti iunct.gloſ.verbo Tenetur, de priuil. lib.6.facit addit. Cappellæ Toloſ.quæſt.449.& melius Capi q 59.

Nec dixeris dictam Conſtitutionem Tridentinam non exprimere hanc rationem in fauorem Curiæ animarum, quoniam ex ſupradictis ſatis conſtat quód hac ratione nititur, & ſatis eſt quód alia reddi non poteſt, vt voluit Gloſ. Bal. & Paul. in l. Quamuis, C.de fideicõmiſſ. Iaſ.in auth. Quas actiones, C.de ſacroſ.eccleſ.num.22. Felin.in cap. Trãslato,ad fin.de conſtit. Quare quód d.conſtit. Trident cap 11.dictum eſt de

monaſterijs, ſeu domibus habentibus animarum curam, dici neceſſario debet in alijs Eccleſijs eandem curam obtinentibus, ſiquidem eadem ratio viget, imò fortior, quia in monaſterijs datur exemptio loci, ſunt enim monaſteria exempta cum ſuis cimiterijs, ſunt etiam & monachi qui ipſammet curam exercent, ergo exempta eſſe debet ipſamet capella, ſeu locus, in quo cura ipſa exercetur, ſiquidē in ipſis monaſterijs ineſt, tamquam illorum pars, & acceſſorium, propter quod debet eodem iure cenſeri cum ſuo principali, reg. acceſſorium, de reg. iur. lib. 6. cap. vnico de conſecrat. Eccleſ. Quod idem in connexis, qualis eſt iſte locus obtinet, ex Bald. in l 3. § Sed & quid, ff. de negot geſt. & cap. Propoſuit, in fin. de appellat. Decius in cap Tranſlato de conſtitution. & nihilominus d. cap. 11. ſtatuitur contra, imó quód huiuſmodi locus ab Ordinario viſitetur, & illi ſubijciatur, quapropter dicendum eſt quód in illo cap. 11. fuerunt expræſſa monaſteria, ſeu domus virorum, & mulierum, quia continebant caſum magis dubium, in quo videbatur omnino cōtra reſpondendum, licet in alijs Eccleſijs inferioribus eſſet appoſitum ſtatutū, non ergo ibi monaſteriorum fuit facta mentio, vt ad illa tantùm porrigeretur diſpoſitio, ſed magis vt omnes Eccleſiæ aliæ manerent comprehenſæ, quæ monaſteria non ſunt.

Comprobatur hoc alia ſacræ congregationis declaratione, quæ habetur cap. 7. ſeſſ. 7. quatenus de vnitis loquitur, comprehendere vnitam militijs, licet ſint de corpore ipſarum militiarum, & omninò exemptarum, quod factum eſt habito reſpectu ad animarum curam, quam decet laudabiliter exerceri, & ordinarijs ipſis committi, ad quos natiuè ſpectat.

Item congregatio prædicta declarauit quòd per dict. cap. 11. non modo poſſunt ab Ordinarijs viſitari exempti, curam exercentes, verùm etiam ipſa loca exempta, in quibus cura ipſa exercetur, ſic enim habet declaratio ſenſus Concilij eſt, vt perſonæ in locis ipſis viſitentur, & etiam loca ipſa quæ pertinent ad curā animarum: notandum eſt quòd d. cap. 11. ſolùm meminit de ipſis perſonis, & tamen fuit facta extenſio, ad loca ſumpto argumento de perſonis ad loca, quaré multó magis debet fieri extenſio de perſonis exercentibus curam animarum in monaterijs, ad eaſdem perſonas eandem curam exercentes extra monaſteria, quia de perſonis ad perſonas, facilior eſt trāſitus, quia ſymbolū habent.

Nec dici poteſt quòd huiuſmodi prioratus non ſunt membra monaſterij, ſeu capitis militiæ, quoniam contradici poteſt, ex notatis in cap. Cum deputati, de iudic. Clemnt. 1. de reſcript. Clem. 1 de regular. & membra regulariter dicuntur, & nuncupantur, quare hi prioratus exempti ſunt, & ordinaria cōſeruatoria vtuntur, aliás reſtringenda, ex cap P. & G. de offic. delegat quo circa tamquam membra in ſuis Concilijs conueniunt, & vota præſtant: non debent ergo á membris diſcedere, cap. Cum non liceat, de præſcriptio. cap. fin. de ſponſa duorum.

Nec obſtat ſi dixeris ſacram congregationem declaraſſe quód cap 8. ſeſſ. 7. 14
non comprehendit Eccleſias militiarū, qua declaratione extante, nequit extare iſta ſecunda declaratio, & reſoluitur, ſed dici poteſt quod ſuppoſito quòd domini Cardinales ſint cōtrarij ſtandum eſt nouiſsimæ, ex reg. l. Pacta nouiſsima. Cod. de pactis, §. Poſteriori, inſtit. de teſtam. cum vulgaribus, l. Sed & poſteriores, ff. de legib Vel dici poteſt quòd d. cap 8 ſolùm loquebatur de Eccleſijs exemptis habentibus curam animarum intra clauſtra familiarum ſcilicet, & religioſorum: non veró parochianorum, de quibus loquitur dict. cap. 11. quare non ſunt contrariæ dictæ declarationes.

Verùm his non obſtantibus dicendū 15
eſt

eſt quòd Concilium Tridentinum dict. cap.11. etiamſi dicamus comprehendere intẽdiſſe militias, tamen cum noſtris non pugnat, quia reuocat ſimpliciter priuilegia, & conſuetudines, non tamen comprehendere poteſt ſententias in eadem Rotta prolatas, prout in præſenti lata fuit in ordinum, & militiarũ fauorem, licet enim Princeps ſententias reuocare valeat, vt poſt alios Ruinus vol. 5. conſ. 21. num. 8. Tamen oportet vt exprimatur, vt per Doctores in l. Cauſas, vbi gloſ vit C. de tranſactio. Alex. conſ 94. vol 2. num 2 & quando Concilium eas reuacare intendit, id quidem exprimit, vt in ſeſſ. 14 cap 4 & ſeſſ. 21. cap. 6. & ſeſſ 6 cap. 4 de reform.

16 Deinde reſpondetur, quòd etiamſi reuocaſſet regulas iuratas non poteſt intendi ad militias authoritate apoſtolica corfirmatas, & in congregatione declaratum extitit, quod Concilium in ſeſſ. 25 cap 6 & ſeſſ. 6 cap. 4. de reform., dum reuocat concordias, non comprehendit confirmatas authoritate apoſtolica, idem ſuper Concilium ſeſſ 24. cap. 12. ibi: Congregatio Concilij cenſuit huiuſmodi ſtatuta ſublata non eſſe a Sede Apoſtolica confirmata: talia enim conſtat non ſubſtuliſſe Concilium, dict. ſeſſ 24. cap. 12. ſicq; eſt de iure, ex gloſ. recepta, verbo Pacta, in Clem. Dudum, ad fin. de ſepultur. Alex conſ. 125. vol. 2. num 7. Nauarr. 1. part. conſ. 2. ſub titul. de religioſ. domib. num. 1 nec in alium ſenſum dict cap. 11 receptum fuit poſt eius prõmulgationem ſeruato circa hoc breui à Leone X conceſſo, coram Nuntijs Apoſtolicis ſcientibus, & conſentientibus S Pontificibus. Ex quo euidens elicitur coniectura, eam fuiſſe Concilij mentem, ex his quæ Couarr. lib 2. variar. cap 16. num 6. Flamin. de reſignation tom 2. lib. 8 quæſt. 8. n. 154. lib 11 quæſt 9. num. 26. Rodrig. 1. tom. regul quæſt 6. art. 10 11. & 12. Solis de cenſib. lib. 1. cap 9 num 2. ſicut aliàs videmus plura eſſe decreta Concilij quæ quoad omnia (aliqui dicunt quòd non fuere perfectè recepta) vt eſt ſeſſ 24. cap. 17. de reformat. idem in ſeſſ 24. cap 2. eod, & ſeſſ. 25 cap 16. de regular. & valet non vſus vt priuilegiorum, vel conceſsio, vel reuocatio metiatur, ex Felin. in cap. Cum acceſsiſſent, de conſtitutio. num. 25. verſ Hanc regulam, vbi Deci. num. 27. verſ. ſecundo, Alex. conſ. 132. num. 3. lib. 1. Rodrig. dict. art. 12. gloſ. verbo Semel, in cap. Vt priuilegia, de priuil.

Vltimo dicitur quòd in iure d cap. 11. loquatur de monaſterijs, quibus eſt annexa cura animarum, in quibus non eſt iuriſdictio, vt punire poſsint in foro contenſioſo, regularium perſonas, vt per Vaſconcellum lib. 4. diuerſor. iur. arg. cap. 12. nu 10. Inde effectum fuit quòd vt tollerentur omnia dubia poſt ſacri Concilij promulgationem, Pius V omnia militiarum priuilegia innouauit, & de nouo conceſsit, quare infæliciter dubitatur, an reuocata ſint? cum potius de nouo conceſſa reperiantur. & ex hoc vnico fundamento olim prudentiſsimis viris, & à conſilijs Regis Sebaſtiani, quibus hoc negotium comiſſum extitit, ſic viſum fuit vt ſuprà diximus, & explicat Rodrig 1 tom. regul. quæſt. 36. omneſq; declarationes Cardinalium in fauorem Prælatorum emanatas deſtruxit, & caſſauit breue Gregorij XIII. ſicq; illis nullo modo ſtandum.

Ex quibus patet D. Iacobi militiam, cuius meminit Marta de iuriſdictione, cap 32. num. 14. citato Sigiſmund Freguer. & hiſtoria Volaterrana, fuiſſe cõfirmatam anno 1175. à Papa Alexandro III. poſtea per Iulium III anno 1184. & Vrbanum III. 1187. & Innocent. III anno 1205. & Honorium III. 1224. & Innocentio IIII anno 1247. Mota de confirma huius ordinis, quæ bullæ ſunt in lib. gladiorum, fol 100. & ex illis conſtat eſſe omninò exemptos ab Ordinarijs locorum, & Sedi Apoſtolicæ immediatos ibi: Sacroſanctæ Romanæ 17

manæ Eccleſiæ filios, &c. Et regula ipſa hoc clarè demonſtrat dum dicit Prælatis autem exhibeatur honor, nō tamen dicit exhibeatur obediētia: dicitq; quôd ab Epiſcopis recipiatur ordo, Chriſma oleum ſanctum, conſecrationes altariū, ſeu Baſilicarum ordinationes clericorū in ſacris, diſponitq; quòd eligantur viſitatores quæ omnia omnimodam exceptis illis caſibus exemptionem comēdant, hacq; poſſeſsione dict. ordo D Iacobi vſus fuit ad tempora Matini V. anno 1421. Hiſtoria Pontifical 2 p lib 6. cap. 12. qui militiam Sedi Apoſtolicæ ſubmiſit, ab Ordinariorumq; poteſtate exemit, in dicto libro, fol 32. Cumq; adhuc Ordinarij non ceſſaſſent, Calixtus III. anno 1455. pleniſsimam exēptionem indulſit, fol 34. eiuſdem libri. poſteaq; Leo X. vt omnes dubitationes conquieſcerent, conceſsit Bullam Auream, fol. 34. illius libri, vbi agit de erroribus, & culpis comiſsis in adminiſtratione Sacramentorum. Et tandem Clemens VIII. aliam conceſsit ordini Ciſtertienſi, quæ illicò noſtris militijs communicata fuit, ex breui Gregorij XIII.

18 Ordo autem de Auis, qui in Regno Caſtellæ eſt de Calatraua, dixit Marta vbiſupra, qui incepit anno 1120. cum Sanctio Rege, confirmatus extitit ab Alexandro III anno 1165. Hiſtoria Pōtificali 1. part. lib. 5. cap. 26. in fin. Emanuel Rodrig lib. 1 regul. quæſt. 5 art. 6. & in fin lib. 1. cap. 31. Cabed. de iure patr. cap. 17. à princ. Confirmauit item Innocent. III. conſtat lib. ordinis de Calatr. fol. 1 & 2 conceſsitq; anno 1202. priuilegia Ciſtertienſis ordinis: deinde Leo X. vtriq; ordini conceſſa, & altera Eugenij IIII conceſſa ordini S. Iuſtinæ, & Monti Caſsino, quæ pliniſsimam exemptionē ab Ordinarijs tribuit, quæ priuilegia S. Iuſtinæ conceſſa, cōmunicata extitere ordini de Auis, per bullam Pauli III. libro gladiorum, fol. 58 eſt & bulla Papæ Iulij II. conceſſa ordini S. Benedicti congregationes Montis Oliueti, eod. lib. fol. 253. quæ eximit Eccleſias etiam curatas, & regulares ab Ordinarijs.

Deinde infertur, quód hanc ordinariam iuriſdictionem ab omni ordinariorum ſuperioritate exemptam habent Magiſter, & Conuentus, non ſolùm in ſuis Magiſterijs, & Eccleſijs prædictorū ordinum, ſed etiam in ſingulis mēbris, provt capellis, heremitoria, de quibus loquitur text. in cap Statuendum, 16. quæſt 2 & cap. Ad audientiam, de Eccleſ ædiffi. Rota diuerſorum 54. Quamuis enim de iure monaſteriorum excēptio non extendatur ad membra, & capellas, cap. Ex ore, de priuil gloſ Magna verſ. Capellæ, in cap. Dilectus, de offic. Ordin Panor. in cap. Conquerente, notab. 2. eod titul. Tamen ex d. bullis tam monaſteria, quàm membra comprehēduntur in terminis gloſ Magna, in dict. cap. Ex ore, in fin. verſ. Niſi, vltra quod dici poteſt quòd regula cap. Ex ore, procedit in capellis Eccleſiarum ſæculariū, non tamen in Eccleſijs regularibus, quæ ſequuntur naturā ſui principalis, Ioan. Anndr. in cap 1. nu. 1. de præbend. in 6. Panor. in d. cap. Conquerente, notab 3. verſ. Et intellige, de quo eſt text. in cap. Recolentes, de ſtatu monach. Clem Ne in agro, §. Sané 2. de ſtatu monach. cap. nullus, de electione lib 6. Trid. ſeſſ 24. cap. 10. de reform. & ſeſſ. 25. cap. 21. verſ. Quæro, de regular Couarr. de teſtam. cap. 2. num 2 & 3. Hoieda de incompatibilitate 1 part. cap. vlt. nu. 92. & 105. regulatur nanq; membri dignitas à capite, cap. Cum non liceat, de præſcript. Sicq; limitatur doctrina Felin. in cap In noſtra, num. 44. de reſcript. vbi habet quòd beneficium præſentetur à regularibus, non ex eo dici poteſt regulare, quia ſatisfit quòd hoc non habet locum quando ex fundatione aliud conſtat ex bullis, & conceſsionibus ſummorū Pōtificum, Domin in cap Cum de beneficio de præb in 6. n. 8, vbi Francus nu 9.

Rebuf.

Rebuſ de nomin quæſt.15 nu 26. quod quidem extendi debet ad Eccleſias,non ſolùm ædificatas, ſed ædificandas, & erigendas, ſicq; ceſſat quæſtio gloſ. in cap.Cum capella,de priuileg. vbi communis, cum Hoſtienſ & Ioann. Andr. num.5. Panor.5 an priuilegium comprehendat Eccleſias futuras? Et ceſſat text.in cap Authoritate 2.part.de priuil. in 6 vbi prohibet ne exempti Eccleſias conſtruant,& capellas,in locis exēptis ſine facultate Sedis Apoſtolicæ,& inſuper ceſſat labor text.in cap Cum olim in 2. verſ.Eod. titul. quod exempti non ædificent ſine Epiſcopi licentia, vbi gloſ. verbo Reuocari, & Ancharr. ibi: notab. 11. Panor in princip quia hæc omnia bullis,& indultis conſtat apoſtolicis

20 Sicq; ad ædifficandum ſolùm Magiſter adeundus eſt, in ſimili Panor.conſ. 89. n 1.lib.2 ſic exprimit bulla Alexād. III & alia Innocent. III. & diſponunt ſtatuta D Iacobi cap.60.fol.33. & Auis, cap.28 fol.60 idemq; in Hiſpania ſeruatur, dicitq; de iure Panorm. in cap. Ad audientiam, de Eccleſ. ædifficand. Rochus verbo Eccleſiam fundauit ex num.7.

Circa autem capellas conſtructas à parochianis Eccleſiarum ordinū, quas conſtruunt extra limites dict. ordinum: maius eſt dubium, an ſequantur ſui principalis naturam? Et videtur quód ſic, ex bulla Nicolai V. & Calixti III. ibi: quæ dante domino in futurum,poteris adipiſci, & bulla Honorij III. ibi: Et omnia loca, quæ à maurorum manibus eripueris Eccleſiæ ſuæ concedimus, &c. Sicq; in Hiſpania obſeruatur in ordine D. Iacobi,tit.13 cap.1. & 3 & in Calatraua,cap 39 fol.35 & in Alcantara, cap.8 fol 63. Motta lib 2.cap. 1. §.10.

21 Deinde dubitari ſolet,an Ordinarijs, vel Prouiſoribus Regijs competat iurſdidictio ad prouidendum, & petēdas rationes confraternitatum? Et licet videatur ſuaderi,quôd poſſunt talia loca inuiſere,ex Concil.ſeſſ 25.cap.8 & 9. tamen ſi bene legatur, non procedit in Eccleſijs regularibus, ſicq; in Regno Caſtellæ obſeruari conſtitit, cum huius dubij deciſio peteretur à militia Caſtellæ: Et apud nos extat Ordin.lib.1 tit.62. § 43. quæ confratrias erectas authoritate Prælatorum,ab ipſis priuatiuè viſitari poſſe decernit. Conſtat autem tales confratrias authoritate Magiſtri in ſuis terris erigi. Vnde in terris magiſterij in terris quæ ordinis ſint in temporalibus, & ſpiritualibus, videtur quód ad ſolum Magiſtrum ſpectat,tales confratrias inuiſere,& rationes petere priuatiuè, vbi autem temporalem non habent, quod poſſunt admitti Prouiſores cumulatiue,in quo articulo variè in Senatu vidi iudicatum.

Dubitatum etiā vidimus, an ad Magiſtrum, eiuſq; menſam Conſcientiæ ſpectet permutationes beneficiorum acceptare? Et videtur quód ſic, quia ipſe habet iuriſdictionem quaſi Epiſcopalē, Ordinariuſq; exiſtit Ordin.lib.4. tit.43. §.11. ibi: *Prelados,Meſtres,&c.* Rodrig. d. lib.1.quæſt.36.art.3 Cabed deciſ.61.n.6. Barboſa in l.Quia tale,ff ſolut.matrim. num.95 Nec obſtat quòd permutatio non fit niſi de Epiſcopi conſenſu, cap. Quæſitum,cum ſequentibus, de rerum permutat. cuius authoritate purgatur vitium pactionis, quia in beneficialibus omnis pactio ſymoníam continet, cap. fin. de pact.cap.Cum pridem eod titul. niſi dicamus quòd requiritur authoritas, quia cum obtineri nequeat beneficium ſine inſtitutione Canonica, cap 1. de reg.iur. lib 6 ideo Epiſcopi aſſenſus expectatur:Sed hæc ratio videtur contra iura ſupradicta,& communem,quare verius videtur ideo requiri Epiſcopi conſenſum, quia beneficia permutari nequeunt, niſi reſignentur, cumq; nemo reſignet ſine facultate Epiſcopi, cap. Admonet,cap Cum in dubijs,de renūtiat. ita nec per viam permutationis, in 22

qua

qua neceſſariò debet ineſſe reſignatio: Sed adhuc non tuta eſt ratio, quia videtur admittere quòd pacta inter contrahentes fieri poſſunt in materia permutationis, quod tamen illa iura abhorrēt, quaré verius videtur quód pacta nulla fieri nequeunt, niſi ab Epiſcopo comprobentur, ideo nullus præter ipſum permutationem approbat d. cap. Quæſitum, de renunciatione, Nicolaus de iure patron. lib. 1. fol. 129. vbi huius rei reddit rationem, Felin. in cap. fin. illo titul. num. 29. Federi. de permut. benef. quæſt. 22. quia ſatisfit quòd illa regula fallit quoad Eccleſias, quæ pleno iure ſubſunt alicui Prælato exempto, ex Barbat. in cap. 1. de rerum permut. num. 4. Collecta. ibi nu. 3. faciunt quæ Panorm. in cap. Atſi clerici, §. de adulter. de iud. num. 13. Vnde cum Eccleſiæ ordinum plenè ſubſint Magiſtro, vídetur cum ipſo loqui reſolutiones ſupradictæ, vt poſſit permutationes aceptare, Sũma ſummarum, tit. de ſimon. quæſt 6. Eleganter. Soarez de ſimon. cap. 31. num. 4. Sicut aliàs ipſe Magiſter poteſt transferre Parochos quoties expedierit bono publico, & etiã ſit ſine Parochorio conſenſu. Nec obſtat quód videtur requiri conſenſus illius Prælatí, qui confert, qualis eſt Epiſcopus. Reſpondetur quòd collatio eſt Magiſtri, vt ſupra diximus, ſolùm nanq; ab Epiſcopo petitur inſtitutio, vt ſupra diximus.

His ſic reſolutis patet intellectus ad
23 Ordinationem in princip. dum iubet quòd milites poſsint compelli iurare in quacunq, cauſa, ex permiſsione Magiſtri, nam cùm hi ſint verè religioſi ex bulla Alex. III. & Gregor X. & Honor. III. & dixit Nauarr. de redditibus, q. 1. moni. 27. & 28. & in propugnacul. de redditib nu. 14 & conſ. 10. & 11 & de regular. 1 tom. lib. 3. Mench. Illuſt cap. 105 ex num. 45. gloſ 2. in cap. Sciant cuncti, de electione in 6. gloſ verbo Eccleſiaſticas, in cap. Quiſquis 17. quæſt 4. Ordin. lib. 2, tit. 2. Auendan. in diction. verbo *Cauallero*, Valaſc. conſ 14 nu vlt. Belarm. 1 tom lib. 2 cap 3. Motta lib. 1. cap. 4. § 26. num. 2. & § 20. num 2 & lib. 2 per tot. Hieronymus Llamas in method. 3. part. cap. 11. § 12 ad fin. & § 13 & 14. Molin. de iuſtitia diſput. 141. verſ. Eſt vero. Non poterant à iudicibus ſæcularibus cogi ad iurandum, niſi id fieret de conſenſu proprij Prælati, ex reg. cap. Significaſti, de foro compet. cap. 1. & alijs de teſtib. cogend. ſicut aliàs clerici de facultate ſui Epiſcopi, teſtificantur.

Hinc dubitari ſolet, an virtute huius 24
amplæ iuriſdictionis, poſsit magnus Magiſter militiarum, cum certum iudicem militibus deputauit in communi, in aliqua cauſa particulari alium poſsit eligere, vt vigore ſuæ cognitionis cognoſcat, quia eius iuriſdictio eſt ordinaria, & ſuccedit reg. l More, ff de iuriſd omni. iud. in ſimili Sanches lib. 3 diſp 31. n 3. Cancerius lib 3 var. tit. de iurib caſtrorum, num. 249. facit Ordinatio lib. 2. tit. 45. §. 47. vbi ſpeciales auditores permittit ex iuſta cauſa, debet tamen talis electus eſſe miles.

Deinde, An poſsit Magiſter iubere fieri inquiſitiones contra milites per iudicem ſæcularem non militem? Et poſſe non eſt dubium, ex ipſius delegatione, ex reg ſubrogatus, &c In id tamen ſæpius incidimus dubium, An in menſa Palatij tales Prouiſores valeant expediri? Et quoad primas inquiſitiones generales illis hoc conceſſum reperitur epiſtola Regis noſtri, vt ſemper ſubintelligatur clauſula quód comiſsio emanauit tanquam à Magiſtro, quando verò agitur de inquiſitionibus ſpecialibus, id Senatui Palatij datum non eſt, ſed ſoli Proregi ex altera epiſtola Principis, vtraq; continetur in 1 part. huius tractatus inter reſolutiones, ad fin. libri, de quo late diximus in noſtris deciſionibus, deciſ. 58 num. 9. & 10. licet ſtyllus aliud obſeruet, quàm ibi reſoluimus.

Vidi-

Videmus dubitari, An militiæ, & cõuentus militiarum comprehendantur in ſubſidio impoſito quibuſcunq, perſonis eccleſiaſticis cum clauſulis ampliſſimis generalibus? Et videtur quód nõ, quia ordinum debet fieri ſpecifica, & indiuidua mentio vt comprehendantur vt alias conſtat in pluribus Concilijs decretis, vt ſeſſ 23. cap 8. de reform ad med. ibi: Milites cuiuſcunq; militiæ, &c. & ſeſſ.24 cap 11. & ſeſſ 25 cap 22 de regular. deciſio Rottæ diuerſ. 191. lib.1. Sanches in 2.part.decalog lib.5 cap.4. num 17 & lib.7.de matrim diſput 44. num 8 Nauarr.lib 3. conſ.10 num 10. ſub tit. de regular Azor. Inſtit. Moral. cap 4 q.2. Morzilla in decretis Concil. lib 1 tit 12 ad Concil.ſeſſ 25 cap.15. de regular. Gonzal.in reg.8. gloſ 8. nu 61. Flamin de reſignat.lib.6.quæſt.2 n.117. Sicq; olim tempore Regis Sebaſtiani, cùm ſubſidium exactum eſſet per bullam expeditam, ſine ſpeciali mentione ordinum poſtea ſubſidium iam exactũ, militijs fuit reſtitutum.

26 In ſecunda quæſtione, quód citari valeant in ciuilibus milites in foro ſæculari: An hoc poſſet à Magiſtro ſtatui? Grande eſt dubium cum ordinibus, & militijs competat priuilegium, ne in ciuilibus, vel criminalibus alibi quâm coram ſuo iudice conueniantur, cumq; olim in ciuilibus milites inuiti traherentur ad forum ſæcularem. Iffans Henrichus militiæ Ieſu Chriſti Magiſter prouiſionem explicauit, quæ ſic habet.

Eu o Iffante Dom Henrique Regedor da ordem de noſſo Senhor Ieſu Chriſto, Duque de Viſeu, & ſenhor da Couilhãa, faço ſaber a vós Frei Affonſo Vaz de Souſa Caualleiro, & Comendador da Redinha, que eu fuy informado, que pelo Corregedor del Rey meu ſenhor, & por outros Corregedores das Comarcas, & juſtiças, que os Caualleiros deſta ordem herão requiridos, & conſtrangidos, aſsi dos feitos crimes, como dos cineis, que reſpondeſſem perante elles, os quais por não ſerem ſabedores, de como ſão izentos, aſsi pelo direito comũ, como pelos priuilegios a ordem otorgados, que tem dos ſantos Padres, herão muyto empachados, por não ſaberem o que em iſto hauião de fazer, porq̃ poderá ſer que por ſemelhante guiſa, ſereis requirido: Eu vos notifico, que vós, & os outros Caualleiros da dita ordem ſois aſsi izentos, como os Frades & Clerigos de ordes ſacras, & Beneficiados, & aſsi tendes feitas voſſas profiſſoẽs, & porende vos mando, & defendo, que não reſpondais perante o Corregedor ou Ceregedores, & juſtiças, aſsi em feitos crimes como em ciueis, ſe não pela forma, & caſos, que reſpondem Conegos, & Clerigos de ordẽs ſacras, & Beneficiados, & Frades izentos, porque aſsi ſois profeſſos como elles. E ſe vos allegarem, que tendes ſenhorio, ou juriſdição, bem podeis notificar, que voſsas comendas vos não ſão dadas, ſobre as rendas que hajais de prouer, & requerer hauer pera voſſas gouernãças, mas pera ſeruiço de Deos, & delRey meu ſenhor, & requeiro, rogo, & encomendo ao Coregedor da Corte, & aos mais Coregedores, & juſtiças, que vos não conſtranjão em voſſos feitos, & não queirão encorer nas excomunhões, que emcorrerão ſe en elo ſe entromerem, por bem dos ditos priuilegios, mas vos remetaõ amy que ſou voſſo mayor, para de vos fazer comprimento de juſtiça: E ſe vos iſto não quizerem guardar, vos ireis a ſeu citamento, & não reſpondais mas, pedi delo hum inſtrumento para por ello proceder ſegundo forma de direito contheudo nos ditos priuilegios. E peço por merce a elRey meu ſenhor, que pois a todos os Arcebiſpos & Biſpos, & ordẽs, que ſão tamanha multidão de peſſoas, lhe ſão guardadas ſuas jurdiçoẽs, lhe praza mandar guardar aſsim eſta piquena jurdição, que tão poucas peſſoas tem em ella. Feita em Tomar a 6. de Feuereiro, Frey Pedro Eſcriuão da Ordem a fez: Era do naſcimẽto de noſſo Senhor Ieſu Chriſto de 1456. anços

O Iffante.

Patet inuitos milites trahi ſolitos ad iudicium ſæculare ipſos reclamaſſe, & con-

& contradixiſſe: & pro ſui priuilegij conſeruatione pugnaſſe, quouſq; tandem vnito magiſterio Coronæ, vtraq; dignitas ad Regem Emanuelem inuictiſsimum deuenit, qui ſanxit quòd in prima inſtantia in ciuilibus trahi poſſent ad iudices ordinarios locorum, ab hiſq; appellaretur ad iudicem ordinum qui in Curia reſideret.

DOm Manoel &c. Fazemos ſaber que vendo nos quanto ſomos obrigados a todo o bem, & conſeruação das couſas da ordem do Meſtrado de Chriſto, cuja gouernança, & adminiſtração temos, & como em razão de toda a couſa que bem pudermos deuemos a dita Ordem priuilegiar. E por fazermos graça, & M. aos Comendadores, & Caualleiros della: por eſta preſente nos praz, & lhe outorgamos que em todos os feitos ciueis que forem demandados quaeſquer Comendadores, & Caualleiros da dita Ordẽ, por aução noua poſſaõ conhecer, & conheção de ſeus feytos, aſsi como ſe proprios juyzes da dita Ordem foſſem, porque nós lhe damos para ello poder, & authoridade, com eſta limitação, que atè aquella contia que cabe em jurdição, & alçada que ordinariamente têm os juyzes ordinarios para nelles acabarem, ſem mais appellação, nem aggrauo, atè eſtas contias. Acabe tambem nelles o que tocar aos ditos Comendadores, & Caualleiros, & dém ſuas ſentenças à execução. E como os tais feitos forem de mayor contia, então darão appellação, & aggrauo para o juyz, ou juyzes da Ordem, perante o qual ſe ſeguirão as ditas appellaçãos, & aggrauos pelas partes, & pelos ditos juyzes da Ordem finalmente, ſem mais outra appellação, ou aggrauo ſejão os ditos feitos deſpachados, como em direito for. Emperò declaramos que onde nós eſtiuermos, ou poſto que em peſſoa não eſtemos, ſe eſtiuer o juyz proprio da Ordem, nenhum juyz, nem outra juſtiça, poſto que até a dita contia de ſua jurdição haja de conhecer, como por eſta o mandamos, & nelles acabar, não tomarà conhecimento de nenhum feito dos ſobreditos Comendadores, & Caualleiros da dita Ordem. E os tais, onde nós eſtiuermos, ou o dito juyz, poderaõ ſer demandados perante o juyz dellr, ou perante qualquer outra peſſoa que nós para iſſo ordenarmos: porque o conhecimento dos outros juyzes para vſarem do que dito he, ſe naõ ha de entender, ſaluo de fóra nos lugares onde nós naõ foremos preſentes, ou o juyz da dita Ordem. E mandamos, &c. Lisboa 4. de Ianeiro. Aluaro Fernandez o fez, Anno de 1550.

REY.

Huius dipplomatis occaſione cauſæ ciuiles tractabantur coram iudicibus locorum Ordinarijs, ex comiſsione qua Magiſter eos iudices ordinum cõſtituebat, patet ibi: *Como ſe proprios juyzes da dita Ordem foſſem, &c.* Cumq; hoc cognoſcendi modo inueteratus iam vſus, initium, & fundamentum non appareret, incæperunt iudices Ordinarij, non ex comiſsione, ſed ea propria iuriſdictione militum cauſas decidere, & tandem idem ipſum in hanc Ordinationem redactũ eſt extracta à regia prouiſione, quæ eſt libro ſecundo Senatus fol. 71. & lib 3 tit 108. & vtrumq; in Extrauaganti lib 2 tit 3 l. 2. 3 & 4 vbi refertur hoc in Senatu Eboræ deciſum, ſed quæ poteſtas ad hoc ita ſtatuendum, maximè cùm poſtea Rege Sebaſtiano imperante trium inſtãtiarum bulla impetrata ſit, in qua Papa Pius IIII. diſponit, & ſtatuit quòd tam in criminalibus, quàm ciuilibus ſuum habeant iudicem, coram quo conueniantur: quare non iudico tutum hunc cognoſcendi modum; & an hoc habeant Reges ex priuilegio apoſtolico, non mihi conſtitit.

Circa vltimam quæſtionem quæ reſpicit priuilegium fori, ne illo gaudeant 27
equites, niſi qui comendam habent, vel ciuiles panes, vulgò, *Tenças*, vel aliud ſtipendium, cum quo comodè viuant, & ali valeant? dicendũ quòd hæc dubitatio habuit initium à breui Leonis X. quo ita fuit Regibus conceſſum, refertur lib. 5. Senatus, fol. 112. & ex dip-

plomate

plomate lib.2. fol. 15 & lib. 5. fol 109. verſ. Tamen poſtea Paulus reuocato breui Leonis, Regno Caſtellæ conceſſit quód milites inſigniti Cruce illius ordinis indiſtinctè foro gauderent, quód illicò ac conceſſum fuit: etiam militijs huius Regni communicatum extitit ex breui Gregorij XIII. vt cunq; igitur ſit, illud videtur obſeruandũ quod qui comendam habet, *ou tença*, cum cruce gaudent ſine vlla diſtinctione priuilegijs ordinũ, patet ibi: *Comenda, ou tença que com ella lhe ſeja dada.* Vnde illa reſolutio quam aſsignat Valaſc conſ. 131. num 5. diximus deciſ. 58. num. 12. deducta ex dipplomate Regio, lib. 5. Senatus fol. 110. dum æſtimat à mantença, vt ſaltem debeat reſtringi ad 150. numos, illud quidem non procedit *na comenda*, ſeu *tença*, ſed *na mantença*. id eſt ſtipendio dato, quia cum quacunque comenda etiam exigua, & cum quibuſcunque panibus ciuilibus etiam exiguis forum cõpetit. Circa vltimum ſtipendij, ſeu victus, vulgò *mantença*, dubium eſt? in quo ſpectatur ſtyllus Regni, qui hanc ſummam reduxit ad 150. numos. An autem qui habitum, ſeu crucem portat cum promiſsione comendæ gaudeat foro? Ego incliino non gaudere viſa forma Ordinationis, quæ nititur breui Leonis, non regia poteſtate. Sicque poſtea vidi iudicatum in Senatu, in caſu D. Emanuelis Lobo, & approbatum in Senatu Palatij. Circa autem delicta equitum, qui miniſtri ſunt, & quomodo? dixi dict deciſ. 58. Sed adhuc dici poteſt quòd nec breue Leonis ſufficiat ad minuenda priuilegia militijs conceſſa, impetratum ad Regis inſtantiam, quia requirebatur breuium antiquiorum derogatio ſpecialis, & debuit audiri Magiſter, niſi dicamus quód longæuus vſus inducit approbationem. Illud tamen ſemper eſt notandum quód inquiſitio facta contra equitem non notoriè comendatorém, vel notoriè priuilegiatum, ſemper valida eſt, etiam facta à ſæculari, quia non eſt certum quòd foro gaudeat, ſicut aliàs contra minores ordines habentem, vt diximus ſupra, & ad hoc reducenda eſt noſtra deciſio 58. num 10. vt procedat in notoriè priuilegiato. Vnde non bene videntur iudices equitum facere, dum inquiſitiones factas à ſæculari de criminibus equitum annullant, quia adhuc neſcitur, An priuilegio gaudeat ille, de quo inquiritur, quia prius debet priuilegium ſuum allegare, & expectari ſui iudicis requiſitoriæ literæ, vt fiat remiſsio iuxta areſtum Senatus, in quo forma his literis requiſitorijs data eſt, quem vide. Vnde eodem exemplo dubitari poteſt, an ſi eques petat remiſsionem cum literis requiſitorijs à ſuo iudice emanatis, an audiri debeat ſuper remiſsione ante quam capiatur, Et videtur illum, qui remiſsionem petit, ſtatim capiendum, nec aliter audiendum fore, arg. Ordinationis lib. 5. titul. 124. §. 13. Sed adhuc videtur quód ſtatim debeat rẽmitti, ſi notoriè ſit comendator, ex Ordin. li. 2. tit 1. §. 23. quæ loquitur in clerico in ſacris, qui cum notorius eſt, ſtatim remittitur. Vnde ſi reus ſit notoriè priuilegiatus, comendamq; habeat, fruſtra expectatur alia requiſitio.

Aliqui ſenſiunt quód dicta verba Ordinationis ibi: *ou mantença*, debeant intelligi de proprijs redditibus equitis, & patrimonialibus, quaſi ſit ſenſus quòd gaudeat foro ſi comendam habeat, vel ciuiles panes: vel tandem ſi patrimoniũ habeat pingue, quo ali valeat, ita vt crucem portet ſine dedecore ordinis. Sed hic ſenſus confunditur ex eadem Ordinatione ibi: *com o habito*, vbi ſupponit redditus debere eſſe datos ab ipſo Magiſtro, plura enim ſunt bona ordinum, quæ á laicis poſsidentur, vnde non ſufficiet habere emphyteuſim pinguem à Magiſtro, niſi illa cum dict.

cruce ordinis conceſſa ſit.

Illud ſemper aduertendum eſt, quòd equites, ſeu milites nullo priuilegio gaudent, niſi profeſsionem emiſerint, vel intra annum nouitiatus delinquant, ex Concilio Tridentino ſeſſ. 24. de reform. cap. 11. ibi: Et ſecundùm regulam prædictarum militiarum profeſsionem fecerint, &c. Vnde videtur quód iudex equitum petere non poteſt milites, qui non ſint profeſsi, ſi extra annum probationis ſint conſtituti. quod notandum eſt in praxi.

Ex his apparet quàm ampla ſit Magiſtri poteſtas, militiarumq; & priuilegiorum ipſorum ſplendor, licet in pluribus non ſeruentur, cum potius ampliari, quàm diminui debuiſſent. Vnde ſemper dubitaui de intellectu Ordinationis lib. 2. titul. 11. §. fin. cuius occaſione receptum quód non excuſantur à ſolutione gabellæ, niſi milites ordinis Ieſu Chriſti in hoc Regno: cæteri verò Diui Iacobi, & de Auis ſoluant ex rebus ſoli ad proprios vſus emptis, qui ſenſus nullo modo conuenit priuilegijs militiarum, quæ inter ipſas ſunt cõmunes, quinimó, & conceſſa Regno Caſtellæ, illicò militijs huius Regni cõmunicantur, quomodo ergo poſſunt non eſſe immunes ab omni gabella. Vnde illa Ordinatio dum de ſolis militibus ordinis Ieſu Chriſti meminit, non id fecit vt hi ſoli admitterentur, & reliqui manerent excluſi, quia ſine dubio erat equites Diui Iacobi, & de Auis tali priuilegio gaudere, ſicut aliàs eccleſiaſtici omnes expræſsi in dict. Ordinat. d. titul. 11. vt ibi diximus. Vnde prouiſum in altero ex dictis ordinibus prouiſum cenſeri debet in omnibus, quia inter illos nihil non commune, licet aliter vſus obſeruet ſine fundamento.

SVMMARIVM.

LEx Regia priuat naturalitate impetrantes beneficia viuentium. In principio. num. 1.

2 *Poteſtas ſpiritualis, & politica deſtincta ſunt.*

Summus Pontifex eſt Rector ſupremus. ibi.

Poteſtas politica ad ſui conſeruationem poteſt leges condere. ibi,

Secularis Princeps non poteſt circa beneficiorum impetrationes diſponere. ibi.

3 *Non eſt cauſa ligitima vt Princeps occurrat quod litibus vexentur ſubditi.*

4 *Beneficium ſi collatum eſt in forma gratioſa, ſtatim dominium acquiritur.*

5 *Lex Regia dum fouet intruſos poſſeſſores iniuſta eſt.*

Vel ſi in menſe reſeruato beneficium ab Ordinario conferatur. ibi.

6 *Lex Regia clericos puniendo amiſsione libertatis, & ciuitatis nulliter procedit.*

7 *Cauſæ quibus legislator motus fuit ad prohibendas impetratines viuentium.*

Princeps legibus generalibus coercet ſubditos, & aliquando peraccidens non ſubditos. ibi.

Naturalitas eſt quid temporale quod eſt in manu Principis ſæcularis. ibi.

Domicilium triplex eſt, vel naturale, vel accidentale, vel commune. ibi.

8 *Lex ſæcularis dum punit impetrantes viuen-*

uiuentium beneficia inſurgit in auxilium iuris Canonici.
Intellectus. cap. Relatum de prabend. ibi.
9 *Promiſsiones vaccaturi non fiunt à Pralatis inferioribus.*
Pralati inferiores de iure communi vnire poterant, non tamen hodie. ibi.
10 *Beneficia non vaccantia ſolus Pontifex concedit.*
Quas pænas incurrat impetrans viuentis beneficium. ibi.
11 *Lex Regia quomodo pænas addat in auxilium iuris Canonici?*
Lex Regia plenius quàm ius commune prouidit. ibi.
Lex ſuppoſitiuè diſponens non eſt nulla, licet contrarium reperiatur. ibi.
12 *Politica poteſtas pro ſua conſeruatione poteſt expellere ſeditioſos.*
Defenſio licita eſt. ibi.
Seditioſum hominem licet à Repub. expellere. ibi.
Mauri ab Hiſpania expulſi ob bonum commune. ibi.
Medici, ſeu chyrurgi membrum putridum reſecant, ne ſanum corrumpat. ibi.
Litium redemptores á Republica expelluntur. ibi.
13 *Lex generalis ligat clericos ſi de illis non diſponit ſpecialiter.*
14 *Princeps ſacularis etiam matrimonio poteſt impedimenta ponere, attento iure.*
15 *Lex Regia poteſt reddere inhabiles ſubditos ad beneficia ſui Regni ex iuſta cauſa.*
Sic Reges habent præſentationem Epiſcoporum, ne aliás inimicus Regis fiat de eius conſilijs, eo inuito. ibi.
16 *Inhabiles lex facere potuit impetrantes beneficia viuentium.*
Vexatio maxima datur in his impetrationibus. ibi.
Non ceſſat vexatio licet in Regno lis agitetur. ibi.
Exteri non poſſunt in Regno habere beneficia. ibi.
Lex Caſtellæ prohibet impetrationes beneficij viuentis. ibi.
17 *Regni conſuetudo eſt antiquiſsima, vt inhabiles tales impetrantes reddantur.*
Lex eos facit inhabiles á parte ante. ibi.
18 *Lex Regia non tueri intendit intruſos.*
19 *Iuſté lex procedit contra impetrantes.*
Priuilegium, & conſuetudo in quo differunt? ibi.
Conſuetudo valet vt aliquo caſu clericus trahatur ad forum ſacularem. ibi.

AN PRINCIPES SÆCULARES poſsint naturalitate Regni priuare ſuos ſubditos, qui beneficia viuentium Romæ impetrant? Ad Ordin. Regiam lib.2. tit.13. in princ.

CAP. 59.

Sub illis verbis ibi: *Grande vexação.*

1 DIſponit Ordinatio Regia, quòd Romæ impetrantes viuentium beneficia natualitate Regni priuentur, alijſq; afficiantur pænis, in cuius contextu multa abſcondita deliteſcunt, & pluribus incognita, in contentionibuſq; forenſibus quotidiè ventilata, & ad praxim maximè vtilia.

Attendentes Luſitani Principes inuictiſsimi, quas perturbationes in Repub. concitarent beneficiorum impetrationes, quibus viuentium beneficia aucupantes, poſſeſſores litibus vexabant, ita vt ad Romanam Curiam citati, vel beneficia dimittere, vel ſaltem paciſci, & penſiones conſtituere cogerentur, Romano Pontifice multum deteſtante, ad quem non facilis eſt recurſus: Cumq; hæc mala indies magis excreſcerent, ob clericorum multitudinem, & Regni anguſtias, paci, & tranquilitati Reip. propensè incumbentes, vt amputarent omnes fraudes, quibus cõmunis pax ciuium conuelli poſſet, legem hanc ſanctiſsimã condidere, per quam ſatis malo in mẽbra Reipub. graſſanti occuritur. Fateor quód hæc Prouintia alios expoſcebat humeros, vt in hoc diſcurſu Mandoſ. in reg. de Annali, in princ. Et ſcio in Senatu, & extra, viros eſſe doctiſsimos in hoc Regno, qui ſi in eodem hoc arg. verſarentur accuratius, & ingenioſius omnia diſcererent, & noſtras has locubrationes longe antecellerent. Verùm in magnis tentaſſe ſufficit, non modicam enim gloriam aliqui conciliarunt, ex eo ſolũ quod in difficilimis rebus abſoluendis occubuere. Multa enim ſunt in hoc tractatu dubia obſcura omnia à nemine ad hæc vſq; tempora notata, multiſq; controuerſijs, & contradictionibus inuoluta, quas ingenio complecti valde difficile, & penè impoſsibile reſecare, illudq, nobis gloriæ erit prius telũ inhiſce controuerſijs immiſiſſe, licet alij anteant, quorum nos diligentiam, & ſtudium pro ingenij noſtri tenuitate æmulari ſemper ſtuduimus.

Vt igitur ad noſtram legem accedamus; videtur quod eius deciſio ſuſtineri nequeat ex ſequentibus. Primo quia poteſtas ſpiritualis, & pollitica deſtinctæ ſunt, & ſeparatæ inter ſe ita vt vna alterã non debeat impedire, & in hunc ſenſum in Rep. eccleſiaſtica ſolus S. Pontifex eſt rector c non decet, & ſeq 12. diſtinct. ſubquo ſunt alij rectores comunitatum inferiorum, Epiſcopi, & reliqui Prælati, dixit Burſatus lib 1. conſ 125 n.72. & 73. Cou ar. pract c.1 n 2 Belarm 1 p. lib 4. de Romano Pontifice cap 9. & ſeq. idem contra Braclaium In politica vero, vel ſunt plures rectores à populo elect. vel vnus vt olim apud Romanos 2

Con-

Conſules excitere exactis regibus, qui duo ſingulis annis creabantur, vt per Cagnol.in l 2.nu.33.ff de orig iur.& Conan lib.1. cap.12. quouſq; lege regia in Principem illa poteſtas fuit translata,& dicitur Regia à materia, ſuper qua ædita fuit,per illā nanq, legem populus in Principem poteſtatem tranſtulit, Conan.d.lib.1. cap.16. Zazius in d. l 2. num. 85. Couarr. pract. cap 1. num. 3. Cumq; vtraq; poteſtas ad ſuos fines dirigatur, vt diximus ſupra cap.2. præludio, 1. part. & ſuis circunſcribatur limitibus, ad illam etiam ſpectat inter ſuos ſubditos leges condere, itavt nec Pontifex de rebus prophanis ſtatuere, niſi in ordinem ad ſpiritualia queat, nec ſæcularis Princeps de ſpiritualibus rebus,aut eccleſiaſticis perſonis, cùm ipſius ſubditi non ſint, nec ratione ſui finis rebus ſpiritualibus, aut eccleſiaſticis vti poſsit, Belarmin aduerſus Braclaiū Ideoq, damnantur Principum ſæcularium ſtatuta,& leges in Auth Caſſa C. ſacroſ. eccleſ. Alex in additio ad Bart in dict. Auth. Cagnolus tom 3. fol. 250. Pomates in additio. ad eundem Bart. in dict. Auth Caſſa, Viuius commun. opin. n 780. & eſt de iure Canonico text in cap Eccleſiā ſanctæ Mariæ de conſtit. cap. vltim de rebus eccleſ. cap. Quoniam, de immunit. eccleſiārum. Iniuſtè ergo lex noſtra circa impetrationem beneficiorum diſponit, cùm eorum prouiſio ſolum ſubſit ſummorū Pontificum legibus, & ſtatutis, cùm cauſæ beneficiales ſint ſpirituales, & ius beneficij ſit ſpiritualibus annexum, cuius impetrationem Princeps ſæcularis prohibere nequit, neque citationes ad Curiam cum vtraq, via præcludatur agentibus actio,& ingreſſus ad ſpiritualia.

3 Secundo,ratio ob quam cæteræ leges regiæ à calumniantium morſibus vindicantur ea eſt, quia Reges in illis non iuriſdictionaliter cognoſcunt, ſed per viam ſubſidij, & protectionis violentias manifeſtas inter ſubditos tollunt, vt dixi ſupra ad Ordin. lib. 1. titul. 9. §.12. Sed hoc caſu non agitur de violētia reparanda,cum impetrantes adeant legitimum ſuperiorem, ad quem col atio beneficiorum ſpectat, vt ab ipſo prouideantur, nihilq; per vim extorquent,ſed præuia citatione legitima, & ſeruato iuris ordine, qua via nemini fit iniuria, nec violentia, licet enim aliqui doctores teneant in cap. Audita de reſt.ſpol. quod etiam per iniuſtam litem fit moleſtia, pro qua cōpetit interdictum retinendæ,vt per Menoc 3.rem. retinend.n.298 per textum, ibi,verbo indebite moleſtare, &c. Tamen verius, & receptius eſt tale interdictum nō dari propter ſolam moleſtiam iudicialem quæ ex lite mota inducitur,nam requiritur moleſtia extraiudicialis,& quæ de facto irrogetur,nam qui in iudicio agit, iure ſuo vtitur,& authoritate legis expetitur,nec iuris executio infert moleſtiā, ex reg. l Fluminum, §.fin ff.damno infect. cap. Cum Eccleſia 31. de elect. nec pænam meretur ex l. Grachus, C de adulter. niſi moleſtia ſit de facto, prout in dubio ſemper accipitur,arg.l.Aurelio 21. § Cayus, ff. de libera leg. gloſ.2. in cap Pro illorum 22. de præbend. communis ex Couarr.in cap. Quamuis 2.p. §.4.n.10. Nauarr.in cap. Cum contingat 7. caſ nullitatis. Nam contra indebite moleſtantem eſt in promptu expenſarum condemnatio, iuxta cap. Calumniam,de pænis; quare cum violentia de facto non datur, non eſt cur leges ſæculares occurrant, cum ſubditorum nulla conſideretur oppreſsio notoria

Tertio, ſi beneficium in forma gratioſa collatum ſit beneficiarius ſtatim ab impoſitione pilei in Romana Curia beneficiarius efficitur,& dominus,& poſſeſſor beneficij,vnde fit quòd à Principe ſæculari dominio, & poſſeſsione quæſita nequeat priuari,l Item ſi verberatum.§ 1. ff rei vindic Couarr. Variar. 4

lib 3. cap. 6 num. 6. Valaſc de iure emphyt. quæſt. 3. nu. 9. Menchach Illuſtr. cap 5. à princip. aliàs enim tyranidem ſaperet illius poteſtas, Mencha. vbiſupra num 15. Couarr. dict. num. 6. Nec audiendi ſunt qui exiſtimant poſſe Principem ſæcularem ius, & res ſubditorum ab illis auferre, etiam ſine iuſta cauſa de plenitudine poteſtatis, vt dixit Deci. conſ 191. conſtat nanq; plenitudinem poteſtatis, & ordinariam non differre inter ſe, ex Mencha Illuſt. cap. 26 nu. 19. & 22. Si ergò nec de ſubditorum rebus niſi data iuſta cauſa diſponit, à fortiori, nec diſponere poterit de iure, ac rebus non ſubditorum, quales ſunt clerici, dum illos, & beneficijs, & naturalitate priuat.

5 Quarto, hæc lex quatenus poſſeſſores beneficiorum tuetur indiſtinctè, fouere poteſt manifeſtam iniuſtitiam, atque ideò etiam inter ſuos ſubditos nõ eſſet obſeruanda, poteſt enim contingere vt poſſeſſor beneficij ingreſſus fuerit poſſeſsionem per ſymoniam, quo caſu titulus beneficij euacuatur Extrauag. cum deteſtabile, de ſymon. Caſſador. deciſ. 5. nu 1. ſub titul de ſymon. Couar. in reg. peccatum, 2 part. cap. 8. num 8. Emanuel Rodrig. in Summa, 2. part. cap. 56. à n. 16. Nauarr. in cap. Si quando except. 4. de reſcript Salzed. addition. ſub litera D. Roduanus in tract. de ſymon 4 part cap. 9 num 30. & 3. p. cap 9. n. 10 Rotta deciſ. 405. 1 p. diuerſor. Franciſcus Soarez de Relig. lib 4. tit. de ſymonia Quo quidem caſu nulla datur poſſeſsio, ſed mera intruſio Inſuper ponamus quòd poſſeſſor eſſet prouiſus menſe reſeruato, quoad Pontificem ſpectabat collatio, ex quo euenit quòd collatio Ordinarij nulla fuerit, patet ex text in cap 2. in fin de præbend. in 6 Lapus allegat. 19 ſub num. 2. Simoneta de reſeruat. quæſt. 48. Gonzal. in proæmio, §. 4. num 76 Dum ergo tales poſſeſſores, & ſimiles lex tuetur impediens talium beneficiorum impetrationem, & legibus Canonicis obuiat; & libertati Eccleſiæ vniuerſalis, dum limitat ipſius poteſtatem, in conferendis beneficijs, quorum ipſa abſoluta domina eſt, & pariter offendit ſæcularis, ſeu politicæ poteſtatis regimen, dum ſymoniacos, & intruſos tollerat, & defendit, qui à communione arceri debet, ergò nullo ex capite ſuſtinetur.

Quinto, dum lex priuat naturalitate clericum, eum criminaliter punit amiſſione libertatis, qui deportato æquiparatur, vel bannito, dum è Regno eijcitur, Cabed. de iur. patron. cap 36 n. 14. Super perſonaliter deſtringitur, vt patet in titul 15. in fine, vbi iubet vt tales capiantur, quæ pæna repetita cenſetur in hoc tit. 13. patet, ibi, *E nas mais penas que por noſſas ordenações ſaõ poſtas &c.* quæ quidem omnia cum ad iudicium criminale ſpectet, nullibi legimus clericos criminaliter accuſari poſſe, nec diſtringi à ſæcularibus, ſtante cap decernimus de iud. cap. clerici eod cap. nouerint de ſentent. excomunic. Nam quotieſcunq; clerici pænis ſtatuti generalis ligantur, adhuc tamen non poſſunt pro illis pænis coram ſæculari iudice conueniri: ſed debent pulſari apud ſuum iudicem, Guterrez lib. 1 pract. quæſt. 4. nu. ad l 12. tit. 3 lib. 1 nouæ collection. Curia Philip. lib 3. § 3. num 14. & dixit l. 54. tit 6. part. 1. Couarr. pract cap. 13 in fin Sarmiento ſelectar interpræratio. lib. 7 cap. 14. licet Relin. de maieſtate Princip. num. 166. & Olanus in concord. iuris, lit. C. nu. 38. aliter ſentiant. Quare hæc lex ex omni latere nutat, & videtur non obſeruanda, dum clericos contra omne ius punit, & deſtringit. 6

Hæc, & alia contra noſtram legem adduci ſolent, & contra alias ſimiles, tit. 14 & 15. quibus tamen non obſtantibus earum deciſiones, & iuſtæ, & validæ, & Reipub. ſtatui opportunæ cenſendæ ſunt, ad cuius rei cognitionem prænotandum eſt. Quòd lex noſtra vtilitatem publicam attendens, cohibere 7

ſtuduit

ſtuduit iniquas impetrationes beneficiorum viuentium, vt lites quibus Reſpub. perturbabatur, extingueret, ex quibus maxima ciuilium vexatio reſultat, vt habetur in Clem. Dudum, de ſepultur. & habetur in l. Si quis ingenuū, §. In ciuilibus, ff de capti. tradit Bart in l. Hæc igitur, Cod. de nouo cod. facien. contra enim impetrantes viuentium beneficia ſiniſtra eſt ſuſpitio. Beneficij enim viuentis impetratio quandā ſpeciem continet inhumanæ, & ilaudabilis accuſationis, vt inquit Gomez in reg. de A unali. quæſt. verſ. Et cauſa odij. Vnde ſic impetrans in dubio iniuſti præſumūtur, & iniuſte litigare, proſequitur Gomez vbi ſupra, quæſt. 2. à princip. laté Mandoſ conſ 20 num. 9. verſ. Quæ tāto magis, Gonzalez de menſib & alterna, gloſ 15 num. 124. Ex quibus cauſis poteſt legislator ſæcularis, pro tuenda & conſeruanda Reip pace, & tranquilitate, legibus coercere generalibus, etiam eccleſiaſticas perſonas, per indirectum, quatenus leges ad ſubditorum cauſas ordinantur, licet per accidens, ſic aliquando non ſubditos comprehendant quoad ea quæ poteſtati temporali ſubſunt, ſicut aliàs videmus politicæ poteſtatis gubernatorē coercere poſſe omnes impedientes ipſius iuriſdictionem, licet contingat, vt tales contradictores clerici ſint, dummodo in bonis puniat temporalibus, dixit Gregor. l. 57. gloſ 2. tit 6. part. 1 verſ Si tamen clericus, Ordin lib. 1 titul 58 §. 18 & titul. 73. § 9. & lib 2. tit 3 & 4 & lib. 5 tit. 104. § 3 Sicut aliâs ipſis clericis arma prohibita capere poſſunt ſæculares pro conſernanda Reip. pace, cuius ipſi tāquam ciues partes ſunt, Couarr. lib 2. variar. cap 20. num. fin. Azeued. l. 9 titul 3 lib 1 nouæ recopil. Plaça de delictis lib. 1 cap. 8. num. 26. Curia Philip. lib 3 §. 3 num 9. Ordin. lib. 2. tit. 1 §. fin. vbi diximus

Vnde fit quód cùm naturalitas ſit res natura ſua temporalis, quæ Principis ſæcularis ſubeſt imperio, ſicut ipſe poteſt á ſua Rep. ſeditioſum clericulum expellere, vt dixit Caſtaldus de Imperatore, quæſt. 110 priuil. 316. Corſetus de poteſtat. reg. quæſt. 81. vol. 10. tractatuum. Sic pariter eundem naturalitate priuare tanquam antecedens neceſſarium ad ipſam expulſionem. Nam triplex quis habet domicilium, vel naturale, provt eſt in loco originis, de quo in l. Aſſumptio, ff ad municipal. §. Filius, l. pen. ff. de Senator. Vel accidentale quod quis habet in loco vbi habitare ſtatuit, l. In lege 208. ff. de verbor. ſignif. & in toto titulo, C. de incol. lib. 10. Vel tandem domicilium commune, quod omnibus cōpetit, provt in Curia Principis eccleſiaſtici, aut ſæcularis, cap vlt. de foro compet. l. Roma, ff. ad municip. Patet ergo quòd hoc Regno oriundi ratione originis in eo domicilium naturale habēt, & perpetuam Sedem, ratione cuius regnicolorum priuilegijs fruuntur, inter quæ quoad noſtrum propoſitum illud eſt præcipuum, vt in eodem Regno poſſint eccleſiaſtica obtinere beneficia, quæ exteris nullo modo ex inueterata Hiſpaniæ conſuetudine conferri poſſunt, late Couarr pract. cap. 35. à num. 5. ad quod prodıtæ ſunt regulæ chancel. de idiomate, vbi Gomez in d. regula addé Azeued. l. 25. lib. 1. tit 3 à num. 17. nouæ collect. Ceuallos 4 p. q [illegible]

Cumq; hæc naturelitas in manu Principis ſæcularis ſit data iuſta cauſa, ipſe eam auferre poteſt, & denegare ſubditis, Guillelmus verbo Et vxorem, ſecundo num. 40. Aufret. de poteſt ſæcul. reg. 1. falen 11. Auiles cap 20. verbo *Vſurpan*, num 9 Salzed ad Bernard cap. 102 n 1. & cap 54 num 3. Boſſius in pract. tit. de Principe, num 218. Cabed. d. cap. 36. Couarr. pract. cap 35 num 3. Menoch. conſ. 350. 16.

7 Illud itidem aduertendum eſt quòd lex ſæcularis dum pæna afficit impetrantes viuentium beneficia, non de ſe illud de nouo ſtatuit, ſed in auxilium iuris Canonici, cui leges ciuiles famulātur

quas & ipſi canones non dedignantur imitari, vt habet text.in cap 1. de noui oper. Nam attentis iuris canonici ſanctionibus prohibitum eſt omnibus Prælatis,ne viuentium beneficia promittãt antequam vacent, ex text. in cap.2. de conceſſ. præbend. cap. Dilectus 19. de præbend.cap Deteſtanda,eod.titul.in 6. & eſt text. in cap. Tuæ 20. de præbend. cuius prohibitionis ratio eſt,quia ex hac promiſsione reſultat captandæ mortis alienæ ſuſpitio,in cuius rei confirmationem adducitur Concilium Buſsili, ſeſſ. 24 & 31. vt refert Pragmat. Sanctio tit. de Collatio. §.Reſeruationes,vbi etiam Pontifici ſummo denegatur poteſtas concedendi ſpectatiuas,quia ſcilicet cõtinet promiſsionem vacaturi beneficij: quamuis hoc decretum tantùm habeat locum in his circunſtantijs, quibus iure naturali ilicitum eſſet ſummo Pontifici cõcedere expectatiuam. Nec aliud probat cap. Relatum 9. de præbend nam vltra intellectum,qui aſsignari ſolet,dici poteſt,text.in d cap Relatum,dum promiſsionem vacaturi beneficij admittit procedere ante Lateranenſe Concilium,de quo in d cap 2.de conceſſ præbend. quod conditum proponitur in vltimis diebus Alexandri III. anno 1180.ſancta electione Lucij III. quæ facta fuit anno ſequenti, & poteſt dici d. cap Relatum,ante Lateranenſem Concilium emanaſſe, & propterea in eo generalis vacaturi beneficij promiſsiones admittuntur,quas tamen poſt Conciliũ reprobat d.cap 2. At veró dict cap dilectus procedit tempore Innocentij III. quo prædæ promiſsiones etiam generales prohibebantur, iuxta text.in cap.Accedens,de conceſſ præbend.

9 Ex quibus ſequitur quód à Prælatis inferioribus promiſsionẽ vaccaturi beneficij nequeunt fieri, nec etiam à Legato Pontificis, gloſ.in d. cap. Dilectus, verbo Cum ſe facultas,de præbend Sélua de beneficio, 3. part. quæſt 43 n 30 Couarr 2 part,cap 6.§.10.nu.11. Rebuf in praxi, tit. requiſita ad Collationem, num.40 & tit de diſpenſatione ad plura num.25 Staphil de literis gratiæ, tit de forma mandat. §. Sexta forma, num.3. Quia licet inferiores Prælati vnire poſſint beneficia,attento iure communi,in qua vnione videatur includi promiſsio vaccaturi:tamen quãdo inferior Prælatus vnit beneficium monaſterio, dignitati,vel præbendæ, non fit illa promiſſio in vtilitatem certæ perſonæ, nec cũ illius reſpectu. Sed principaliter in vtilitatem monaſterij,vel dignitatis, cuius vtilitas principaliter prætenditur, ac ſubinde licet ex tali vnione poſsit dari occaſio captandæ alienæ mortis,tamen illa ſuſpitio contemnitur ex illa iuſta cauſa,quæ ſuperiorem mouet,quod quidem fit ex legis authoritate, Corraſ. de ſacer. 1.par.cap.7 num.3. Rebuf.in praxi,tit.de reprobata benefic.viuentis impetration. num.57. Licet hodie attento Concil.Trid ſeſſ 24. de reform. cap 13. verſ In vnionibus nulla Parochialis poſsit vniri monaſterio, aut ſimilibus locis,in quo iuris communis correctio inducitur.

Solus igitur Romanus Pontifex non vacantia beneficia concedere poteſt,ad illa concedendo expectatiuas,gloſ.verb. vacaturis in d.cap.2.de conceſſ præben. Gomez in regul. de impetrantibus benefic. viuen. quæſt.1. & 4. & in reg. de triennali, quæſt 31. verſ.Sed antequam, & in tract.de expectatiuis,á princip & à n.12.Rotta antiquior deciſ.6 de conceſſ. præbend. Nauarr. in cap. Si quando fol. 3. de reſcriptis, Rebuf in praxi tit. de reprobata beneficij viuentis, Mandoſ.in reg.11 quæſt.10.num 9. & in reg. de infirmis,quæſt.17.num 11. 10

Ex his fontibus deriuantur prohibitiones pontificæ, quibus cauetur ne beneficia viuentium concedi valeant ante poſsidentium mortem, & cum canonicæ leges abhorreant impetrationes beneficiorum viuentium,etiam collatas in tempus habile, & poſt mortem poſſeſſorum

ſorum adeo vt ſummus Præſul poteſtatem concedendi à ſe ipſe abdicare videatur; maiori cum ratione prohiberi debent impetrationes, quæ in præſens tempus conferuntur non expectata morte poſſeſſorum in quibus maior occaſio captandæ alienæ necis datur, & maior ambitio, Reip q; perturbatio: atque ad has rationes attendentia Cannonum decreta vltra proceſſerunt non ſolum prohibendo huiuſmodi impetrationes, & caſſando vt in ſuperioribus caſibus ſed grauiſsimas pœnas contra impetrantes ſtatuendo, vt videre eſt in cap. 1. de Conceſſ. præbend. vbi impetrans viuentis beneficium excōmunicatur, & iubetur depponi c imprimis 2 quæſt 1 & inhabilitatem contrahit ne illud beneficium amplius obtinere poſsit, & Latius habetur in dict. reg de impetrantibus beneficia viuentium vbi Gomes. & Rebuf ſup dict. locis, & eſt apud Hiſpanos l 13. tit. 16. part. 1. Burſatus conſ. 3. quæſt. 4. num. 9. vol. 4. & inde proditæ ſunt regulæ de annali, & trienali poſſeſſore ad tuendos illos, quorum poſſeſsio per annum durallet.

11 Cui iuris Canonici prohibitioni adhærens lex Regia contra ſic impetrantes inſurgit, ſuæ Reip tranquillitatem affectans, alias pœnas temporales addens quibus ſubditi magis terreantur, quæ cum additæ ſint caſui iam lege Canonica prohibito, non eſt dubium valere ſicut in ſimili in pœnis matrimonii clandeſtini dicit Guterr. Quod ſi quis obiiciat noſtram ordinationem diſcedere à iure Canonico, & regulis Chancellariæ, nam illæ ſolum prohibent impetrationes, quæ fiunt aſſerendo poſſeſſores beneficiorum occubuiſſe, cum lex Regia aliter procedat puniendo illos qui viuentium impetrant beneficia etiam in illis caſibus in quibus eos admittit Sedes Appoſtolica & literas concedit ad citandos intruſos, & iniuſte poſsidentes? Reſpondetur quod noſtra ordinatio latius diſpoſuit quia non ſolum comprehendit caſum quo quis impetrat beneficium illius quem aſſerit mortuum cum adhuc viuat, nam etiam hoc caſu talis impetrans naturalitate priuandus eſt vt infra dicam. Sed etiam alios caſus in quibus impetrantes aſſerunt beneficia vaccaſſe certo modo ſub quibus verbis (certo modo) omnes vaccationis formæ comprehenduntur vt reſoluit Staphil. de liter. gratiæ tit. de variis mod. vaccatio. n 8. Caſſador. deciſ 5. de præbend. n 1. poſt Rottam. deciſ. 1. de reſcript. in nouis & 25. de Conceſſ. præbend. in antiquis. Mantua obſeru. 18. num. 5. Rebuf. in praxi tit de declaratione nouæ prouiſio. verbo ſiue vt præmittitur num. 213 Patet ergo legem Regiam non prohibuiſſe non prohibitum ſed prohibitionem extendiſſe dum punit impetrantes, qui quocumq, modo viuentium beneficia aucupantur ſupponens in omni impetratione fraudem & vaſſalorum vexationem ineſſe, & factum illud dubium in deteriorem partem interpretatur, illa eſt enim natura ſuppoſitiuæ præſumptionis in qua nihil ſupponitur tamquam verum ſed tamqnam poſsibile, ex quo fit quod omnes actus, in quibus ſuppoſitiuè lex præſumit, vitientur, licet talis malitia in illis non reperiatur, vnde fit quod licet aliquando poſsit contingere vt quis impetret ſine fraude, & recte: cum lex ſuppoſitiuè præſumat fraudem non admittetur in contrarium probatio explicat eleganter Thom 22. quæſt 62. art. 4 ad 3 comendat Caietan ibi Soto lib. 3. de Iuſtit. quæſt. 4. art. 3. col. vlt. notant Doctores in cap. 2. de Electione quare in hac lege diendum eſt ſuppoſitiue ipſam diſpoſuiſſe nullam admittere beneficii viuentis impetrationem quam ipſa lex ſua temporali pœna naturalitatis non puniat.

Ex quibus ſic præhabitis, Primo infertur quod Pollitica poteſtas ratione 12 ſui

ſui finis, vt ſe ſuaque ab iniurijs tueatur, poteſt inter ſuos ſubditos diſponere aſſumendo media magis opportuna ad finem ſuum aſſequendum: licet contingat quod per accidens ex tali præcepto aliquod nocumentum clericorum cauſis & negocijs generetur, quia ſicut cuilibet particulari pro defenſione ſuæ perſonæ vel rerum licitum eſt inuadentem occidere, leg. vt Vim ff. de Iuſt. & Iure. Caiet in Opuſc. de poteſtate Papæ c. 127. Victoria in Relectione 1. de poteſt. Eccleſ. nu. 8. Caſtillo in l. 49. Taur. num. 3. Soares. lib. 4. de Primatu cap. 34. num 30. Quia dum dat operam rei licitæ non poteſt illi imputari mors, ſeu caſus, qui præter ipſius accidit intentionem, dum ſuam conſeruationem principaliter intendit vt per gloſ. in l. Furem 9 ff ad l. Corn de Sicariis. & in cap. 1. poſt princ. de pace tenend communis in d. l. vt vim vbi Iaſ n 25. & ex Duen. reg 191. Ita pariter, & maiori ratione pro defenſione communitatis ſeu Reip. licet legibus coercere delinquentes, quos etiam licebat occidere, quando aliter illius mixti corporis defenſio nequeat obtineri, notant Doctores in cap. perpendimus de Sentent. ex communicatio. Nec nouum eſt in iure ſeditioſum ciuem à Rep. expelli poſſe, quando adeo profligatiſsimis moribus & ea vitæ ſit perditus turpitudine, vt in ea Rep maximum gigneret ſcandalum illius hominis conſuetudo, tunc enim ratio naturalis expoſtulat, vt talem hominem ne dicam monſtrum ſeu peſtem, & vomicam patriæ vrbe exigere ac relegare ne ſuo afflatu vniuerſum Reip. corpus inficiat, & mores ciuium prauo corrumpat exemplo, ita tradit Aflict. in princ. tit. quæ ſint regalia num 37 & eſſe iuſtam cauſam priuandi Caſtellanum Caſtro dixit Boer. quæſt 212 ante num. 2. Sic peſte infectus à Ciuitate pellitur Ripa de reméd. pro curanda peſte num 3. Carolus de Regaliis lib. 2. priuil. 16. col pen. fol. 96. & propter mores prauos Iudæi à patria expelluntur declarat Arnaldus in rub. de hæret. quæſt. 3. num. 6. & quæſt. 7. num. fin Symancas de hæret. cap. 35. num 4 Caſtaldus de Imperatore q. 110. priuil. 316. Corſetus de poteſta regia quæſt. 81. vol. 10. fol. 301. Pariſ lib. 4. conſ. 2. num. 15 & de hoc extat Ord. lib. 2. tit. 41. in antiquis, quod in noua Compillatione non eſt, & facit mirabile exemplum, quo inuictiſsimus Rex Philippus huius nominis tertius ob conſpirationem maurorum Valentia & Arragonia habitantium, eos tamquam ſeditioſos & publicæ tranquillitatis atque otij perturbatores ac factioſos & rebelles à finibus Hiſpaniæ in Africã eiecit magno ad comeandum nauium apparatu: quibus deuecti ſunt viri, mulieres, pueri chriſtiano charectere inſigniti, qui fidem Catholicam proſequebantur, illud enim malum contemptum fuit, vt maius eliceretur bonũ, ne tota gens periret. Quod quidẽ effectum eſt cum literatorum hominum & ſummi Pontificis aſſenſu, vt teſtatur Cardona de Expulſione mauro, quibus ita poſſe fieri pro Reipub. tranquillitate viſum eſt, quemadmodum enim in morborum curatione, vbi vulnus ſeu vlcus eſt inſanabile & artis remedium deeſt, membrum putridum periti medici à reliquo corpore ſano igne, ferro ve reſecare ſolent, & longè abijcere, ne corpus ipſum inficiat. Ita & hi qui Rempub adminiſtrant noxios homines, quorum moribus & factis ciuitatis bene inſtitutæ diſciplina contaminatur, à communi ciuium ſocietate ſegregare debent, ne illorum vitia in vniuerſum Reipub. corpus dimigrent, & flagitioſo afflatu publicam ſalutem ſubuertant, aliter enim periculum eſt, vt niſi his vitiis obuiam eatur magnum poſtea ex contempta exigua fauilla erumpat incendium, vnde præclare Virgilius lib. 3. Georgi. vulnera ſtatim reſecanda medico ſuadet, ne

poſtea

poſtea ægroto noxia ſit mora dillati remedij.

Non tamen vlla magis præſens fortuna malorum eſt
Quàm ſi quis ferro potuit reſcindere ſummum
Vlceris os, alitur vitium viuitque tegendo,
Continuo culpam ferro compeſce, priuſquam
Dira per incautum ſerpat contagio vulnus.

Alludit illud Ouidianum lib. 1. Metamorphoſeon.

Cuncta prius tentanda, ſed inmedicabile vulnus
Enſe reſcidendum eſt, ne pars ſyncera trahatur.

Et Claudianus lib. 2.

Tunc docuit ſentire nefas, tunc ire recentes
Deſenſum maculas veteri poſt obruta morbo
Corpora, pæonias nequicquàm admoueris herbas
Vlcera poſſeſſis altè ſuffuſa medullis
Non leuiore manu, ferro ſanantur & igni
Ne noceat fruſtra mox eruptura cicatrix
Ad viuum penetrant flamæ, quo funditus humor
Defluat, & vacuis corrupto ſanguine venis
Areſcat fons ille mali, truncantur & artus
Vt liceat reliquis ſecurè viuere membris.

Quamobrem Iuſtiſsimè Reges noſtri impetratores beneficiorum, quaſi litigioſos & litium redemptores, tamquam infimæ fæcis & ſentinæ homines qui Reipub. otium quietemque perturbabant, & fora iniuſtis litibus implebant, & ciuium bona litibus fortunaſque exhauriebant, è Repub. eijciendos ſtatuunt tamquam contagioſos publico bono arg. eorum quæ tradit Gomes ſuprà dicto loco in reg. de Annal. quæſt. 2. vbi late litium Sectatores ab humanâ ſocietate exterminandos contendit, ſicut aliàs meretrix à vicinia repellitur ne impuriſsimæ vitæ contagione honeſtiſsimarum fœminarum pudicitiam aſpergat, tradit Decius in Reg. ſemper in contractibus num. 4 & ibi Cagnol 3. Afflict. in Conſtitut. rub. 43. fol. 144 & Rebuf. 1. tomo ad Leges Gall. tit. de ſentent. prouiſio. in præfat. num. 133. fol. 245. Placa. in praxi delictorum lib. 1. cap 34. num 10. facit optima ordinatio lib. 1. tit. 58. §. 18 & li 5 tit 69. §. 1 & tit. 103. & tit. 103 lib. 1. tit. 73. §. 9. cum alijs.

Secundo infertur, quod licet verum ſit, quod lex ſæcularis quæ diſponit de Clericis, & eorum rebus, nulla ſit ex defectu poteſtatis, vt per Doctores in cap. Eccleſia de Conſtitutio expenſo ad id per Abb ibi num. 15. Felin. 40. Dec. 24. Illud procedit in legibus, quæ diſponunt principaliter de rebus Eccleſiarum vel Clericorum, circa quos nulla ſibi poteſtas competit. Ad quod attendens lex Regia in præſenti non de Clericis loquitur, ſed generaliter diſponit nullam mentionem faciens de Clericis aut eorum perſonis, ſed ad ciues in cõmuni ordinata patet ex princ. ipſius ibi *Por algũas perſſoas que eſtão em Corte de Roma ou fóra della*, lex autem generalis Clericos etiam ligat, de quo per Doctores in c. vlt. de ſolutio Abb. Felin. & Dec. in d cap. Eccleſia Bartol & alij in l. cunctos populos Cod ſumma trinit. & eſt communis reſolutio quod Leges Imperiales deficiente Cannone obtinent in foro Eccleſiæ Hoſtienſ. receptus vt per Abb. in cap. 1. num 8. de noui oper & in d. cap Eccleſia num 17. Felin 37. Dec. 27. Fortunius de vltimo fine iuris illat. 13. plures relati à Tiraq. de primo gen. quæſt. 44 num. 3. quod limitandum eſt ad cauſas temporales Clericorum & Eccleſiarum, quia quoad cauſas ſpirituales non reperiuntur approbatæ c. quoniam 10. diſt. probatur in cap. literas de Iuram. calum. ibi non 13

ex

ex legum deſtrictione. Reliquæ vero leges & ſtatuta particularia obtinent in foro Eccleſiæ, etiamſi ſpecialiter non reperiantur approbata, quando priuilegium inducunt in fauorem Clericorum, vt eſt in ſtatuto quod maſculus excludat fœminam, quia eo caſu Clericus excludet fœminam ratione ſtatuti ex Abbat.in d.c. Eccleſia n.37. & Dec.52. Vel ſi recepta reperiatur talis lex conſuetudine mixta Laicorum & Clericorum, quia tunc etiam in foro Eccleſiæ erit obſeruanda Couarr. de ſponſalib. 2 part cap 6. §. 10. num. 18. facit cap. cum veniſſet: ibi bona terræ conſuetudo: de eo qui mittitur: quare lex noſtra in præſenti cum generalis ſit, & ad ſuos ciues ordinata, & moribus recepta, non eſt dubium deberi obſeruari.

14 Quod ſi quis adhuc obijciat, quod ſuprapoſita procedunt, quando de temporalibus ageretur Eccleſiarum, in quibus aliquid conſuetudine poſſe introduci ſupra probauimus. Non tamen habere locum in beneficialibus, quia hæ cauſæ ſpirituales ſunt, & omnino à poteſtate ſæculari exemptæ. Nam reſpondetur quod lex Regia nihil diſponit circa impetrationem beneficiorum ex quo limitetur ſummi Præſulis abſoluta poteſtas, ſed ad ſuos ciues dirigitur, eos monendo ne ſine aſſenſu viuentium, eorum beneficia impetrent ſub amiſsione naturalitatis, ſe oſtendēs nolle protegere ciues, qui aliorum ciuium bonis & beneficiis inhiant. Nam cum poteſtas Regia ad tranquillitatem, & pacem Reip. tuendam ſit potiſsimum inſtituta: eius eſt id, quod ad huncfinē conuenit prouidere: adeo vt etiam circa matrimonia ſancire & impedimenta obijcere valeat lex humana, quibus irritentur Nam licet matrimonium effectum ſit Sacramentum nouæ legis non deſinit eſſe contractus humanus, qua ratione illud irritare poteſt reddendo perſonas inhabiles ad contrahendum, & ſic illegitimum, & inualidum contractum reddere, quod licet hodie immutatum ſit ex reſeruatione Pontificis vt circa matrimonia Principes ſæculares ſe intromittere nequeant vt Bertola.de ledeſma de matr.dub.29. concluſ 1. num.2. Bellarm. de matrim. cap 22.ad fin. Angenſ. Floribus de matrim.1 part. quæſt.13. Sanches lib.7. de matrim.diſput.3.num.23. & 4 Couarr. pract.cap 31.concluſ.1. Victoria de poteſt Eccleſ.relect.1.verſ.100.num 3.Trident.ceſſ 24.c 12. Manet tamen quod attento iure illud poſſunt Principes efficere ſemota tali reſeruatione, vnde pariter circa impetrantes viuentium beneficia, in quibus nulla ſupereſt reſeruatio non eſt dubium, ipſos poſſe inhabiles reddere impetrantes, & ſua naturalitate priuare. Sicut alias pœnæ impoſitæ illis quæ ſuis nubunt raptoribus non durāt hodie, quia à iure Canonico reperiuntur ſpecialiter correctæ per c. fin.de raptoribus.Couarr.de ſponſalib. 2 part cap.3. §.9. num 2. Sanches vbi ſup. n 3 ſic à ſecundo nubentibus licet hodie correcta reperiatur infamia, qua incurrebatur per legem 1.C de ſecund. nuptijs, quæ emēdatur per c.vlt.l.illo tit. tamen quoad reliquas pœnas, quæ non reperiuntur correctæ in fauorem filiorum prioris matrimonij, leges Ciuiles validæ ſunt, de quo Gomes leg 14. Taurian & Couarr vbi ſupra num 3.

Quare lex Regia dum ſubditos ſuos reddit inhabiles ad obtinenda in Regno beneficia viuentium intra ſuæ poteſtatis limites verſatur, dumque eos tamquam ſanguinis & vitæ naturalium inſidiatores (bona enim ſunt vita & ſanguis) è regno expellit. Ex qua ratione Principes Hiſpaniæ Epiſcopatuum ius patronatus habent, ne ſcilicet contingat in eam celſitudinem euehi hominem ſeditioſum ac factioſum, ſeu Regis hoſtem cap. Adrianus cum multis ibi 63 deſtin declarat Diaconus Paulus l 1. de geſtis Longobardorum lib 3. c 39. Late Rebuf. in Appol. contra Molinæum 15

neum fol 487. Ceuallos 4 part. quæſt. 1. num 308. Cabed de iure patron Regiæ Coronæ cap. 37. num. 1. Nauarr in cap. Nouit, de iudic. num. 165. lib. 2. tit 6. lib. 1 Ordin & l 18. tit. 5. part 1. & l. 3. & l. 19. tit. 7. lib. 1. Gregor. in d l. 16. Palatius in introductione Rubr. num. 24. Couarr. in reg poſſeſſor, 2. part. § 10 n 6. Rebuf. de nomin quæſt 4. num. 28. Azeuedus in l. 1. titul 6. lib. 1. recopil. Ceuallos 4 part quæſt. 1 num. 307. Rodriguez de reditib. quæſt. 17. num. 75. verſ. quarto.

16 Infertur tertio, potuiſſe legem humanam impetrantes beneficia viuentium reddere inhabiles ad beneficia in Regno obtinenda, cui in ea impetratione quodãmodo conſideretur violentiæ veſtigium, cui Reges occurrere poſſunt: nã licet verum ſit quód impetrantis viuentium beneficia, ea obtineant á ſummo Pontifice qui eſt ligitimus ſuperior, & nulla videatur adeſſe violentia, cum ipſi impetrantes non extraiudicialiter agãt, nec velo leuato, ſed via ordinaria iuſtitiæ: tamen negari non poteſt quód ratio finalis huius legis ea fuit, vt ſubditorum tolleretur vexatio, quæ maxima apparebat ex citationibus faciendis ad Curiam Romanam, quam ſenes, & decrepiti poſſeſſores cogerentur adire, vel ſaltem indefenſi ſuis priuarentur beneficijs, & cogerentur in ſenectute mendicare, & victũ quærere hoſtiatim in regni dedecus, & ordinis clericalis, nec ea vexatio ceſſat omninó, licet in regno cauſa agitetur, nam illicò à primo grauamine appellari potuit, & poſt biennium ex decreto Concil. ſeſſ 24. de reform cap 20. cauſa poteſt ad Curiam auocari, ex quo eadem oppreſsio occurrit: cumq; aliud remedium non ſuper eſſet, vt tales impetrantes cohiberentur hac via bono communi conſultum eſt, vt impetrantes inhabiles redderẽtur ad obtinenda beneficia, quæ impetraſſent, quemadmodum enim in ipſa etiam curatione ratio habetur, vt alia repentinis, & nullam moram patientibus, alia diuturnis morbis quos Chronicos Medici appellant, medicina adhibeatur; ita in depellendis à corpore Reip vexationum malis. Primũ quidem vexationis cauſæ inueſtigandæ ſunt, atq; his ipſis cognitis, alia remedia ſubito alia clanculum conceptis, & paulatim gliſcentibus malis ſuo tempore adhibenda ſunt, illudq; in his vexationibus, ſeu oppreſsionibus ſubditorum obſeruandum eſt, vt antequam per longas moras malum conualeat, in ipſius ortu præcindantur, & ſeminaria reſecentur, ne pullulent.

Cum ergo in præſenti, etiamſi agatur ordinariè, non ceſſet vexatio ſubditorum pro ea tollenda iuſtiſsimè lex regia inſurgit impetrantes amiſsione naturalitatis puniendo, ex quo conſequitur quòd illi qui pro exteris à lege iudicantur, ob iniqui iuris impetrationem, pro exteris habentur, nec poſſunt in Regno obtinere beneficia impetrata cum illa, nõ niſi naturalibus concedãtur, Couarr. d. cap. 35 num. 5. Ceuall 4 part quæſt. 1. num 308. & num. 347. & n 426. Bobad. lib. 2. cap. 18 num. 208 Azeued in l. 14. lib. 1 tit. 3. & per totum.

Quod ſi quis adhuc obijciat quòd inhabilem redere impetrantem ad obtinendum beneficium eccleſiaſticum, quẽ aliàs habilem ſummus Pontifex conſtituit, eſt circa ſpiritualia ius dicere, & ſaltem circa ea quæ ſpiritualibus annectũtur, & per conſequens omnes hæ auſæ, vt ſupra de matrimonio diximus, reſeruatæ ſunt Eccleſiæ iudicio, in cap. Decernimus, de iudic. cap. Clerici eod. & alibi: Nanq; ſatisfit quòd apud Hiſpanos eſt lex regia titul 16. l. 13. p 1. quæ viuentiũ impetrationes prohibet ex antiquiſsima, & immemoriali illius Regni conſuetudine inhabiles reddendo impetrantes, ibi: *No lo deue otro Clerigo recibir, ſabiendo que biue aquel, cuyo es: E qualquer que lo fizieſſe deuelo perder, & nunca deue hauer otro beneficio*: Patet autem quód Regnum Portugalliæ à Regno Caſtellæ 17

fuit diſiunctum, & diuiſum, & ab Alphõſo ſexto Tareſiæ filiæ in dotem datum, quæ Henrico Comiti Lotaringie nupſit, vt teſtatur Michael de Aguirre in apolog. ſuper ſucceſſ. Regni Portug. 2. p. n. 36. & 4 p. n. 52. Dominus pater meus in conſil pro Duce de Paſtrana, n. 7 ex quo ſequitur quód huic Regno cõmunicata cẽſentur omnia iura, & priuilegia quæ Regno Caſtellæ competebant ante diuiſionem, cuius pars erat, non ergo mirum, ſi in hoc Regno vtamur ijſdem priuilegijs, quibus vtitur Hiſpania cum noſtræ leges à legibus Hiſpaniæ traxerint originem, & diximus ſupra: Addo quôd vltra ſupradicta in hoc Regno inter clerũ, & Principes ſæculares facta eſt ſpecialis concordia ſuper his quæſtionibus, & alijs, & ſtabili contractu ſuppoſitæ fuerunt omnes controuerſiæ in illis 51. articulis Romæ oblatis, de quibus egimus 1. parte, & vltimus tãdem articulus habet quód omnes Regni conſuetudines obſeruentur, in hæc verba.

Statuta, & conſuetudines in eodem Regno contra libertatem cononicam, & ſtatum prædicti Regni pacificum introducta, non ſerues, nec permittas ab alijs obſeruari, ſed prædictas Eccleſias, & perſonas in plena libertate cõſerues. Reſponderunt Procuratores Regis, quôd placet Regi, *Quòd mala conſuetudines tollantur, & bona ſeruentur, & quòd ita mandabit, & faciet obſeruari, & ſi aliquid fuit ordinatum de conſenſu Prælatorum pro bono, & pacifico ſtatu Regni, & conſuetudine roboratum, dummodo ſit canonicum, & rationabile, nec contra eccleſiaſticam libertatem conſentiunt Prælati quòd ſeruetur.*

Conſtat autem ab illo tẽpore vſq; ad hoc, conſuetudines quæ in hoc Regno ſeruatæ fuerunt inuiolabiliter hæc vna éxtitit tanquam pro pacifico Regni ſtatu introducta, & clericis vtilis, & proficua, quare de ipſius valeditate amplius dubitare non licebit, maximé cũ ad hos contractus S. Pontificis accreſſerit confirmatio, vt ſupra 1. parte diximus.

Atq; ex his dilluitur ſuprapoſitum argumentum, nam in his caſibus Reges non priuant proprijs bonis alienos ſubditos, ſed declarant inhabilitatẽ incurriſſe ad talia beneficia obtinenda, atq; ex eo ſequeſtrantur, ſi iam in eorum ſint poſſeſsione, vel declaratur tituli nullitas, ſi de adipiſcendo beneficio agitur, & relegatur impetrans.

Quinto infertur quód lex regia non intendit tueri ſymoniacos intruſos, vel alios iniuſtos occupatores, ſed ne ligitimi poſſeſſores vexentur, & licet aliquãdo contingere poſsit, vt ſymoniacus, vel alius, qui iuſtũ non habet titulum tueatur á lege regia in ſua poſſeſsione, illud tamen contingit præter legis intentionẽ quæ delicta non præſumit, imó putat quód illi qui prouidentur ab ordinarijs iuſtum habent titulũ, nec præſumẽdum eſt quòd ordinarius pro collatione pecuniam recipiat, vel quod beneficiũ reſeruatũ conferat, & pænas incurrat, quæ præſcriptæ ſunt talibus prouiſionibus, provt eſt pæna ſuſpẽſionis, & aliæ de quibus in conſtitutione Gregorij XIII incipit, Quæ in Eccleſiarũ, & in conſtitutione Pij IIII incipit, Nollens, refeit Gonzalez §. 7 proœmij, n. 247.

Vnde cum lex hoc caſu propter pacificum Regni ſtatum ſuppoſitiuè præſumat malitiã, & fraudem ex parte impẽtrantis, ſemper, & omni caſu locũ habet, vt ſepra dixi, nec eius vinculum deficit, licet eius ratio in aliquo caſu particulari deficiat, cum non deficiat in cõmuni, melius eſt enim vt aliquo caſu particulari tolleretur aliquis in ſua poſſeſsione ſi ne iuſto titulo, quã vt prætextu, & colore iuſtitiæ multi iuſti poſſeſſores vexentur indebitè, maximè cum præſumendũ ſit quòd Epiſcopus nõ tollerabit intruſum cum ipſi in in viſitationibus inquirant de titulo Rectorum, Flamin. Pariſ. de reſig lib 10 tit 4. n 24. 32 & 33 Vel ſatisfit quod lex regia intruſos tueri non intẽdit, ſed illos qui verè beneficium obtinent cum titulo ligitimo, & ſaltem colorato, vt infra dicam, & quæ differentia

ſit

ſit inter intruſum, & ſymoniacum, vbi vide.

18 Sexto infertur potuiſſe his caſibus contra impetrantes in ſæculari procedi ad amiſsionem naturalitatis, vt è Regno expellantur inſtituta criminali accuſatione. Nam licet contra impetrantem ad pœnam exilij procedatur, quod non poſſe fieri euincunt iura in octauo argumento citata: in hoc tamen caſu alia diuerſa ratio eſt, nam vltra quod ita concordatum fuit à ſummo Pontifice confirmatum in puncto iuris, potuit in immemoriali conſuetudine hoc ius procedendi contra clericos impetrantes beneficia viuentium acquiri, ſicut enim illud priuilegio concedi potuit, pariter & conſuetudine acquiri valet: nam conſuetudinis, & priuilegij eadem eſt vis, itavt omnia quæ Princeps ſuo priuilegio concedere valeat, quæ ſibi illa, etiam ſint conſuetudine, cap. Super quibuſdam, §. Præterea, de verbor. ſignific. cum vulgaribus: Nam cùm hæc omnia ab ipſius pendeant poteſtate ita expræſſe priuilegio, quàm tacite conſuetudini poteſtatem concedere poteſt. Sed adhuc obſtat quòd ſæpè poteſt accidere vt detur iuſta cauſa & neceſsitas in caſu particulari, quæ ſufficiat ad hoc vt Princeps priuilegium concedat limitatum ad illam perſonam, & hoc non euincit vt reliquis concedatur, in quibus terminis licet priuilegium iuſtè concedatur, non tamen eo caſu poteſt introduci conſuetudo, quæ pendet à continuato vſu moribus vtentium comprobato, Morla in Emporio titul. 2. quæſt. 26. num. 7. & eo caſu eſt fortior priuilegio, Surdus conſ. 165. num. 11. faciunt quæ Caldas Pereira de nominat. quæſt. 7. num. 11. & quæſt. 23. num. 7. & 10. Barboſa in l. Poſt dotem, num. 48. Guterrez in l. Nemo, num. 174. & conſ. 1. num. 36. & conſ. 13. num. 21. Quæ ſi irrationabilis potiùs corruptella, quàm conſuetudo dici debet, idem Guterrez dict. conſ. 21. nu. 10. & conſ. 31. numer. 25.

In eo enim differt priuilegium, & conſuetudo, nam priuilegium ad ſui iuſtitiam nihil amplius requirit quàm poteſtatem concedentis, & iuſtam cauſam ex parte ſubiecti. Priuegium nanq. non niſi à Principe haberi poteſt, qui legem communem lege priuata priuet arg. cap. Ex parte, de decimis: cùm enim diſpenſationem inducat hoc non niſi ex cauſa, iuſta eſſe poteſt, Rebuf. in praxi, 2. part. fol. 363. & 3. part. fol. 562. & ideo in diſpenſatione ſeruatur verborum proprietas, Surdus conſ. 140. n. 64. & 245. num. 10. Burſatus lib. 2. conſ. 287. D. Caldas Pereira de nomin. q. 20. num. 30. Atverò conſuetudo cùm vim legis habeat, oportet vt cum ratione introducatur, & ſaltem in communi iuſtam habeat rationem, ſicut & ipſa lex, cap. Erit autem 4. diſtinctione, cap. vlt. de conſuetudine, Valaſc. conſ. 162. num. 15. Quare in præſenti quæſtione videtur dicendum quòd licet priuilegium dari poſsit, non tamen poteſt dari conſuetudo. Satisfit tamen quòd priuilegium, & conſuetudo æquiparantur ex parte concedentis, niſi retiagetur ſubiecti incapacitas, Morla in Empor. part. 1. titul. 2. quæſt. 22. num. 3. Roland. conſ. 13. num. 2. Valençuela conſ. 79. num. 90. quia poteſt eſſe capax priuilegij, & non conſuetudinis introducendæ. Veniendo igitur ad caſum propoſitum, non eſt dubium potuiſſe à ſummo Pontifice concedi Regibus vt de his clericorum cauſis cognoſcant in illo caſu particulari, quod priuilegium extitiſſe immemorialis probat conſuetudo l. 3. §. Ductus aquæ, ff. aqua quot. cap. Super quibuſdam, §. Præterea, de verborum, & dixi 1. tom. cap. 5. dum talis conſuetudo non allegatur in vim priuilegij, ſed in vim probationis. Nec irrationabilitas in hac conſuetudine conſiderari poteſt, cùm bono communi Reip. fulciatur, atque inſuper quia illa ſola cōſuetudo non valet, quæ omnes

cauſas clericorum criminales ad iudicium ſæculare trahendas euincit, non verò illa quæ in vno particulari caſu illud inducit, quia cùm illa reſeruatio iuris humani ſit, in vno, vel altero caſu contraria conſuetudine tolli poteſt, notant Doctores in dict. cap. Clerici, de iudic. vbi reprobatur conſuetudo, qua ſtante, omnes clericorum cauſæ criminales ad iudicium ſæculare trahuntur, ex ea ratione quia datur indecentia ordinis cap. Clerici, 2 quæſt. 7. & eccleſiaſticus ordo confunderetur, quo inſpecto cuilibet Epiſcopo in ſuos ſubditos competit iuriſdictio nec ſæcularis eſt competens, imò prohibitus, cap. Peruenit, 11. quæſt. 1. & cap. Qui dubitet, cum ſequentibus 96. diſt. cap. Contingit, de arbitris, quod nō ita ſe habet in conſuetudine in aliquo particulari caſu, in quo nec datur illa indecentia, nec ordinis confuſiò, dixit Couarr. pract. cap. 31. num. 5. & pleniùs vide 1. tom. cap. 2.

SVMMARIVM.

1 *CVria multifariam accipitur.*

2 *Curia Romana idem eſt quód Sedes Apoſtolica.*

3 *Qui à Papa impetrat etiam extra Curiam lege ligatur.*

4 *Verbum Extra quomodo accipiendum.*

5 *Lex Regia poteſt ligare ſubditos Romæ delinquentes.*

Extra territorium nemo ius dicit. ibi.

6 *Iudex domicilij ſubditum alibi delinquentem punit.*

7 *Ratione rei quæ in Regno eſt poteſt ſubditus alibi delinquens puniri.*

Delicta in vno loco inchoata, & in alio conſumata, in vtroq; puniuntur. ibi.

8 *Romæ impetrans patriam offendit.*

Interpretatur Ordin. lib. 5. tit. 117. §. 9.

9 *iudex domicilij offenſi non cognoſcit de crimine contra ſubditum alibi comiſſo.*

10 *Impetrans per procuratorem an offendat legem?*

Ratione rei ſita poteſt quis puniri, licet alibi delinquat. ibi.

11 *Exterus impetrans beneficium in Regno an incidat in legem?*

Exteri impetratio eſt nulla. ibi.

Si tamen accedat ad Regnum pro ſua impetratione tuenda, ibi puniri poterit, quaſi tunc ibi delinquat.

Quid ſi impetret priuilegium natralitatis? ibi.

QVI

QVI SINT ROMÆ COMORANtes de quibus lex regia loquitur qui ibi viuentium impetrant beneficia. Ad Ord.lib.2.tit.13.

CAP. 60.

Sub illis verbis ibi: *Que eſtão em Corte de Roma, ou fòra della.*

AGnoſcẽs Luſitanus Legislator quòd huius Regni incolæ, cauſa aucupandi beneficia, ad Romanam Curiam accedebant, nec dubitabant viuentium beneficia impetrare, ex quo maxima vaſſalorum oppreſsio, & Reip. ſequebatur perturbatio ad illos conuertit orationem, qui in Curia Romana commorantur, vel extra illam.

1 Et notandum eſt quòd Curia multifariam accipitur aliquando reſpectu ſacrorum, aliquando ſæcularium: Primo modo apud Romanos Curia erat locus vbi ſacrorum cura tractabatur, & illorum ſacerdotes flamines curignes dicebantur, cui poſtea meritó ſucceſsit Romana Curia, dum in illa principaliter ſacrorum, & ſpiritualium cura impenditur. Secundo veró modo ſumitur pro quocunq; loco publico vbi res humanæ, ac hominum negocia agitantur, l. 3 & l. Quicunq; C. de oper publ. l. fin. ff. offic. rector. prouinc. Rebuff. de verb. ſignif. l. 239. §. decuriones, in princ. Meminit Cicero ad quintum fratrem ibi: Me libenter à Curia, & ab omni parte Reip. ſubtraho, Bernar. lib. 4 de conſid. ad Eugen. Ait ergo ad Curiæ Tribunalia ſumma viri experientia, & probati ſunt eligendi non iuuenes minus experti, & illud Ouidij lib. 5 Faſtor.

Non niſi poſt annos patuit, tunc Curia ſcros,

Ex quo nomen accepit Regum ſæcularium Curia l. nemo Cod. de dignita. lib. 12. & l. 3. de ſilentiar. eod. Boer. in additio ad Ioann. de montag. tract. de parlamentis addit. 1. num. 6. vbi exiſtimat, quod appellatione Curiæ propriæ ſumptæ ſola ſæcularium principum intelligitur per text. in cap. ſi quis Clericus 11. quæſt. 1. contradicit Mandoſ. in Reg. Chancel. 16. quæſt. 87. num. 1. & 2. Gonzales gloſ. 13. §. 1. num. 11. Imó quod per excellẽtiam appellatione Curiæ, ſola Romana Curia intelligitur, Aliter Zazius ſentit in l. 2. ff. de origin. iur. verbo Curia, dum inquit quod Curiæ appellatione tã Pontificis, quàm Cæſaris Curia continetur.

Quare conſulto noſter Legislator expreſsit Romanam Curiam vt oſtenderet ſede impetrationibus agere, quæ apud Sedem Appoſtolicam fiunt de varijſq; Curiæ acceptionibns. Conſulendus eſt Mandoſ. in Reg. 5. Chancel. quæſt. 1 num. 2. Socin. Conſ. 86 num. 5. fol. 1. Alexander Raudens de Annalogis lib. 1. cap. 39 num. 28. & nouiſsime Gonzales gloſſ. 13. §. 1 num. 18. Cæpolla de Serui. Vrban. cap. 46 tit. de Curia, & apud nos quomodo Curia accipiatur Cabed decif. 13 & Areſt 1. lib. 1. ad intellectum Ordin. lib 1. tit. 6 §. 7.

Quoad noſtrum veró propoſitum, 2
Curia Romana idem eſt quòd Sedes Apoſtolica ad effectum, vt beneficium impetretur, vel in Curia, vel apud Sedẽ

Apoſtolicam, cap. Præſenti, de præben. lib 6. pariter enim beneficium dicitur vaccare in Curia Romana, atq; apud Sedem, Staphil. de liter. grati. tit. de modo, & forma impetrand num 10. Rotta deciſ. 38 num. 3. & 4 & deciſ 321. in nouiſ. Mandoſ reg. 5. quæſt. 1. num. 16 & reg 16 quæſt 27. n. 3. Gonzalez vbiſupra num. 1. Probat inſuper text. in cap. Vbi periculum 3. de electione lib. 6. Clem. Ne Romani, §. Sane illo titulo, aduertit Innocent. in cap. Expoſuit, num. 3. de dilatio. Rebuf. in praxi. reg 37. Chãcel. verbo Siue in Curia Romana, idemq; probatur in cap. 2. de præbend. in 6. quatenus in princip Sedem Apoſtolicam dicit, & paulò poſt Curiam appellat Couarr. pract. cap. 36. num. 4. verſ. Cæterum. Vnde fit quòd vbi Papa eſt, ibi eſt Curia, Rebuf. in concordat. titul. forma Mand. verbo Exra Romanam Curiam, verſ. Et aduerte, Gomez in reg. de veroſimili iuſtitia, quæſt. 7. & in reg. de trienali, quæſt. 31. num 14. Gonzal. vbiſupra num. 2 licet Mandoſ. in reg. 5. quæſt 2 num. 2. Curiam ibi ponat, vbi eſt audientia cauſarum, quod ſiue vno, ſiue altero modo accipiatur; vtroq; caſu locum ſibi vindicat noſtra Ordinatio, attenta mente, & intentione Legislatoris.

3 Dum verò lex regia adiungit illa verba, *em Roma, ou fóra della*, oſtendit ſe intendere pariter punire impetrãtem qui Romæ eſt, & eum qui à Papa alibí exiſtente beneficium viuentis impetrat, itaq, verba, vel extra illam ampliatiuè accipiẽda ſunt, vt ſcilicet cõmorãtes Romæ liget, vel extra illam, veluti ſi impetrans in alia regione extat, adhuc legi regiæ locus erit, quia Ordinationis mens nullum caſum excludit.

Adhuc tamen dubitatio non leuis inſurgit quód illa verba in Curia Romana, vel extra illam videntur tantùm compræhendere exiſtentes in Curia, & ad Summum eos qui propé illam ſunt intra Italiæ limites. Non veró indiſtinctè omnes commorantes in cæteris orbis partibus, veluti in Hiſpania, vel Algarbiorum Regno, vel alibi, & ratio dubitandi eſt, quia quando quærimus Petrus, verbi grati, an ſit Vlyſippone? Si reſpondetur Vlyſippone non eſſe, ſed extra illam, intelligimus ex materia ſubiecta, & forma reſponſionis, illum in vrbe non eſſe, ſed eſſe in villis pagis, aut manſionibus adiacentibus: non verò intelligimus illum eſſe in Algarabiorũ Regnis. Ideoq, pariter dum prohibentur impetrationes a cõmorantibus Romæ, vel extra ſolum comprehenduntur qui fuerint prope Romam intra Italiæ fines, & ita videtur ſentiſſe Vlpianus in l. 1. in princip. ff. de offic. præfecti vrb. quo loci poſtquam præfecturæ vrbi comiſit cognitionem de omni crimine, non ſolùm intelligit Prætorem cogniturum de criminibus intra Romam comiſsis, ſed de comiſis extra illam, dummodo tamen comiſſa ſint intra Italiam, quaſi vellit quòd per exiſtentes extra Romam comprehendantur tantùm intra Italiam commorantes, non veró illi qui in alijs orbis partibus degunt, ibi verùm ea quoq; quæ extra vrbem intra Italiam, ita explicat Azor. in ſumma illuſt. tit 1. num. 2. & accipit illa verba extra vrbem, vt comprehendant centeſsimum milliarium extra vrbem, & non amplius poteſt, pro hac parte induci tex. in l. Abſentem, ff. de verbor. ſignif. vbi Vlpian. poſtquam dixit illum eſſe abſentem, qui eſt extra locum, in quo petitur, addit illum eſſe extra locum, qui eſt propè illum, non verò dici eſſe extra locum, illumq; longe abeſt, ibi abſentem accipere debemus eum qui non eſt in eo loco, in quo petitur, non enim trans mare abſentem deſideramus, ſed ſi forté extra continentia vrbis ſit, abeſt. Sicut aliàs nati extra Romam dicuntur Romæ nati, ſi naſcuntur in continentibus vrbis, l. Qui in continentibus 145. ff. de verbor ſignific. vbi Alciat Rebuf. Cynus, & Sali. in l. 1. Cod qui numero

liber.

liber ſe excuſ.& facit illud Virgilianum.

iacet extra ſydera tellus,
Extra anni, Soliſq; vias, vbi califer Athlas
Axem humero torquet, ſtellis ardentibus aptum.

Quod Landinus exponit extra, ideſt, prope, vel penè, refert Henricus Glareanus de orbis geograph. cap vlt.[a] faciтq, tandem illud Terentij Formion. 5 ſed me cenſen potuiſſe omnia intelligere extra oſtium intus quæ inter ſe ipſi egerint vbi illud extra non refertur ad omninó abſentem, ſed potius ad oſtio proximum

4 Sed licet illud verbum Extra poſsit accipi de eo qui proxime aſsiſtit tamen ex materia ſubiecta,& mente legis latoris in eo ſenſu debet accipi, vt omnes caſus comprehendat circa illos qui Romæ, vel extra illam impetrauerint, ne alias fiat illuſoria legis prohibitio, cùm verba menti legis ſeruire debeant,& nō è conuerſo, cap Intelligentia, de verborum, & de facili poſſent impetrantes procul à Romana Curia ſe conferre,vt pænā legis vitarent, facit inſimili quod traditur de eo qui extra territorium cōtrahit,vt ſui territorij ſolemnitates effugiat, quia ex eo nullus contractus redditur,ex Aretin cōſ.54.col.2.&conſ 37. col 4 Lambertengus de contract. gloſ. 2. verbo Mulierum,num 53.alias enim ſtatuta ſine ſolemnitatibus contrahere prohibentia redderentur nullius effectus, notauit Lancelot Gal in conſuet. Alexandriæ præfate 8. num. 2. Facit Concil Trident ſeſſ 24. de reformat. cap 11. ibi: In Romana Curia, vel extra,& ſeſſ.25 cap 11

Supoſito igitur quód noſtræ legis prohibitio omnes Regis vaſſalos,ſeu Regni incolas comprehendant, qui ratione originis in eo domicilium habent, vel in Romana Curia ſit Sedes vel alibi,vel ipſi in ea, vel in alia parte commorentur: quatuor caſus conſiderari poſſunt qui ad d.legis explicationem conducere videntur.

Primus eſt, an poſsit lex Portugaliæ ligare ſubditos, & vaſſalos ſuos Romæ delinquentes:& abſq; dubio videtur nō poſſe ligare ſubditos Romæ impetrantes viuentium beneficia,cuius rei illa eſt ratio, quia Principis ſæcularis poteſtas intra ſui imperij limites continetur, nec in alieno territorio ius dicere poteſt, gloſ. celebris communiter recepta in Clem. vnica, verbo Omnimodam, ad fin.de foro compet. Abb in cap vlt eod. tit dicit communem Felin.in cap A nobis, in princ. de ſentent. excomunicat. Anchar.in repet cap.1. col.47. verſ Sed remanet, de conſtitutio. plures relati à Gramatico decif. 26 num 6 Syluanus conſ.103.num 1. Menoch.conſ.2.n 150. vol.1 & in terminis Petrus Mattheus in ſumma conſtitutio. in adition. ad Bullam 33. Gregor.13. fol. 576. conſtituto arg. in hunc modum Accedit prætereа quòd nullus omninó iudex poterit abſq; piaculo quenquam extra ſuam iuriſdictionem conſtitutum quantumuis commeruerit occidere, nullam enim habet authoritatem niſi quā à Rep.accipit,res autem publica maiorem dare non poteſt,quam habeat ipſa,non habet autem poteſtatem in quemquam, niſi intra ſuos fines animaduertendi,neq; occidere poteſt niſi vt ſeſe tueatur,cùm autem ſuos tranſgreditur limites,non ſe defendit Reſp ſed alios inuadit, hæc ille:Qui poteſtatis defectus extra territorium ius dicentis,non ſolum in criminalibus iudicandis ſibi locum vendicat, verúm etiam in ciuilibus, contractus enim alibi geſtos non comprehendit lex ciuilis, ex doctrina Bart. in l Cunctos populos num 16 C.Summa Trinit. communis ex Iaſ.ibi num 56. Alciat 16. poſt alios Decian. in tract criminal. tom 1. lib 2. cap 35 num.31. Gozadin conſ 49. circa primum col 3. Ruinus conſ 201 proponitur in facto num 9 lib 1 & 159 ſuper eo col.2. verſ. Et quāuis lib 2. Gramat. deciſ.103.nu 178. Valaſc conſ.182. n.4. & notabiliter limitat Gomez l 50 tauri

 n 50.

num. 50. Couarr. de ſponſalib. 2. part. cap.7.in princ. nu.6. Cabed. deciſ.165. 1.part.num.3. Franciſcus Soarez ieiune tamen lib.3. de legibus, cap.32. per totum.

Deinde facit quia impetrans Romæ beneficium viuentis ibi debet puniri vbi deliquit, quia ibi forum ſortitur, cap Poſtulaſti,& cap.vltim. de foro compet. cap.1. de priuil. in 6. Trident. ſeſſ.7.de reformat.cap.14. l.Si cui. § vlt. l.vlt. ff.de accuſat. auth. qua in prouincia, C.vbi, de crim. Clarus in pract. q. 38.num 1. Couarr.pract.cap.cap.11.n.3. Gregor.Lopez l.15 titul.1.part.7 gloſ.1. Gomez 3.tom cap 1. nu.87. Duen.reg. 378. Burſatus conſ.77.lib.1.num 3 Petrus Caball. caſu 194. à princ. Addeo vt delinquens Romæ ad petitionem iudicis regij Luſitaniæ remitti ad hoc Regnum non debeat, vt poſt Paulum conſ. 309. num. 1. Fulgoſ. conſ.124 num.2. Oldrad. conſ. 124. Decian. vbiſuprà num.11. Couarr. d.cap. 11. num 9. ad fin. Boer deciſ.29.

6 Quare inter Doctores ea eſt recepta opinio vt iudex domicilij, & originis poſsit contra ſuum ſubditum alibi delinquentem generaliter inquirere,& ipſum punire,prout dixit Bart.in l.Si cui, §.1. ff. de accuſation. Anton.& Abb. in cap.Cum contingat, n.6. de foro comp. Bernard. in pract. crimin. cap. 8. idem Bart.in l.Sepulchri,ff de ſepulchro violat. Bellouiſo in repet cap.Romana, §. Contrahentes, de foro compet. lib.6.& dicit communem Bolognet conſ.54.& cum hac reſidet Couarr.dict num 6. & Boſsius in pract tit de foro comp.Franciſc Mar deciſ.989. plures relati à Claro vbi ſupra num.4 quæſt 38. Gama deciſ 53. num.2.

Verùm hæc opinio confunditur ex eo quia iudex domicilij non poteſt extra territorium inquirere,cùm ipſe non poſsit alienum territorium purgare,nec moderari. quare in inquiſitione generali quando criminis authores ignorantur, vix ſuſtineri poteſt, d. Bartol. opinio, & in inquiſitione particulari plura darentur abſurda quód delinquẽs puniretur in loco delicti,& in loco originis pro eodem crimine contra l. Senatus, ff.de accuſation. Decian. d. cap. 16. num 7.& ideo contra eam inſurgit Bal. in l.1. C.de ædelitijs action. Bernar. in pract.cap 9 communem dicit Rolan. conſ.19.num.14 lib.2 & teſtatur receptam Flores in addition.ad Gamam deciſ. 53. Th.ſaur. in deciſ. Pedam. 90. Auend.reſponſo 40. Hipol. in l.vltim. nu 136 ff.de iuriſdic omni iudic. Gandinus in tract.de malef.quæſt.6. Grama. deciſ. Neapol.26. Guido licet vacilans quæſt.202.num.4. Boer.deciſ.270. Decian. in dict tract. crimin. lib.4. cap.16. num.2.

Quare dic quód inter diſtinctiones 7
Doctorum in hac materia illa quoad noſtrum propoſitum magis conuenit quód lex municipalis non ligat ſubditos ſuos extra territorium quando & perſona operans,& res,circa quam verſatur factum, & ipſa actio ſunt omninó extra territorium imperantis: vnde poteſt contingere quòd perſona ſit extra territorium, res autem ipſa intra territorium ſit poſita, tunc nanq; poteſt factum, ſeu actio illa puniri ratione rei, circa quam verſetur,vel ad quam ordinatur, vnde Couarr. hunc ſenſum agnoſcens in cap. Alma 1.p. §.10. num.3. inquit quod tunc lex poteſt punire, ſeu obligare extra territorium, quando factum offendit ipſum territorium, quia tunc illa actio non dicetur fieri extra, ſed intra terrritorium, ſequitur, & ampliat Franciſcus Soarez vbiſupra n.8.

Vnde fit quód illa crimina in quibus perpenſo initio,& conſummatione in ipſam patriam diriguntur,licet extra comittantur habeantur, acſi in ipſa commiſſa ſint,prout ſunt illa,de quibus in l. vltim. ff de decret. ab ord. faci. cap Ita quorundam,de iudæis cap 7.Bullæ Cœnæ, quod explicat Iacobus de Graphis

lib.4.

lib.4.cap.18. num.100. l.2. C de eunuchis. Ordin.lib.5.titul.109. Gama deciſ. 384. num.6. Cabed.deciſ.115.lib.2.

Huius generis ſunt omnia delicta in vno loco inchoata, & in alio perfecta, & conſumata, quæ in vtroque puniri poſſunt; vt cum communi reſolu.t Abb. in cap. vltim. numer. 25. de foro compet. Soccin. in cap. Poſtulaſti, eod Boſsius in pract. tit. de foro comp. num. 59. Clarus dict quæſt 38 num 9. Decian vbiſupra, cap.17 num.9. Cabal. cent. 1. caſ.3 pro quibus eſt text in l 1. C. vbi de crimin. ag. oper. vbi docet quòd criminum quæſtiones iudicandæ ſunt in loco vbi crimina perpetrata ſunt, vel inchoata: quo loco verbum Inchoata non eſt referendum ad initium cognitionis, vt non bene arbitratus eſt Bal. & Salycet. ſed referendum eſt ad initium comiſsi criminis, vt bene obſeruat Curtius Iunior in l.2 nu.37. ff. de iud. & in furto reſoluit Bart. in l. Dominum, ff de furtis, & alij quos refert Couarr. reſolut. cap.20. num 20 ſic de loco prophano in ſacro vulnerans, vel de vno territorio ad aliud, in vtroque punitur, Couorr vbiſupra num. 37. Clarus dict. quæſt 88. num 16. Decian. nu 9. Duen. reg.378 Guido deciſ 202. num. 4. Hipol. conſ. 57. num 35. Nec omittendum eſt quod dicit Bal. in l. Nullum, C. de teſtibus, verſ In contrarium, vbi tenet quód ſi iudex Peruſij iubet teſtem interrogari Florentiæ, & teſtis ibi falſum dicit, quód nihilominus poteſt puniri Peruſio, quia licet teſtimonium Florentiæ proferatur, tamen Peruſij refertur, & ibi attenditur virtus probationis arg. l Si vt proponitur, ff. de fideiuſ. l Quæro ff de ſolution

8 Ex quibus palàm fit Romæ impetrãtem patriam offendere ex animo qui delicta diſtinguit, ille enim ex qualitate facti percipitur, Maſcard concluſ.95. & ex fine, & conſumatione actus quæ ad Regnum dirigitur, qui enim Romanã Curiam adeunt maiori ex parte, non animo ibi comorandi id efficiunt, ſeu domicilium ibi contrahendi, ſed beneficij aucupandi gratia, vbi poſtquam vires patrimonij exhauriunt fracti iam animo quod beneficium etiam tenue non aſſequuntur, fortè ob demerita, vel prauos mores, & literarum imperitiam, ſe conuertunt ad viuentium impetrationes tanquam ad ſupræmam tabulam, & falſis narrationibus literas impetrant, iudiceſq; gratiarum executores qui cenſuris veluti tonitrua poſſeſſorum animos deterrent, vexant, ac frangunt, quibus omninò perculſi ſatius iudicant beneficia ipſis litigantibus dimittere, & quia huius damnatæ impetrationis executio in Regno fieri debet, & contra ipſum Regnum fit, & in eo delictum comiſſum cenſetur, & ibi puniri debet.

Quibus addo quód ſubditus extra Regnum alium ſubditum offendens, licitè poteſt puniri per leges regias; Gama deciſ 53. Decian. dict cap 16. num. 2. verſ. Ego puto, quia per offenſionem alterius ſubditi offenditur territoriũ originis, maximè cum in loco delicti delinquens non ſatis punitur, vt ponderauit Gama vbiſupra, & cum vtranq; Remp. offendat in vtraq; etiam tenetur inſolidum ſatisfacere, l.1. §. Cæterũ, ff. Si famil. fur. fecer. Bart. in l. 3. §. Sed ſi plures, ff. de ſepul. viol. Alciat in cap. 1. de offic Ordin. num.29.

Obiter hic agere liceat de intellectu 9 Ordin. lib.5. tit.117 §.9. vbi lex regia videtur ſtatuere quód iudex domicilij poteſt quærellam recipere ſubditi ſui, qui in alieno territorio á ſubdito alieno offenſus, & vulneratur eſt, in hæc verba *E nenhum julgador receberá querela, ſaluo ſendo o querelloſo morador em ſua jurdição, ou quando o crime for cometido em ſua jurdição, poſto que o querelloſo não ſeja nella morador. Porem querelando perante os Corregedores da Corte, ou da caſa do Porto, ou Corregedor da comarca onde o tal maleficio for cometido, ſerlheha recebida a querela. E quere-*

querelando em outros lugares, ſerá a querela nenhũa.

Huius legis occaſione in Senatu Portuenſi areſtum conditum fuit in libro Spheræ, quod poterant offenſi coram iudice ſui domicilij quærellare ſuper offenſa, vel vulnere ſibi ilato in territorio alieno, & fuerunt moti Senatores authoritate ſapientiſsimi Barboſæ ad l. Heres abſens, ff. de iudic. §. Proinde, art de foro delicti, nu 48. ubi ſic interpetratur hanc legem, illamq; eſſe iuri communi contrariam aſſerit. Sed profectó ego ſimpliciter verba illius legis accipienda puto ſine aliqua violentia, vt ſcilicet quilibet iudex à duabus perſonis poſsit quærellam audire, ſcilicet, à proprijs ſubditis, & ab alienis, ſi in ſuo territorio delictum admiſſum ſit, inter ſuos, ratione propriæ iuriſdictionis, inter alienos, ratione delicti, ex deciſione auth. in qua prouintia, C. vbi de crim. agi oportet. Non tamen ex inde poteſt inferri quòd ſi ſubditus in alieno territorio offendatur, poterit in loco domicilij conqueri de vulnerante, quia hoc repugnat iuris principijs Vnde ſolùm illa ilatio locum habere poterit, ſi ſubditus ſit priuilegiatus vt in ſuum forum trahat litigantes, qualis eſt pupillus, vidua, miſerabilis, vel ſimiles, ex Ordin. lib.3.tit.5.§.3. qui certũ iudicem priuatiuum habent. Quare illa Ordinatio vel accipi debet vt illa iudex domicilij quærellam ſolùm recipiat, illamq; remittat iudici delicti, & ad hoc reducendus, Cabalin cent.1. caſ 3. Guido deciſ. 202. num.4 Clarus §. fin quæſt.39. n.4. Hipol conſ.57. num.35. quando à non ſubdito proprius vulneratus fuit alibi, quia Ordinatio non de alio agit, quàm de receptione quærellæ, non tamen dicit vt cognoſcat. Vel melius quòd cognoſcat inter ſuos, & inter alienos, qui ibi deliquerint, ſicq; procedũt quæ Grgor. in l.15.tit.1. part 7 Boer. deciſ.29. Cabedus 1. part. areſt 5.

Secundus caſus eſt, An qui in Regno degit, ſi tamen per procuratorem impetret Romæ vinculo huius legis teneatur, & extra dubiũ videtur poſita quæſtio, cum illud quod per procuratorem expeditur perinde habeatur in iure, ac ſi à conſtitutione fiat, cap. Mulieres, § Illi veró, de ſent excomun. Duen. qui alios refert reg 378 ampl. 3. Placa de delictis lib.1.cap.15.num.17. Decian. d. cap 17. num.7. Clarus d.quæſt 38. nu 6. Nam licet verba ſtatuti ſint ſtrictè interpretanda, nec debeant extendi ad caſum fictum, cum de impetrante loquantur, quia ſi lex voluiſſet expræſsiſſet. cap. 2. de translation. Epiſcop Tiraq. verbo Libertis, num.3. l. Si verò, § De viro, ff. ſolut matrim, l. Hos accuſare, §. Omnibus, ibi: Item nec lex Pompea, ff de accuſation tamen propter materiam ſubiectam, & mentem diſpoſitionis, verba quæ naturaliter prolata ſunt ciuiliter accipienda ſunt, ita vt pariſicata quoq; in iure comprehendant, cap Ex parte 13. ibi: Cum ex hoc, de cler. non reſid. Butrius in cap vlt. num.58. verſ Fallit 1 de cõſuetud. Domini. poſt alios in cap. 1. num.9 de tempor ordin. lib.6. Decius in cap. Translato, ſecunda lectura, de conſtitution. Rippa in *l. Si conſtante*, num 69. ff ſolut. matrim. Eo enim caſu materia ſubiecta illam interpretationẽ extenſiuam poſtulat, cum finem legis reſpiciat, & per rationem, ſeu finem legis reguletur eius materia, l. Verum, ibi: Nec enim factum quæritur. ff de furtis, facit illud Auguſtini, ibi: Secundũ quod finis eſt culpabilis, vel laudabilis ſunt opera noſtra culpabilia, vel laudabilia, reſoluit Thom. 12. quæſt. 1 art.3.

Quare cum in præſenti finis legis noſtræ ſit, ne impetrationes fiant Romæ ad tollendas ſubditorum vexationes, & impetratio per procuratorem, ac perſonaliter eundem operetur effectum, ſi hic caſus non comprehenderetur, non aſſequeretur legis finis, quod recipiendum eſt, maximè cum ex tali interpretatione nulla ſequatur legis correctio,

rectio,vt obſeruat gloſ vltim.in l Siquis ſeruo,C.de furt. gloſ.ſimilis,in l.Quod verò ff. de ligib. provt illas expendit Iaſ.in Auth. quas actiones, num.19. C. de ſacroſ.eccleſ. & in l.Marcellus, n 28. ff ad Trebel. Tiraq. ceſſante cauſ. 1. p. num 153.

Vnde è conuerſo ſequitur quòd ille qui ab hoc Regno impetrat per procuratorem Romæ beneficium viuentis incurrit pænas à Reg.Chancel impoſitas, illis qui tales faciũt impetrationes cum illius fori efficiatur propter delictum, maxime cum pænæ in d reg.ſtatutæ ſint inhabilitas ad ſpiritualia excomunicatio, & ſimilia, quæ ipſo iure incurruntur, pænæ autem ipſo iure incurſæ etiã extra territorium ligant, dixit Franciſcus Soarez vbiſupra,cap.32. de legibus, num.6 Syluest. verbo Excomunicatio 2. num 10 vbi dicit quód extra territorium non ligetur quis quando & perſona operans,& res circa quam operatur, & actio ipſa omninò ſunt extra territorium, ſecùs ſi res intra territorium eſt, tunc enim delicta contra legem non extra fieri, ſed intaa intelligendum eſt vt puniri valeant.

11 Tertius caſus eſt, An exterus otiundus Italia,vel Hiſpania,ſi beneficium in hoc Regno impetret, cuius poſſeſſor viuat huius legis pænam incurrat: & hæc quæſtio duo inuoluit, Primum, an impetratio valida ſit: Secundum,an virtute illius puniri valeat Et ſine dubio eſt quòd talis impetratio nulla ſit, non ex defectu poteſtatis concedentis, ſed ex defectu intentionis,dum ipſi verum ſupprimitur, ex quo ſubſtantia diſpoſitionis annullatur: veroſimili enim eſt quòd ſi explicaretur ſummo Pontifici quòd Reges Hiſpaniæ habẽt Sedis Apoſtolicæ priuilegiũ vt beneficia in Regno non habeant niſi naturales, vt per Ceuallos 4 part.quæſt 1.nu 308 & n 347. Bobad.lib 2. cap.18. num.208. illis beneficia minime cõferret,non enim credendum eſt ſummum Pontificem velle tollere Regum priuilegia, quæ ipſi habent à tempore quod memoriam excecedit hominum, maximè ſtante reg. chancel. de idiomate iuncta Canonum prohibitione, de qua in cap Hortamur 71. diſt capit. Neminem 70. diſtinct. cap. Aphroſ. 98 diſt cap.vltim de cler. peregrin. cap. Bonæ 2. de poſtul. Prælator. de quo videndus Gomez in dict. reg de idiomate, quæſt.1 de iure Caſtellæ eſt l.18 lib.1 Ordin.titul.3. vbi Perez verbo *Ningun eſtrangero*, apud quem plura videnda,Couarr.pract.cap.35.n 5. Gregor.Lopez l.13. tit.15. part 1. verbo *De aquel Obiſpado*, Salzed ad Bernard. cap.54. in princ. Rebuf in concordatis tract de nominat quæſt.9 num.48 & de pacific poſſ num.265. & in praxi, tit.de reſcript.mixtæ ſigna.n.7. Flamin de reſigna.ben. lib.4 q.7. Soto de iuſt. lib.3. quæſt 7. cap 2 Selua de benefi. 2 part. quæſt.vltim. Carol.de Graſal.lib 2.iure, 8 facit d.c.Bonæ 2. de poſtul Prælator. cap vlt de cler.perigr cap Nullus, diſt. 61. vnde talis ſi ſpolietur non debet reſtitui, Menoch.de recup remed.15 nu. 441 Flamin. lib.13. quæſt.5. num 134. De iure huius Regni extant regia dipplomata, & excomunicationes, de quibus latè ſatis tamen ieiune, Cabed de iure patronat. cap 29. per tot. vbi leges Caſtellæ corrupte allegat,& facit noſtra Ordin hoc tit.13.in § 1. vbi eorum procuratores non admittit ad agendum. Quis autem ſit exterus dicit Rebuf in l. 5. ff de verbor.ſignific.& in l Vnica, C. Pro eo quod intereſt, in gloſ.1.

In ſecundo verò caſu, an ſcilicet puniri poſsit exterùs ex tali impetratione? Videtur quòd non: Primo, ex eo quia cum hæc impetratio ſit nulla, ex actu nullo,nemo puniri poteſt. Dominus pater meus Franciſcus de Caldas Pereira & Caſtro, in ſuo de poteſtate nomi. quæſt.5 num 8. & 9. & de extinctione emphyt cap.7. num 10 vbi plures citat: deinde quia verba legis regiæ ad ſolos naturales diriguntur,ibi: *Ordenamos*

namos que ſe algum natural de noſſos Reynos, &c. Quare cum verba legis non conueniant exteris nec diſpoſitio. l. 4. toties ff. damno infecto, & fruſtra hæc pœna imponeretur homini extero, qui illius eſt incapax, ſtatutum enim habilitans vel inhabilitans non poteſt procedere in non ſubdito, ex Valaſ. conſtit 182. num 6. Priuatio enim naturalitatis præſupponit ſubiectum habile & præcedentem habitum vulgata l. decem ff. de verborum.

Verum (ne ipſe videatur eſſe melioris conditionis quàm naturalis regni) quia ordinatio in §. 1. eorum impetrationes execratur vbi coercet qui eorum mandata acceptant, ſi exterus ad regnũ accedat pro ſuæ impetrationis complemento, ibi puniri poterit pro modo delicti, tamquam Reip. perturbator arg. textus in l. 1 ff. de iure Delibe. & à regno expelletur, delinquit enim dum in regno agit, & ratione illius delicti, ibi forum ſortitur c. 1 de Priuileg. in 6. c. vltim. de for. comp. Auth. qua in prouincia C. vbi de crimine agi oportet. Dubium tamen eſſe poteſt, quid ſit dicendum caſu, quo exterus poſt impetrationem beneficij viuentis factam impetret à principe naturalitatis priuilegiũ, iuxta terminos d. l 18 ordinamẽti in fine, & noſtræ ordinatio li. 2. ti. 55. an hoc caſu incidat in pœnam huius legis, & videtur quod non nam tempus delicti comiſsi ſpectandum eſt, & cum eo tempore fieret impetratio ab extero de quo lex non loquitur, non videtur poſſe coerceri pœna ſtatuti, Clarus in praxi l. fin. quæſt. 36. num. 11 & ita concluſum in Curia Tholoſ. refert Aufrer. deciſ. 377.

Sed contrarium veriùs puto, vt puniri valeat cum modo delinquat exequendo impetrationem factam contra leges, quando ipſe iam naturalis eſt, paria enim ſunt aliquid fieri tempore habili vel inhabili, dummodo effectus conferatur in tempus habile l. in tempus ff. de hæred. inſtit. Bart. & Bal. in l. Quod ſponſæ, C. de donation. ante nup. Iaſ. in vlt. num. 8. C. de pact. Perez de Lara, qui plures citat, licet corrupte in tract. de anniuerſar. cap 25 num 3 & conducunt quæ Valaſc. conſ. 77. n. 4. Sufficit enim quód cauſa tempore quo de eius executione agitur legem offendat, licet antiquior ſit ipſa lege, vel originem habeat inhabilem, ſi tempore habili exequitur, notat Bart. in l Omnes, ff. de iuſtitia, & iure, à n. 44. vbi plures caſus enumerat quando præteriti actus futura lege ligantur, proſequitur Gama deciſ. 260. poſt num 3. & deciſ 51. Lex enim annullatiua comprehendit omnia quæ vetuſtiorem cauſam habent, ſi modo in iudicium deducuntur, Parlador. differentia 79. §. fin. Gama d. deciſ. 260. Quare in præſenti idem dicendum eſt, cum illa priuationis pœna, quam lex imponit, inueniat delinquentem iam ſubditum. Nec obſtat quód Ordinatio Regia in verſ. *Ordenamos*, ſolùm pœnam imponit impetrationi, ibi: *Impetrar beneficio de homem viuo, &c.* Nam ſatisfit quód licet lex regia in ſolam impetrationem dirigatur, tamẽ omnia inde ſequuta prohibere cenſetur prohibito enim principali cenſetur etiam prohibita omnia media, quibus ille finis aſſequi poteſt, cap. Præterea, de offic. delegat. vnde oportet, vt à Principe fiat habilis, & inſuper impetrationis vitium remittatur.

Quartus cauſus eſt de his qui impetrant extra Romanam Curiam, veluti à legato ad id poteſtatem habente quam quæſtionem ſuo loco reſeruamus.

Vltimo illud notandum duxi quód cum ſupradictis conſtet quód exteri in hoc Regno beneficium habere non poſſint an ex eo capite Cardinales, qui Romæ aſsiſtunt poſsint beneficia in hoc Regno habere, & penſiones, de quo agemus latè ad §. 1. huius tituli, vbi videri poteſt.

S V M-

SVMMARIVM.

LEX Regia prohibet ne impetrentur beneficia viuentium.

Lex iuris communis pœnas ſuſcitauit, & auxit. ibi.

2 Lex Regia non poteſt dici lex ordinaria.

3 Sola impetratio an ſufficiat, vt pœna incurratur?

Quod requirantur hæc duo impetratio & citatio. ibi.

Dictio, & quæ (lex vtitur) coniungit vtrumque caſum. ibi.

4 Impetratio per ſe ſola nullam vexationem inducit.

Pœna non incurritur in actu conditionali, dum conditio pendet. ibi.

5 Mens colligitur ex forma diſpoſitionis.

6 Vexatio maxima, quam lex conſiderat, non datur, niſi concurrat citatio ad Curiam.

Sola impetratio vel citatio per ſe ſufficit, vt legi Regiæ ſit locus. ibi.

Coniunctio (&) multoties accipitur diſiunctiuè. ibi.

7 Ordinatio hæc de duobus caſibus agit.

Sufficit legem proponere duos caſus, quia dum alterum ſolum decidit, videtur decidere vtrumque. ibi.

8 Lex imponit impetranti pœnam ipſo iure, quod non poſſet eſſe, ſi adhuc expectaretur citatio.

Verba por eſſe meſmo feito ſunt latæ ſententiæ. ibi.

Ord.lib.1.tit.12.§.3. Solum iubet, vt procurator Regius faciat punire impetrantes. ibi.

9 Lex Regia pœnas iuris ſuſcitat, nihil de nouo addit.

10 Sola iuris iniqui impetratio punitur à iure.

11 Pœnam an euitet? qui in Regno agit.

12 An incurrat pœnam, qui impetrat à Legato.

Verba legis vbi non conueniunt, nec eius diſpoſitio. ibi.

Lex Regia vetat ne fiat extenſio ad alios caſus præter expreſſos. ibi.

13 Impetrans à Legato de Latere, etiam intra Regnum incidit in legem.

Vt lites tollantur latiſſima debet fieri interpretatio. ibi.

Hic caſus comprehenditur ſub lege. ibi.

Regula de impetrantibus beneficia viuentium etiam Ordinarios comprehendit. ibi.

Si Curia Romana ad hoc Regnum mutetur, impetrans in Regno ſubiacebit legi Regiæ. ibi.

Pariter ergo ſi à Legato fiat impetratio, qui ab eo cauſam habet & mandatum. ibi.

Ordinatio dum meminit de Curia, illud fecit demonſtratiuè tantum. ibi.

Explicatur Regia Ord. ibi em Corte de Roma ou fora della, & ſic videtur comprehendere Legatum. ibi.

14 An Pœna huius legis incurratur litteris non expeditis.

Sola ſupplica an ſufficiat. ibi.

Impetrans beneficium viuentis contrahit inhabilitatem, ad illud etiam obtinendum. ibi.

15 Sola ſupplicatio oblata probat inhabilitatem incurſam fuiſſe.

In ſimplici petitione non effectuata non poteſt incurri pœna. ibi.

Impetratio debet intelligi cum effectu. ibi.

Interpretatur tex. in l. His quidem Cod. qui militare poſſunt lib. 12. ibi.

16 Ex ſupplicatione ſignata non incurritur pœna.

17 Si impetrans vti nolit impetratione an euadat pœnas legis.

18 Quid ſi bona fide impetrauit?

Mandatum pro adeunda hæreditate viuentis valet bona fide expeditum. ibi.

Ignorantes, & ſcientes leges ligant. ibi.

Ignorantia vel naſcitur ex leui culpa, vel ex lata. ibi.

Vbi lex requirit dolum, qualibet ignorantia excuſat. ibi.

Ignorantia vel verſatur circa legẽ, quæ prohibet caſum antea non prohibitum, vel caſum iã aliqua lege diuina prohibitũ. ibi.

Primo caſu præſumitur ignorantia quouſq; probetur ſcientia: in ſecundo ſcientia quo vſque probetur ignorantia. ibi.

Ignorantia tunc excuſat, quando quis dat operam rei licitæ aliàs ſecus. ibi.

19 *Ignorantia excuſat à pœna, niſi affectata vel ſuppina.*

Excuſat in his, quæ habent rationem pœnæ non verò deffectus. ibi.

20 *Ignorantia impetrantis iuſta eum excuſat, dũmodo non vtatur ſua impetratione.*

Non ſufficit dicere, quod litteræ emanarunt tempore habile quia ſufficit, quod hodie alter poſsideat ab Ordinario. ibi.

Ignorantia non excuſat ad lucra. ibi.

Ius Regni eſt noſtrum ius commune. ibi.

Interpretatur textu in l. ſi duo ff. de acq. hæred. ibi.

Ignorantia in proprio opere non excuſat. ibi.

21 *Impetrans etiam ignorans non excuſatur ab inhabilitate.*

22 *In noſtra Ordinatio. eſt poſita pœna doloſo impetranti, & ideo ignorantia qualibet excuſat.*

23 *Interpretatur text. in l. Diuus. 15. ff. ad l. Cornel. de Falſ.*

Ignorantia in Contractibus diuerſa eſt ac in delictis. ibi.

Suppoſitiua præſumptio fraudis annulat actũ licet illa non reperiatur. ibi.

24 *An intruſo impetrante poſſeſſore ſi alter illud beneficiũ impetret incidat in legem?*

25 *Quid an liget lex Regia Collationem à Papa factam de motu proprio & certa ſcientia?*

Pontifex poteſt beneficium vni adimere, & alteri conferre. ibi.

Beneficia computantur inter bona Eccleſiaſtica. ibi.

26 *Beneficij collatio etiam ex motu proprio ſubeſt legi Regiæ.*

Debet talis collatio haberi ac facta ad impetrationem partis. ibi.

Lex loquitur in impetrante ratione frequentioris vſus. ibi.

Breuia quæ nomine Cameræ expediuntur perinde habentur ac ſi impetrata fuiſſent. ibi.

Dominium triplex eſt ſummum, medium, & infimum. ibi.

27 *Pontifex habet dominium regiminis & adminiſtrationis.*

28 *Interpretat. cap. 2. De præbend. in 6.*

Plena Pontificis poteſtas in beneficiis ideò dicitur, quia omnia comprehendit, non tamen quod ſint ipſius propria. ibid.

Pontifex neminem priuat ſuo beneficio ſine cauſa. ibi.

29 *In Principe iuſta cauſa præſumenda eſt.*

Fallit ſi agatur de tertij præiuditio. ibi.

Clauſula motus proprij & ſimiles licet multos operentur effectus, non tamen faciunt iuſtam conceſſionem ſi illa talis non eſt. ibi.

Interpretatur Ord. lib. 1. tit. 98. ibi.

30 *Officia à Principe non tolluntur ſine cauſa iuſta.*

Maximè ſi empta & data ob ſeruitia. ibi.

Si Princeps adimit officium tenetur parti reſarcire damnum. ibi.

31 *Si conſtet Papam velle priuare ex motu proprio, debet obſeruari eius mandatum.*

32 *Quid ſi impetrat beneficium iuris patronatus?*

Beneficia iuris patronatus non vaccant in Curia. ibid.

33 *An qui ſubrogationem impetrat in locum defuncti dicatur impetraſſe viuentis beneficium.*

Subrogatio non eſt vera prouiſio. ibi.

34 *Refertur Regium dipploma.*

35 *In ſubrogationibus gratioſis maius latet malum.*

Subrogationes inuentæ ne multiplicarentur

tur collitigantes.

37 *Subrogatio vel fit per ceſſum vel diſceſſum.*

Subrogatio fit etiam ad poſſeßionem defuncti. ibi.

38 *Subrogatio non eſt tolleranda, quando impetrato beneficio viuentis, poſtea litigans ſubrogatur in iuribus defuncti.*

39 *Subrogatio vitioſa eſt, quæ fit ad poſſeſsionem illius, qui impetrauit beneficium viuentis.*

Subrogatio in beneficio litigioſo ſolum operatur, vt ſubrogatus litem proſequi valeat. ibi.

40 *Subrogatio quando fit ad litem, eſt vitioſa, ſi mortuus impetrauerat ius iniquũ.*

41 *Subrogatus in iuribus defuncti ordinarie agere debet, & litem proſequi.*

42 *Subrogatus in ius defuncti cenſetur veram impetrationem feciſſe.*

43 *Patronus lite pendente cum ſuo præſentato ſi ille moritur, alium præſentare poteſt.*

44 *Interpretatur cap. 2. vt lit. pendent.*

45 *Fructus præſentationis eſt ipſa præſentatio.*

46 *Quid in impetratione beneficij vniti monaſterio?*

Lex loquens in impetratione non habet locum in perſona ficta. ibi.

Statuta loquentia in caſu vero extenduntur ad fictum. ibi.

In monaſterio conſideratur Prælati dignitas quæ non moritur. ibi.

47 *Vidua illa eſt, quæ impropriè eſt vidua, & ficte.*

An procedat in monaſterio monialium, cui beneficium annexum eſt? ibi.

48 *Quid ſi nulla ſit impetratio & ſurreptitia, an ex ea incurratur pæna.*

Actus qui geri poteſt valide & nulliter, ſi nulliter geratur, non incurritur pæna. ibi.

Ex actu qui validè geri non poteſt, vt eſt impetratio beneficij viuentis, ſemper pæna incurritur. ibi.

49 *Actus nullus aliquando valet in odium gerentis.*

In commiſſum cadet alienans ſine domini conſenſu cum actus ſit nullus. ibi.

Contrahens matrimonium nulliter amittit beneficium. ibi.

Per violentiam occupans beneficium amittit, quod habebat. ibi.

Reſcriptum ſubreptitium valet in odium impetrantis. ibi.

50 *An incidat in legem, qui commendatum beneficium impetrat?*

IMPETRANTES VIVENTIUM *beneficia, qui ſint ſub illis verbis Ordinationis, lhe impetrarẽ ſeus beneficios, & ibi beneficio de homẽ viuo, &c. ad Ord. lib. 2. tit. 13. in princ.*

CAP. 61.

1 PRohibet Regia Ordinatio, ne quis viuentium beneficia impetret, & vtitur illis verbis, *ordenamos que qualquer peſſoa natural de naſſos Reynos, & ſenherios que impetrar beneficio de homẽ viuo, &c.* Et videtur, quod ius nouum conſtituat: illud enim importat verbum *ordenamos*, probatur in cap. Quoniam contra de probatio, ibi ſtatuimus, & in cap. Statuimus 13 de offic. de leg. lib. 6 gloſ. vlt. in Clem. vlt. de reſcript. concludit Rebuf in l. 1 Cod de Sententijs, quæ pro eo, quod 13 notab. n. 2. & ſuadetur ex legib. Extrauag 4 p. tit. 12 l. 4 ex qua hæc lex deſſumpta fuit, quæ condita fuit anno 1515. Cum ad illa vſque tempora nulla lex extaret

Regia, qua impetrantes talia beneficia punirentur, quæ fundatur in relatione facta inuictiſsimo Regi Emanueli ſuper vexatione, qua ſui ſubditi iniuſte litibus moleſtabantur ea tempeſtate, patet ex principio ipſius, ibi: *por a informação que El Rey Dom Manoel que ſanta gloria aja, teue da grade vexação, &c.* Ortum ergo habuit hæc lex à noua occaſione à commorantibus Romæ præſtita, nec antiquiorem cauſam reſpicit. Verum hæc lex non iuris noui inductiua eſt, ſed veteris explicatiua, nam impetrare viuentium beneficia nunquam licuit de iure communi, quod in Regno ſeruatur, & attentis legibus Caſtellæ punitur impetrans grauiter in l.13.tit.16. part.1. Cumq; hoc Regnum fuerit Regno Caſtellæ vnitum, iiſdem legibus vtebatur: Vnde ante hanc legẽ arbitrio iudicũ pœna eſſet imponenda pro modo culpæ attentis iuris communis regul. & negocij qualitatibus, hodie verò legis ſequi oportet diſpoſitionem, quæ iuris communis pœnas ſuſcitauit, aliaſq; adiunxit criminis atrocitati conformes, prout eſt naturalitatis priuatio, nam lex, quæ nouam addit pœnam caſui, iam attento iure vel lege antiquiori prohibito, non noua ſed antiqua cenſeri debet cap. fin. de Conſtitutio. auth. de filijs ante dotalia §.1. & in auth. de raptu mulier. in fin. cap. Cum in cunctis §. Sanè de Electione, quia declarando nihil de nouo inducit l. Hæredes palàm ff. de teſtam.

2 Nec hæc lex dici poteſt ordinatiua ex eo, quod per verbum *ordenamus* concepta fuit, quod verbum non conuenit materiæ graui, adeò vt leges ordinatiuæ ad nullam culpam, etiam venialem obligare ſoleant ob materiæ leuitatem, ſuper qua proferuntur ex Thom. 2. 2. quæſt. 186. art. 9 ad 2. Sed exponendum eſt illud verbum *ordenamus*, id eſt, præcipimus, lex enim præceptiua eſt, ſi ad eius diſpoſitionem attendimus, & magis mandans, & prohibens quàm ordinans, quod ex grauitate materiæ ipſius arguitur, & ex qualitate pœnæ tranſgreſſoribus impoſita.

Primum igitur, quod circa huius legis interpretationem ſeſe offert, eſt an ex ſola impetratione eius pæna incurratur abſq; eo, quod concurrat vtrumq;, impetratio ſcilicet, & citatio ad Curiam, quod vtrumque copulatiuè requiratur videtur ex ipſa comprobari, dum in exordio deducit illam magnam vexationem, quæ ſubditis incutitur, ex eo quod eorum beneficia impetrentur, & ſuper ipſis citentur ad Curiam, cumque illa ſit cauſa finalis diſpoſitionis mentem Legiſlatoris oſtendit, & molem illam pænarum per legis artus infuſa mouet ſicut anima ipſius legis, & facit dictio (E) qua vtitur, quæ quidem coniungit vtrumque caſum, & copulat licet diuerſi ſint. l. Si hæredi plures. ff. cond. inſtit. ibi ſi hæredi plures conditiones coniunctim datæ ſint, omnibus parendum eſt, quia vnius loco habentur. cap. Cum ad ſedem de reſt. Spol. auth. ingreſsi, ibi ſe & ſua C. Sacros. Eccleſ. & copulat vniformiter, vt Doctores inquiunt. l. Sejæ §. Cajo. ff. fund. inſtruct. quia repetit coniunctio qualitates præcedentes, quando poteſt vniformiter reſpicere vtramque rem, vt lego domum ſi nauis ex Aſia venerit & fundum, illa copula repetit conditionem ad fundum ex Iaſ. in l. fin. ante fin. C. ſucceſſ. edict. Roman. ſingul. 284. & con. 231. Socin. conſ. 280 li. 2. ſicut aliàs Emphyteuſis data Titio, & liberis ſuis hæredibus requirit vtrumq; quod ſint liberi & hæredes Alex. conſ. 9. vol. 2. Pariter ergo in præſenti, dũ lex ad impetrantes & citantes dirigitur, vtrumq; reſpicit & determinat in eodem ſubiecto. 3

Deinde facit, quia impetratio per ſe ſola, dum ad citationem non eſt deventum, nullam vexationem ſubdito inducit, cum ille non vexetur, niſi quando ad beneficij dimiſsionem conuenitur, gratia enim illã habet tacitam con-

conditionem ſi impetrans vti velit vnde fit quòd dum illa conditio pendet, & impetrans non declarat ſe velle vti ſua impetrationes gratia ſuſpenſa eſt, & cum nullos producat effectus, nec etiam debet operari effectus pænales, cum in iure ſit certum quód actus ex quo pæna incurri poteſt ſi geratur ſub aliqua conditione quæ ipſum ſuſpendat pæna nō incurritur pro vt emphyteuta qui alienat domino inconſulto ſi tamen conditionem adijciat alienationi ſi domino placuerit ea pendente comiſsi pænam euitat probat Caldas Pereira de extinctione Emphyt cap 6. num. 31. niſi ad poſſeſsionis traditionem poſtea accedat ibi nu. 32. in fine.

5 Tertio facit, quia in qualibet obſcura diſpoſitione mentem colligimus ex ante diſpoſitis, & ex his quæ ſubſequuntur iuncta mente ipſius legis, quæ non ſolum apparet, vbi expreſſa eſt verum etiam vbi ex coniecturis iure approbatis conſtat, quia tunc dicitur liquido conſtare, l. licet Imperator 77. ff. de leg 1. ibi euidens diuerſa voluntas, quæ ex multis colligitur cap 1. de cleri non reſid. Tiraq in l. Si vnquam verbo donatione n 158. Menoch. de præſumpt. lib 1. quæſt 36. num. 4 Quod ſi attendamus ad quæ antecedunt diſpoſitionem ante hóc verbum Ordinamus, eſt illa magna vexatio, quæ reſultat ex impetratione & citatione ad Curiam, quo themate rettento diſpoſitio ſubſequitur circa ſolam impetrationem, quæ cum referatur ad præcedentia debent cenſeri continuata, cum ijſdem qualitatibus l. Continuus ff. de verbor. ſig. Cabed. deciſ 114 num 12 Cum ergo ſupra de impetratione qualificata cum citatione dixiſſet, ſic videtur diſpoſitionem continuaſſe referendoſe ad impetrationes, quæ componuntur ex illis duobus in ſimul, nam licet aliqua vexatio detur in ſola impetratione maxima tamen vexatio, quám lex conſiderat non datur niſi ſequatur citatio partis ad Curiam.

Quarto, quia cum lex videatur exorbitare à iuris regulis, & ſic pænalis limitanda eſt, vt minus noceat, & ſatis eſt, vt verificetur in vtroque ſimul membro copulatiuè accepto, non verò vt ſeparatim interpretetur, prout regulariter fit in omnibus diſpoſitionibus odioſis & pænalibus reg. odia de regulis iuris lib. 6. cum vulgaribus. His & alijs aliquando iudicatum percepi, vt alterum noſtræ Ordinationis membrum non ſufficiat, niſi vtrumque concurrat.

Verum prædictis non obſtantibus veritas in contrarium eſſe videtur, quod ſcilicet ex ſola impetratione pæna legis Regiæ incurratur, & pro hac parte multa conſiderari poſſunt, & primo quod lex Regia volens occurrere vexationi, quæ oriebatur ex impetrationibus beneficiorū in ſuo regno, ſuper ſola impetratione diſpoſuit animaduertēs, quod cum impetratio ſit fons & origo ex qua naſcuntur omnes perturbationes, radici falcem admouit impetratione prohibita vt excluſa impetratione remoueantur etiā omnes citationes, quæ illius occaſione fiunt, nec facit ad rem, quod vtitur illa coniunctione, & ibi *impetrar, & citar*, quia coniunctio & multoties accipitur diſiunctiuè ſecundum materiam ſubiectam, Garcia de nobilit. gloſ 9 num. 27. Hyppol. de bannitatis, fol. 55. Cabed. deciſ 117 num. 9. 2. part. maxime quod coniunctio, & non ſimpliciter adiecta reperitur, ſed adiuncta verbo, *dos* ibi: *dos que citão, & dos que impetrão*, quo caſu diuerſa determinat, cum in diuerſis ſit poſita orationibus diuerſos actus determinans. 6

Secundo quod hæc ordinatio in præſenti de duobus caſibus agit, patet ex fine principij, ibi *E queremos que iſto ſe entenda nos caſos expreſſos neſta Ordenação ſomente, &c* Si ergo impetratio & citatio in eodē caſu deberent concurrere, vnus eſſet caſus nō plures, nec obſtabit, quod in diſpoſitione ſolum reperitur prohibitus caſus impetrationis non citatio- 7

nis, quia reſpondetur, quod ſuffici in principio ſactam fuiſſe mentionem vtriuſq; vt diſpoſitum, quod poſtea ſequitur pariformiter circa vtrumq; caſum intelligatur, quia illud non procedit quando ante ſpecificationem caſus certi generalis expræſsio præceſsit, notat Bal, & Salicet. & Alex. in l. Sub prætextu 2. Cod. de tranſaction. vbi dicunt quòd licet præceſſerit petitio generalis, & proſecutio fuit ſpecialis: & exinde ſequitur tranſactio, ne dum ſuper ſpecialiter proſecutis, ſed ſuper omnibus in petitione contentis tranſactio iudicabitur generalis, quæ non reſtringitur ad ſpecialiter enuntiata, velut ſi quis promittat ratificare vtramq; vindiitionem, & poſtea ratificet ſolùm ſecundam cenſetur ratificaſſe primam tanquam connexam, gloſ. in cap. Accuſatur, de hæret lib 6. Angel. in l. Qui Romæ, §. Duo fratres, ff de verbor. Afflict. deciſ. 285. num. 6 & eſt doctrina Bart. per text. ibi, in l. Cum filio, n 4. ff. delegat. 1.

8 Tertio quòd Ordinatio ſtatuit quòd impetrantes viuentium beneficia, ipſo iure pænas à lege præſcriptas incurrāt, quæ verba ſunt latæ ſentētiæ, & injeciūt vinculum, nullo alio facto impetrantis expectato, ibi: *Por eſſe meſmo feito ſeja deſnaturalizado*: & ad ſolam impetrationem attendit ſi enim adhuc requireretur citatio, non poſſet pæna ipſo iure incurri ex impetratione, quinimò adhuc expectaremus citationem, quòd autem pæna, ipſo iure, incurratur, ex illis verbis, *Por eſſe meſmo feito*. Paſsim in alijs legibus regijs comprobatur, vt patet ex Ordin infra titul. 15. vbi ex ſola impetratione contra Regum indulta, & priuilegia ipſo iure naturalitate impetrans punitur, & alijs pænis ibi deſcriptis, conſonat Ordinatio lib. 4 titul. 38 § 2. & lib. 5. tit 6 § 10. Sunt enim verba illa latæ ſententiæ ita vt ſola declaratoria expectetur, Bart. in l. ſi procuratorem ff. de procurator Iaſon in l. more n. 8. ff. iuriſ. omni. Cabed. deciſ. 197. n. 1.

Quarto comprobatur ex ord. lib. 1. tit. 12. § 3. in verſ. *E aſsi ſobre dar à execução a Ordenação que falla nos que impetrão em Roma beneficios de noſſos vaſſallos*: Vbi ſolum de impetratione egit nec de citatione verbum.

Quinto quia ordinatio in præſenti 9
nihil de nouo ſtatuit, ſed ea quæ iuris cōmunis ſunt explicat, quo attento exterminātur, & priuantur fidelium communione impetrantes beneficia viuentium in c. 1. de conciſ. præbend. in cap. Imprimis 2. q. 1. Sic pariter lex Regia eos à communione reliquorū ciuiū arcet, & è regno expellit, vt quem Eccleſia cæleſti priuat regno. Princeps ſæcularis, regno etiam priuet temporali, inſuper in d. cap. 1. pœna ipſo iure incurritur, ibi hoc ipſo: idem diſponit lex Regia, *Por eſſe meſmo feito*: Inſuper attento iure ſupplicans viuentis beneficium ex ſola ſignatura gratiæ inhabilitatem Regulæ de impetrātibus beneficia viuentis, contrahit vt teſtatur Gomes in d. Reg. quæſt. 5. vbi citat Caſſador. tit de reſtit. ſpol. deciſ 8. & de ſetent. & re iudic. deciſ. 2. Oldrad. conſ 136. col. 2. Pariter ordinatio iuris ſemitas amplectens ſoli impetrationi abſque alia qualitate pænam priuationis naturalitatis, adiunxit ille enim actus reprobatus eſt ex Rebuf. in Concord. in proœm. fol. 260. verbo fati & de pacif. poſſ. num. 26 & plura vide 2. tom. ad leges Gall [illegible] fol. 341.

Facit ſexto, quia ex ſola [illegible] iniqui 10
impetratione pari ius quæritur ita vt ex tali reſcripto contra impetrantem agi poſsit ex reg. l. 3. ff. quod quiſq; iur. Vala. conſt. 25 Sic ergo pariter contra impetrantem ex ſua ſola impetratione agi poteſt, licet ipſe ea non vtatur nec citet, quare ex his & alijs fundamentis praxis obtinuit vt pro ſola impetratione procedatur ad pænas legis Regiæ & priuationem naturalitatis, quæ praxis in ſententiā redacta eſt, prout dicimus infra ſub verbo *os fazem citar* & faciunt quæ Cabed. de iure patro Regiæ Corona. cap.

cap. 36. num. 5. vbi contra Clericor. ex ſola impetratione proceſſum fuit, non exſpectata citatione aliqua, quod etiam confirmatur ex Ord. li. 2. tit. 43. in fine ibi: *A parte que impetrar as taes prouiſões, bem que as apreſentar*, ex qua ex ſola impetratione per falſam ſuggeſtionẽ punitur impetrans; vel qui citauerit, vel qui procuratorio nomine egerit à fortiori, ergo à maioritate rationis debemus intelligere, hanc pœnam ex ſola impetratione incurri, quo beneficium vincentis impetratur ad fundamenta initio propoſita pro contrariâ parte ſatis reſpondetur ex ſuprà dictis, ideò breuitati conſulens omitto longiores reſponſiones.

11 Ex quibus primo quæritur, an pœnam legis euitent, qui non ad Curiam citant ſed in regno agunt, & coram locorum ordinarijs vel ſuarum bullarum executoribus ordinarie vocant beneficiarios, quibus cauſæ diſcuſsio commiſſa eſt, vt ſummarie & de plano partem auditam amoueant, & repellant, & vtroq; caſu agentem non excuſari patet, nam licet citatio fiat in regno, & in eo minus grauentur poſſeſſores tamen illa magna vexatio à lege conſiderata ex ſola impetratione reſultat patet, ibi *Por euitar a grande vexação que ſe dá aos vaſſallos de noſſos Reynos, por algũas peſſoas, &c. lhe impetrarem ſeus beneficios.* Vnde patet quod verba vexationis in ipſa impetratione terminantur, cuius citatio effectus eſt, quatenus ex ipſa naſcitur, nam ſublata impetratione etiam citatio tollitur quæ ab ipſa dependet.

Nec ceſſare dicitur vexatio ex eo, quod in Regno cauſa agitanda eſt, nam etiam intra regni limites non modica vexatio reſultat ex citatione, & lite ſuper beneficio, nec ex tali citatione poſſet purgari vitium iniquæ impetrationis, ex qua pœna ipſo iure incurſa eſt, & in hoc caſu iudicatum fuit in Senatu Portuenſi, contra quendam Antoninm do Vale. qui Romæ beneficium iuris patronatus laicorum impetrauit, & coram Portuenſi officiali literis executorialibus oblatis præſentatum citari fecit, contra eum iudicio inſtitutio coram iudice Regio me aſsiſtente pro defenſione mei iuris talis ſententia prolata eſt.

Acordão em Relação, &c. Viſtos os autos, libello do Procurador da Coroa Author, aſsiſtencia do Doutor Gabriel Pereira de Caſtro como Padroeiro, contrariedade do Reo Antonio do Valle, mais artigos recebidos, & papeis juntos: Moſtraſe, eſtando em poſſe da Igreja Parochial de Sancta Maria de Enſalde do Arcebiſpado de Braga, hum Ioão Gonçaluez Carualhal Portuguez, ainda que priuado por duas ſentenças, de que pendia appellação na terceira inſtancia, hum Gaſpar de Amorim natural deſte Reyno, & eſtante na Curia Romana, impetarr em Roma a dita Igreja por vaga, & ſua Sanctidade lha conceder, & lhe paſſar letras em forma gracioſa: E deſpois ſendo priuado in totum *o dito Ioão Gonçaluez: o Doutor Gabriel Pereira de Caſtro, como Padroeiro apreſentar, a hũ Antonio da Faria Portuguez natural deſtes Reynos, & ſer confirmado por o Ordinario. Moſtraſe mais vir o dito Gaſpar de Morim com ſuas letras apoſtolicas, & tomar poſſe da dita Igreja. & depois logo a tomar tambem o dito Antonio de Faria, eſtando ainda na* 12 *poſſe o Abbade Ioão Gonçaluez, & contenderem ſobre a dita poſſe ſomente o dito Gaſpar de Amorim, & o dito Antonio de Faria, & ſer julgado neſte Senado a poſſe do apreſentado por mais juridica. Moſtraſe mais morrer o dito Gaſpar de Amorim indo para Roma: & dali a algũs annos impetrar o Reo Antonio do Valle eſtante em Roma a dita Igreja a ſua Sanctidade: & o direito que o dito Gaſpar de Amorim tinha: & ſua Sanctidade lhe conceder a dita Igreja, & o ſobrogar em todo o direito que o morto tinha, & diſſo lhe paſſar letras em forma gracioſa, com as clauſulas nellas contheudas, por virtude das quaes, demanda o Reo ao dito Antonio de Faria no juyzo eccleſiaſtico deſta Cidade, ſendo o Reo Portuguez, & natural deſtes*

Reynos: & ſabendo, ou tendo razão de ſaber como por as leys delle era prohibido impetrar-ſe em Roma beneficio de homem viuo. O que viſto, & a forma da Ordenação deſte Reyno, & como o Reo em Roma impetrou beneficio de homem viuo, & ſubrogação de direito do morto, não ſendo litigioſo o beneficio entre o dito Gaſpar de Amorim, & o dito Antonio de Faria apreſentado, nem litigarem mais que ſobre a força no juyzo ſecular, que conforme a direito não baſta para o beneficio ſer litigioſo, não ſendo litigioſo no tempo da impetração do Reo: Antes ſe moſtra ficar o apreſentado Antonio de Faria em poſſe pacifica, por morte de Gaſpar de Amorim, & o eſtar no tempo que o Reo impetrou as letras, pelo que incorreo o Reo nas penas da dita Ordenação. Viſto como outro ſi o Reo não allega, nem proua couſa que o releue de condenação: Declarão ao dito Antonio do Valle por deſnatural deſte Reyno, para nelle nunca mais poder vſar dos priuilegios, graças, & mercès, izenções, franquezas, de que por direito, & cuſtume vſão os naturaes deſtes Reynos: E mandão que tendo beneficios neſtes Reynos, & Senhorios lhe ſejão ſocreſtados os fruitos delles, & lhe não ſerão entregues, ſem mandado de ſua Mageſtade: E pague o Reo as cuſtas deſtes autos. 19. de Abril do anno 1608.

12 Quæro ſecundo, quid dicendum quando quis impetrat beneficium viuentis non à Romano Pontifice, ſed à Legato de Latere poteſtatem conferendi habente, provt olim tempore Regis Henrici, qui Cardinalis & Legatus de Latere erat cum facultate conferendi beneficia, quia Legati de Latere ſemper ſunt Cardinales Gonſales gloſ. 24. num 22. & videtur hic caſus non comprehendi ſub hac ordinatione, cum deficiant omnes rationes ab ea ponderatæ, nam nec Curia diſtat, nec lites extra regnum defferuntur, nec illa magna vexatio reſultat. Vnde fit quod cum non conueniant verba legis, nec eius diſpoſitio. l. 4 § Toties ff. damno infect. l. hos accuſare §. omnibus ff. de accuſatio. l. cum hic ſtatus §. ſi ſponſus ff. de donatio. inter vir & vxor.

Et ſuadetur efficacius ex fine principij eiuſdem legis, vbi vetat extenſionem fieri ad caſus ſimiles, & facit quod ex impetratione beneficij viuentis ab ordinario non incurritur aliqua pœna, gloſ. in cap. non oportet 1. verſ. proficiſcor de Conſecrat. diſt. 5. Corſetus ſingul. verbo. Vagabundus in princip. Rebuf de impetrat. viuent. num. 21. Mandoſ in d. reg 2 num. 4. Quare cum hic caſus diuerſus ſit ab expreſsis non comprehenditur ſub legis prohibitione, vt probatur in cap ad audientiam de decim gloſ in cap vt circa, verbo adhærentis, & in cap ſi forte verbo reſtituere de election. in 6. Deinde quia Legatus in prouintia eſt ordinarius collator, ad quem non extenditur prohibitio, quæ ſolum loquitur de illis, qui à Sede Appoſtolica prouidentur, ſic non habet locum in ordinario reg. de Idiomate tenuit gloſ. in reg 19 ſic regulam de Annali non habere locum in ordinario, dixit Gomes in d. reg. quæſt. 9. verſ. prædictis, & verſ. poſtremo.

Verum his non obſtantibus contrarium dicendum videtur, quod etiamſi impetratio fiat in regno à Legato de Latere debeat puniri, & coerceri impetrans pœnis huius ordinationis ex ſequẽtibus fundamentis, primo quia licet diſpoſitum ſit ſpeciale reſpectu impetrantium in Curia tamen ratio legis generalis eſt, & illa attenditur l. regula ff. de iur. & facti, & hac ratione Rotta ſæpè iudicauit reg de infirmis habere locum extra Curiam. 13

Suadetur hoc maxime ex proæmio huius legis, quæ tollere intendit lites & vexationes ſubditorum, quæ ratio cum finalis ſit, vt per Gomes in reg. de Annali quæſt. 1. tam militat in Curia quàm extra illam, cum odium litium ex huiuſmodi impetrationibus proueniat cõtra

tra poſſeſſorem viuentem, ergo debet fieri pariformis & æqualis interpretatio, nam vt lites tollantur, latiſsima interpretatio fit dixit Decius conſ.398. in fine, & ſic iudicatum refert: lex enim pœnalis quæ ad finiendas lites introducta eſt, non interpretatur odioſa ſed fauorabilis, Mandoſ in reg. de Annali quæſt.3.num.7.& ideo cautè noſtra lex Regia in fine principij prohibuit extenſionem ad alios caſus ſimiles, nam ſi hæc lex tamquam pœnalis eſſet interpretanda reſtringenda foret reg. Odia. de reg. iur. l. Cum vero §. De viro ff. ſol. matri. & non erat opus, vt illud declararetur, ſed agnoſcens Legiſlator hanc legem non odioſam reputandam, ſed fauorabilem, & ex natura ſua extendendam, prohibuit extenſionem ad caſus ſimiles argu l. Vnica vbi Doctores ff. ſi quis ius dicenti. Alex conſ 130. num.8. vol.4. Decius conſ. 281. in fine Nec obſtant verba d Ordinationis, ibi. dum illam extenſionem ad ſimiles caſus vetat, quia Ordinatio prohibet ne extēdatur ad caſus ſimiles impetrationibus, vel citationib. nos verò agimus non de caſu ſimili, ſed eodē me caſu impetrationis & ſolum dubitamus an à Legato Appoſtol ſit talis impetratio, qualem lex prohibet? & eſſe patet, quia ipſe Pontificem repreſentat cap.1. de eff leg. Et eius poteſtate fungitur in prouincia ſibi decreta, & non eſt proprie ordinarius, ſed extraordinarius, ex Dec in ca Poſt ſeſsionem n.2 de probat Achiles de Graſsis deciſ 1 num 1.2 & 3. de offic.ordin. Puteus deciſ. 164 num. 2. lib. 3. Gonſales gloſ 22 num. 38. & dato quod ordinarius ſit, Reg. de impetrantibus beneficia viuen etiam ordinarios comprehendit ex Mandoſ ibi quæſt 3 per totam Inſuper conſideremus Pontificem ad hoc regnum, ſedem tranſtuliſſe, provt olim apud Francos. Quæro ſi à ſ. Pontifice intra regnū beneficij viuentis fiat impetratio, ſubiacebit impetrans pœnis huius legis? Nemo ſani intellectus negabit, parui enim refert an Curia hic vel alibi ſit Cum ergo ipſe in regno repræſentatus ſit in Legato, qui Appoſtolica Author. confert, perinde habendum eſt, ac ſi ipſe adeſſet, & ipſe conferret, paria enim ſunt, vt quis per ſe vel per alium faciat. l. Ita §. Quod ſi quis ff adminiſt tutor l 1 §. Dejeciſſe ff. de vi, & vi. l. Non ideo ff. ad Syllanianum Dec in reg. qui per alium lib.6. Nec inſuper obſtabit, quod lex Regia facit mentionem de Curia, quaſi requiratur, vt apud Sedem Appoſtolicam impetrationes fiant, & non alibi, Nam ſatis fit illud demōſtratiuè potius expreſſum fuiſſe, quàm limitatiuè ſeu reſtrictiuè, cum locum demonſtret, vbi fiunt impetrationes. l. De pupillo §. Qui nunciat. ff noui oper. ibi qui nunciat neceſſe habet demonſtrare, in quo loco opus nouum nunciet. l Quidam teſtam. 96. ibi patrem famil. demonſtrare potius hæredibus voluiſſe, vnde aureos quadringentos ſine incommodo rei familiaris contrahere poſſent, quam conditionem fideicommiſſo iniecisſe. l. Prædijs in princ. & l Fideicommiſſa §. Si rem. ff leg.2.

Vltimo conſidero, quod hic caſus eſt declaratus, & compræhenſus ſeu potius expreſſus in hac legis diſpoſitione, ibi *en Corte de Roma ou fora della*, quæ verba Legiſlator Luſitanus conſultò poſuit animaduertens potuiſſe dari caſus, vt impetratio extra Curiam fieret vel à Legato de Latere ad id poteſtatem habente vel ab alio Collatore, & ideo per illa verba omnis dubitandi occaſio amputatur, & in terminis dixit Gomes in reg de impetrantibus beneficia viuen. quæſt. 2. vbi impetrantes ab ordinarijs in regulam incidere, vel à Legatis comprobat, faciunt quæ in reg de Idiomate quæſt.3.

Quæro tertio, an ex ſola impetra- 14
tione de beneficio viuentis, literis non expeditis incurratur pœna huius legis, hæcquæſtio plura inuoluit, an ſcilicet

ſola

ſola ſupplicationis oblatio ſufficiat, licet non fuerit adhuc ſignata. Secundum, quando fuit à Principe ſignata, literæ tamen non fuerunt expeditæ virtute illius. Tertium, quando litteræ expeditæ fuerunt legitimè, licet adhuc impetrans illis vſus non ſit

Primo caſu ex ſola ſupplicatione pœnam non incurri tenuit gloſ. in reg. 28. quam Felin. ſequitur, refert Gomes in reg. de impetrantib. beneficia viuent. quæſt. 5. Facit quia vexatio incipit à citatione Staphil. de litter. iuſtitiæ. cap. His ita. fol. 399. ergo ſola ſupplicatio non incurrit pœnam; faciunt quæ Iaſ. in §. Pœnales. num. 85. ſuper l. Quanuis. ff. de in ius vocan. vbi tenet, quod citans patronũ ſine venia euitat pœnã, ſi deſiſtat à citatione. Ergo ſola impetratio citationis non nocet. Rebuf tom 2. fol. 51. vbi ait, quod ex ſola impetratione nemo punitur. Faciunt quæ Flamin. de reſigna. lib. 10. quæſt. 1 num. 27. & ſeqq. vbi habet, quod litteris non expeditis, nec diſpenſatio prodeſt. Oldra. conſ. 336 Sarnen. deciſ. 163. lib. 2. Creſens. deciſ 95 lib. 1. Mandoſ. in rub. de conſtit. num. 49 Pro contraria parte plura adduci poſſunt, & primo facit l. His quidem C. qui militare poſſunt. lib. 12. verſ. vt & qui ſupplicandũ in re vetita &c. & ibi gloſ. 9. in verbo infructuoſa, vbi notat puniri affectum, facit gloſ. in leg. 1. Cod. de petit. bonor. ſubl. lib. 10. verbo legis. Quod maximè debet habere locum in materia impetrationis beneficiorum viuentium, in qua datur ſiniſtræ ambitionis ſuſpitio. cap. Nouatianus Epiſcopus 7. q. 1. c. In primis, ibi ipſe autem qui eo viuente locum eius temerariè ambiuit, priuatus Sacerdotio. & 2 quæſt. 1. cap Non furem. cap. Deteſtanda, & cap Ne captandæ de conceſſ. præbend. lib. 6 Maximè cum hæc lex ſit fauorabilis, & extendenda cum ad finiendas lites promulgata ſit ex his quæ Mandoſ in d. reg quæſt. 7. poſt num. 4. Et impetrans det operam rei illicitæ, dum alienam vxorem procurat, & ambit. Mandoſ. d q. 1. n 5. Imò Franciſ. Marcus deciſ. 480 inquit, quod impetrans beneficium viuentis, etiam mortuo poſſeſſore, illud obtinere non poteſt ad imaginẽ illius qui adulterium commiſit cum vxore aliena mortuo viro cũ illa contrahere non poteſt, idem ſentiunt Ioan. And. Panormi & alij in cap. 1. de Conceſſ. prætend Coſmas in pragmat. tit de pacifici. poſ. verſ. violenter & Bernard. in praxi cap. 45. Quæ tamen comparatio impetrationi beneficiorum non conuenit, nam qui alienam vxorem non cognouit carnaliter, non prohibetur mortuo marito cum illa contrahere, aduertit Corraſ. de Sacerdotio 1. part. cap. 7. Vera igitur ratio eſt, quia ex tali impetratione fit infamis ex cap. Audiuimus 3. quæſt. 2. & cap Infames 6. quæſt. 1. Quanuis Bernard. in praxi d. cap 45. dicat iure non probari, & ex hoc capite non admittitur ad illud beneficium propter inhabilitatem iure contractam Rebuf. de impetrantib. benef. viuent. num. 11.

Quare Gomes d. quæſt. 5. eam am- 15
plectitur ſententiam, quod ſola ſupplicatio oblata probet inhabilitatem impetrantis citato Oldrad conſ. 136 maximè ſi ille actus fuit factus cum expenſa conſiderabili ex Bart. & Alex. in l. Cum ſeruus. ff. de verbor. Specul. de appel. §. Nunc breuiter. Mandoſ verò diſtinguit inter ſupplicationem ſignatam à ſolo referẽdario, vt illa nõ noceat: Noceat verò, quando ſimul ab alijs ſignata ſit, vt n. fin. Ego tamen dicendum puto, quod in hac materia duo conſiderantur, vel inhabilitas, quæ contrahitur ex impetratione ad illud beneficium, vel ad aliud obtinendum, vel ipſa impetratio ad effectum pœnæ incurrendæ à lege Regiæ præſcriptæ, primo caſu cum Mandoſio & Gomeſio dicerem inhabilitatem ex illo actu informi incurri non poſſe, cum videã etiam igno-

ignorantiam non excuſare in his, quæ habent rationem deffectus & inhabilitatis. At verò quoad legem noſtram agimus de pœna imponenda impetranti ob impetrationem factam Romæ, quæ actum conſummatum deſignat, nam verbum (*impetrar*) quo lex Regia vtitur non ſupplicationi ſimplici & ſignatæ à Referendario vel a. S. Pontifice conuenit, ſed impetrationi expeditæ cum effectu, verbum enim (*impetrar*) accipitur pro petierit & obtinuerit, atque ita accepit Rotta.260. & 680 in antiq. Belam.deciſ.252. Sic itidem impetrare pro obtinere accipitur Cicer. in Læl. quod ſi rectum ſtatuerimus, vel concedere amicis, quidquid velint vel impetrare ab ijs, quidquid velimus, perfecta quidem ſapientia ſumus, facit l. 2. ad fin. ff. deprecar, ibi adhibuit preces, & impetrauit l. Quidam relegatus, ibi ſiue quis alius reſtitutionem mihi impetrauerit ab Imperatore. ff de rebus dub. l. Sed ſi alio. 9. ff. ad Treb Plane ſi quis petierit ad deliberationem tempus, & impetrauerit. l Filijs. 22. ad municipal. ibi niſi ſpecialiter hôc impetrauerit l. 3 §. Quid ergo, ibi ſi vero hoc deſiderauerit nec impetrauerit, & gloſ. in verbo, quid ergo exponit pro obtinere cap. 2. De decimis lib. 6 ibi impetratum vel obtentum, facit Ord. lib 3 tit 38. ibi *impetrar de nos graça, &c.* Nec obſtat text in d.l. His quidem, quia in eo text. ſola temeritas infructuoſa punitur, vt patet ex text. ibi pro temeritate quamuis in fructuoſa Gomes in regul. 21. quæſt 4. noſtra verò lex punit impetrationem, quæ actum conſummatum denotat & punit.

16 In ſecunda verò quæſtione idem dictum puto, quoad pænam huius legis incurrendam, non enim ſufficit, quod ſupplicatio fiat, etiam ſi ſignata ſit, nam licet illi actus ſignandi ſint propinqui impetrationi, & ex parte agentis videatur factum, quantum in ſe eſt, vt impetraret, quo caſu affectus ſolus punibilis erat ex doctrina Bal. in l. Non ideò minus 6. quæſt. verſ. Reſpondeo C. De accuſatio. Felin. in tract. quando connatus punitur in princ. Pariſ. conſ. 120. num. 14. vol. 4. Tamen cum finalis ratio legis ſit vexatio, quæ ex impetratione reſultat, quod refertur ad impetrationem perfectam & expeditam, ante enim expeditionem gratia informis eſt, adeo vt capiens poſſeſsionem ex ſola ſignatura fiat ad illud beneficium inhabilis, ſic Iullius 3. in conſtitut 33. ſtatuit, cuius meminit Gigas in Epitom. intruſ n.38. Burſatus conſ. 393. nu.21. Mandoſ. in reg. de non.iudi.iuxta for. ſupplic. quæſt.4. nu. 2 vnde licet ante poſſeſsio capi potuiſſet vigore ſupplicationis, hodie ſecus Flamin. de reſigna. lib. 10. cap.1. num.21. & 22.

In tertio tandem caſu, res non eſt ſine dubio, vt ſi ipſe impetrans vti nolit ſua impetratione videatur legi noſtræ locum non fore, cum illa gratia ſit conceſſa illi ſi volet, & re integra ipſe pænitere poſsit argumento l. Quod fauore ff. de legibus, & facit optima Ord. lib. 3. tit. 38, in princ. ibi *Mas ſe no caſo em que o que impetrou a graça ao tempo que começou a demandar ſeus deuedores ja tinha deixado de vſar della, por a renunciar expreſſamente, ou porque ſendo demandado por ſeu credor, reſpondeo a demanda, & pagou a diuida não querendo vſar do eſpaço que tinha poderà liuremente demandar ſeus deuedores, durando o tempo da graça*, &c. De quo videndus Menoch. de arbitrar. caſ. 337. & Boer deciſ. 179. Doctores in l. fin. C. quod quiſque iur Et hanc legem in Gallia non ſeruari teſtatur Rebuf. 2. tom fol. 66. in princ. quia ſolius impetrantis fauorem continet, vt in l. 1 ff. conſtit. princip Vnde vt res ſine dubio maneat, intelligerem, quod hoc caſu oporteret, vt impetrans gratiã iam expeditam illi renuntiaret expreſsè aſſerendo ſe vti nolle gratia ſibi conceſſa ex eo quod offenderet regum priuilegia ſe quæ ignoranter impetraſſe, aliàs non 17

non video quomodo excuſetur, nam in his terminis loquitur Cabed.de iure patro cap 36. n.5.in fine. Vbi ex ſola impetratione Regij patronatus contra impetrantes proceſſum fuit, nec enim aliqua eſt differentia circa ius patronatus Regij vel alicuius priuati, imò eiſdem iuris regulis metiantur, exceptis his, quæ ſpecialiter Regibus competunt, & an vſque ad litem conteſtatam poſsit renuntiare vide Ordinat li.3.tit.36.& §.2.

18 Quarto quæro, an impetrans ignoranter & iuſto ductus errore beneficiũ viuentis legis pœnæ ſubſit hic caſus ſæpe infacto contingit, dum beneficia vaccãt, cum ſint ordinariæ collationis, ab ipſo ordinario conferuntur, contingit quod medio illo tempore inter vacationem & prouiſionem ordinarij, aliquis ex illis, qui Romanam Curiam ſequuntur cauſa aucupãdi beneficia, gratiam impetrat, & ſubrogationem ad poſſeſsionem defuncti expeditis litteris executorialibus contra quemlibet intruſum detentorem, qui de plano procedens Cenſurarum tonitrua emittit, & poſſeſſorem ſua deturbare nititur poſſeſsione.

In qua quæſtione duo includuntur, Primum, an ex iuſta ignorantia poſsit excuſari impetrans, qui tempore habili impetrauit, quando Eccleſia vaccabat nec erat hominis viui, imò talis impetratio fiat per obitum, & non de beneficio viuentis, in quo lex ipſa loquitur, & videtur ignorantia probabilis collationis ab ordinario factæ excuſabit impetrantem quia regulare eſt, vt ignorantia probabilis excuſet à pæna, vt probat text. in cap. Propoſuiſti ad fin. 82. diſtinct. & in l. vlt ff. de decretis ab Ord faciend. l. 3. §. Si quis ignorans. ff. ad Syllan. & in l. Si ignorans 50. ff locati tradit gloſ in l. 1. ff. de receptator. Bart.in l. Genero. ff.de his qui notantur & in l. Labeo num. 2. ff. ſi quis teſtam. liber eſſe iuſſus Ruinus conſ. 54. n 7. vol.5. Mando.in reg.Cancel.de Annali. quæſt.53 num.4 Tiraq. in tract.de pænis cap.13 Couarr in cap. Alma.1 part. §.10 num 17 Facit text.in l Si quis mihi. §. Plane ff de acq.hæred. Vbi valet mandatum factum de adeunda hæreditate viuentis, qui communi opinione reputabatur mortuus, tradit Socin.conſtit 32 verſ item tenet lib.1. & in terminis videtur tenere gloſ. 2. in cap. 1. de Conceſſ. præbend. & gloſ. verbo repellatur in cap. Inprimis. 2. q.3. ponderat Gomes ſub tit.de impetrantib. benef. viuen quæſt.3 in princ.

Obſtat tamen, quod pæna legis æqualiter ligat ignorantes tranſgreſſores ac ſcientes ex text in l. 1. ibi quæ ſponte vel ignorantia contrahuntur ff. de legib. in eo per ſolum differunt, quod ignorantes à pæna legis excuſantur ex ea parte iuſtæ ignorantiæ, & probabilis ex reg cap.2.de conſtit.lib.6. non veró ſcientes qui in legem comittunt, vnde Doctores in præſenti quæſtione varias cõfingunt diſtinctiones, Bart in l. Quod nerua, num.2 ff.depoſiti. Abb. in d.cap. 2. num.6 deſtingunt inter ignorantiam, quæ ex leui culpa oritur, & inter illam quæ ex lata culpa iuxta text. in l. Latæ culpæ 223. ff de verbor ſig. & eſt communis ex Decio in l. Labeo, ff. Si quis teſtam. liber 1 lectur n.8.

Excipiunt tamen caſum quando lex pænam præſcribens dolum requirit, quia tunc quælibet ignorantia excuſabit, iuxta text.in l In lege Cornelia, ff. ad l.Cornel.de ſicar hanc communem iuuant text in cap vltim. qui matrimon. accuſ. poſſunt, & in l Sed etſi Pupillus 11. § Præſcribere, ff inſtit.actio. Confunditur tamẽ hæc exceptio ex l. 1. ff ſi mẽſor falſum mod. ibi latæ culpæ iunctis verbis præcedẽtibus ibi Hæc actio dolum duntaxat exigit, & dum ibi dolum requirit, non excuſatur qui ex lata culpa tranſgreditur, idem probat text. in l.1.verſ.Culpa, ff ſi quis teſtam liber.

Alij diſtingnnt inter ſtatuta quæ pænam imponunt pro facto nulla antea lege

lege diuina, vel com muni prohibito provt eſt ſtatutum ne merces vel frumentum à loco in alium transportetur, & inter illa quæ prohibet illud, quod de iure communi vel diuino erat prohibitum, provt homicidium & ſimilia, vt priori caſu facilius tranſgreſſores excuſentur cum in facto conſiſtat, cuius ignorantia ſemper præſumitur ex regul. d. cap. 2. de conſtitution. lib. 6. vbi Decius 1. lect num. 18. in ſecundo autem caſu non ſic ignorantia excuſet cum ſcire debuerit illud eſſe malum ex l. Scire, & l. Leges ſacratiſsimæ Cod. de legib. reg. ignorantia. de reg. iuris in 6 planè eo caſu pæna ſtatuti ligabitur. Thom. 12. quæſt. 36. à n. 2. Adhuc tamen ſi lex dubia ſit, aut ſi tranſgreſſor iuris ignarus peritiorem conſulat & decipiatur excuſari poterit, vt per Doctores in cap. 1. de Poſtul. Prælator. Vnde priori caſu præſumetur ignorantia quovſque probetur ſcientia, in poſteriori veró ſcientia, quovſque probetur ignorantia, licet contra hanc diſtinctio. inſurgat Ioan. Andreas in d cap. 2. quo loco reſoluit ignorantiam indiſtincte excuſare, licet factum propter quod pœna imponitur, ſit lege diuina vel humana damnatum probant, alij quos refert Couarr. in d. cap. Alma. 1 part. §. 1. num. 8. Silueſter verbo ignorantia. quæſt. 8. num 15. Caſtro de lege pæna. lib 2. c. 4. §. Si cui. Alij aiunt differentiam conſtituendam inter ignorantes etiam Craſſe dantes tamen operam rei licitæ vel illicitæ, vt priores excuſentur, non verò poſteriores, Silueſter verbo ignorantiam numer. 11. Caſtro lib. 2. de lege pænal. cap. 14. fol 306 Couarr. in cap alma. 2. part. §. 10. num. 13. Cui diſtinctioni obſtat text. in cap vlt. 34. quæſt 2. vbi dans operam rei illicitæ à pæna excuſatur.

19 Quare reſoluendum eſt, quod ignorantia ex ſe in totum à quacunque pæna excuſat, quia cum non dicatur, velle qui ignorat l Qui vas. ff. de furtis in §. Vetare, ideò ignorantia non eſt punibilis, Limitat. 1. in ignorantia affectata, quia hæc æquipollet. ſcientiæ & pariter punitur ita gloſ. verbo ſcienter in Clem. 1. de conſang. Couarr in cap. Alma. 1 part §. 10. num. 17 Limita. 2. in craſſa & ſuppina Quia hæc licet excuſet aliquo modo, non tamen in totum Ord. lib 5 tit 14 & lib 4. tit 51. §. 1. Donel de Iure Ciuili lib. 1 cap 18 & 19. 20 & 21. & 22. Burſat. conſ. 388. lib 4. vide Cuiat. 2. tom. fol. 1318. lit. E. Nam reſpectu negligentiæ præteritæ delictū illud dicitur eo caſu volitū Caſtro d. cap. 14. vol. 306. Vnde fit quod pæna impoſita doloſè facienti non habet locum in eo qui craſſe vel ſuppine ignorans fecit. l. Sed et ſi. §. Scire ff petit. hæred & in l. 3. §. Si quis ignorans. ff. ad Sylan. tradit gloſ. in l. 1. ff de abigeis. communis ex Couarr. 2. part de ſponſal. cap. 6. § 8. num. 2. Tiraq. de pænis. cap. 11. num. 3. Sicque explicatur tex. in l. vlt. ff. de decretis ab Ord. vt procedat & excuſet ignorantē craſſe & ſuppine eo quod pæna de qua ibi doloſo & ſcienti impoſita fuit, ſi ſcienter extra collegium litigaſſet. Tandem aduerto, quod ignorantia in delictis excuſat in his, quæ ſubeunt rationem pænæ, & à culpa dependent, non vero in his quæ habent rationem inhabilitatis vel defectus & à culpa vel pæna nullatenus procedunt cap. Qui bis. de conſecrat. diſt. 4. c. 1. in fin. de Ordinatis ab Epiſc. cap. De Simoniæ de Simon. & cap. Ex inſinuatio. eod. Defectus enim ille prouenit ab aliqua indecētia, & per quamcunq, ignorantiam ſuppleri non poteſt probat tex. in c. vlt. 26. diſt. & in cap. Debitum de bigam vbi bigami ſine vlla culpa ex deffectu Sacramenti inſurgente irregulares fiunt. Nauarr. in manu. cap 27. num. 193. Couarr. in Clem. 1 part. § 2 poſt princ. Ojedo. de beneficio 1 part cap 15. num. 116. Cenedo Collectan. 138. num 2.

Mm Ex

20 Ex his patet quód impetrans beneficium, cuius collatio ad Ordinariũ ſpectat ignoranter excuſatur à pœna huius legis, nam vbi de ignorantia probabili cõſtiterit, nulla in impetrante culpa eſt, & perconſequens nulla pæna incurri poteſt ex actu non culpabili, vt per ſupradictos. Quomodo autem probetur, conſule Menoch.conſ.186. Caldas Pereira de renouation.quæſt.6.n.21 Cuiat. 4 tom.fol.1470.lit.A. & fol.414. lit.D. & fol.438.lit A. Quod tamen declarabis primo, vt ipſe impetrans ignoranter habita notoria prouiſionis factæ ab Ordinario acquieſcat, & litẽ non moueat, nec poſſeſſorem moleſtet citando eũ ad Curiam, vel in Regno, eo enim ipſo ſe non ignoranter feciſſe fatetur, ſed rata habuit ante geſta, & perinde habetur, acſi à principio ſciẽter impetraſſet reg. ratihabitionem, de reg.iur.in 6. Mand. reg 21.q 10.n 1 & 4.& 5. Nam ignorans à principio ſi poſtea ſciens inſiſtat conſentit, & dolosè facit l.Clam, §.Qui ad nundinas, ff. de acquir. poſſeſ. Valaſc. conſ.191 n 10.

Nec impetranti proderit ſi alleget quòd ſua impetratio emanauit tempore habili, cùm nemini beneficium eſſet collatum, quia licet quoad validitatem reſcripti tempus datæ inſpiciatur, cap Si eo tempore de reſcript. lib 6. Tamen ſufficit quòd tempore executionis gratiæ alius poſsideat titulo Canonico, nec appareat de reſeruatione, vel affectione aliqua, qua collatio ad Ordinariũ pertinere non poſſet, vt talis gratia contra poſſeſſorem nequeat executioni mandari, qui titulum habet Canonicum, & coloratũ. Extremũ enim illud nõ eſt habile, & tunc dicitur impetrare cum effectu cum exequitur, & viuum poſſeſſorem à ſua poſſeſsione remouere contendit: nam eſt regula quód ignorantia non prodeſt ad lucrum captandum, ſed ad damnum, vel pænam vitandam, tex. in l. Qui autem 6. ff quæ in fraudem creditor, Tiraq.de retract. titul.1. §.35. gloſ.4.num.17. Cuiat lib.4. fol 39. lit. B. & fol. 327. lit D. & 1279. lit. A. & fol. 1281. lit. A. & 1161. lit. E. maximè cũ craſſa ſit ignorãtia hæc, & iuris: debet enim impetrans diligenti inquiſitione præcedente præſcrutari, An illud beneficium ad collationẽ Ordinarij ſpectet, & inſuper non ignorare ius Regni, quo cauetur ne quis impetret beneficia viuentium, quód quidem ius regium noſtrum eſt ius commune dixit Cabed. deciſ.106.num.9 & deciſ.100.num 13.& deciſ.211. Valaſc.de partit.cap.29. in fine, & conſ.103.nnm.8.

Sicq; intelligendus eſt textus in l.Si duo 38. ff. acq. hæred. dum habet ignorantiam iuris, de qua ibi à damno non excuſare, nam hæres adeundo debet ſcire leges quæ de aditione hæreditatis diſponunt, ac proinde talis ignorantia non excuſat in emphyteuta alienante ignoranter ſine domini conſenſu, agit Iaſ in l. vltim. C de iure emphyteut. Valaſc quæſt.38. num.25 talis namquè ignorantia eſt craſſa, & ſuppina, ſeu affectata, ſicut aliàs ignorantia nocet artifici in facto ſuo, l. Si quis 10. §.Celſus, ff.locati, l.fin. ibi: Operis vitio, ff ad l.Aquil. Gomez l. 46. Tauri num.18. Surdus conſ.165 num.9. litem quæritur, § Si fulo, ibi, & ſi ignorans fecerit, ff locati.

Declarabis ſecundò quód talis ignorantia non excuſabit impetrantem beneficium viuentis ab inhabilitate, quam incurrit ex tali impetratione, in hunc ſenſum ſunt accipienda, quæ Gomez dict. reg. & Mandoſ. lato ſermone differit, vbi multis comprobat argumentis, etiam ignoranter incurri illam pænam. Quod ex eo procedit, quia illi Doctores loquuntur de pœna, quæ habet rationem deffectus, & inhabilitatis, quæ etiam ex actu ignorato incurritur, vt ſupra dixi. Nos verô agimus de pæna priuationis naturalitatis, à qua probabilis ignorantia excuſat.

Quod

22 Quod ſi adhuc obijciatur quòd hoc caſu ignorantia eſt affectata, & non probabilis, imò ſuppina, cum ipſe impetrãs certiorari potuerit, & in his in quibus diligens inquiſitio procedere debet, ignorantia non excuſat, ex cap. Ad falſariorum de crimin. falſ. Mandoſ. d. reg. q. 4 n. 7. Tamẽ adhuc dici poteſt quòd in noſtra Ordinatione impoſita eſt pœna doloſe impetranti, & ſcienti beneficium viuentis eſſe, nam licet generaliter de impetrantibus agat, vt compræhendat ſcientes, & ignorantes, mens tamen legis aliud expoſcit argum. text. in l. Diuus, ff. ad l. Cornel. de falſ. ibi: Sententiam magis ſequendam eſſe huius Senatus conſulti quàm ſcripturam.

Vnde fit quòd ignorantia etiam craſſa, & ſuppina excuſet tranſgreſſorem legis, quando dolus in delicto requiritur, nam ſi lex per dolum facienti pænam imponit, non incurritur illa pæna ab illo qui per craſſam ignorantiam deliquit, ex tex. in l. 3. §. Si quis ignorans, ff. ad Sylan. ibi: Si quis ignorans occiſum aperuerit, non debet hoc edicto teneri, etſi ſciens non tamen dolo aperuit æque non tenebitur, & in l. Si quis id quod, verſ. Doli mali, ff. iuriſd. omni. iudic. & in l. 1 ff. de abigeis communis ex Couarr. 2 part. de ſponſal. cap. 6 §. 8 num. 2. Tiraq. de pænis, cap. 11 num. 3.

23 Ex quibus explicabitur text. in l. Diuus 15. ff. ad l. Cornel. de falſ. ibi: Perinde habeatur ac ſi commiſiſſet in legem Corneliam, & ne vel ijs venia detur qui ſe ignoraſſe edicti ſeueritatem prætendant, quibus verbis videtur quòd etiam in caſibus in quibus dolus requiritur, ſufficit craſſa, vel ſuppina ignorantia, qualis eſt illa qua quis prætendit ignorare edicti rigorem, & ſuccedit quòd talis ignorantia æquiparatur dolo, ex text in l. Quod nerua, ff. de poſiti. Sed hæc æquiparatio ſolùm procedit in contractibus, reſpectu intereſſe partis læſæ, ad cuius damnum reſarciendum nihil intereſt, an dolo, vel lata culpa damnum datum fuerit, ſic explicatur text. in l. 1. ff. ſi menſor. falſ. mod. dix. & in l. Magna. ff. de verbor. ſignific. & in l. Quæſitum, ff. de præcar. Quod non habet locum ratione pænarum, quæ in delictis imponuntur, quia cum ad vindictam culpæ tendant, ex l. Sancimus, C. de pænis, diuerſo modo leges puniunt doloſos, & ignorantes, licet craſſe, & hanc differentiam in ſpecie, conſtituit Iaſ. in l. In contractibus, vbi gloſ. verbo Non etiam, ff. de in litem iurand. Placa de delictis cap. 10. num. 5. Clarus §. vlt. quæſt. 60 num. 28. Menoch. de arbitrar. caſ. 324. Valaſc. conſ. 16. n. 4.

Vnde ad l. Diuus, videtur quod licet edictum illud dolum requirat, vt patet ex l. 1 & de ignorantia loquatur, tamen ibi accipi debet pro ſcientia, quæ ſemper illo caſu præſumitur, cum veroſimile non ſit, vt quis aſſerat ſe ignoraſſe ſibi non licere manu propria filij, vel ſerui ſibi legatum ſcribere, proceditq; lex ſuppoſitiue præſumendo ſcientiam ob fraudes vitandas, quæ ſuppoſitiua præſumptio probationem ignorantiæ non admittit, ſicut aliàs in edicto de minoribus lex fraudem ſupponit quoties ſine curatore minor contrahit, vt contractus nullus ſit, licet pars aduerſa probare intendat minorem non læſum, quia cum fraudem ſupponat, omnem contrariam probationem repellit. Diximus latè deciſ. 32. à num. 14. videndus Forcatulus in Necyomant. dialog. 55. Villemata vol. 6. repetitio. fol. 547. Crotus ad l. Si is qui, num. 96. ff. de vſucapio. Nata in auth. quid ſine, num. 4 & ſeq. C. de teſtam. Alphanus in report. num. 797.

Quæro quinto, an lex regia defendat 24
eum qui beneficium viuentis impetraſſet ſi poſtea contingit vt ipſe poſſeſſor moreretur, iniquuſq; impetrator pacificam adeptus eſt poſſeſſionem

 cum

cum titulo inhabili: Cūq; in poſſeſsione eſſet alius prædictum beneficium tanquam vaccans impetrauit. Quæritur, an lex regia, quæ in impetrantes beneficia viuentium inuehitur, defendat hunc poſſeſſorem contra alium impetrantem ſecundo loco?

Et videtur citra dubium non tuendum, ne dicamus quòd lex tuetur illos quos deteſtatur, & ne ex ſuo delicto comodum conſequantur tales beneficia viuentium piſcantes ab omni lege, & á natura ipſa improbati, vt inquit Mandoſ. reg. 21 quæſt. 10. num. 9 Maximé cum ſic impetrans efficiatur inhabilis ad illud idem beneficium tanquam temerarius adulter, qui ſine certioratione mortis prioris ſponſi beneficium impetrauit, ob quod inhabilitatem contraxit arg. cap. 2. de eo qui duxit, vt pungit Mandoſ. d. reg 21. q. 4. nu. 6 Franciſcus Marc deciſ 480 nec gratia reconualeſcat, etiamſi poſtea mors poſſeſſoris ſuperueniat, ex his quæ Salzed in praxi ad Bernar. cap. 50. per tot. ex quo fit quòd beneficiū verè vaccet, & impetrari poſſit, deinde quia titulus poſſeſſoris coloratus non exiſtit, & ipſe ſine titulo intruſus eſt, cap. 1. & 2 & cap Literas, de conceſſ. præbend. Rotta 439. Mandoſ. d. reg. 21. quæſt. 12.

Ex quibus videtur concludi quòd niſi is poſſeſſor diſpenſationem oſtendat, & tituli confirmationem à S Pontifice nō ſit tuendus in tali poſſeſsione, imò ab ea remouendus citra legis pœnam, vnde illud notabile elicitur, quod ſi contingat talem poſſeſſorem eſſe tutum apoſtolica poſſeſsione, vel ex noua prouiſione non propterea ſit procedendum contra ſecundo loco impetrantem tale beneficium vt vaccans, cum iuſtam ignorantiæ cauſam habere cenſeatur reſpectu diſpenſationis, vel d. nouæ prouiſionis, quia ea quæ in facto conſiſtunt veroſimiliter ignorantur, reg. ignorantia lib. 6. l. 4. & l. regula 9. ff. iuris, & facti igno. l. 2. C. illo titulo, & in l. Si ignorans ff. locari, & in cap. Turbatur, §. Notandum, 1. quæſt 4. & vt ſupra dixi noſtra lex regia ſolum agit de illis qui doloſe impetrant viuentium beneficia, quo caſu nō cōprehēdit eos qui craſſa, etiam ducuntur ignorātia, l 3 § Si quis ignorans ff ad Sy1. & multo minus qui probabiliter ignorare proponantur: quód tamen ita accipiendum eſſe exiſtimo quando ipſe viſa noua impetratione, vel diſpenſatione acquieſcat, alias enim videbitur ſi inſiſtat, viuentis ex tunc beneficium ambire, in quo tamen cogitandum relinquo.

Quæro ſexto; an habeat locum noſtra Ordinatio Regia in eo cui beneficium à ſummo Pontifice collatum eſt 25
ex certa ſcientia, & motu proprio, nulla præcedente impetratione ipſius prouiſi, videturq, non eſſe locum pœnæ huius legis, quæ in impetrātes inuehitur ipſoſq, coercere intendit, non verò imminuere iura ſuperioris, qui tanquam beneficiorum dominus iuſtis de cauſis, quæ ſemper in Principe præſumuntur, beneficium vni adimere, & alteri conferre poteſt, nec eius donatio, ſeu collatio ſubeſt temporali legi, nec ab ea poteſt impediri, cum ipſe liberam beneficiorum diſpoſitionem habeat, ex text in cap 2. de præbend. lib 6. vbi gloſ. verbo Per ſe ipſos, in fin. gloſ in cap. Quanto, de tranſlation. Prælat. verbo, Veri Dei, & in cap Si eo tempore de electión. in 6 verbo Ex quauis, gloſ. verbo A Romano Pontifice, in cap. Si gratioſæ, de reſcript lib 6. vbi Domini, num. 16. Æneas de Falcon. in tractat. de reſeruatio prælud. 2. num 2. Flaminius Pariſ. de reſig. lib. 2 quæſt 4 nu. 34. Gomez de expectati ſub num. 38. Simoneta de reſeruatio quæſt 2. num. 6. Moedan. deciſ 4 num. 2 de reſt. ſpol. adeo vt ſine cauſa poſsit clericum ſuo priuare beneficio, vt dixit Iaſ. in l. Barbarius, num. 43. ff. offic prætor. Aymon. de antiquitat. tempor. prima parte, num 33. Gigas de penſio. quæſt. 1. num. 6.

num. 6. & 7. Gabriel Concluſ. 1. de non tollendo iure quæſito. Hoieda de incompatibilit. benef. cap. 3. num 58. Garcia de beneficiis, qui plures citat lib. 5. cap. 1. à num. 2. multis ad propoſitum citatis proſequitur Gonzales in proœmio §. 1. num. 33. vſque ad numero 45.

Conſtat ergo quód Pontifex libere poteſt beneficia ſuis poſſeſſoribus adimere, etiam ſine vlla cauſa, vt per ſuprà citatos, cuius rei illæ aſsignantur rationes Prima quod beneficia à iure poſitiuo inducta fuerunt ex cap Eccleſias 13. quæſt. 1 Marſilius de redditibus 1. part cap. 8. à princ. Cui iuri poſitiuo Pontifex non ſubiicitur, imò eius prohibitiones poteſt ad Libitũ tollere cap. Propoſuit de Conceſs præb. etiam ſine vlla cauſa ex Innocent. in cap. Cum ad monaſterium num. 3. de ſtatu Monach. Mandoſ. reg. 30 Chancel q. 5. num. 5 vbi dicit communem Flamin. de reſignat lib. 5 quæſt. vlt. num 126. Sanches de matrimonio lib. 8. diſput. 18. num. 2. Meno. lib. 2. præſumpt. 10. num 18.

Secunda ratio eſt, quæ deducitur ex tex. in d. c. 2. de præbend. ibi aliorumq; beneficiorum Eccleſiaſticorum plenaria diſpoſitio noſcatur ad Romanum Pontificem pertinere, idem habet Clement 1. vt lite pend. vbi illa verba ſonant in perfectam & abſolutam poteſtatem arg. tex in cap Si omnia 6. q. 1. & l. Si arborem ff. Serui Vrban. gloſ. in Clem. dudum de ſepultur. verbo, liberè Tiraq. verbor. reuertatur n. 135. D. Caldas Pereira de renouat. q. 8. n 10.

Tertia ratio eſt, quia beneficia inter bona Eccleſiaſtica computantur, quæ quidem bona à libera ſummi Pontificis diſpoſitione pendent ex tex in cap Cuncta 9 q 3 cap Cum ſecundum, ibi de patrimonio Chriſti de præbend. cap. Cum ex eo 34. de Electione lib. 6. gloſ. verbo ſolis in cap. Carpenſis de verbor. Couarr. in cap. Cum in officiis n 3. de teſtam. Facit tandem noſtra Ord. lib. 1. titul 98. In verſ. pello que, ibi: *Pelo que, & por outros reſpeitos que nos mouem de muito ſeruiço de Deos, & noſſo, & bem da juſtiça, & gouerno de noſſos Reynos, & Senhorios, determinamos que quaiſquer officios que dermos, aſsi de juſtiça, como de noſſa Fazenda, ou de qualquer outra ſorte, & qualidade que ſeja, quando quer que nós ſoubermos, & nos certificarmos em noſſa conciencia que algũs dos ditos officiaes nos ſeruem nelles mal, & fazem o que não deuem, ou damnificão, ou roubão noſſa fazenda, lhos poſſamos tirar, & dar a quem noſſa mercé for, ſem por iſſo lhe ſermos em obrigação algũa, aſsi no foro da conſciencia, como no foro judicial, &c.* Explicat Pinel in l. 1. C. de bon. mater. 3. part. num 62. & in Rub. de reſcind 1 part cap. 2. ad fin. Gutertes lib. 3. pract quæſt. 11 num. 5. Pariter ergo S. Pontifex beneficia Eccleſiaſtica liberè conferre, & pro ſuæ voluntatis libito adimere poteſt, provt magis viderit expedire, & animarum ſaluti, & Reipub. Eccleſiaſticæ gubernationi, ex tex. in d. cap. Si gratioſè de reſcript in 6. ibi vſque ad ſuæ voluntatis beneplacitum, &c. Sicque poſſe Pontificem aliquem Epiſcopatu & beneficio priuare dixit gloſ 2. in cap. vlt 3. quæſt. 9. quam probant plures Relati à Pinel. in rub. de reſcind. 1 part. cap 2. nu 29. Mantua Dialog. 10 Aymon de antiquit. 1. part. cap 2 à num. 33. & 36. Quia eius voluntas in beneficiaiibus eſt pro ratione, vt dixit gloſ. 2. in d. cap Si gratioſe vbi omnes conſonat gloſ vlt. in l. Relegati ff de pænis. Nauarr. in cap. Non liceat Papæ §. 3 n. 1. Pinel. vbiſupra num. 12 Dueñas regul. 72.

Verum hæc opinio tot rationibus & 26
authoritatibus corroborata adulatoria magis videtur, quam vera cum iuris principijs repugnet, vt ex infra dicendis apparebit. Quare in præſenti quæſtione dicendum videtur, quod etiam ſi

motu proprio beneficiũ viuẽtis confeatur, nihilominus illud acceptãs ſubſit legis prohibitioni & pœnis, cuius rei fundamentum eſt. Quod ad partis inſtantiam Motus propius ex ſtilo Curiæ expeditur, ac cæteræ ſupplicationes & reſcripta notauit gloſ. pen. in l. fin. Cod. de fructibus & lit. expen. vbi loquitur de Principis voluntate, & gloſ. intelligit ad partis inſtantiam ponderat Cardinalis conſ. 142. verſ. & quamquam. Decius in cap. Ex parte de reſcript. 2. notab. Mandoſ reg 21. quæſt 2. num. 2. Ergo, cum ad partis inſtantiam tales clauſulæ apponantur in reſcriptis, perinde haberi debet, ac ſi impetratio lateat in fraudem legis Regiæ, quia ea quæ conſueſcunt fieri, eo modo cenſentur facta, valet enim argumentũ à conſuetis l. Non ſolum. §. A barbaris ff de re milit. Pariſ conſ. 5. num. 182. lib. 4. Nec poterit acceptans tale beneficium excuſari cum ſciens reputandus ſit, licet contrarium ſenſerit gloſ. reg 21. & Rebuf. in Concordatis tit de Mandat. Appoſtolicis verbo motu proprio in effectu. 2. Gomes in reg. 11. quæſt. 1. Nam horum rationes refelluntur, quia motus proprius conſideratur, ac ipſa partis ſupplicatio cum eo modo fiat, vt fiat legi fraus. Facit ſecũdo, quia cum lex noſtra obuitandas lites & fraudes condita fuerit, & cõſonet naturali gentium & humano iuri in omni caſu procedere debet, etiam ſi verba clara non ſint, dummodo extenſio non fiat ad diuerſos caſus: cum illa extenſionem prohibeat, ſed quatenus verborũ proprietas patitur, & comprehendit, Cum & motus proprius ex vſu loquendi appelletur ſupplicatio, vt per Mandoſ. in d. reg. n. fin in fine, aliàs enim daretur occaſio fraudendi legis diſpoſitionem facili negocio. Nec obſtabit quod lex Regia vtitur verbo *impetrar*, nam refellitur ſi aduertas mentionem factã fuiſſe de impetrante ratione frequentioris vſus: Quo circa non debent illa verba accipi limitatiuè. Nec confici debet argumentum à contrario ſenſu ex Iaſ. in Auth. ex teſtamento num. 14 Cod. de Collatio. Facit optimum ſimile, nam cum breuia emanant ad vtilitatem alicuius, licet nomine Cameræ Appoſtolicæ expediantur, prove ſunt breuia de capienda poſſeſsione nomine Cameræ, de quibus Gonzales gloſ. 35. ex num 113. & Garcia de beneficiis. 6. part. cap. 3. num 17. Tamen illa breuia ex eo, quod fauorem partis reſpiciunt, admittunt exceptiones inhabilitatis & ſurreptionis & ſimiles, quia ſcilicet regulantur, ac ſi ſub nomine impetrantis emanaſſent, ita Gonzales §. 7. Proæmij. num. 240. Lancelotus de attentatis 2. part. cap. 4. in præfatione num 444. Pariter ergo in noſtro caſu debet breue motu proprio regulari, ac ſi nomine illius in cuius fauorem expeditur, emanaſſet.

Nec obſtabit quod S. Pontifex, vt 17
ſuprà dicebamus eſt beneficiorum dominus, & illa auferre poteſt libere, & à manibus poſſeſſorum adimere, nam hæc opinio ſapit adulationem, ſi ita largè accipiatur, vt traditur à Gonſales, Garcia & alijs ab ipſis citatis. Nam ſummi Pontifices non ſunt beneficiorum Domini, ſed diſpenſatores. Dominium enim plenum ſeu abſolutum ſoli Deo competit iuxta illud Pſalmi 49. Domini eſt terra & plenitudo eius. Paulus ad Corinthos cap. 1. Dominium vero medium competit vnicuique in rebus ſuis, & diffinitur à Bartol in l Si quis §. Differentia. num. 4. ff acq. poſſeſſ & competit etiam maioratus poſſeſſori, qui ſolum ad vitam fruitur re reſtitutioni ſubiecta. Molin. lib. 1. cap 19 num. 39. Pinel. in l. 1. C. de bon. mater. in princ. num 5. per text. in l. Non ideo minus, ff de reiuindicat. Infimum tandem eſt illud quod gubernatoribus, & diſpenſatoribus competit, & hoc eſt quod ſummis Pontificibus conceſſum eſt à Deo, Dominum

ſcilicet

ſcilicet regiminis tanquam Eccleſiæ capiti,& adminiſtrationis tanquam Sponſo Eccleſiæ,cui competit adminiſtratio rerum dotalium: notant ſcribentes in l. Doce ancillam, C. de reiuind. l. In rebus, C. de iure dotium,quò fit vt ſic pariter ſolum Pontifici competat beneficiorum diſpenſatio, & rerum Eccleſiæ adminiſtratio,iuxta illud ad Chorinth. 4. *Sic nos exiſtimet homo vt miniſtros Chriſti,& diſpenſatores*: & illud Lucæ 12. *Quis putas eſt fidelis ſeruus, & prudens, quem conſtituit, &c.* Vnde nec Pontifices, nec Principes abſolutam habent poteſtatem: hæc enim eſt apud Chriſtũ Dominum,quæ nulli mortalium communicata fuit quæ Chriſto competit tanquam Redemptori,& ideo hominibus denegata quia illa abuti poſſent, & ſoli Deo competit, quia poteſtate abuti non poteſt, atq; ex eo contra ſupradictos Doctores meritó tenet Thom. 2. 2. quæſt. 100. art. 1. ad 7. lib 5. de iuſtitia, quæſt 6. art. 2. ad 5. Felin in cap Quæ in Eccleſiarum, num. 42. & in cap. Cum olim, de re iudic. Corraſ de benef 2. p. cap 1. num. 2. Pinel. in Rub. Cod de reſcind. 1 part num. 30. Soares in Theſauro Receptarum lit B. num 20. verſ. beneficiorum, &c. Sarmiento lib 1 ſelect. cap 8 num. 25 Salzedo ad Bernard. reg. 209. ampl 5. Naua. de ſpolijs Cleri. §. 3. vbi teſtatur ſe audiuiſſe Pium V. ſanctiſsimum Pontificem dicentem Romanos Pontifices eſſe diſpenſatores non dominos beneficiorũ, iuuat illud Senecæ lib. vlt de beneficijs ſub optimo Rege cuncta Rex poſsidet Imperio,ſinguli dominio, in quo ſenſu per Imperium iuriſdictionem & protectionem omnia principis eſſe dicuntur l. Bene à Zenone. Cod. quadrienij. iunct. expoſitione gloſ. ibi & gloſ. pen. in fine in l. Barbarius ff. offic Prætor communiter recepta ex Valaſ. de iure Emphyt quæſt 8. num. 21. Padilla, in l. Altius num. 5 C. de ſeruit.

Nec obſtabit text. in d cap 2. & in d. clem. 1. vt lit. pend. nam ſolùm probant Pontificem hebere beneficiorum diſpoſitionem, hoc eſt plenariam diſpenſationem, & liberam, non quia abſoluta ſit à ratione,& regulis iuris naturalis, & diuini, ſed dicitur plena quia compræhendit omnia beneficia orbis, libera veró quia non ſubijcitur alicuius contradictioni, aut iuris humani impedimentis, ad differentiam inferiorum, qui in partem ſolicitudinis non in plenitudinem poteſtatis vocati ſunt, cap. Ad honorem in fin. de authorit & vſu pal. ideo non bene ſtat doctrina qua ſupra dicti tradunt Pontificem ſine cauſa poſſe aliquem ſuo beneficio priuare, ſicq; debet ad ſenſum iuris reduci, gloſ. in cap. vlt. 9 quæſt. 3. vt procedat ſeruatis ſeruandis, non veró pro libito voluntatis, vt bene aduertit Nauarr. in d. cap. Cum non liceat, §. 3. n. 4 verſ. quintum.

Ex quibus patet non poſſe Pontificem ſine cauſa beneficium alicui auferre, nam in ea ablatione non ſolùm ius humanum læditur, ſed & naturalis ratio vt per Pinel. vbi ſupra n. 1. contra quod ius naturale Pontifex aliquando facere non poteſt,& conſtat quód inter Eccleſiam, & Rectorem quaſi contractus celebratur tradunt Scribentes in cap. Niſi cum pridem de renunciatione, & conſtat contratus inter priuatos celebratos Principem ſine ligitima cauſa eneruare non poſſe, Pinel. d. cap. 2. in princ.

Quod ſi adhuc objciatur quod etiã ſi agnoſcamus ſummum Pontificem non poſſe ſine iuſta cauſa beneficium tollere à ſuo poſſeſſore, vt probatur in cap 1. de cauſ poſſ. in 2 part. & in cap. Nos in quemquam 2. quæſt 1. Tamen adhuc quando ipſe ius poſitiuum tollit, & beneficarium indignum decernit, vt tale beneficium obtineat motu proprio, licet partis deficiat citatio, in ipſo cauſa iuſta præſumenda eſt: Nam ſatiſfit quód communis obtinuit non eſſe cauſam præſumẽdam in Principe quãdo alicuius præiudicium reperitur, ita- 29

Abbas num. 14. Decius 27. in cap Quæ in Eccleſiarum de conſtit. dicit communem Alciatus præſumpt. 8. num. 8. reg. 3. Pinel. vbi ſupra, num. 7 Molin. lib. 2. cap. 7. num. 32. Menoch. de arbitrar lib. 1. quæſt. 3. num 10. Licet multi aſſerant Principis aſſertioni in cauſa faciendi ſtandũ eſſe in dubio, iuxta text. in clem. 1. de probatio vt per Couarr. qui multos refert 2 part c. 6. §. 9 n. 9. Staphil. de liter. gratiæ, tit. de mod prouiſi num. 11. Roias de ſucceſsion. abinteſt. cap 23. num 66 & n. 14. aliter diſtinguit Pinel. vbiſupra, aliter Gigas de penſion. q. 6. num. 12. quæ opinio, licet contra communem videtur verior, quia abſurdum videtur, vt per ſubditos cauſæ à ſuperioribus petantur, quas aliquãdo oportet eſſe occultas, prout magis ipſi viderint expedire, ex reg. text. in cap Oues, 6. quæſt 1. & in cap Erit autem, in fine, 4. deciſ cum Principis mandata in dubio iuſta præſumantur, cap. In præſentia, de renun l Merito, ff. Pro ſocio.

Quare dicendum eſt quoad noſtram quæſtionẽ, quod vel præſumatur iuſta cauſa in Principe, vel non quãdo motu, vel de certa ſciẽtia ipſe concedit breue, quo beneficium viuentis alteri concedit vtiq; tales clauſulæ ſolùm euincunt ſignificationem enixæ volũtatis & operantur alios iuris effectus, quatenus cõcernunt ſubreptionem reſcripti, vt per Decium conſ. 341. non tamen iuſtam reddunt conceſsionem, aduertit Pinel. vbiſupra num. 22. dum ſuum ius alicui tollitur quod vel illi lege naturali, gentium, vel poſitiua competit, Valaſc. de iure emphyt. quæſt. 3. nu. 9 & conſ 72. num 5. dicit communem Roias de ſucceſsion abinteſt. cap 23. num 12. Cumq; tales clauſulæ ad inſtantiam partis cenſeantur poſitæ, meritò ille qui viuentis beneficium acceptauerit ſibi motu proprio conceſſum in pœnas legis incidet tanquam iniquus impetrator, poſſeſſorq; ipſe tuendus eſt à Rege, & protegendus, quouſq; ſummo Præſuli reſcribatur, qui melius informatus de cauſa partes audiat iuſtumq; decernat.

Nec tandem obſtabit Ordinatio d. titul 98. vbi ſtatuitur poſſe Principem tollere officia ſine aliqua ſatisfactione; pariter ergo & S. Pontifex beneficia auferet, valet enim de beneficijs ad officia argumentum, vt per Socin. conſ. 53. vol 3. Palla. in introductione Rub n 6. Probus in cap. Dudum de præbend lib. 6 num 7. Boer. quæſt. 350. n. 4. Cabed. 2 part. deciſ 20. num. 1. ad med.

Et aduerto quòd illa Ordinatio eſt 30 valde rigoroſa vt aduertit Pinel in fine Rub. C. de reſcind. vendic. 1. part. & in terminis in quibus loquitur, obſeruanda eſt, ſcilicet in officijs iuſtitiæ & regi patrimonij, vulgo, *da justiça, & da fazenda*, & in alijs quibuſcunq; in quibus officiales malé ſe geſſerint, & errores comiſerint, ob quæ expediat eos amoueri, tunc enim rectè officijs priuantur, probatur in cap 1. de fæud. ſine culpa non amittend. & eſt ſententia Bal. in l Qui ſe patris, C. vnde liber. col. pen ante verſ. Dubitatur, ſequitur Baptiſta in l Imperium, ff. iuriſd omni iudic. num 46. & in l Diem functo, ff. offic. aſſeſ nu. 11. Boer. quæſt. 149 ante num. 19. tradit Afflict. tit. quæ ſint regalia, verſ. Poteſtas, num. 12. cum ſeq.

Quod tamen non euincit vt extra illos caſus ad libitum ſuis officijs priuari poſsint, imò officia conceſſa à Principe, etiam ad eius beneplacitum durãt in vita concedentis, argumento text. in l Iuriſperitos, in princ. ff. excuſatio tutor tenet Bart. in l. De pupilo, §. Si quis ipſi, ff noui oper. num 2 verſ Quæro, & eſt communis ex Padilla in l. Cum quis num. 34. C. de iuris, & facti, ſequuntur plures quos citat Guterrez pract. lib. 3. quæſt. 11 num. 3. & ſequentibus, cuius rei illa eſt ratio quia Principum beneficia oportet eſſe manſura, ex text. in cap Decet, de reg iur. aliter enim ſi talia officia eſſent manualia in detrimentum conuerterentur cum oporteat neminem benefi-

beneficio decipi, l. In comodato, §. Sicut in fine, ff. comod. cap. 1. de offic. vicar. lib. 6. notat Quintalian. in reg. 19. quæſtio. fin. in fine. Sequitur Boer quæſt. 149. num. 14. et ſic ſeruari de ſtylo Fráciæ teſtatur, concordat Guillelmus in cap. Rainuntius, verbo Duas habens, nu. 38. Tiraq. de nobilit. quæſt. 37 n. 58. Rebuf. de nomin quæſt. 12 num. 27 & 3. tom. ad leges Franc. fol. 266. num. 9. quod maxime obtinet quando huiuſmodi officia fuerunt empta, aut propter benemerita conceſſa, Guillelmus vbiſupra, num 36 quia eo caſu videntur ex cótractu acquiſita, á quo recedere Princeps non poteſt, Afflict quæſt. 128 n. 10. Felin. in cap Nouit, de iudic. num. 7. & Decius à num 3. Vtrumq; caſum proſequitur Cabed d. deciſ 20 num 2. & 3. videndus Vaz de iure emphyt quæſt. 34. n 6 Gama deciſ 353.

Quibus fit conſequens quód quando ſine culpa officialis Princeps ſæcularis illi auferet officium tenetur de bono cãbio, vt aiunt, aliter enim infert iniuriã, vt per Menchaca de ſucceſſ. progreſ. §. 30 num. 85 Rebuf in praxi. fol. mihi 266 Brecheus aphoriſ 201 in fine, Federicus in viridario, concluſ. 33. Couar. in reg. peccatum, fol. 29. a. in fin Molin. lib. 2 cap 7 num. 28 & lib. 3 cap 3. n 20. & latiùs lib. 4. cap. 3. à num. 6. tradit Pinel. in dict. 1 part. rub. de reſcind. n 29 Bello. conſ 76 Guterrez in l Nemo poteſt, ff. de leg. 1. num 73 Searez aleg 10. col. 1. Cotta verbo Papa, col. 392 dixit Boer deciſ. 380. num. 4 iuuat in ſimili text. in cap 1 de natura fæudi, vbi denegatur Principi poteſtas priuandi vaſſalum, quo argumento Bal conſ 189. lib. 3 Ioannes Hiſpan. de alog 12 num 7 licet Nauarrus de ſpoli. s §. 3 poſt nu 9. arbitretur quód ſufficiat vt Princeps data iuſta cauſa beneficium adimat, adeo vt licet ſine cauſa tollat, non teneatur ad intereſſe, licet mortaliter peccet, à quo recedit Cabed. deciſ. 20 num 5 quæ opinio magis æqua eſt.

Cõcludo igitur idẽ in S. Põtifice dicẽdũ vt quando beneficiũ, vel Epiſcopatũ auferat ſine culpa poſſeſſoris, alia vt cauſa ratiõnabili teneatur de bono cambio, quæ opinio, & iuri, & rationi congruit, ex Pinel. vbiſupra d. num. 30. Gomez in reg. de non tollendo, quæſt. 1. verſ Putarem, & alijs quos ſupra citaui, quare nõn dubitamus illum iuſtis de cauſis poſſe beneficiariũ expellere, ac Principẽ regios officiales, data cauſa, quæ ſemper in eo præſumẽda eſt, & eius aſſertioni, & priuationi ſtandum fore Solumq; dicimus quòd ſi motu proprio aliquem priuet illo beneficio alij conceſſo, quod taliter prouiſus habendus ſit, ac ſi ab eo beneficium viuentis impetraſſet.

Vnde fiet quód ſi à ſummo Pontifice emanauerit breue, quo aliquis ſuo priuetur beneficio ex aliqua magna, & vrgenti cauſa quód alij conferatur, & ex qualitate negotij, & perſonæ noui prouiſi appareat nõn emanaſſe breue ad illius preces: vtiq; eo caſu certum eſt nullam pænam incurri poſſe, & breue debitæ executioni mandandum, nam cum ſummo præſuli ex iuſta cauſa liceat amouere rectorem à ſuo beneficio, illudq; alij concedere, nõn eſt dubitandum de viribus illius cõnceſſionis, nec ex ea puniri debet ille in cuius fauorem emanauit, cum nemo mereatur pænam in his quæ fiunt ex mandato ſuperioris. Oportebit tamen vt cauſa exprimatur rationabilis & iuſta, ne aliàs ad Regem ſupplicatio fiat pro ſpoliato, vt manuteneatur, quouſq; ordinariè audiatur, & doceat de iure ſuo, ne priuetur inauditus. 31

Quæritur ſeptimò, quid dicendum ſi quis impetret beneficium iuris patronatus, ex eo quod in Curia poſſeſſor deceſſiſſet cum tempore impetrationis iam patronus præſentaſſet in partibus, vt dicatur impetraſſe beneficium viuentis. Et reſolutiuè dicendum quòd beneficia in Curia vaccantia nullus alius confert præter Romanum Pontificem, 32

probat octaua reg. Chancel. & gloſ. in Clem pen.de præbend. Rota noua de rerum permutatione deciſ.1.num.5. Simoneta in tract. de reſeruat. quæſt 30. Rebuſ.in praxi titul.de reſeruation.n.2. Couarr.pract.cap.36.num.7. Gomez in reg.de triẽnal.quæſt 31. Gonzalez apud quem latè vide gloſ.13 num 2. & licet videatur quód etiam beneficia iurispatronatus inter vaccantia in Curia reſeruata ſint, ex his quæ tradit Gomez in reg. de impetratione per obitum Cardinal quæſt. 8. Caſſad. deciſ. 4 de iure patron. num.1. ex generalitate Clem. 1. vt lite pendente. Tamen verius eſt beneficia iuris patronatus in Curia minimè vaccare, ſicut aliàs in reliquis odioſis diſpoſitionibus non compræhendũtur, tradit Lapus alleg.96. Couarr.dict. cap.36 num.1. Staphil.de liter gra titul. de vi, & effectu clauſul. § Subſequenter, num.17. Rebuf. in praxi tit tertia pars ſignaturæ, verſ Nec non, num 5 Paulus de viſitation lib 2.cap.10. num 4. cuius rei ratio eſt ne patroni ab ædificatione Eccleſiarũ retardentur, Gonzalez gloſ. 9. num.68.§.1. Hodie veró expreſſum eſt in motu proprio, lib motorum, fol. 878. & apud Hiſpanos extat lex noua edita tempore Carolis Quinti, qua cauetur vt ſi aliquæ literæ cum derogatione iurispatronatus ſæcularis expediantur coram ſæcularibus magiſtratibus offerantur, & ſtatim ſuſpendantur quouſq; ad Romanum Pontificem reſcribatur, iuxta formam cap Si quãdo, de reſcript. Couarr.vbiſupra n.3. & apud nos circa regios iurispatronatus extat Ordin lib. 2. titul.15. quod etiam extenditur ad ius patronatus, qui præſcriptione Quæſiti fuerint, conſuetudine, vel priuilegio: quæ tamen ampliatio ſecura non eſt, in his enim quæ ex priuilegio acquiruntur habet locum reſeruatio, quia hodie abrogatum eſt hoc iuspatronatus per Concilium Tridentinum ſeſſ.25. de reform. cap. 9 ibi: In totum prorſus abrogata cum quaſi poſſeſsione inde ſequuta intelligantur, & etiam ante Concilium includi in reſeruationibus dixit Caſſad. deciſ.4. n.5 de probation.& deciſ.7 n.5. de iurepatron. Aymon conſ 63. Æneas de Falconibus de reſeruation. quæſt 4. prim.effectu, verſ. Item ſi iuspatronatus cõpetit ex priuilegio, Rochus de Curre, de iurepatron.verbo Honorificum, q 3. num 12. Couarr. d cap 36.num 6 Flamin de reſigna. benefic. lib.2. quæſt. 4. num.81. & ita ſæpè in Rotta iudicatum agnoſcit Gonzalez gloſ. 18. num.21 & ſeq. Garcia latè 5 part. cap.9 num.115. vbi plures congruè declarationes adducit.

In iure autem patronatus eccleſiaſtico citra dubium eſt, pariter in d. reſeruationibus compræhendi, quia præſentatio patroni eccleſiaſtici habet vim electionis, & eccleſiaſticæ prouiſionis, ſentit text. in cap. Dilectus 6 de offic.leg. verſ Cum igitur, facit text in cap. Cum Dilectus, ante fin.de iure patronat. Reſoluunt Felin. in tract. Quando literæ apoſtolicæ, limit. 3 Æneas de Falcon. de reſerua quæſt 4 prin effectu 14 verſ. idem, Selua de benefic. 3.part quæſt.11. num 29. Staphil.de literis grat. d § 4. num.8 Hoieda 1.part cap.44 num.112. Mandoſ in reg.1 quæſt.8. n.5. Couarr practicar cap.36.n.5.

Suppoſito igitur quód beneficia iuris patronatus ſæcularis non dicantur vaccare in Curia, vt in reſeruatione apoſtolica compræhendantur, pariter videtur reſoluendum, quòd ſi quis tale beneficium impetret, & præſentatum á patrono expellere contendat, vtiq; hominis viui beneficium impetraſſe cenſeatur, nec Papa cenſebitur in dubio iuris patronatui derogaſſe, nec iuri tertio ex præſentatione, & confirmatione ordinarii quæſito. Reliqua ad materiam ſpectantia videri poſſunt in prima parte, cap.7. à num 30. vbi de beneficio mixto, & an per concurſum prouideri debeat?

Octauo quæro, quando lite inter 33
duos

duos pendente ſuper beneficia, alter eorum deceſsit: Si quis ſubrogationem ad illud beneficium obtinuerit; An cenſeatur viuentis beneficium impetraſſe, quæ quidem quæſtio eſt quotidiana, & duo inuoluit.

Primum, an noſtra Ordininatio ſibi locum vindicet in ſubrogationibus impetratis ad beneficia litigioſa?

Secundum, an illa pæna à lege regia impoſita, qua erat afficiendus litigans qui deceſsit, quia impetrauerat beneficium viuentis, extendatur ad illum qui in eius locum ſe ſubrogari fecit?

Et quoad primam quæſtionem videtur ſine dubio legem noſtram non comprehendere gratioſas ſubrogationes, patet ex verbis ipſius, dum ad impetrãtes dirigitur: Subrogatio enim non eſt impetratio, nec eſt vera prouiſio, tradit Gomez in reg. de impetrand. benef. per obitum fam, Cardin. quæſt. 8 nu 5. Vnde fit quód ſubrogationem impetrãs non poterit huius legis pænis coerceri, cuius rei illa eſt ratio, quia cum lex in fine principij prohibet extenſionem ad caſus ſimiles, vtiq. ad ſubrogationes nõ porrigitur, ex reg. l. 2. §Si quis ſine quid in loc pub. l. vlt. C. ſi contra ius, & in cap. Super eo 15. de offic. deleg. tradit Deci conſ. 269. à nu 8. Gomez de non tolend. iur quæſit q 5. Palliati. in Rubr. § 69 n. 13. Xuar alleg 7. Molin. lib. 1. c. 6. n. 29 Pinel. de reſcin. 1 p cap. 2. in prin. D Caldas Pereira de nomin. quæſt 21. num 56 Guterrez conſ 5 num. 15. & conſ 11. n. 18. Valaſ. 1. tom conſ 58. n 10.

Secundo facit quia licet fateamur in
34 caſu ſubrogationis dari impetrationem tacitam, & virtualem, quia ſub pallio verborum ſubrogationis beneficium viuentis petitur, ita vt ſub lege pænali illo caſus contineatur quaſi compræhenſus: Tamen extat regium dipploma quo expræſſe deciſum eſt quod ſubrogatio ad beneficium, ſuper quo lis pendebat, non eſt punibilis, cuius verba ſunt

Continetur in libro Spheræ huius Senatus.

Eu ElRey faço ſaber aos que eſte Aluarà virem, que auendo reſpeyto ao que pela relação, que a ella vay junta, me conſtou da cauſa nella declarada, & das informações, que por meu mandado ſe tomarão do juis dos feytos da Rolação, & caſa do Porto, & dos procuradores dos feytos da minha Coroa da dita Caſa, & da Caſa da Supplicação, que todas forão viſtas na meſa do deſpacho dos meus Deſembargadores do Paço, Ey por bem, & me praz, que daqui em diante ſe não proceda mais cõtra Iorge de Figueredo clerigo, por ſe dizer, que impetrou em Roma beneficio de homem viuo, como na dicta relação declara, & iſto ſem embargo da ſentença, que no juizo dos meus feitos, da dita caſa do Porto: ſe deu, a noue dias do mes de Março do anno paſſado de mil & ſeis centos & dous, porque o ouuerão por deſnaturado deſtes Reynos de Portugal ao dito Iorge de Figeiredo. E aſsi me apras, que ſe não proceda contra ſeu pay hirmão & cunhado, por ſe dizer q̃ o ajudauão na impetração do dito beneficio, porque por eſte caſo não ſer o de que em eſpecial a ordenação trata, & manda que ſe proceda: o ei aſsi por bem, viſto como elle não impetrou beneficio de homem viuo, mas beneficio ſobre que pendia litigio, ſem eſtar aueriguado a quem direitamente pertencia, & o dito Iorge de Figueiredo ſe pudera liuremente vir da Corte de Roma para eſte Reyno, & como natural delle requerer ſua juſtiça ſobre a dita cauſa, pela melhor maneira que entender que a tem. E mando a todo o juyz dos meus feytos, & quaeſquer outros juyzes, juſtiças, & officiais, & peſſoas a que o conhecimento diſto pertencer, que cumprão, & guardem, & fação cumprir, & guardar eſte Aluarà como ſe nelle contem, o qual ſe regiſtarà nos autos donde a dita ſentença emanou. E ey por bem que valha, & tenha força, & vigor, poſto que o effeito della haja de durar mais de hum anno: ſem embargo da Ordenação em contrario. Antonio de Morais a fez Em Lisboa, 2. de Outubro de 1603. Ioão da Coſta a fez eſcreuer.

Caſus

Caſus autem expoſitio ſuper quo hoc reſcriptum effluxit, & ad quem refertur in eodem libro Spheræ huius Senatus continetur, & habet in hunc modum.

Franciſco Ribeiro impetrou em Roma a Igreja de S. Martinho de Reris, que pacifica, & quietamẽte eſtaua poſſuindo Miguel Cardoſo, por eſpaſſo de noue, ou dez annos, com pretexto que o dito Miguel Cardoſo não houuera a dita Igreja por concurſo. E expedio bullas, & diante o juyz executor dellas tratou demanda com Miguel Cardoſo, mas em fim ſe lhe julgarão as ſuas bullas por ſorrepticias, da qual ſentença o impetrante appellou para Roma, & não foy prouido. Neſte eſtado morreo o dito Miguel Cardoſo, por cuja morte o Cabido de Viſeu, ſendo Sè vacante, poz eſta Igreja em concurſo, na forma do Concilio: E hauendo muitos oppoſitores, foy Iorge de Figueiredo julgado por mais digno, & ſe lhe paſſou carta de encomenda, em quanto mandaua expedir ſuas bullas a Roma. E hindo para tomar poſſe da dita Igreja, achou intruſo nella o dito Franciſco Ribeiro encaſtelado com gente armada, dizendo que a Igreja lhe eſtaua dada pelo Vigairo de Coimbra, hum dos executores das bullas de ſua impetração, a quem o dito Franciſco Ribeiro recorreo, calando que as ditas bullas erão ſurrepticias, & eſtauão julgadas por tais pelo primeiro executor. Deſta collação, & ſentença appellou o dito Cabido, & o proprio Iorge de Figueiredo: & aqui na Legacia foy prouido, & lhe mandarão dar a poſſe, & foy neceſſaria ajuda de braço ſecular, para deſencaſtelar o intruſo: E neſte modo ſe empoſſou o dito Iorge de Figueiredo, & eſteue mais de trinta dias pacifico. Neſte comenos impetrou o dito Franciſco Ribeiro em Roma bullas de ſorrogação in iuribus defuncti, *& vindo por executor dellas o dito Vigairo de Coimbra, lhe mandou dar a poſſe, ſem querer ouuir o dito Iorge de Figueiredo. Vendoſe neſta forma priuado de ſua poſſe o dito Iorge de Figueiredo, ſe foy a Roma, & moſtrou a ſua Sanctidade como as bullas de ſorrogação feitas ao dito Franciſco Ribeiro erão nullas, por conſtar por autos que eſtauão na meſma Corte, que o defuncto fora poſſuidor de mais de tres annos: & por eſta, & outras couſas, ſua Sanctidade lhe deu de nouo a Igreja, de que expedio ſuas bullas com juyzes executores o Vigairo de Viſeu, & Auditor da Camara Apoſtolica, o qual ſentenceou, que o dito Frãciſco Ribeiro largaſſe a Igreja, & ſe deſſe poſſe ao dito Iorge de Figueiredo. Vendo o dito Franciſco Ribeiro que não tinha já remedio, trabalhou cõ o Procurador da Coroa do Porto deſſe libello contra o dito Iorge de Figueiredo por hauer impetrado beneficio de homem viuo: E citado para Roma, & por ſer auſente, & não lhe admitirem dizer de ſua juſtiça por procurador, o deſnaturarão por ſentença, & juntamente hoje em dia tratão de deſnaturar o pay, & mãy do dito Iorge de Figueiredo, porque eſtando elle já deſnaturado, preſentarão ao Vigairo de Viſeu a ſentença que veo de Roma, & requererão a execução della, contra os quaes he de creer que eſteja dada ſentença, porque tambem os nao quizerão ouuir por procurador. E juntamente o dito Franciſco Ribeiro houue hũa tuitiua de V. Mageſtade, porque lhe mandara entregar os fruitos, eſtando elle declarado por excomungado, & poſto de participantes, ſendo elle o que quebrantou a ley do Reyno, & o que impetrou beneficio de homem viuo, & não elle Iorge de Figueiredo, que não tem cometido crime, nem quebrantou a ley do Reyno. Pelo que pede a V. Mageſtade lhe faça M. mandar vir os proprios autos, no eſtado em que eſtiuerem, a eſta Corte: & entretanto, que ſe não proceda contra elles, & ſe ſobreſteja nas ſentenças, & execuções. E juſtificando o contheudo neſte memorial, os mande reſtituir ao Reyno, & R. M. &c.*

Ex huius reſcripti deciſione vidi ſæpè in Senatu dubitari de puniendis his ſubrogationibus, cùm tamen explorati ſit iuris, quod in ſubrogationibus gratioſis maius lateat malum, imò ipſæ ſint execrabiliores ipſis impetrationibus, cũ per talem ſubrogationem beneficia piſcare intendant, eo inſuper addito vt ad poſſeſ-

poſſeſsionem defuncti admittantur, &
lis ſoppita morte aduerſarij ſuſcitetur,&
in noſtra Rep hoc malum ingruit,& in-
dies ſerpit, de eoq; faciebat mentionem
Extrauagans antiqua, à qua hæc lex fuit
deſſumpta, ibi: *E falecendo na demanda,
ficaua aos que por malicia os faziāo citar ſob-
rogado direito nos tais beneficios,&c.* Qua-
re pro vera intelligentia prænotare
oportet ſequentia.

36 Primo, quòd ſubrogationes inuentæ
fuerunt, ne multiplicarentur collitigan-
tes, quibus collitiganti ſuperuiuēti præ-
iudiciū generaretur, eo enim ipſo quod
alter ex litigantibus moritur fit attenta-
tum ſi alius loco demortui ſubrogatur
cap primum,& ſecūdo, vt lit pend. lib 6.
Clem. 1 eod tit. tradit Pariſ. de reſignat.
lib. 2 q 3 à n 97 Lancelot de attent. 1 p.
cap. 3. à nu. 101. Vnde fit quód Ordina-
rius nullo modo ſubrogationem in lo-
cum litigantis demortui facere poſsit,
ipſe verò S. Pontifex qui iuris canonici
prohibitiones tollere poteſt, has ſubro-
gationes facit, præcipue ſubrogādo ipſos
collitigantes inter ſe, quando alter eorū
decedit, vel cedit, de quo extat reg. de
ſubrogan. collitig. Gonzal gloſ 6. n 144.
Subrogationes autem, vel fiunt per
37 ceſſum, vel diſceſſum, vel per priuatio-
nem. De duabus prioribus agunt tex in
cap. fin. vt lit pend in 6. d. Clem 1. verſ.
Si verò alter, eod Mandoſ in reg. de ſub-
rogand. q 1 n. 3. Inſuper ſubrogatio alia
eſt gratioſa, alia mandatum de ſubro-
gando declarat vtrūq; modum Caſſad.
deciſ. 1 vt lit. pend. Sarnenſ. in 70. q. in
reg. de annali quos citat Mandoſ vbi ſu-
pra nu. 4. Hanc igitur gratioſam ſubro-
gationem, de qua nobis ſermo eſt, ſolùm
Papa facit, per quam ſubrogatus in ius
defuncti ſuccedit, imò & ad ipſam poſ-
ſeſsionē ſubrogatur, quā defunctus obti-
nebat, quæ cū morte poſsidentis extin-
gueretur, nihilominus ab ipſo S. Ponti-
fice ſuſcitatur,& ciuiliſsima poſſeſsio di-
ci debet arg. poſſeſsionis quam lex no-
ſtra regia introduxit reſpectu vxoris, vt
marito deſcedente poſſeſsionem conti-
nuare dicatur lib. 4. tit. 95. explicat D.
Franciſcus de Caldas Pereira de nomi.
q. 23. n. 11. Pinel. in l 1. C de bon mater.
1 p. n 58. Coſta in cap. Si pater, verbo In
teſtamento, n. 15. Gama decif. 97. n 2 &
deciſ. 105. nu. 2. Vaz de partitio. cap 5. &
cap. 3. nu. 10 & conſ. 111 nu. 4. Tiraq. Le
morte, 5 p. declarat. 3 in princ. vnde
ſubrogatio eſt quædam ſubſtitutio in lo-
cum deficientis, explicat Mandoſ d q 1.
vnde ſubrogatus cum naturam ſapiat il-
lius, in cuius locum ſubſtituitur. l Si cum
§ Qui iniuriarum, ff. ſi quis cautio, Gu-
terr. lib. 3. pract q. 27 n 4. Villalobos in
Ærario commun lib 2 tit 2 quibus ex
cauſis maiores, Alex. conſ 4. n 19. Va-
lencuela conſ 26 nu 62 Inde fit quòd
debet cenſeri ſubrogatus cum omnibus
qualitatibus præcedentibus, ſicut aliàs
in qualibet ſubſtitutione dicimus, præ-
cedentes qualitates repetitas cenſeri, ex
reg. text in l. Licet Imperator, ff. de leg 1.
& nec per momentum dicetur vaccare
poſſeſsio, Gonzal l 3. proœmij num 85.
Rebuf in praxi, 3. p. ſignat. verbo Sub-
rogationi, Lancelot de attent 2 p cap 4.
nu. 393 Flamin de reſig. lib 2 q. 3 nu 70.
Mohedan deciſ. 11. nu. 2. vt lit pend. vbi
æquiparat hanc fictam poſſeſsionem il-
li qui per ſtatutum inducitur, licet in
eo differat quod non cōpetat ſubrogato
remedium retinendæ nec recuperādæ,
Gonz. §. 3. proœm n. 93. & gloſ. 34 n 310.
Secundò notandū cenſeo quód cau-
tè in his ſubrogationibus procedendum 38
eſt, nā ſub colore ſubrogationis iniquæ
ſæpè fiunt impetrationes: vnde ſingulos
caſus percurrendo, dico quòd primo at-
tento omni iure illa ſubrogatio non eſt
tolleranda quando quis beneficium vi-
uentis iniquè impetrauit,& poſtea mor-
tuo collitigāte, ipſe gratioſam ſubroga-
tionem in iuribus defuncti obtinuit, tūc
enim ex ipſa ſubrogatione puniri debet
quia eā execratur Extrauagās d. 4 p l. 4.
quaſi magis Reipu. pernicioſam, ſi hæc
enim via pateret omnia pinguia benefi-

cia poſſent impetrari ſine metu pœnæ, cum quis ſciret Abbatem, vel Rectorem ætate, ſenioq; confectum, eſſet optima cautela ipſius impetrare beneficium aſſerendo illi fuiſſe collatũ menſe reſeruato, vel cũ eſſet affectum Sedi Apoſtolicæ ex hac, vel illa ratione, quas depingere non difficilimũ eſt, nam his caſibus, vt ſupra diximus, lex noſtra locum nõ habet, verbo *Seus beneficios*: Et cum poſtea lite pendẽte deceſsiſſet, ſubrogationem gratioſam impetrare in iuribus demortui, atq; etiam ad eius poſſeſsionẽ, quid enim iniquius, & pernicioſius excogitari poteſt Reip. Chriſtianæ? Certe nihil. Cumq; hic caſus eſſet admodum animaduerſione dignus in noua cõpillatione omittitur, neſcio quo fundamento, cum in d. Extrauaganti eſſet expræſſus.

39 Alter caſus eſt quando aliquis impetrauit beneficiũ poſſeſſoris viuentis inique, & poſſeſsionẽ ingreſſus eſt de facto, vel litem mouit, & in hoc ſtatu deceſsit Romæ, vel alibi, litigioſa enim beneficia reſeruata ſunt ex d. cap. 1. vt lit. pendent. Gonzal. §. 7. proœm. n. 117. vel vt melius dicã, circa litigioſa ſuſpenditur ordinaria iuriſdictio, expectato litis euentu, Mandoſ de impetrãtibus bene. per obitũ, Cardin q. 9. n. 5. & ſeqq. Gomez ibi. q. 8. ſub n. 4. Couarr pract. cap. 36. nu. 7. Gonzal. gloſ. 5. à nu. 142. & in hoc ſtatu tertius à Romano Pontifice ſubrogationẽ gratioſam impetrauit, cuius prætextu intẽdit expellere poſſeſſorẽ quaſi per obitũ litigãtis, in Curia beneficiũ vaccaſſet. Et hoc caſu, ſine dubio, tenendum eſt ſubrogationẽ non prodeſſe, vt pœna legis euitetur, nam in hac ſubrogatione ineſt vera impetratio beneficij viuentis, nam ſicut primus impetrãs, in cuius locum ſubrogatus ingreſſus eſt in legẽ commiſit ſic pariter & ipſe qui virtute ſubrogationis agit, nam ſubrogatur cũ omnibus ſuis qualitatibus primordialibus, & accidẽtalibus, l. Si eũ, §. qui iniuriarũ. ff Si quis cautio. l. Filiæ §. Titia, ff cond. & demonſt. l. Duobus, §. 1. ff. de iureiur. §. Fuerat inſt. de action. Gomez ibi num. 11. Tiraq. de retract. lig. §. 32. gloſ. 1. num. 10. Gabriel. tit. de reg. iur. concl. 2. Molin. de primog. lib. 4. num. 36. cap. 4. Cum vtatur primordio antiquæ impetrationis, & eius occaſione beneficium viuẽtis petat: nec obſtat reſcriptũ Regiũ de quo ſupra egimus, nam ſi bene facti narratio inſpicitur, ex ea ratione Princeps veniã indulſit ſupplicanti, quia ipſe in legem nullatenus comiſerat, imó ipſi ab Ordinario per concurſum erat facta illius beneficij collatio, & ipſe erat tuendus in ſua poſſeſsione non aduerſarius qui contra formã Regiæ Ordinationis viuẽtis beneficium acceptauerat, & poſſeſsionem cæperat virtute literarum ſubreptionis vitio laborantium.

Vnde ex mẽte illius reſcripti ſola ſubrogatio licita eſt, quæ fit ad litem mottã in caſu iuſto, & nõ prohibito à lege regia, ita vt ſubrogatus in eodem ſtatu litẽ proſequi teneatur, ac ipſius prædeceſſor proſequeretur ſi viueret, vt infra dicam. Non veró vt prætextu ſubrogationis ſe in beneficiũ viuẽtis poſtulet immitti lite non dum cũ prædeceſſore finita, cui etiã obſtabit vitiũ prædeceſſoris ne audiatur. Huicq; reſolutioni conſonat ſententia huius Senatus, cuius tenorem inſeruimus ſupra, vbi ſubrogatio, de qua ibi habita fuit, ac ſi vera eſſet impetratio.

Tertius eſt caſus, quando pendente inter duos lite ſuper beneficio, eaq; indeciſa, alter ex litigantibus moritur, tũc intra menſem alij quam collitigãti ſubrogatio gratioſa fieri nequit, vltra verò illud ſpatium fiet petenti, vt ex reg patet quam tranſcribit Mandoſ in initio ipſius, quæ eſt reg. 29. 40

Et hoc caſu attendendum eſt primo, an lis aliqua pendeat, quia ſine lite non datur ſubrogatio.

Secundo, an ille qui litem mouit, in cuius locũ quis ſubrogatur contra legem Regni egerit citans viuentẽ ratione ſui beneficij, nã tũc idẽ de ſubrogato, ac de ſuo principali dici debet, vt nõ audiatur

imô

imò puniatur cũ ipſe aliud ius nõ habeat niſi quod in illum à ſuo authore diriuatur, qua ratione ſubrogatus tenetur iuſtificare omnia quæ ſuus author debuiſſet probare ex Ægydio deciſ.112 quam probat Caſſad.deciſ 2.n.1. de cauſ. poſſ. Valaſ 2 p.conſ.163.n.5. probat Gonzal. §.7. proæmij n.212. ibi: Ac verificata reſeruatione, vel lite, ac ſola poſſeſsione anteceſſoris, & clericatu ipſius prouiſi apoſtolici conceditur mãdatum de immittendo in poſſeſ. & videndus nu.217. vbi cõcludit quòd cum hoc caſu agatur de graui præiudicio prouiſi ab Ordinario debet fieri concludens probatio de poſſeſsione defuncti, quàm ſubrogatus petit, non obſtãtibus quibuſcunq; clauſulis, quæ ſolùm reſpiciunt modum, & breuitatem probandi, & procedendi, ex deciſ.Pedã.1.n.2. & ſæpè in Rotta dicit iudicatum n.219. Vnde fit quòd ſubrogatus iuuari vellit impetratione prædeceſſoris factæ de beneficio viuentis cõtra legem regiã, & poſſeſsione ipſius de facto occupata, nõ debeat audiri, imô debeat puniri cum vitiũ ſui authoris approbet, & illo vellit vti arg. l. Cum hæres, ff. de diuerſis, & tẽporal. quare rem reducendam ad ſequentes concluſiones duxi.

Prima concluſio.

41 Subrogatus gratioſe in iuribus defuncti, & eius poſſeſsione ordinarie agere debet, & docere de iure ſui authoris plenarie, & litẽ in eodem ſtatu proſequi poteſt, dũmodo ex vi ſubrogationis nõ admittantur ad ea quæ defunctus ſi viueret non eſſet admittendus. Probatur concluſio quia ſubrogationis ille eſt effectus vt per eam in locũ demortui ſubrogatus ſubſtituatur, & eius naturam ſapiat. Dixi ordinariè quia ipſi nõ permittitur agere ex interdicto adipiſcendæ, nec recup. ad cõſequendam poſſeſsionem, quã defunctus habebat ſine noua apræhenſione, & ita obſeruari in Rotta dixit Mohedan deciſ.325 ſub titul. de reſt ſpol. & deciſ.8. de præben. faciunt quæ Meno. remed.fin. n.17. de retinend. Lancelot. de attent.2 p.cap.4 n.407. in præfatione, Gonzal.§.3 proæmij n.94 Dixi plenarié, quia concludens probatio neceſſaria eſt nõ ſemiplena, Gonzal d.n.219. Dixi litem in eodem ſtatu. Nam ex tali ſubrogatione nihil aliud conceditur, quàm vt reducatur lis ad ſtatum, in quo erat tempore obitus.

Dixi non admittatur, quia ſubrogatus nõ poteſt admitti, nec plus iuris prætendere quam cõpetebat defuncto, vnde debet verificare literas ſui prædeceſſoris, ac ipſe ſi viueret, Valaſ d.conſ 163. n.1 ex l.fin.C.de reiuind l.2 §.1 ff. ſi pars hæred. petat. Rotta noua deciſ 4. Caſſad.3. n 5 de reſt.ſpol. Vnde ſi defuncti ius pendebat ab impetratione nulliter facta ſubrogatio, poſtea ſubſequuta eoſdem ſortietur effectus, & ſicut prima impetratio punibilis ſic & ſubſequens ſubrogatio, quæ debet cenſeri facta cum omnibus qualitatibus ipſius, Valaſc.conſ 132.num.26.

Secunda concluſio.

Subrogatus in ius quod defunctus habebat ad beneficium viuẽtis obtinendũ contra leges Regni, etiamſi iam lis pendeat indeciſa cẽſetur verã impetrationem feciſſe vt ex ea puniatur: patet quia ſubrogatio quæ eſt ſubſtitutio, eſt magis odioſa quàm prima impetratio beneficij viuentis, tam quia ſecũda impetratio eſt, quæ nihil differt à prima, & inſuper ſolet habere clauſulas exuberantes, vt ſubrogatus imittatur in poſſeſsionem deputatis executoribus, vt verificato de plano clericatu, & poſſeſsione defuncti in poſſeſsionem imittatur dixit Mohedanus deciſ.11. vt lit.pend. Puteus deciſ. 495.n.1.lib.2. Caputa.deciſ 346.n 1.p 2. Lancelot.de attent 2 p cap.4 in præfatione, n 393. & dicitur remedium vberius, quàm breue de capiẽda poſſeſsione nomine Cameræ dixit Gonzal. gloſ. 7. proæmii, num.214. Dixi contra leges Regni, quia ſi impetratio prior facta eſt 42

 in ca-

in caſibus à lege regia non prohibitis Non eſt dubiũ quòd talis ſubrogatio ſit admittenda. Dixi etiã: Si iã lis,&c quia litis pẽdentia per ſe nõ iuſtificat ſubrogationem,cũ omnia quæ ab actu reprobato dependeant, ſint pariter reprobata.

Aliter enim pateret fraudibus occaſio, vt omnes impetrationes beneficiorum viuentium fierent per ſubrogationes in poſſeſsionem defuncti,quod non eſt admittendum.

Dixi,puniatur, vt ſcilicet, contra ipſum poſsit inſtitui accuſatio,& caſu quo contra ſuum prædeceſſorem pendeat accuſatio,ipſe poſsit citari ad illud iudicium,& ſuſcipiendam inſtantiam cum defuncto cæptam, & conſultius erit iudicium de nouo inchoare, ne videatur obſtare l.Defuncto, ff. de public. iudic. gloſ.verbo Finita, in cap.2 vt lit pend. lib 6 Valaſ.conſ.169.

Ab hac reſolutione dependet deciſio
43 dubiæ quæſtionis,quam hîc ſubnectere viſum eſt, quando patronus qui in poſſeſsione præſentandi erat ab antiquo, quendam præſentauit, cum quo alter ſuper eodem beneficio litigabat, aſſerendo non eſſe iuris patronatus, vel aliud ſimile contingit, vt præſentatus à patrono deceſsiſſet, collitigans gratioſam ſubrogationem ad poſſeſsionem defuncti obtinuit, & patronus continuans ſuam quaſi poſſeſsionem alium præſentauit,quem confirmauit Ordinarius. Dubitatur modo: An patronus,lite illa pendente, præſentare alium potuiſſet vt inſtitueretur contra reg.cap.1. vt lite pend.lib.6? Et an talis ſubrogatio illi præiudicet in præſentatione.

Et quoad primum, quòd patronus, pendẽte tali lite, præſentare non poſsit, nec litigantem ſubſtituere in locum demortui videtur probari in d. cap 1. & 2. vt lite pendente,lib.6. ibi: Statuimus vt dignitates perſonatus, vel beneficia huiuſmodi,&c. donec contra ſupeſtites lis finita fuerit,alijs nullatenus conferantur nec ad ea eligatur quiſpiam, vel etiam præſentetur; & hanc partem videntur adſtruere Caſſador q. 1. vt lite penden. Pariſ conſ.47.vol.4 à n.12. Oldra.conſ. 299 col.1.in fine, Probus in cap. Præſenti n.24 de offic.deleg Rochus verbo Honorificum, nu.53. Syluan. conſ 34. n 10. Gonzal gloſ.7. proœmij n 118 & gloſ.32 nu.40. docet Gomez in reg de trien q.31 nu 9. Simoneta de reſerua q. 10. n 5. Mandoſ in reg de impetrat per obit. Cardin q 9 n.5. Couarr in pract. cap.36.ſub num 7.

In contrarium videtur ſtare text. in. cap.Conſultationibus,de iure patr cap. Quærelã,de electione,vbi docent quòd poſſeſſor debet in ſua poſſeſsione tueri, facit cap.1.vt lit. pend. cap Peruenit, de cenſibus. Quare quando patronus ſit in poſſeſsione præſentandi omnis iuris ratio expoſcit,vt pendente lite ſua poſſeſſione vtatur,aliàs enim fieret attentatũ, ſi ille qui in poſſeſsione præſentandi eſt lite pendente ſuo iure priuaretur, quod ſibi continuatiue cõpetit,vt quoties vaccet,præſentare poſsit, quia cũ præſentatio inter fructus computetur,ex Innoc. recepto in cap.Cõſultationibus, de iure patr cap.Cum Bertol. de re iud. Rotta deciſ 7. de iure patr. nu. 1.in nouiſ. Selua de benefic.3 p q 40.n 4. Æneas Falcon. de reſeruat 4 p effectu 26.n 2. Caſſado. deciſ.3.n 6 de penſionibus, Rota 166. n 5 p.1.diuerſ. Inde fit quòd ſicut poſſeſſor bonæ fidei,cuiuſcunq; rei fructus facit ſuos,§.Si quis à non domino,de rerũ diuiſ cap.Grauis, de reſt ſpol. ita fructus electionis,ſeu præſentationis qui fructus iuris ſunt debent ad poſſeſſorem ſpectare, quòd Gomez in reg de triennal. q. 37. n. 19. extendit ad intruſum, dummodo non ſit in mala fide.

Nec aliud euincit text. in d. cap 2 44
vt lite pendente,nam ſi verba illius tex. attente perpendantur,non agitur ibi de patrono qui in poſſeſsione præſentãdi erat conſtitutus, ſed ſolùm ibi agebatur de poſſeſſoribus dignitatum, & beneficiorum, qui illa obtinebant. & poſside-

poſsidebant contra quos electores, & patroni inſurgebant docentes de iure ſuo lite pendente, ſi moriantur poſſeſſores beneficiorum non ſunt alij eligendi, nec ſubrogandi in eorum locum, vt litem proſequantur, ſed audiendi qui ius electionis, vel præſentationis prætendunt, & lata ſententia ſuper poſſeſsione iuris eligendi, ille qui victor euaſerit: præſentabit nam ſi aliquis ex litigantibus in poſſeſsione eſſet, & conſtaret de vltimo ſtatu non poſſet cogi litem proſequi ſuper præſentandi iure, cum illi longe vtilius eſſet, de quaſi poſſeſsione ſola agere, nec quæſtionem proprietatis mouere, ex reg text in cap Cũ Eccleſia, de cauſa poſſ & cap Qui ſenſus colligitur ex tex in cap 1 Vt lite pendente ibi: Et tu, & prædeceſſores tui conſueuiſtis facere ante vos per totam Angliam deferre Crucẽ, quouſq; diffinitiua ſententia decernatur, an Eccleſia tua de iure hoc debeat habere Vnde text in d cap. 2. agere videtur de quæſtione morta ſuper poſſeſsione eligendi, vel præſentandi, cum adhuc non cõſtaret ad quem ex litigantibus pertineret, nec appareret vltimus beneficij ſtatus, qui ſolùm attenditur in collationibus & præſentationibus faciendis, ex text. in d cap. Cõſultationibus, de iure patron Oldr. conſ. 312. n 2. Rota deciſ. 2. n 2. de præbend in nouiſ & deciſ. 49 ante nu. 1 de reſcript in antiq Rochus de Curte in cap fin. de conſuetud. n. 82 ſect 4. Maſcard de probation concl. 172. n 8 Cæſar de Graſsis deciſ. 4. de probation Sicq; conſonat hic text in cap 2 de in integr reſt. dum ibi ſuſpenditur electio facta, quia lis erat ſuper quaſi poſſeſsionem, nec certũ erat monaſteriũ poſsidere, vt ſenſit gloſ vlt. in illo text & Abb n 21. & in cap Ex literis, de iure patr n 8 Berouſ n 49 Rochus de iure patr verbo Cõpetens, n. 53. Nam licet monaſteriũ ſemel elegerit, vt text. ſupponit in illa electione cõfirmata non fuit quæſitũ, nec vlla quaſi poſſeſsio eligendi: requiritur enim ſuperioris cõfirmatio ex Rocho de Curte, verbo Competens, n. 35. & n. 36 Lambert. lib. 1 p. 1. art. 10. n 3. Selua de benefic 2 p. q. 7. n. 5 cõmunem dicit Couarr in reg. poſſeſſor, 2. p. in princ n 6. vltra alia ſeptem requiſita, quæ ad acquirendã quaſi poſſeſsionem ex vnico actu; requirit Gonzal. gloſ. 45. §. 2 à n. 30 & ſeqq.

Vnde ſi lis pendeat ſuper proprietate beneficij, vel iure præſentandi, & conſtet quis ſit poſſeſſor poterit eligere, vel præſentare, & confirmabitur electio domini, & Alex. in cap Hæc qui p 3 q. 6. & dicit communem, Lambert in lib 2. de iure patr. 1. p. q. 3. princ art 4 num 3. Berouſ. in d cap Ex literis, n. 54. licet repugnet Immol. in d cap 2 de in integr. reſt. mi. & Abb. n 21. firmantes differẽdam eſſe confirmationem vſq; ad finem litis, quorum fundamentum eſt mala fides ficta quæ reſultat ex litis pendentia, l. Sed etſi lege, §. Si ante, ff petit. hæred & ratione fructuum, poſtea reſtituendorũ, ex l. Certum, C. de reiuind.

Quod quidem fundamentũ corruit ex his quæ Couar de ſponſal. 2. p. cap 8. §. 1. n. 5. vltra quem conſidero quód fructus præſentationis ſunt induſtriales, potiuſquam naturales nam in eligendo, & præſentando induſtria eligẽtis requiritur circa electi idionitate, & intra certũ tempus à ſe præſcriptum, & maiori cum ratione hi fructus ſpectare debent ad bonæ fidei poſſeſſorem, ex Couar. lib 1. variar. cap. 13 nu 6 Garcia de expenſis, cap 23 per tot Ayora de partition 1. p. cap 9. & licet agnoſcamus tales fructus eſſe naturales, adhuc ceſſaret reſtitutio, cũ tales fructus ſint, ex quibus patronus non ſit factus locupletior, & bona fide ſint conſumpti, ad quos bonæ fidei poſſeſſor nõ tenetur gloſ. in verbo Fructus, in §. Si quis à non domino inſt. de rerum diuiſ gloſ. in l Ex diuerſo, verbo Non habẽdam, ff. de reiuindic Lamber. de iure pat lib. 2 p 1 q. 3 art 1 n. 2. & ſeqq.

In ſecunda autem quæſtione, ſine dubio, manet ex ſupra reſolutis, vt talis

ſubrogatio patroni præſentationem im pedire nequeat

46 Quæro nonò: Quid dicendum in non contemnenda quæſtione: An impetrans beneficium vnitum monaſterio monachorum, vel monialium compræhendatur ſub prohibitione huius legis? Et videtur aſſerendum quód non. Primo, quòd lex regia loquitur de impetrante beneficium viuentis, quæ verba non conueniunt monaſterio, ſtatutum enim pænale loquens de vera perſona, vel homine, non verificatur in perſona ficta, l. 1. ff quod cuiuſq; vniuerſitat nomin. & eſt text in Auth item nulla cõmunitas, vel perſona, C. de Epiſcop & cler. l. Si quis in tantam, verbo Apud fiſcum, vel quoſlibet, C. vnde vi, l. 2 § Hoc etiam, C. de iuram. calum. cap. 1. §. Conuenticulam, de pace iura firm. vbi Bal. Curtius Senior conſ 21. nu. 7. quia cum capitulum, ſeu monaſterium non ſit perſona viua animalis vera, ſed repræſentata: meritó diſpoſitio loquens de perſona non habet locum in monaſterio, quia in eis ceſſat ratio legis. Imò nõ ſolùm in hac materia vbi verba repugnant, verùm in quacunq; diſpoſitione, in qua verba debent proprié capi, prout eſt pænalis diſpoſitio appellatione perſonæ, collegium, vel monaſterium non compræhenditur, & eſt text in l. fin. C. de interdic matri. l. Sed ſi hac io. §. Patronum, ff de in ius vocand. l. 3. § Hæc verba, ff de nego. geſt. Barboſa in l. Si conſtante, in princ num 104 in fine, & eſt doctrina Romani in conſ 436 vnde fit quòd procurator conſtitutus contra perſonã non poteſt agere cõtra vniuerſitatem, vel capitulum, ex doctrina Bal. in rub. Cod ad Trebel. & in auth item quicunq; C. de Epiſc. & cler. vbi Paulus de Caſtro Romanus in l. Si quis mihi bona, §. Seruus, ff acq hæred. Caſſan. conſ. 1. 5. dubio Et tenuit Decius in l. Si familia, ff iuriſdict. omni iud. & in ſpecie Gonzalez gloſ. 37. n 2. & 6. Rota deciſ. 791. num. 17. & deciſ. 794. num. 3. part 3. diuerſorum. Et ſuccedit doctrina Antonij de Butrio in cap. Graue, notab. 4. in fine, de præbend. vbi ait quód ſtatutum pænale loquens de perſona vera, non extenditur ad repræſentatam, confirmat Decius conſ 486 & conſ. 44. in fine: quod in materia ſtricta appellatione perſonæ non veniat vniuerſitas, licet ſtatutum loquatur vniuerſaliter de quacunq, perſona, Craueta de antiqui. tempor. 4 part num 149 & ſeq. Gomez in reg. de idiomate, quæſt 2. per tot. Gonzalez d. reg. 37. num. 12. & per tot. Et facit quòd in hoc Senatu ſæpè iudicatum vidi quòd Ordinatio Regia lib. 3. tit 5. §. 3 quæ priuilegium concedit viduæ ſolùm procedat in vere vidua, nõ verô in illa quæ maritum habet inutilem, quia hæc ficté vidua eſt, licet non ſine dubio ex his quæ Tiraq de iure marit. § 6 fol. 64. l Malum, § Si viduam, ff. de verborum ſignif.

Sed prædictis non obſtantibus, ego contrarium exiſtimo ex vrgẽtibus fundamentis: & primum ſit, quòd ſicut Princeps Manu Regia tuetur ſuos ſubditos clericos, & laicos, ita multo magis religioſorum hominum conuentus tueri, ac defendere tenetur, cum multa religioſorum cænobia ab ipſis ſint Regibus conſtructa, & redditibus aucta, in quo pietatis genere noſtri Luſitani excellũt reliquos mundi Principes, & dominos. Decoratur enim hoc breue Regnum infinitis prope virginum Chriſto militantium ædibus ſumptuoſiſsimis, & innumeris omnium ordinum monaſterijs, cũ magnis Regij patrimonij ſumptibus á primo lapide cõſtructis, quæ ſub alarum regiarum vmbra, & Manus Regiæ protectione recumbunt: cum ergo Reſpub & decoretur, & illuſtretur monaſterijs: non ſuccurrere lapſis eſſet denegare defenſionem, quam Principes etiam exteris in ſuo Regno degentibus impartiuntur. Patet ergo quód cum lex regia lites præcindere intẽdat, quarum litium incomoda proſequitur, Rebuf. in pra-

in praxi in reg. de ſubrog collitig gloſ.1. & facit illud Hymni diſſolue litis vincula:adſtringe pacis fœdera,& ibi:Ne litis honor inſonet,& ibi:Extingue flammas litium : videndus Gomez vbi hæc & alia plura citat gloſ.7 proœmij, n.17. Debet etiam comprehendere monaſteria,in quibus fauoris maior cauſa, & vitandarum litium maior verſatur neceſsitas, ne à contemplatione ſupernaturalium diſtrahantur.

Facit deinde quia licet agnoſcamus monaſterium eſſe perſonam fictam, tamen cum lex ſit fauorabilis Reipubl. cũ tendat ad vitandas lites,eſt amplianda, vt ex Mandoſio, & alijs dixi ſupra, & dixit Azeued.lib 5 titul 1.l.2. num.4. debet fictam perſonam comprehendere.dixit in ſimili Tiber.Decian.in pract. crim.lib.4.cap.9.num.41. Curtius vbi ſupra, verſ Bene verum eſt, vbi tenet quòd in fauorabilibus,vel ſaltem in indifferentibus ciuitas, vel perſona ficta continetur appellatione perſonæ veræ, per tex.in l Item ait iunct.l.Ergo,in fin. ff ex quibus cauſ.maior & ex text in l 1. cum gloſ verbo Perſonas, C. de iuriſd. omni. iudic. Extenduntur inde ſtatuta loquentia in caſu ven. ad caſum fictum æquiparatum, Gamarus in tract. de extenſion.num 69 Abb. Imol. & Doctores in cap Ad audientiam, de cler. non reſiden. etiamſi materia ſit correctoria, quia tunc non datur extenſio,ſed comprehenſio, ex Gamar. vbiſupra nu.138. Flores variat lib.2. quæſt. 1. num 202. Fictionibus enim iuris eundem effectũ operari videmus,ac ipſam veritatem,vt probat text. in l Si is qui pro emptore, ff de vſucapio. l. Poſt liminium, ff de captiuis, & poſt lim. reuerſ. l Filio, in princ ff de liber.& poſthum. Seraph. de virtute iura priuil 53. num 83.

Et vlterius pro monaſterio facit quòd in monaſterio conſideratur Prælati dignitas, quæ non moritur, & viua eſt,& ipſe Prior,vel Prælatus agit virtute dignitatis ſibi collatæ: nam concurrunt in Prælato perſona,& ſignificatio quæ eſt quodam intellectuale perſeuerans ænigmaticè, nam prior loco duorum fungitur, & perſona monachi eſt organum illius perſonæ intellectualis, & publicæ, quæ principaliter fundat actus: & magis attenditur actus, ſeu virtus principalis, quàm virtus organica. Collegium enim habet vicem vnius, Rebuf tom.3.fol 5 num 23 quare videtur hæc pars benignior, & ſequenda in iudicando, in quam inclinare videtur noſter Cabed de iure patron.Regiæ Coron cap. 36. num. fin. citato text. in l. Metum 9 §.Animaduertendum,ff.quod metus cauſ. Gomez in d. reg. de Idiom. quæſt. 2. in princ. vbi citat Romanum conſ.436 & alios.

Nec obſtabunt in contrarium citata fundamenta,nam reſpondetur quòd eſt verum capitulum, & vniuerſitatem, & monaſterium non venire in odioſis diſpoſitionibus, & pœnalibus illudq; euincunt iura citata à Gomez d. quæſt. 2. & Cravet.vbiſupra,& deducitur ex text.in cap.Romana,§.In vniuerſitate, de ſent. excomun. lib 6. Atverò in fauorabilibus non eſt dubium comprehendit, & ſic procedit quòd dicit Decianus, & iura pro ea parte citat.

47 Ad illud verò quod de vidua oppoſuimus, ſic in Senatu refert iudicatum Vaz alleg.65 num.25. cuius rei videtur eſſe fundamentum quod cum in proprio ſignificatu, & ſtricte ſint accipienda verba ſtatuti, non debent extendi ad caſum fictum, & ad illam quæ habens innutilem maritum iuris fictione vidua reputatur. Sed profectò neſcio quo colore ſuſtineri poſsit tale iudicatum cum iuris apertiſsimi ſit illam viduam eſſe, quæ maritum non habet,& viduæ pariter priuilegio frui, quæ maritum innutilem habet, ex gloſ.ab omnibus recepta in l.fin C ad l.Flaui.de Plagiar. Iaſ in l vlt.num.3.ff officio eius, Rebuf. ad leges Gal.3 tom tit. de ſentent. prouiſion. art 3.gloſ.vlt,col.2. Rolandus conſ. 96. n.39.

num.39.vol.3. Surdus de aliment.quæſt. 44. tit.1.num 66.ad fin. Couarr. pract. cap.7.num.2. verſ.Et in hoc. Perez.l.1. titul.1 lib 3.fol.461. Azeued.l.9 tit 3.lib. 4. num. 10. nouæ colat. Vincentius de Franchis deciſ.100. num.18. Barboſ. in l.1. 1 part.n.47.

Cui Doctorum reſolutioni non obſtant legis regiæ verba,imò annuunt dũ de viduarum lex regia agens priuilegijs illud extendit ad perſonas, quæ ſimile priuilegium habeant,lib.1.tit 8.§ 6. ibi: *Tomarão conhecimento dos feitos ciueis das viuuas, orfaõs,& peſſoas miſerau eis, & doutras peſſoas que tenhão ſemelhante priuilegio*, provt ſunt fæminæ quæ honeſtè viuunt in cælibatu,ex his quæ Cabed.deciſ.180. & illæ quæ viduæ reputantur quód maritos vtiles non habeant, veluti in triremibus, vel morbo perpetuo impeditis,vel fatuis,furioſis, & ſimilibus, quare illa ſententia reſpuenda videtur,nec attendendum quôd Romæ iudicatum fuit,ſed quód debuit iudicari, l.Nemo, C de ſent. & interlocution. l.Sed licet, ff.offic.præſid.

47 An autem pari fauore fruantur monaſteria monialium,cum magis diſtent á verbis noſtræ legis, cum ſint fæminæ, & illa loquatur de beneficijs hominis viuentis, & videtur dicendum quòd ſic appellatione enim hominis, & mulier continetur,gloſ.in Clem.1 de electione, l.Homines, ff de verb. ſignific. In monaſterijs nanq illa dignitas conſideratur,quæ viuit,vt ſupra dixi.

48 Quæro decimo, An nulliter impetrans,& ſurreptitiè beneficium viuentis pœnam legis mereatur? Videtur quod non,quia ex actu nullo, nulla pæna incurritur,l.4.§.Condemnatum, ff. de re iud. vbi Doctores, Dominus Franciſcus de Caldas Pereira de poteſtate nomi. quæſt.5 num.8 & eſt doctrina Bart. in l Filium, §. Si quis bonorum, ff de leg præſtand. Idem D Caldas de extinctione emphyteuſis, cap.7. num 10. Azeued. l.1.tit.21.lib.4.num.91. Mexia in l. Toleti, 2. part. fund. 7. Gomez 1. variar. cap 1. num. 9. Sed reſolutiuè contrarium tenendum videtur quòd ex nulla, & ſubretitia impetratione incurratur pæna huius legis: & diſtinguendũ eſt, quòd vel pæna imponitur actui qui poteſt fieri validè, & nulliter, vel actui qui nũquã validè de ſe,& natura ſua geri poteſt Primo caſu ſi actus nulliter geratur, nulla pæna incurritur, quia non præſtat impedimentum, quôd de iure non ſortitur effectum,&c. reg. non præſtat,de reg.in 6 quia ex nihilo nihil fit, l.fin. ff. conſtit. pecun. ſic procedit alienatio facta ab emphyteuta domino inconſulto, quæ cum validè, & nulliter fieri poſsit, ſi nuliter fiat ex caſ.nulla incurritur pæna, Bal in l.2 num.3. Epiſc. aud. Tiraq. de retract. ligna. §.1. gloſ 2. num.6.

In ſecundo veró caſu, quando actus geri non poteſt valide provt in impepratione beneficij viuentis,quòd nequit impetrari, dum poſsidetur ligitimè: eo caſu lex ſolùm factum reſpicit, & illud punit non attendens ad valeditatem ipſius, l. 1. ff de ſepulchro viola. l. Iubemus C.ſacroſ.Eccleſ. l. Eum qui duas, C.de adulter cap Nuper,de bigam. Bart. in l Vbi pactum, num 14. poſt princip. C.de tranſaction. & in l. Quid ergo. §. Eum autem, num. 1 ff. de his qui not. infam facit Ordin.lib.2.titul.15.ibi: *Por falſa informação*.

Rurſus,quód in his actibus,in quibus 49 lex ſolum factum requirit vt puniat traſgreſſorem,qui ſemper nulliter fiunt, & in his qui & validè, & nulliter fieri poſſunt aliquando illud notabile reperitur,quod actus de ſe,& natura ſua nullus ſuſtineatur in odium gerentis, vt ex tali actu aliàs nullo puniri poſsit, ac ſi validè geſtus eſſet,provt in emphyteuta alienante ſine domini conſenſu, qui licet nulliter alienet,ex Ordin lib.4 titul. 38. Tamen quoad ipſum alienantem, vt in comiſſum incedat, ille actus validus cenſetur D.Caldas Pereira cap 17. num.2.

num. 2. de extinctione, ſicutaliàs contrahens de facto, & nulliter matrimonium, beneficia amittit Rota deciſ. 1. de cler. coniugat in antiq. Franciſ. Pauinus in tract. de offic. & poteſt. capitul. vlt. prælud. Gonzales gloſ. 15. num 44. Sanches de matrimonio.

Sicut aliàs per violentam adeptionem beneficij alterius qui amittit quod habebat, acſi iuſte poſsideſſet, cap. Eum qui 18. de præbend. in 6 Rotta deciſ 3. de præbend. in nouiſ & deciſ. 3 de rerum permut Couarr lib. 3. variar. cap. 16. num. 7. Menoch. de recup. remed. 9 ex num 273. quæſt. 37. Sicut tandem liberi hominis venditio nulla eſt, l. Et liberi hominis, ff. de contrah. emp. & text. in odium venditoris ex tali contractu contra ipſum ad pretium reſtituendum emptori ignoranter datur actio exempto, acſi actus validus eſſet.

Et in ſpecie in reſcripto ſurreptitio quod validum reputetur in odium impetrantis eſt text, in cap. Diſpendia, de reſcript. in 6. Clem. 1. eod titul. Gonzal. gloſ. 57. num 49 Ex quibus, ſine dubio, videtur puniendam fore talem impetrationem.

Quæro vndecimò, An in legem committat qui Romæ impetrat beneficium comendatum, provt conſueuit fieri quando vaccat in menſe apoſtolico, & prouidetur per concurſum, & comendatur perſonæ idoneæ, in forma Concilij.

Et reſolutiuè tenendum comendam temporalem non eſſe beneficium, per eam enim ſolùm vtilitati Eccleſiæ conſulitur, ex cap Nemo, de electione, lib. 6. & ita in ſpecie Rebuf. in praxi, titul. de Comenda, num 86. & titul. Requiſita ad bonam collationem, num. 20. Nam comendare nihil aliud eſt quàm diſponere, l. Comendare, ff. verbor. ſignific. l. Lucius, ff. poſ. Simoneta de reſeruatione, quæſt. 69. num. 2. Puteus deciſ 25. & fit talis comenda ad vnum ſemeſtre, ex cap. De inceps. 15. de electione, in 6. nec ius in re, vel ad rem confert Gonzalez gloſ. 5. §. 8. num. 37. Gomez in reg de non tollend. iur. quæſito, quæſt. 4. à num. 22 Mandoſ. in reg 32. quæſt. 7. num. 2. Nauarr. conſ. 9. num. 1. de præbend. Garcia 4 part. de benefic. cap. 4 num. 59. Lambertin. lib. 2 part. 1. quæſt 6 art. 14. ad fin.

Quod tamen non intelligas de comenda perpetua, quia hæc regulatur, ac ipſum beneficium gerat, dict cap. 4. num 20. Puteus deciſ. 24. num 4 lib. 1. Gonzal. gloſ. 5. §. 8. num. 2. quem vide ibi, & Garciam d. cap. 4.

SVMMARIVM.

1 Beneficium eccleſiaſticum varias patitur deffinitiones,
2 Garcia de beneficijs de finitio.
3 Vera diffinitio.
4 Beneficium multiplex eſt.
5 Beneficium dicitur eſse ſuum poſſeſſoris.
Beneficiarij domini ſunt. ibi.
Libere dum viuunt diſponunt de redditibus, & quomodo. ibi.
6 Interpretatur cap. 7. de cleri. non reſid. lib. 6.
7 Canonica inſtitutio duplex eſt.
8 Lex Regia intelligit de poſseſsoribus Canonicis.
9 In materia beneficiali non diſtinguitur proprietas a poſſeſsione.
10 Titulus aliquando eſt apparenter coloratus veluti expeditus ab ordinario aliquando non.
11 Ille cui beneficium reſeruatum collatum eſt a lege Regia non defenditur.
12 Titulus ex reſeruatione an nullatur.
13 Quando beneficium perditur obdelictum licet ipſo iure amittatur adhuc ferenda eſt ſententia.
14 Lata ſententia priuationis iam impetrari poteſt illud beneficium.
15 Impetratio facta de beneficio illius quem quis accuſare intendet nulla eſt.
16 An ex ſolo temporis curſu dicatur quis ſuum habere beneficium.
Sine titulo aliquo poteſt quis effici poſſeſſor beneficij. ibi.
Interpretatum cap. ſi a ſede de prabend. in 6. ibi.
Titulus tendit ad iuſticiam poſſeſsionis non ad illius eſſentiam. ibi.
Miſsio in poſſeſsionem operatur vt ex ſecundo decreto quis verus efficiatur poſſeſſor. ibi
Lex Regia tuetur poſſeſſores quibus competit reſtutio ſi deturbentur. ibi.
Comendam habens an defendatur lege Regiam. ibi.
17 Eccleſia reſpectu tituli praſcribi nequit aduerſus priuatum poteſt.
Regula de trienali, non tuetur poſſeſſorem ſine titulo. ibi.
18 tempus diuturnum praſumptionem tituli inducit.
19 Qui per treginta annos poſſedit verus poſſeſſor reputatur.
Pralatus viſitans examinat titulos. ibi.
Tempus longiſsimum in beneficio inducit ratum. ibi.
Vt beneficium dicatur ſaculare decimi anni ſufficiunt, è conuerſo quatuor requiruntur. ibi.
Vt mutetur ſtatus beneficij, quatuor requiruntur. ibi.
20 Poſſeſſor longi temporis non eſt cogendus alium titulum habere.
21 Triennalis poſſeſsio inducit praſumptionem tituli colorati.
Regula defendit poſſeſſorem, & quomodo? ibi.
22 Sola poſſeſsio non praſtat titulum in beneficialibus.
Quæ requirantur vt tueatur poßeſſor? ibi.
23 Ille cui ius reſiſtit non iuuatur longaua poſſeſsione.
Regula non defendit illos quorum titulus euacuatus eſt. ibi.
24 Intruſos regula non defendit.
25 Comenda quid ſit, & quòd altera temporalis, altera perpetua ſit?
Lex Regia defendit lleneficium comendatum perpetuo. ibi.

Comenda

26 *Comenda temporalis non defenditur à lege regia.*
27 *Praſtimonium qui impetrat incidit in legem regiam.*
28 *An qui poſsidet ex ſola ſignatura ſit tuendus.*
Poſseſsio capi nequit ex ſola ſignatura. ibi.
Gratia habet conditionem tacitam ſi litera expedita ſint. ibi.
29 *Si quis habeat titulum aliàs nullum, & impetret confirmationem, ſola gratia eum facit verum poſſeſſorem vt defendatur.*
30 *An lex regia defendat eum qui titulum habuit, ſed non poſſeſsionem.*
Beneficium obtinere ille dicitur, qui beneficium habet, licet non poſsideat. ibi.
31 *An procedat lex regia in eo cui beneficium reſeruatum collatum eſt?*
32 *Reſeruatio alia eſt generalis, alia ſpecialis.*
Priuiſus de beneficio reſeruato, nec poſſeſsionem habet. ibi.
33 *An obtento ſecundo beneficio liceat primum impune impetrare?*
34 *Priuatio primi beneficij per adeptionem ſecundi, quomodo inducatur?*
A pacifica poſſeſsione vaccat primum. ibi.
35 *Interpretatur cap. Licet canon. de praebend. lib. 6.*
Epiſcopus non amittit beneficia per conſecrationem, niſi ab adepta poſſeſsione. ibi.
36 *Beneficium nō vaccat niſi ab adepta poſſeſsione. ibi.*
Cui non conueniunt legis verba, nec eius diſpoſitio. ibi.
37 *Qui ſecundum beneficium obtinuit, licet poſsideat, adhuc datur caſus, in quo ad primum redire poteſt.*
Aſſequuto ſecundo adhuc durare poteſt titulus. ibi.
Si ſpolietur, debet reſtitui. ibi.
38 *De iure nouo, ipſo iure inducitur primi beneficij priuatio.*
39 *Beneficium vaccans ipſo iure per ſecundum libere conferri poteſt.*
40 *Priori beneficio vaccanti per adeptionem ſecundi, renunttare non poteſt.*
41 *Paenitentia locus non eſt adepto ſecundo incompatibili.*
42 *Priuatus ipſo iure á limine iudicij agens repellitur.*
43 *Lex Regia non habet locum in beneficijs quae vaccant ipſo iure.*
Intruſus non poteſt ſpoliari quin prius audiatur. ibi.
44 *An ſub praetextu Simoniae poteſt impetrari beneficium viuentis?*
45 *Impetrans hoc modo beneficium in legem incidit.*
46 *Sola impetratio certo modo facta per ſe ſufficit ad paenam.*
47 *Non ſufficit ſi objiciatur, quod lex hoc caſu defendit Simoniacos.*
Legis rationem ceſſare in aliquo caſu non ſufficit. ibi.
48 *Quae ſit differentia inter leges Diuinam & euangelicam, & legem humanam, vt quando ceſſat earum ratio, ipſa lex ceſſare dicatur.*
49 *Quando lex ceſſat in caſu particulari.*
50 *Quando ceſsat negatiuè & contrarie in caſu particulari.*
51 *An impetrans beneficium, quod a laico poſsidetur ex diſpenſatione pontificia incidat in legem.*
52 *Beneficium poteſt Laico dari.*
Officium Clericale poteſt committi Laico. ibi.
55 *Officium Clericale quid ſit.*
56 *Laici non ſunt capaces iuris decimandi.*
57 *Quid ſi impetretur beneficium illius qui credebatur mortuus.*
58 *Lex Regia non defendit poſſeſsorem, cuius titulo lex reſiſtit.*
Reſtitutio non datur illi qui de colore tituli non docet. ibi.
59 *Beneficium ſine canonica inſtitutione non tribuitur.*
Reſtitutio impeditur ſi conſtet notoriè de non iure agentis. ibi.
60 *Aliqui ſentiunt non eſſe neceſſarium poſſeſsionem colorare: Et eius fundamenta.*
61 *Fallit quando quis lite pendente ſpoliatur, non requiritur probatio tituli.*
62 *Fallit ſecundo quando notoriè conſtat de non iure petentis.*

Fallit

93 *Fallit quando iuris præſumptio reſiſtit quia tunc titulus ligitimus probandus eſt.*
64 *In poſſeſſorio adipiſcenda ſufficit coloratum probare.*
65 *Idem in poſſeſſorio retinenda.*
Poſſeſſorium retinenda non admittit exceptionem dominij. ibi.
66 *Titulus coloratus quis ſit.*
67 *Titulus coloratus eſt ſi detur inſtitutio facta per Epiſcopum.*
68 *Propria authoritate quando liceat poſſeſſionem capere.*
69 *Expectatatiua an titulum coloratum præſtet?*
70 *Titulus quilibet eſt coloratus, licet beneficium ſit iuris patronatus.*
71 *Coloratur poſſeſſio ex confeſſione partis.*
72 *Titulus coloratus eſt qui reſultat ex collatione facta Monacho de beneficio ſaculari.*
73 *Coloratur titulus etiamſi à principio non valeat, ſi poſtea confirmetur.*

QVÆ SINT BENEFICIA DE QVIbus lex regia agit, & qui ſint eorum poſſeſſores qui à lege tuentur ſub Ordinationis verbis ibi, Seus beneficios, &c? *Ad Ordin. lib. 2. tit. 13. in principio.*

CAP. 62.

1 LEX Regia præſuponit execrabiles eſſe impetrationes, quibus poſſeſſores pacifici ſuis orbantur beneficijs, quare aperire oportet, quæ ſint beneficia, de quibus Regia Ordinatio intellexit, & quando dicantur ſua, ne valeant impetrari, ad cuius rei cognitionem noto ſequentia.

Quód beneficium eccleſiaſticum varias patitur diffinitiones, alij diffiniunt, vt ſit ius ſpirituale dependenter per canonicam inſtitutionem ad percipiendos redditus eccleſiaſticos perpetuum ſaltem quoad accipientem, & deducitur hæc diffinitio ex text. in cap. Dilecto, de præbend. verbo Procurator, & eſt recepta ex Felin. in cap. In noſtra, de reſcript. num. 7. Selua de beneficio, 1 part. quæſt. 1. Rebuf. de pacific poſſeſſ. n. 287. Gigas de penſion. quæſt. 4. Verum in hac diffinitione redundant illa verba per canonicam inſtitutionem, nam ſi aliquis minus canonice beneficium obtineat, non ideo dicetur non habere beneficium eccleſiaſticum facit, cap. Ex frequentibus, de inſtitut. ibi: Qui eccleſiaſtica beneficia taliter occupata ſcienter detinent, non enim debet diffinitio conſtitui de beneficio, provt eſt apud aliquem, ſed provt eſt ſecundum ſe. Nauarr. conſ. 43. de ſimon. aliter diffinit, aliter alij.

Nouiter Garcia de beneficijs, cap. 2. ex Corraſ. 1 part. cap. 2. nu. 1. & Pechio. in reg. beneficium, num. 2. diffinit, vt ſit ius percipiendi fructus, ex bonis Deo dicatis clerico propter Diuinum Officiũ competens, quæ tamen diffinitio probanda non videtur, cum beneficiarius percipiat redditus eccleſiaſticos, qui differunt à fructibus perceptis ex bonis Deo dicatis, multa enim bona Deo di- 2

cantur

cantur, vt in Authen. ingreſsi, C. Sacroſ. Eccleſ. quorum fructus non ſunt redditus eccleſiaſtici, ſed ex alia cauſa percipiuntur, quàm ex officio clericali. Deinde nõ bene ſtat illud verbũ Clerico cũ beneficiũ monialibus concedi valeat.

3 Quare definiri rectius poteſt vt ſit ius ſpiritualibus annexum depẽdenter percipiẽdi redditus eccleſiaſticos de ſe perpetuum: loco generis ponitur ius ſpiritualibus annexum, quia remotta hac connexione beneficium per ſe temporale eſt, Thom. 2. 2. quæſt. 100. art. 4. Nauarr. in manu. cap 23. nu. 108 Soto de Iuſtitia lib 9. quæſt 1 art. 1 Annectitur autem ſpiritualibus, quia propter officium ſpirituale conceditur, cap. vlt. de reſcript. in 6. & in cap. Cum ſecundum de præbend. Rodoan. de ſimo. 1. part. cap 4 num. 12. & cap. 29 num. 1. Nauarr. conſ. 1. de cler. non reſid. nu. 4. dixi dependenter ad differentiã iuris patronatus, & aliorũ quæ ſpiritualibus annectuntur non dependenter, ſed antecedenter, & vel per concomitantiam, cap. Quanto, de iudic, cap De iure. de iure patron. Thom. d. q. 100. q. 4. Syluester verbo Simonia, q 12. dixi de ſe perpetuum, quia licet aliqua ſint beneficia, in quibus eorum poſſeſſores remoueri poſſunt, provt ſunt omnia beneficia regularia, quæ regulariter ſunt manualia, Flamin de reſign. t lib. 11. cap 3 nu. 91. tamen de ſe perpetua ſunt conſiderato quod Prælatus non amouebit, tradit Rebuf. de nomin. quæſt 9. ſub num 27. Selua de beneficio, 3 part. q 21 nu 3 & probatur ex gloſ in Clem 1 verbo Reuocari, quam ibi ſequitur Cardin. §. Præmiſſa, q 5 n 8 de ſupplen. negli prælator. Nauarr. conſ 6 de offic. ordin. idem Nauarr. de præbend. conſ 6 nu. 1. plures quos citat Flamin vbi ſupra.

4 Beneficium ſic diffinitum eſt multiplex, multifariamq; accipitur, de quo videndus Rebuf. tit. quotuplex ſit beneficium, Garcia de benefic 1 p cap 6. Gonzal gloſ 7 à n 39. Duarenus de beneficijs lib. 2. cap. 5 & 9. Pechius in reg. Beneficium in 6. a n 50 Emanuel Rodr. regul. 1. p. q. 34. art. 1. Selua de benefic. 1. p. q 2. à num. 26. Hoieda de incompatibilitate in præfatione à n 6.

Vel igitur beneficia ſint curata, vel ſimplicia ſæcularia, vel regularia collatiua, ſeu electiua; vel ſint dignitates capellæ, & oratoria ligitimè erecta, & hoſpitalia, verè ſunt beneficia, ſi reditus habent eccleſiaſticos, Nauarr conſ 1. de religioſ domib. quæ quidem beneficia acquiruntur, his quibus collata ſunt, non à poſſeſsione habita, vt reliquæ res prophanæ, iuxta l Traditio 20 ff. acq. rerũ domini. §. Per traditionem inſt. de rerũ diuiſ l. Traditionibus, C. de pact Gomez l 45 Tauri n. 70 D. Franciſcus de Caldas Pereira, verbo Sua facilitate nu. 45. Sed à tempore tituli habiti quando cõcedatur à ſuperiore ligitimo ad id habẽte potaſtatem, textus expræſſius in cap. vlt de conceſſ. præbend in 6 Non enim alius eſt modus ligitimus acquirendi beneficia quam ſuperioris authoritas, cap. Si tibi abſenti, de præbend. in 6

Vnde fit quód habens huiuſmodi ſuperioris authoritatem poteſt beneficij vaccantis poſſeſsionem capere, probat tex. in cap Tranſmiſſam 15 de electione & in cap. Auaritiæ eod tit. in 6. & ibi adminiſtrando ſpiritualia cẽſebitur poſſeſſionem accepiſſe: nam in ſpiritualibus poſſeſsio ab vſu, & adminiſtratione non diſtinguitur, cap Cum Eccleſia, de cauſ poſſ iunct gloſ. verbo Trium, & in ſpecie tradunt Abb. & Innoc. num. 14. in cap Cum ſemper, eod. tit. communis vt per Couarr. Variar. 3. cap 16. nu. 6. Menoch. remed. 9. recuper num. 277.

Quia tamẽ lex noſtra vtitur illis verbis: *Seus beneficios*, provt etiam dicit tex. in cap Conquærẽte, de reſt. ſpol. ibi. Suis beneficijs, &c. Videtur præſupponere quód tales beneficiarij domini ſuorum beneficiorũ exiſtunt, in beneficijs enim ius, & dominium reperitur ex text in d. cap. Si tibi abſenti, de præbend. lib. 6. 5

Sed adhuc videtur quòd beneficiarij domini non ſunt, cũ potius in patrimonio Chriſti ſint beneficia, probatur in cap. Cum ſecundũ Apoſtolum de præbend. ibi: De patrimonio Chriſti, & in cap. Cum ex eo, de elect. in 6. Nauar. in Appolog. de reddit. benef. q. 1. moni. 24. & de ſpolijs §. 2. n. 2. Panor. in cap. Cum eſſes, de teſt. nu. 30. Innocen. cõmuniter receptus in cap. Cum ſuper, de cauſ. poſſ. quare Prælati dicuntur diſpẽſatores Albertus de perfecto clerico, lib. 2. cap. 51. Auend. de exeq. cap. fin. nu. 1. Rebuf. de pacifi. poſſ. n. 47. Vnde beneficiarius in vita vſufructuario cõparatur, vt per Flamin. de reſig. benefi. lib. 3. q. 15 n. 2. & deducitur ex cap. præſenti, de offic. Ordin. lib. 6. Surd. conſ. 62. n. 4. Lara de Cappellanijs lib. 2. cap. 11. n. 22. Guid. q. 100. Afflict. deciſ. 168. nu. 2. In morte veró vſurario comparatur DD. in d. cap. præſenti, Viuius lib. opin. commun. verbo Clericus, pag. 14. quãuis contra aſſerat Corſetus in ſingul. verbo Clericus. Vnde Belon. conſ. 76. poſt nu. 1 dicit Papã poſſe liberé beneficia à Rectoribus auferre, quia ſolũ illis adimit adminiſtrationem, non veró dominium.

His tamen non obſtantibus, verius ſemper credidi quòd Eccleſiarũ Rectores, & beneficiarij lato modo ſuorũ beneficiorũ domini recte valeant nũcupari, facit tex. in c. Si tibi abſenti, de præb. in 6. Iura enim incorporalia quaſi poſſideri poſſunt, prout eſt ius beneficij ad colligẽdos reditus, qui in dominio Prælati ſunt, ſaltem in ea parte quæ reſpõdet ſubſtentationi ipſius, de quibus ipſe liberè diſponere poteſt, ſatis explicat Iſernia in ſuo Peregr. tit. de decim. fol. 14. poſt n. 9 plures citati à Nauar in appol. q. 2 moni. 8. quibus ipſe reſpondet q. 1. moni 44. Vnde licet illud dominiũ reſtrictum reperiatur, & non liberè cõpetat, ſed intra legum & Canonũ prohibitiones cõtineatur, & ad ſolã vitã fruẽtis protendatur, non ideo minus deſinit eſſe dominium, prout in poſſeſſore maioratus, qui dum viuit, dominus eſt, Molin. lib. 1. cap. 19. n. 39. Pinel in l. 1. C. de bon. mater. n. 5 per tex. in l. Non ideo minus, ff. de reiuind. ſic filiusfamilias in ſacris paternis cõſtitutus de aduentitijs diſponere nequit, l. vlt. § Filijs, C. de bonq; liber, & tamen ratione potentiæ diſponẽdi quam habet dominus dicitur: Iuris enim periti dominiũ latiſsimè capiunt pro qualibet re, in qua nobis competit ius diſponendi, vt agnouit Bal. in cap. 1. de poſtul. prælat. Rebuf. in proæm. concord. verb. Dominus, ſic accipitur in toto titulo, ff. acq. rer. domi. Soto lib. 4 de iuſtitia, q. 1. art. 1. & probat lib. 10. q. 4. art. 3. col. 4. quapropter D. Thom. & alij viri peritiſsimi admirantur quòd hæc ſententia habeat contradictorẽ, vt per Soto vbi ſupra, Corraſ. de Sacerdo. 1. p. cap. 2. n. 8. Ledeſm. in 2. quarti, q. 18 art. 5. col. pen. licet Ricard. in 4. deciſ. 45. art. 3. q. 1. ad primũ, & Alex. de Aleſ. 3. part. q. 36. memb. 5 de teſtam. contradicant.

In cuius rei confirmationẽ pondero 6 c. 1. de cler. non reſid. lib. 6. vbi reſoluitur clericis acquiri dominiũ fructuum, qui in deſtributionibus conſiſtunt, quia ſunt deputati pro intereſſentibus & inſeruiẽtibus Eccleſiæ, pariter ergo & fructus qui ratione laboris in curatis beneficijs rectoribus aſsignantur à iure, in ipſorũ ſunt dominio, nulla enim inter vtrũq; laborẽ ratio differẽtiæ aſsignari poteſt. Vnde fit quòd ſtante Hiſpaniæ conſuetudine, de qua per Couar. in cap. Relatũ ſecundo de teſta. qua inferiores prælati ſuos faciũt fructus ſuorum beneficiorũ, ita vt liberè de illis teſtari valeãt, imó ad eorũ conſanguineos deferantur abinteſtato, non eſt dubiũ ipſos talium fructuũ dominos effici, licet alij ſuperiores prælati Epiſcopi, in quibus talis conſuetudo non viget, domini fiant ſolũ fructuũ qui ad eorum ſubſtentationẽ deputantur, Aloit. Ric. collect. 1718. p. 5. Garcia de benef. p. 2 cap. 1 á n. 8. Couar. in cap. Cũ in officijs n. 9 de teſt. Nauar. in Manual. cap. 25. n. 129. & de redit. q. 3. n. 10. & in

& in Apolog. q. 1. moni. 40. & de ſpol. clericor. §. 6. n. 6. Molin. de iuſtit tract. 2. diſp. 147. Gama deciſ. 113. n. 6. Marta de iuriſd. 4. p. cent 1. caſ. 24. n. 21.

Vt igitur tales Rectores, ſeu Prælati
7 ſuorũ beneficiorum fructus acquirere poſsint, & eorum domini valeant nuncupari oportet, vt præuia canonica inſtitutione tueantur, ipſa autem canonica inſtitutio dupliciter accipitur, aliquando generalis dicitur, aliquando ſpicialis, meminit gloſ. 1. in reg. beneficium, de reg. iur. lib 6. Spicialis autem inſtitutio tripliciter conſideratur. Primo, vt compræhendat modum prouidendi de beneficio ad præſentationem patroni, de qua agit text in cap 1 & 2. de inſtitution. lib 6. Secundo, vt compræhendat inſtitutionem authoriſabilem, per quam in beneficio parochiali traditur cura ipſius beneficij per pillei, annuli, vel libri traditionem, de qua agit text. in cap. 1 de Capel Monachor. lib. 6 & in cap. Cum ſatis, de officio Archidia. Tertio, vt compræhendat traditionem corporalem, quæ inueſtitura appellatur, de qua agit text. in cap. Ad hæc 7 de offic. Archid. Rebuf. in praxi tit. demiſsion in poſſ. à n 11.

Siue igitur vno, ſiue alio modo canonica inſtitutio accipiatur, illa ſemper talis eſt, quæ ſecũdùm canones fit, cap. 1. de conceſſ. præbend. cap. Cauſam, in fine, de reſcript ibi: Canonicè fieri id dicitur quod iure fit, & ſecundùm ius canonicum, cap. Cum olim, de dolo, ſicut canonica electio, quæ ſecundùm ius facta eſt, cap. 1 de electione, Rebuf tit. Canonica inſtitutio, quæ dicatur nu. 1. Garcia de benefic. 4 part. cap 5 num 5. Vnde is dicitur canonicé habere beneficium, qui illud habet ab eo qui de iure illud conferre potuit, cap. Si gratioſe, de reſcript lib 6. Nec ſola conferentis habilitas deſideratur, ſed inſimul & illius cui confertur: nam ad vtrunq. verbum canonicé referendum eſt, vt ſcilicet canonicè recipiatur, quod ſecundùm Canones confertur, cap Super inordinata, de præben. cap Cauſam, de electi on, quia cùm nulla ſit collatio facta inhabili, non eſt canonica: vnde canonica collatio non dicitur illa quæ fit inhabili ex diſpẽſatione, Rebuf. vbi ſupra n. 6. vel quæ ſpretis iuris ſolemnitatibus ſubſtantialibus celebratur, de quo Rebu vbi ſupra.

Ex his ſatis colligitur, quód in hoc 7
Regno, lex regia dum vtitur illis verbis, *Seus beneficios*, intelligit de illis poſſeſſoribus qui ſecundùm iuris regulas canonicé poſsident, nam beneficij titulus ex poſſeſsione nõ quæritur. Vnde fit quòd poſſeſsio aliter habita, non poſſeſsio, ſed potius, occupatio, ſeu intruſio cẽſeri debeat, cap. Ex frequentibus, ibi occupata detinent de inſtitu. facit l Qui vniuerſas 30. §. 1. verſ. Namq; & l. Cum hæredes 23. §. vlt. ff acq poſſ. Aliàs enim ſequeretur quôd ſi ſola poſſeſsio ſine titulo eſſet, ſufficiens quód poſſet quis beneficij reſtitutionem petere abſq; eo quod teneretur docere de inſtitutione canonica, quod non admittendũ, dixit Pariſ. conſ. 12 num 2. vol. 4. Aufrer in add. ad Capel deciſ. 15. Rotta 1 & 2. de reſt. ſpol. in nouiſ. Capic. deciſ. 6. nu 23. Craueta conſ. 322 & eſt magis cõmunis ex Maſ. concluſ. 180 nu. 9. Meno. de recup. poſſ. remed 15. n. 458. Flamin. de reſig. lib. 6. q 5. num 58.

Et facit quia in materia beneficiali 9
in poſſeſſorio etiã materia proprietatis continetur, & dato defectu in probatione proprietatis detrahitur etiam poſſeſſioni, in qua eatenus concludit agens quatenus de proprietate docet, l. 2 verſ. Quædam, ff de interdictis, l. 3. Verſ. Hoc autem, ff. itiner actuq; priua. tradit Molin. de primog. lib. 3. cap. 13. à n. 10. Soccinc. Iunior conſ. 182 n 4 lib. 2. Deinde facit quia in matrimonio carnali pariter obſeruatur, vbi non obtinet qui vxorem ſibi reſtitui poſtulat niſi matrimonium ligitime probetur, & valet æquiparatio, nam ſicut beneficium ſine titulo ligitime, ita & pariter liber homo non

mo non poteſt poſsideri, niſi probetur illa qualitas matrimonij, ex qua poſsideri poteſt vt in l.1. §.Per hanc, ff.rei uindic.vbi gloſ.mag.tradit Pinel.in rubrica de bon.mater.2.part.num.5.communis in cap.Ex tranſmiſſa,de reſt.ſpol. ne vitioſus, pateat ingreſſus in thorum vxoris ſicut & in Eccleſiam Dei, cum qua etiam matrimonium contrahitur ſine titulo enim miniſtrās grauiter peccat,cap Dudum 54.de electione,iuuant verba cap. vlt. verſ. Sed obijcitur 3.q.1. & text.in cap.Conſtitutus,de filijs præſbyter. vbi etiam contra petentem reſtitutionem beneficij admittitur exceptio inſtitutionis non canonicæ ſecundùm Abb.in cap.In literis, num.12. de reſt. ſpol. Couarr.pract.cap 32 num 4. & ita ſeruat Curia ex collectar.in d.cap In li-
10 teris,n 9. Caſſad.deciſ.4 de reſt.ſpol.

Deinde notandum eſt quòd titulus poſſeſſoris aliquando eſt aparenter coloratus, licet realiter talis non ſit, veluti cum ab Ordinario menſibus reſeruatis beneficium alicui confertur, quia in titulo latet vitium non apparens. Vel ſecundo titulus à principio eſt coloratus, qui poſtea decoloratur facto poſſeſſoris veluti hæreſi, ſimonia, irregularitate, & ſimilibus. Inter quos caſus illa eſt differentia quòd lex regia ſolùm tuetur illos qui realiter à principio titulum habuere coloratum, & validum, ſaltem præſumptione iuris: vnde collatio beneficij reſeruati, cum nulla ſit lege regia nō defenditur, nec obſtat quod talis habet titulum coloratum forte ab Ordinario, in quo vitium nullum apparet, & ſic coloratum ex Gabriel.lib.commun. tit.de reſt. ſpol.concl.1.num. 124 Pute. lib.1. deciſ.99.& deciſ.152. nu.2 & 221 lib 2. Menoch. de adipiſc. remed 6. num.34. quia illud ſufficiet vt non poſsit remoueri, quin prius audiatur, & vt reſtituatur, ſi ſpoliatus ſit, non tamen operabitur vt tale beneficium impetrans pænā legis incurrat cum collatio nulla ſit Secundo autem caſu, ſi tale beneficium impetretur pæna incurritur, quia cum titulus euacuari debeat per ſententiam, & debeat inſtitui accuſatio, & expectari ſententia priuationis verè impetratur
beneficium viuentis. 11

Quibus præiactis fundamentis. Primo quæro, quid dicendum quando collatio facta fuit poſſeſſori de beneficio reſeruato,& ſic nulliter,vel quādo à principio fuit valida collatio,& poſſeſſor iniuſtè poſsidere incæpit. Cuius tamen poſſeſsionis iniuſtitia non conſtat notoriè, & licet à lege inducatur, pendet adhuc à probationibus, & eſt inhabilitas non probata, ſed probanda. Primo quidem caſu non dicitur poſsidere ille qui ex titulo infecto, & inhabili poſſeſſionem ingreditur,cum eius nullitas ipſam poſſeſsionem inficiat, ac proinde tale beneficium non poteſt dici eſſe poſſidentis, vt habeant locum verba legis regiæ, ibi: *Seus beneficios*, nam qui beneficium Sedi Apoſtolicæ reſeruatum obtinet ab Ordinario, qui illud conferre non potuit beneficium ſine titulo detinet,acſi collatum non eſſet: nam ſolus Papa reſeruata cōferre poteſt vltra text. in cap 2.de præbend.in 6. deducitur ex Rotta deciſ. 30. de præbend. in nou. & deciſ.1. de rerum permut.& deciſ.3. de offic.deleg. Æneas de Falcon. in tract. de reſeruat in princ. Garcia de benefic. lib 11. quæſt.7 num.38. probat text. in cap Nomen,2.quæſt.1 cap.Dudum, & cap Multum, 3 quæſt.6. & probatur in Extrauag.execrabilis,de præbend. nam per reſeruationem ligantur manus Ordinarij, idem Garcia lib.2.quæſt.16.n 9. Lappus alleg.19 ſub num.2. Simoneta de reſeruat q 48. Gonzal. in proœmio, §.4. num.76 & prouiſus ab Ordinario eo caſu ſit intruſus Caſſad. deciſ.6 nu.9. de præbend Simoneta vbiſupra, quæſt. 99. num 7. Gonzalez in proœmio,§.7. num 132. & gloſ. 31. num 5.& 6 imò & ipſam poſſeſsionem inficit,& annullat ibi n.7.& 8 & gloſ.67. n.34.& 35.

Quare cum hoc caſu deficiat in 12
conce-

concedentè poteſtas ex tali reſeruatione à lege ipſa titulus annullatur à principio,& talem poſſeſſorem leges Regni non tuentur. Secundo verò caſu dubiũ eſt,quid dicendum in crimine, quando priuatio beneficij ipſo iure inducitur veluti quando beneficia propter delictum vaccant ipſo iure,eorum qui iudices aduocatos, procuratores, teſtes, vel notarios in Romana Curia offendunt, & manent diſpoſitioni apoſtolicæ reſeruatæ, vt patet ex conſtitutione vndecima inter conſtitutiones Alexandri VI. incipit, In eminentia, de qua Puteus deciſ.102. & ſeq. lib 1. Mandoſ conſ.60. & ſeq. Rotta deciſ 166. part 2. diuerſorum, Gonzalez d gloſ.51. num.105 & in alijs caſibus quos proſequitur Gonzalez d gloſ.51. Et videtur eſſe contra legem regiam impetraſſe beneficia vaccantia ipſo iure ob crimen, vel defectũ poſſeſſoris cum eo caſu exprimatur certo modo vaccaſſe, quod offendit legem regiam, ibi, *Vagando per certo modo*, & lites ſuccedant vaſſalorum oppreſsio, dum accuſantur de criminibus ab eis comiſsis, ab illis qui eorum beneficia prætendunt.

Quare ſequendo ſuprapoſitam di-
13 ſtinctionem, quod quando beneficium à principio iuſtè,& canonicé collatum poſtea vaccat ipſo iure ob delictum poſſeſſoris,licet pœna ipſo iure incurratur, non tamen exequitur quin prius feratur ſententia declaratoria, vt probat Molin.de iuſtitia,tract 2. diſput.95 fol. 574 Couarr.in quartum decretal cap. 6.§.8. num. 10. Gomez 3 tom. variar. cap.2 num 5. diſput. ſeq Nec poſſeſsio eneruatur ante illius ſententiæ declaratoriæ promulgationem, adeo vt liceat appellare,& pendentibus nihil ſit innouandum,ex l 1. § Integer ergo ſtatus, ff. nil nouar. Ordin lib.3 tit 73

Ex quibus fit quód ſi præcedat delin-
14 quentis accuſatio,& conuitio,& ſententia lata ſit, quæ tranſierit in rem iudicatum, licet adhuc criminoſus poſsideat, cũ ea poſſeſsio magis intruſio ſit, quàm poſſeſsio titulo beneficij euacuato,licita erit impetratio, quia iam illud beneficium ab illo homine non poſsidetur,nec lex regia talem poſſeſſorem tuetur. Si verò quis impetret ſub colore delicti cōmiſsi, & gratiam iudicis impetret, corã quibus poſſeſſorem citet,vt probato delicto expellatur in euentum ferendæ ſententiæ, licet crimen tale ſit, ex quo beneficium vaccet ipſo iure vtiq; nulliter impetrat, & contra legis regiæ decretum, & punibilis eſt talis impetratio ex tali enim lite, & ſimilibus nemo ſecurè poſsidebit, cum nemo ſine crimine viuat, & maxima ſequetur Reipubl. perturbatio.

Cuius rei illa videtur eſſe ratio, quia hoc caſu reperitur collatio facta poſſeſſori à principio valida, & crimen obiectum forte inique imponitur,& in odiũ impetrantium ſupoſitiue lex præſumit fraudem,vt dixi ſupra. Quare oportet vt prius titulus deueniat ad nõ titulum, vt in illo deficiente,deficiat, & inſimul poſſeſsio vt beneficium valeat impetrari tanquam nullius lata ſcilicet ſententia,à quo non liceat appellare.

Vnde infertur,quód ſi quis impetret 15
beneficium illius quem accuſare intendit,& ei collatum ſit in euentum priuationis, licet ipſe cælata impetratione accuſet, vel alius, & priuatio ſequuta ſit, adhuc talis impetratio ad effectum produci non poterit,cum habilitas impetrantis ſit conſiderãda tempore impetrationis,ex regula cap Si eo tempore, de reſcript. lib 6.

Et hæc impetratio ſit expedita, dum adhuc viueret, & ſuum beneficium poſſidere ille qui poſtea priuatus extitit; nec ſit exequenda ad exemplum impetrationis factæ de beneficio viuentis, in qua licet poſtea moriatur nihilus gratia prius facta nulla eſt, vt diximus ſupra in cap. præcedenti. Nec obſtabit argumentũ quod deſumi poteſt. ex regula de annali,quæ ſine vllo tit.poſſeſſo

rē tuetur, ſatisfacit Gomez ſupra dicto loco quod ideo in ea regula titulus nō requiritur, nec de eo fit conſideratio, quia cum impetrans non faciat mentionem annalis poſſeſsionis ipſius gratia anullatur, & cum impetrans reperiatur medio iſtius regulæ excluſus, æquum erat poſſeſſorem, etiam titulum non habentem in pari cauſa abſolui iuxta cap. fin. de iure iuran. l. fin. C. de reiuindic & reg in pari de reg. iur in 6. Vnde videtur conſtituenda differentia inter beneficium a principio nulliter collatum, vt cōtingit in eo cui reſeruatum confertur, & inter eum qui poſtea deliquit, & priuatur vt hoc ſecundo caſu impetrari nequeat ſine metu legis: De primo caſu videbis infra num. 31. & verbo, *por eſſe meſmo feito.* num 7.

16 Quæro tertio, an beneficiarius ex temporis curſu poſsit beneficium acquirere, ita vt nullo oſtenſo titulo ex ſola poſſeſsione dicatur ſuum poſsidere beneficium, vt puniri poſsit ille qui illud impetrauerit? Et videtur quód ſic, ex reg. de annali, vbi Gomez d. quæſt 8. vbi ſine titulo ex ſola poſſeſsione beneficiarius tuetur, aduerſus quemcūq; impetrantem; deinde triennalis poſſeſsio perpetuam parit exceptionē, ſicut enim in cap. 1. de præſcription. per triennium poſsidens rem Eccleſiæ, etiam cum mala præſcribit, ita etiam poſsidens beneficium triēnio tutus eſſe debet, facit cap. Si à Sede 31. de præbend. in 6. vbi ex ſola poſſeſsione acquiritur titulus, & quod ſaltem præſumitur ex poſſeſsione, quæ ſine illo non obtinetur, Rotta deciſ 16. de præbend. in antiq nu. 2. & deciſ 423. & deciſ 595. num 8 & deciſ 802. part 1. diuerſ num. 2. Gonzal. in proœm § 3. num. 55. & ſequentibus Deinde facit quod vera poſſeſsio in beneficijs datur abſque vllo titulo. Nam in puncto iuris verius videtur, vt ſine vlla inſtitutione canonica poſſeſsio poſsit obtineri, ratione cuius ſpoliato competat reſtitutio: & probatur nam canonica inſtitutio non adeſſe poſſeſsionis, ſed ad poſſeſsionem iuſtificandam tendit, poſſeſsio enim qua talis eſt nihil amplius requirit, quam apræhenſionem, ſeu pedum poſitionem, qua acquiritur ex l. 1. ff de acq. poſſ etenim quod iuſta, vel iniuſta, cum titulo, vel abſq; illo poſſeſsio apræhendatur, nihil de natura poſſeſsionis immutat, l. 3. §. Ex contrario, ff. acq. poſſ. ibi: Poſſe alium iniuſtè poſsidere ad quod alludit d. reg beneficium, ibi, Licitè quod à contrario ſatis oſtendit quòd poteſt obtineri non licitè, & facit quia ante cap 1. de eo qui mittitur in poſſeſsionem abſq; vlla canonica inſtitutione fiebat miſsio in poſſeſsionem, per quam quis ex ſecundo decreto verus efficiebatur poſſeſſor, ex cap Tuæ, & cap Quoniam, vt lit non conteſt licet illam tollat ille text. ne detur vitioſus ingreſſus ſic ſupponens poſſeſsionem dari cum ingreſſu vitioſo, ſicut aliàs ex contractu nullo vera acquiritur poſſeſsio, l. 1. § Si vir vxori, & l. Quid vir 16. ff. acq poſſ. Gomez l. 45. Tauri à num 23. Menoch. ſucceſſ. creatione, §. 15 à num 72 Titulus enim, ſeu canonica inſtitutio colorata non requiritur pro ſubſtantia poſſeſsionis, ſed tanquam quædam qualitas, qua poſſeſsio habita iuſtificatur, in quo ſenſu ſunt accipienda verba d cap. Ex frequentibus, ibi occupata detinet, vt ſignificent poſſeſsionem eſſe iniuſtam, quia habitam ſine authoritate ſuperioris arg. l vlt. C. vnde vi, cap Sæpè, de reſt. ſpol. ibi detinere, cap Licet, ibi Sine titulo occupaſſe, de probation cap Ad decimas, ibi, occupaſſet iniuſtè, & probant hanc ſententiam, cap Ad decimas, de reſt. ſpol. lib 6 & cap. 1. de præſcription eod lib. vbi in iure decimandi, & Eccleſiarum collatione ſupponūt dari poſſeſsionem veram, quæ tamen non ſufficit ad reſtitutionem illo caſu ex iuris reſiſtentia ſicut nec in d. cap 1. ſufficit ad quadrigenariam præſcriptionē, cum tamen ſufficiat ad immemorialem, in qua vera poſſeſ-

poſſeſsio ſufficit ex reg. ſine poſſeſsione, lib 6 quare in præſenti, cum lex regia poſſeſſores ſuorum beneficiorum tueatur, etiam comprehendere debet illos qui veram habent poſſeſsionem, à qua deijci nequeunt.

Facit vltimò quia ſi lex regia ſolùm defenderet poſſeſſores titulatos canonicè neutiquam defenderet illum, qui comendam habet, is enim non dicitur habere titulum, Andreas Sicul. poſt Innocent in rub. de comodato, in vltim. verbis, Angel conſ 35. Florianus in cap. Quæſitum, de rerum permut Bal. in l. Ex verbo, C. de fidei liber. Soccin. conſ. 32. Alex. conſ 96. lib. 4. Decius conſ. 149 Gomez in reg. de triennali, quæſt. 5, verſ Nunc autem, autem, ad ſin.

17 Sed reſolutiuè tenendum eſt quód beneficium aduerſus Eccleſiam aliquã, vel reſpectu tituli præſcribi nequit, præſcribi autem poteſt aduerſus priuatum bona fide ſpatio decem annorum inter præſentes, & viginti inter abſentes, dato titulo habili ad præſcribendum, & ſaltem colorato non enim poſſeſsio bona fide habita præſumitur, ſi titulus deſit, ita Couarr. in reg poſſeſſor, 2 part. §. 10. n 9. Molin. de iuſtitia, tract 2 diſput. 70. num 1.

Ex quibus fit, quòd licet dicamus, quòd ſpoliatus etiamſi de titulo nõ doceat ſit reſtituendus, quod plurimi negant, & eſt communis, vt ſupra dixi ad § 2. Tamen illud prouenit in odiũ ſpoliantis, qui ſibi propria authoritate ius dixit, & quia in reſtitutione non agitur de ingreſſu ad beneficium, ſed de regreſſu, quo caſu ceſſat ratio reg. beneficium de reg iur lib. 6. Atverò quando impetratur beneficium illius qui ſine titulo ingreſſus eſt poſſeſsionem, licet longo tempore poſsiderit, non dicitur ſuum habere beneficium, imò non ſuum, & cum tale beneficium de facto vaccet rectè impetrari poteſt.

18 Nec obſtat regula de trienali, pro cuius intelligentia, & explicatione, & quia quæſtio eſt ardua, & quotidiana, ideo aliquantulum in ea immorandũ duxi, & noto quod ex multorum ſententia tempus diuturnum præſumptionem tituli inducit textum in cap. illud de præſumptio vbi per cohibitationem diuturnam cum alijs adminiculis matrimonium probatur, quem text. Cardin, Anton. Imola Panormi. trahunt ad matrimonium ſpirituale eandem ſentẽtiam tenuit in ſpecie Hoſtienſ. in cap. licet verbo officij vbi Panor Imola Ioan. Andr, & alij de Simon. Federi. de Senis conſ. 61. & conſ. 234, Ioan. Andr. in cap. ſi laicus § fin. de ſent. excommunicat. lib. 6. idem in cap. 1 de reg iur. lib. 6 Angel. & Imol. Roma, & Aretin. in l qui in aliena ff. de acquir. hæred. Bal. in l. Si filius, C de petit. hæred & in l. Siue poſsidetis, C. de probation & in l. In ciuile, C. de furt. & in l. Etiam. C. de appel Immol. in frequentibus, de inſtitution. Domini. in cap Ordinarij, §. 1. de officio Ordin. lib. 6. & conſ. 87. verſ. Corroboratur, vbi dicit ſufficere decem annos, Paulus de Caſtro conſ. 202 verſ. Breuiter, vol. 1. Alex. conſ 79 vol. 1. Curtius Senior conſ. 79. Corſetus ſingul. verb. Si titulus. Soccin. conſ 270. conſideratis vol. 2. Decius in cap. Cum cauſam ad fin. de probation & conſ 36. verſ. Quinto non interuenit, & conſ. 118. viſo inſtrumẽto, & conſ. 121. in cauſa, verſ Ex quibus, & 135. & 155. in cauſa.

Vnde qui per triginta annos poſsideat verſus reputabitur Eccleſiæ Rector 19 tam quoad poſſeſsionẽ, quàm proprietatem, Hoſtienſ. Butri. Immol. & Abb. in d cap Illud, quia Prælati dum viſitãt ſolent de titulo inquirere, & præſumitur examinatus titulus, Probus in cap. Ordinarij, de offic. Ordin. in 6. num. 12. Bal in l. Siue poſsidetis oppoſ 4 C de probation. dicens quòd poſsidens ſciẽte diæceſano præſumitur inſtitutus, Decius conſ. 135. num. 1. verſ Sic enim, Geminianus conſ. 87. col. 2. ſequitur

Craueta de antiq tempor.3 p in princ. num.24. Caſſad. deciſ. 8. ſuper regul. Cancellar.

Sicut aliàs videmus tempus longiſsimum inducere ſtatum in beneficio, vt de ſæculari regulare cenſeatur, cap. Cum de beneficio de præbend lib.6. Rotta nouiſſ 32. incipit, fuit dubitatum, Staphil.de for.expectatiuar.8.form num.3. & 4. & de modo impetrandi 2. modo, num.9 idem Staphil. in vltim. forma expectati, num 2. Ioann Andr. in cap. fin de conſuetud.lib.6 vt autem cenſeatur regulare de regulari 10. anni ſufficiunt, Gonzal.gloſ.7.nu.8. Antequam autem ſtatus beneficij mutetur, quatuor requiruntur.

Primum, quòd is qui poſsidet fuiſſet inſtitutus in eo d.cap.Cum de beneficio ibi inſtitutus in eo Secundo, bona fides poſſeſſoris, quia aliàs non habet locum, d cap.Cum de beneficio. Felin. in cap. In noſtra, ad fin. de reſcript. Selua de benefic.3.part quæſt 11.num.49. Rebuf. in concor. rub. de collationib. §.Volumus, verbo Regularia, & tit.de forma, & irreuocabil concord.§ 1 Gonzal gloſ 8. num.35. Tertio, requiritur quód conferens eo animo conferat, vt imprimat alium ſtatum, alioquin ſi daretur in comendam, vel ex diſpenſatione poſsideretur, tunc qualitas contraria non præſcriberetur, Domini.& Peruſ in d. cap. Cum de benefic Bellam.conſ 41 Rebuf. in concor.rub.de collation.§.Volumus, verbo Regularia, verſ.tertio, Gonzal. d gloſ.8 num.35. Hoieda de incompatibili. 1.part. cap.24 num 92. Quarto requiritur quadraginta annorum ſpatium, quando de contraria qualitate appareret, Rotta deciſ 487 & deciſ 32. in nouiſ. miles in repertor. verbo Beneficium, §.23. Federicus conſ.240. Gomez in tract. Gratiar. expectati 10. forma, Selua in tract. de benefic. 3.part. quæſt. 11. qualit 22. vbi ait ex Calderia, in tit. de præbend.& tit de conſuetud. præſuponi conferentem beneficium facere animo imprimendi nouum ſtatum.

Ex quibus fit quód poſſeſſor longi temporis non eſt cogendus alium titulum exhibere, ſecús ſi agat, quia tunc debet docere de titulo, vt in cap. Ex inſinuatione, §. fin. vbi Hoſtienſ. & Abb. antiquus poſt gloſ. fin. de procurator. cap Per tuas qui filij ſint ligitim. quæ iura notat Innocent in cap.1 de confir. vtil. quibus addo text in l.Matrem, ſecundùm lecturam Bald & Paul.verſ.Tu dic, C.de probation. Gomez ſuper reg. de triennal.quæſt 60 & 58 ad fin. Sicut aliàs qui longo tempore in beneficio miniſtrauit clericus præſumitur, licet textum non oſtendat, Deci. in cap. 1. verſ finaliter, de fide inſtrum. & conſ. 118. vbi allegat plures, Rotta deciſ 264. & Craueta de antiquit 3 part cap Videmus, num.52. Secùs ſi vt actor experiatur, ita Rotta deciſ.322. nota quód clericus, & deciſ.343. Bertachin.verbo Clericus, verſ.7.Rebuf.in tract.nomina.22. & 23.quæſt. princ. nu.13. idem Craueta num.53. 20

Vnde non ſolùm diuturna poſſeſsio, ſed triennalis inducit præſumptionem tituli colorati, vt in cap. Si incognitus, 17.quæſt 2. & per illud ſpatium coloratur, per d.regul.de triẽnali, & decretum, de pacific. poſſ. licet dubitauerit Felin. in cap.Sicut de re iudic quaſi prætendit aduerſarius probare huiuſmodi poſſeſſorem intruſum eſſe, audiri debet, cap. Cum delicto, de præbend cap. Contingit de dolo, aliter illa regula ſolùm tuetur poſſeſſorem in iudicio poſſeſſorio: aliás autem ſi confirmaret titulum, & in proprietate defenderet, intruſionẽ allegans non audiretur, vnde defendi poteſt quod tradit Felin. in d. cap. Sicut, quod regulam de triennali non excludere probationem in contrarium, quia regula non confirmat titulum nullum, aut vitioſum. 21

Verum obſtat quod dicta regula non patitur illam poſſeſsionem moleſtari poſſe, niſi proponatur ſimonia comiſſa,

aut

aut intruſio,iuxta cap.Eum qui de præbend in 6.& cap.Dilecto, eod titul. & cap.Bonæ, de ætat. & qualit. addit dict. regula ſi beneficium reſeruatum ſit, extra quos caſus regula ſuam vim exercet. Deinde regula facta fuit vt lites amputaret,ibi antiquas lites extinguentes, & ideo amplianda ne beneficia vaccēt, clem vnica de ſequeſtr poſſ. Panorm. cap 1 de appell. cap Quinta; Vallis de iureiur. ac proinde dicendum data poſſeſsione triennali cum titulo colorato beneficium amplius impetrari non poſſe,gloſ.verbo Pacificum,in cap Comiſſa,in fin.de electione,in 6. & notatur in cap.Dudum,de electione,& in Clem.Si plures,de præbend.

22 Deinde quamuis verum ſit in beneficialibus ſolam poſſeſsionem titulum non præſtare, vt in cap. Ex frequentibus,de inſtitution, & in cap.1. de regul. iur. tamen vbi adeſt titulus à principio coloratus,& poſſeſsio triennalis, Iuncta bona fide reſoluendum eſt contrarium pro poſſeſſore,vt in cap. 1. de litis conteſtat. lib. 6. verbo Defenſionem, l Si verus,§.Pactus,ff de pact. melior text in cap 1. de præſcript.lib.6. ibi:cauſam tribuat, vbi gloſ. dicit eſſe neceſſarium titulū iuſtū,vt dominiū tribuat,vt in cap. Veniens, de præſcription. qualis qualis enim titulus præbet præſcribendi cauſam, vt notatur in cap Si diligenti, de præſcriptio.& in l.Initium, ff.de diuerſ. & temporal.& in l.fin. eod titul & hæc videtur ratio illius regulæ per quam videtur confirmatus titulus à principio ponderari, deinde debent verba regulæ ibi moleſtari nequeant,quæ non modo circa poſſeſsionem,ſed circa proprietatem poſſeſſorem tuendum, vt in l.Iubemus 2 in fine,de fund.patrim lib 11. & l.fin. C de edicto diui Adrian & l Omnes, C. de præſcript. 30. iuuant quæ de tuendo poſſeſſore præſcriptione impleta dicunt Doctores, debent tamen conſiderari ſequentes qualitates. Prima, quod beneficium collatum ſit ab eo qui habet conferendi facultatem, cap.Quia diuerſitatem, de conceſſ. præbend.cap. fin.de exceſsib. prælatorum,cap.21. verbo Intruſus, de in integr. reſtitutio. Felin. in cap.In noſtra,de reſcript. Secunda, quòd collatio ritè facta ſit,cap.Cum in cūctis,de electiōn. cap Auaritiæ eod. tit.in 6. Tertia,quòd ingreſsio ſimoniaca non ſit,cap.vnic.vt eccleſiaſt. beneficia, cap.de hoc,& cap.Licet, de ſimon. cap. Niſi cum pridem, de renuntiat. Quarta, quòd nō ſit beneficium reſeruatū quo dupliciter euenire poteſt. Primo,ſi in Curia vaccet,cap.2 & cap.Præſenti,de præbend.in 6. Secundo, niſi ſit incompatibile extrauagans execrabilis, de præbend. cap Dudum, de election. Rebuf. in tract. de pacific. poſſeſ. num. 159. Tertio,vel detur deuolutio, cap. Licet, de ſuplenda negligentia prælat. gloſ.in cap 2.de conceſſ præbend. additur etiam alia reſeruatio his ſimilis in cap fin.de renuntiatione.

Quæ omnia ſic accipi debent, dummodo poſſeſsio ſit continua triennalis, non interpollata Clem.vnica,de ſequeſtra poſſ. cap. Ad noſtram, de regul. & computatur de momento ad momentum,vt in l 3.§.Minorem ff.de minor.

Ex qua reſolutione ſic poſita fit nō poſſe iuuari temporis curſu, hos quibus ius reſiſtit, nec titulum coloratum habent, vnde qui plura habet incompatibilia non præſcribit,quia licet á principio titulum habeat coloratum, tamen ille titulus decoloratur adeptione ſecūdi beneficij, quia Papa non conſueuit diſpenſare ad incompatibilia, cap Dudum,de electione, ibi: Cum intentionis noſtræ non fuerit in tantis beneficijs, maximè curam animarum habentibus diſpenſare,cap Cum te de ætate,& qualit. Tuetur Rebuf. de pacific. poſſeſ. num 159. quamuis Gomez in d. reg. de triennal. quæſt. 10. contrarium teneat, quem meritò refutat Rebuf. vbi ſupra, quia licet in regula hic caſus non ſit expreſſus,tamen non excludūtur ſimiles, 23

& æqui-

& æquiparati per viam regulæ ad quos non conſideratur extenſio, ſed potius compræhenſio, arg. l. Cum hi, §. Cauſæ, ff. de tranſaction. ibi: Aut ſi qua alia cauſa fuit, (vt plures ſolent incidere) quæ prætori ſuadeat tranſactionẽ admittere, l. A ſententia, ibi, vel ſimilem huic cauſam. ff. de appellation. latè Peruſ. in cap 1. de tempor. ordinand lib. 6. Iaſ. in §. Sequens, & in §. Tripli inſtit. de action. Corſetus ſingulari extenſio, Hipol in l. Qui falſam, num 6. ff. de falſ. vnde ſi ordinarius, infanti, vel furioſo, vel hæretico beneficium conferret, & ipſi illud triennio poſsideant, non exceptionem coſequentur, licet hi caius omiſsi in regula fuerint. Quare non ſolúm in regula includuntur, quibus à principio titulus nullus datus eſt, ſed etiam hi quorum titulus tempore euacuatur, quia reddit titulus ad non titulum, vt in Extrauaganti Execrabilis dixit Romanus conſ 499. in princ. verſ. tertio, ad idem Craueta conſ 58 num. 9. Corſetus in reg. ſpoliatus fallen 86. Nouellus in praxi criminal titul. Spoliatus de facto, n. 16. Rotta deciſ. 3 n. 5. tit. de reſtitutione, Spol in nouiſ & in antiq. deciſ 55 eod. titul Capella deciſ. 464 Menoch. de recuperand. remed. 15. num 408.

24 Sic pariter ſi probetur á parte aduerſa, intruſio ceſſabit, d. reg fauor, cap. Ex parte, A. de teſtibus, & d cap dilecto, de præbend notat ibi Hoſtienſ. verbo Reſtitutionem, Innocent. in cap Illud, de præſumption. & in cap Conſtitutus, de reſcript. facit text. in d. cap. Eum qui de præbend. lib 6. Felin in d. cap. Sicut, & cap Cum Bertoldus de re iudic. & tradit Gomez in regula de triennal. quæſt. 43. Idem quod ſupra diximus compræhendit ſimoniacum vt exprimitur in ipſa regula, & facit cap. Cum pridem de renuntiation. ibi: Interuentu pecuniæ, & cap Qui Eccleſiam, & cap. de hoc, de ſimonia, Butrius in cap fin. de electione, Gomez in d reg quæſt. 12, ſic compræhendit eum qui patitur ætatis defectum, cap. In decorum, de ætate, & qualitat. quia hic defectus non ſuppletur, nec ille qui incurritur ob excomunicationem incurſam tempore collationis, vt in cap Poſtulaſti, & cap. Fraternitatis, de clerico excomunicat Gomez d reg quæſt. 15. Sic eum qui poſt collationem irregularitatem contraxit, vel ea durante beneficium acceptauit, cap. Cũ bonæ, de ætat. & qualit. cap Tuæ de cleric non reſident vel ſi triennalis poſſeſsio fuit interrupta, Gloſ & omnes in Clem vnica, de ſequeſt poſſeſ. l. Omnes in fine, C. de præſcription 30 quæ interruptio etiam tertio prodeſt quoniam motta controuerſiá rem facit litigioſam, vt in Auth de litigioſ. & in l. fin. C. de præſcript. 30. l. 1. & 2. C de annali exception Bald. & Cardin. in cap. 1. de controuerſ. inueſtitut. vbi aſſerunt ſatis eſſe controuerſiam moueri de facto, vt ceſſet poſſeſsionis comodum, l. Non ſolum, § Statutum, ff. de procurator. l. Lucius, §. Tres hæredes, ff ad Trebel. & probare etiam videtur d. Clement. vnica, verbo Antea, & ibi Gloſ. & Gomez d regula, quæſt. 22 quod extendendum eſt ſi collator poteſtatem non habeat conferendi, cap. Ex frequentibus, de inſtitution. cap. Licet, & cap. Literis, de ſupplend. negligent. Innocent. in cap Nihil, de electione, quod pariter procedit in eo qui omninó caret poteſtate, ac in ſuſpenſo, cap. Tanta, de exceſsib prælator. cap. Auaritiæ, de electione, cap Poſt electionem, de conceſſ. præbend. ex eadem ratione, de qua ſupra, quia ſcilicet talis titulus non habet colorem.

Ad illud autem quod ſupra diximus de beneficio comendato, dicendum eſt 25
quód comenda alia eſt temporalis, alia perpetua. Prima ad vtilitatem Eccleſiæ fit, de qua in cap. Deinceps 15. de elect. in 6. Rebuf. in praxi, titul de comenda, num. 65. & in his nullus eſt titulus, nec datur ius in re, nec ad rem, & poteſt reuocari,

uocari, quia titulus eſt limitatus vt curet interim dum de Eccleſia non ſit prouiſio, Rotta deciſ. 1 de præbend. in antiquiorib. Gomez in reg. de non tollend. iure quæſito, quæſt. 4. num. 22. Mandoſ. in reg. 32. quæſt. 7 nu. 2. Nauarr. conſ. 9. num. 1. de præben. Comenda verò perpetua fit ad vtilitatem perſonæ, & titulus dicitur canonicus cap. Dudum 2. de electione, cap. Si plures, 21. q. 1. Concil. Trident. ſeſſ. 7. de reform. cap. 4. Rotta deciſ. 765. nu. 5 part 3 diuerſor. Puteus deciſ. 158. num 4. lib. 1. Mandoſ. in reg. de veroſimili, quæſt 3. num. 2. & reg. 32. quæſt 7. num. 12. Hoieda de incompatibilit. 1. part. cap 14. num 6 & 2. part. cap 4. num. 11. Gomez in reg. de infirmis, quæſt. 13 & in reg. de impetran beneſic. vacan. per obitum fam. Cardin. quæſt 6. Lambertinus de iure patron. lib. 2. part. 1. quæſt 6 art. 14. Guido Papæ, quæſt. 159. verſ. Quinta, Rebuf. de pacific poſſ. num. 35. Garcia de beneſic. cap. 4. Quare ſi talis comenda impetretur poſſeſſorem tuebitur lex regia, nam talis comendatarius ex titulo canonico ſuam comendam poſsidet, fructuſq; lucratur, ſicut alij titulares Prælati, Rebuf. vbiſupra, num. 43 Gonzal. gloſ. 5. § 8. num. 5. vbi citat plures, & Caſſador. deciſ. 35 num 5.

26 Ex quibus ad praxim inferendum eſt quòd ſæpè contingit vt vaccantia beneficia in menſibus apoſtolicis præuio concurſu ab Epiſcopo, ad tempus Vicario comendentur, iuxta formam Concilij, ſeſſ. 24 de reform. cap. 18. intra quod comendatarius debet addire Sedem Apoſtolicam, & literas ſuæ prouiſionis expedire. Quæro, ſi contra talem comendam fiat impetratio ab alio reſidente in Curia, an ſit tuendus poſſeſſor? Et reſolutiuè tenendum eſt quòd non. Nam Vicarius ſelectus ad gubernandam Eccleſiam, donec de Rectore prouideatur titulum accipit limitatum, nec iure domini inſiſtit, vnde illi non conueniunt verba Ordin ibi: *Seus beneficios*, & facit quia talis Vicarius dum ita inſiſtit, non poteſt in iudicium deducere cauſas Eccleſiæ: nam rerum beneficij adminiſtratio non aliter licita eſt, quam poſt apræhenſam corporalem poſſeſsionem, quæ præcedēte titulo habili capitur, ex tex. in cap. Cum ſuper 4. de cauſ. poſſ. & in cap. Conſultationibus, de officio deleg.

Quando autem beneficium vaccat in menſe reſeruato, comendatur Vicario ad tempus competit adminiſtratio, & ad voluntatem conſtituentis, & ſummi Pontificis, nec habens talem adminiſtrationem dicitur habere beneficiū. Solùm enim Vicarij perpetui cenſentur beneficium habere, quia habent curam animarum, licet Vicarius propriè non ſit Rector Eccleſiæ, Vitalinis in Clem. 1. de offic. Vicar. num. 24 cap. Ex parte, vbi Abb. de offic. Vicar. notab. 3. Nauarr. conſ. 21. num 7. de cleric. non reſid. & facit text. in cap. Si perpetuus de fide inſtru. cap. Poſtulaſti, de reſcrpt. cap. Ad hæc, de offic. Vicar. Rebuf. in praxi, tit. de Vicar. perpetuis, num. 14. Gomez in reg de idiomate, q. 11. num 2. Gonzal. in gloſ. 5. § 3 n. 10.

Vnde in præſtimonijs pariter videtur quòd lex regia locum habet, nam titulum habent perpetuum comendatarij, nec poteſt inficiari, quod qui impetrat certum modum vaccationis exprimit, & tanquam beneficium impetrat, quia ſemper debet exprimere quód beneficium vàccat, quia non bene in præſtimonium erectum, quod eſt impetrare beneficium viuentis certo modo, faciūt quæ Gonzal. gloſ. 5. § 2. num. 7. & 8. 27

Quæro tertio, an ille qui ex ſola ſignatura gratiæ poſsidet ſit tuendus vt illius beneficium nequeat impetrari? Et videtur quòd ſic, quia ex ſola ſignatura gratiæ titulus reſultat coloratus, vt per illam ante literarum expeditionē apræhenſa poſſeſsio opitulatur occupanti, quia illa conceſsio ex ſolo verbo concedentis robur accipit, ex gloſ. in Clem. Dudum, 28

Dudum, §. Nos, de ſepultur. recepta cõmuniter, vt per Gigantem de penſion. quæſt 34. Molin. lib. 2. cap 7. num 55 & probarunt Caſſador. deciſ. vlt. de reſt. ſpol. n 3. Nauarr. in cap Accepta opp 8. num 26. qui teſtatur ſic multoties conſuluiſſe, Quintana Ducñas lib. 4 Eccleſ. num. 78. & 79. Puteus deciſ. 220. lib. 2. quos citat Garcia de beneficijs, 4 part. cap 2 num 46. Corraſ. de Sacerdotio 4 part. cap. 1 num. 19 qui ſic apud Gallos ſeruari teſtatur Menoch remed. 15 recup. num 465 & remed 6. nu 36. Nam literarum expeditio non ad ſubſtantiam gratiæ, ſed ad eius probationẽ requiritur, l. 1. C. de mandat princip. cap Inſtitutionis 25. quæſt. 2 vnde tutus eſt in foro conſcientiæ, qui ſignatura gratiæ vtitur, vt per Gigas vbiſupra: Tandem facit quia regulæ Chancel. vt eſt hodie reg. 2 2 de non iudicando iuxta formam comiſ. & reg 26 quòd non valeant commſsion es cauſarum, niſi liter. expedt. ſolùm locum habent in petitorio, non veró in poſſeſſorio, provt intelligit Rotta ex Caſſad. d. deciſ. vlt & Corraſ vbiſupra, num vlt

Sed quòd literis non expeditis, nec poſſeſsio capi poſsit, nec ex tali apræhẽſione reſultet titulus, quem lex regia defendere vellit, oſtenditur quia ex tali apræhenſione nullus tituli color reſultat, ex Extrauaganti Iniunctæ, de electione, vbi cauetur ne beneficiorũ poſſio capiatur, literis non expeditis, latè Gomez tit. de impetran. benefic viuent. verſ Tamẽ & licet aliqui intelligãt illã Extrauagantẽ procedere ſolùm in Epiſcopatibus, ac alijs beneficijs maioribus, tamen veriùs, & receptius eſt ad omnes extendi. vt aduertit Gigas de intruſo, num 38 Mandoſ. reg 31. quæſt 2 num 3. Nauarr. de ſpolijs §. 7 num 3. Flamin. Pariſ. de reſignat. lib. 2. quæſt. 26. nu 4. & 5. lib. 8. quæſt 7. num 105 & hodie eſt (ſine dubio) ex conſtitutione Iulij III. cuius meminit idem Garcia dict cap 2. num. 47. & Burſatus conſ. 125. num. 8. Rotta noua 458. aliàs 20. de conceſſ. præbend. Cuius efficax eſt ratio, quia omnis gratia quantumcunq; perfecta habet tacitam illam conditionem, ſi literæ expeditæ fuerint, atq; ideo ante expeditionem ſuſpenſa eſt gratia ex intentione concedentis, & quoad exercitium, & vſum ipſius eſt informis, licet quoad ſubſtantiam, & conceſsionis validitatem ſit perfecta, qua forma omiſſa corruit provt cæteri actus qui neglecta forma deſtruuntur, l Iullianus, §. Si quis rem, ff ad exhibendum, ſicut quilibet contractus humanus, ſi de eo expediendo per ſcripturam conuentum ſit nihil actum eſſe conuenit, niſi contractu in ſcriptis redacto, probat ord lib 4. tit. 19. explicat Cabed deciſ 102. num. 4. & Frãciſcus de Caldas Pereira de renoua. quæſt. 18. nu 37 Perez lib. 3. tit. 8. l. 3. fol. 617. Surdus deciſ. 277 nu 21.

Sed poteſt dubitari, an hoc habeat locum in eo cui beneficium nulliter collatum eſt ab ordinario, & ipſe prouiſus vt ſe tueretur gratiam à ſede Apoſtolica impetrauit: & videtur quòd eo caſu ſola ſignatura gratiæ ſufficiat, vt tuendus ſit, nam d conſtitutio Iulij tertij ſolum habet locum in eo, qui denouo ingreditur, non vero in eo qui continuat veterem poſſeſsionem licet literis non expeditis id fiat, nam eo caſu cum d. conſt non habeat locum, & ſtandum ſit iuri antiquo, recte poſsidet qui literis nondum expeditis poſsidet deciſ 205. diuerſorum p. 1 num. 3. & dixit Abb in Clem dudum de ſepulturis, in fine, Felin in Rub. de conſtitution. num 6 verſ. ſecundus, Rebuſus in concordat. titul. de mandato Apoſtol. § 1. Verbo Literas, verſ. 4 Flam. Pariſ. lib 8 q. 2. num 24 quòd explicat Gracia d cap 2 num. 55. vt procedat quando in forma gratioſa noua prouiſio ſit conceſſa: quod quidem in beneficio comendato ad tempus locum habere non poterit cum nullus adhuc præcedat titulus nec poſſeſsio ratione 29

tione illius capta, quæ ſuſtineri poſsit ex titulo nouo, & ſignatura gratiæ, quod eſt notandum.

30 Quæro quarto, An dicatur ſuũ beneficium habere vt á lege regia tueatur ille qui titulum habuit, ſed antequam poſſeſsionẽ eſſet adeptus, alter illud impetrauit, poſſeſsionemvè cæpit? Et videtur quòd eo caſu lex Regia locũ non habeat cum illud verbum *Seus beneficios* debeat referri ad poſſeſſores qui plenũ ius in beneficijs habent: Nam verba ſtatuti debent propriè accipi, cap. pen. de ſententia excomun l 1. ff. ſi ager vectig. & cum ad beneficiorum dominos ſe referat debent intelligi de illis qui verè, & propriè domini ſunt adepta ſuarum rerum poſſeſsione, per quam rerũ dominium comparatur, obtinere autem beneficium dicitur qui fructus recipit.

Vnde quando ex beneficio non percipiuntur fructus non dicitur propriè beneficium, ſed beneficium ſine effectu inutile, ac nullius momenti, Ripa in reſponſ. 5. ne cõſtitutio. n. 24. Puteus deciſ. 374. lib. 1 n. fin. Gomez in reg. de annali q 47. ex n. 2 Euerard. loco ab effectu, per totum. Fructus autem non percipiũtur niſi ab illo qui actu poſsidet, l. Bonæ fidei, ff acq rerum domi. & quód non dicatur quis beneficium habere ſi fructus non recipit, dixit Tiraq. in l. Si vnquam. col. fin. Pallati. l. Tauri 17. poſt nu 14. Gomez in d. reg. verſ. Præterea. Facit quod illa verba Ordinationis *Seus beneficios*, ex mente proferentis debent accipi de poſſeſſore, vel de iure vel de facto, vt in ſimili decidit Rota antiqua 274. & Caſſa conſ 30 n 16. Quintilian. Mandoſ reg 3. reſeruat q 13 vbi quærẽs an regula habeat locũ in beneficijs, quæ quis de facto tenet. Reſpõdet quòd ſic, dummodo tamen ſit in poſſeſsione.

Deinde facit quia attento iure obtinere beneficium ille dicitur qui eius poſſeſsionem habet, cap. Cum in cunctis, §. 1. de electione, cap. Si tibi conceſſo, de præbend. lib. 6. per quæ iura illud firmat Pragma. Sanctio. tit. de collatio. verbo, Obtinebunt fol. mihi 104 vbi citat Bal. cap 1. quid ſit inueſti. idem gloſ. firmat d. Pragmat. tit de pacific. poſſ. verbo Inquirant, fol. 139. vbi inquit quod verbũ obtinere beneficium, nõ modo refertur ad titulum, ſed ad poſſeſsionem, Boer. q. 213. n. 3 concordat Gomez in reg. de non tollend. iure quæſito, fol 97. ad fin.

Vltimó facit quia ſi ſolus titulus ſufficeret, abſq; vlla poſſeſsione ſequeretur neceſſario, quod quando pluribus beneficium eſſet collatũ á Sede Apoſtolica cõſtito de prioritate tituli reliqui impetrãtes eſſent è Regno expellendi tanquam impetrantes viuentis beneficium, quòd tamen non videmus admitti, nam cũ adhuc nulla ſit acquiſita poſſeſsio nõ videtur eſſe locus regulæ de impetrantibus viuent benef. cum omnes impetrẽt per obitum vltimi poſſeſſoris demortui.

Et licet hæc ſententia ſit æquior ne rigorẽ legis extendamus, non infælicitet tamen dici poteſt quòd ſufficiat beneficiũ eſſe alicui collatu, licet in effectu non poſsideatur ab eo, vt a lege regia defendatur, & ne valeat impetrari ab alio, nã beneficium illius dicitur eſſe cui collatũ eſt etiam ante adeptã illius poſſeſsionẽ, ex text. in cap Si tibi abſenti de præbẽd. lib 6 cap fin in fine, de conceſſ. præb. eod lib gloſ fin. in cap pen. eod. lib. Miles in Repert. verbo Beneficium acquiritur num. 20. Couarruu. lib 3. variar. cap. 16 num. 1. Sicut aliàs licet quis decedat ante apræhenſam poſſeſsionẽ beneficij, dicitur illud beneficiũ vaccare, Rebuf. conſ. 48 n. 1 Puteus deciſ. 360 nu 1. & 5. lib 2. Simoneta de reſeruat. q. 55. Pariſ. de reſign. lib 10. q 6. num 54 quos citat Gonzal gloſ. 15. § 1 n. 33. Ex quo Archidiac in cap Si gratioſe, de reſcript lib. 6. firmat per ſolam colationem dici quem obtinere beneficium, quem refert & ſequitur Rebuf. in concord fol 406 poſt p. in verſ. Item quarto quis dicatur, & firmat expræſſe Pariſ. conſ 74. lib. 4 n. 21.

In ſimili caſu aliquando conſului

quód cum ſtatuto capituli eſſet cautum vt ſi alicui canonico moueretur quæſtio ſuper beneficio, & ipſe adiret Romanã Curiam quod lucraretur diſtributiones quotidianas, quæ ſolùm præſtantur intereſſentibus. An haberet locũ ſi quæſtio moueretur ſuper beneficio nõdũ ab ipſo canonico actualiter poſſeſſo? Et ex ſupradictis rationibus, & mente ſtatuẽtium, dicebã quòd ſic, quia ſi ſtatuentes de eo caſu interrogati eſſent, ita declaraſſent: debet ergo haberi pro expreſſo, vt per gloſ in lege Tale pactum, §. fin ff de pact. Valaſ.conſ.84 nu.4. Et ita iudicatum fuit, niſi dicamus eſſe materiam fauorabilem, in qua facilius admittitur extenſio.

31 Quinto quæro ad maiorẽ elucidationem quæſtionis quã ſupra tetigit: an dicatur ſuũ habere beneficium ille cui menſe reſeruato, vel beneficiũ affectum collatũ eſt bona fide, qui caſus quotidie in praxi cõtingit, & iam ſupra tetigimus n.11. Et notandũ cenſeo quòd S.Pontifex cumulatiuam cũ cæteris Prælatis, & Ordinarijs habet poteſtatẽ, ita vt in collatione beneficiorũ locus ſit præuentioni, quia ipſe dominus eſt, cap 2. in prin. de præbẽd. lib.6. c Propoſuit, ibi: Quia ſecundum plenitudinem poteſtatis eod. tit. Clem 1 in fine, vt lite pend. & l.1 in fin tit 16 p.1. vbi Grego. Flam. Pariſ.de reſign lib.2.q.4 nu.34. Simoneta de reſeruat.q 2 n.6 Mohedan.deciſ.4.n 2.de reſt.ſpol. Gonzal. §.1 proœmij à n 1.& ſeqq pro qua ſententia expenduntur tex. in cap.Si a Sede, & in c Quamuis 38 de præbend. in 6. & faciũt quæ Gomez de expect.à n 10. Pallati in introd.Rub. n. 7. Rebuf in praxi tit de deuolut. n 47.

Sic pariter cum ipſis Ordinarijs concurrit quando beneficia reſeruat, & ob ſpeciales cauſas ita oportere ſtatuit, licet non paſsim hoc facere cõſueſcat ob ſuã vrbanitatẽ, vt inquit Gonzal.§.4 proæmij n.1. de quibus reſeruationibus agitur in cap.Dudum, de præbend.in 6.reſoluit Selua de benefic 2 p. q.1. Gomez vbiſupra n.10. Simoneta de reſeruat. q. 5. n.7.& 8. Sicut aliàs Ordinarios grauare poteſt per expectatiuas, & per mãdata de prouidendo, ex text in cap Mãdatũ, 38. de reſcrip & cap.Cum illis 16. & cap Is cui, 36.de præbend. in 6. & in cap Executor, & cap Si capitulo, de conceſſ. præbend Et propterea quando pro aliquo beneficiando literas concedebat tria paria literarũ dabantur, monitoriæ, præceptoriæ, & executoriales, de quibus meminit Gonzal d.§.1 proœmij, n.26. vbi refert Æneam de Falcon. in tract. de reſerua in primo prælud.n.1 Gomez de expectatiuis, à princ.Staphil.de liter. gratiæ, tit.de formis expectatiuar. & tit. de forma mandator de prouidẽdo, per tot. & de beneficijs reſeruatis meminit Conc.Trid.ſeſſ.24 de refor.in princ vbi de affectis agit: per manus enim appoſitionẽ beneficia afficiũtur velusi quando litigioſa ſunt, & Pontifex ſe intromittit in deciſione cauſæ, ex quo reſultat reſeruatio iuxta text.in Extrauag vlt.de præbend inter communes motus proprius Pauli II conſt.1.refertur in volum.fol. 129 tradunt Scribẽtes in c.Vt noſtrum de appell & in cap.Cum olim, de re iud. Rebuf in praxi titul.de reſeruatio. n. 30. Caſſador deciſ.4.de cauſ.poſſ.

Hæc autem reſeruatio alia eſt generalis, alia ſpecialis; generalis dicitur illa 32 quæ fit in vna prouincia, vel diœceſi, vel generaliter ad beneficia certæ ſpeciei, de hac agunt cap.Præſenti 34 de præbend. in 6 & Clem.1.vt lite penden.Extrauag. Execrabilis, Ioannis XXII de præbend. & Extrauag.ad regimen illo titulo inter cõmunes motus proprius Clem. VII. conſt 7. fol.267. & Nicolai V. conſt.2. fol 105 Reg Pauli III. de menſibus reſeruatis, Caſſad deciſ.3. de reſerua & deciſ. 2. de conſtitut. Rotta deciſ.1.3.& 15 de de præbend in antiq Gomez in reg. de annali q 2. Mand.in reg 4. Chãcel.q 6. n 2.Gonz gloſ.30 per tot.vbi n 7 refert plures tenẽtes quòd omnes reſeruationes iuris, & regulatum de Chancel ſunt ſpecia-

ſpeciales quod ipſe non probat, nu.13 & 21. Specialis vero reſeruatio reſul . tat quando certum beneficium reſeruatur, vel ſi incertum in aliqua Eccleſia non expreſſa certa perſona, cui debeat cõferri, quæ mentalis reſeruatio dicitur, de qua Trid ſeſſ 24.cap.19 de reforma. meminit Rebuf. in reg 2 Chanc.ad fin. Staphil.de liter gratiæ,tit.de formis mãdator. num. 8 & eſt text. in cap. Si eo tempore de electione lib.6.

33 Illud tamen eſt cõmune vtriq; reſeruationi quod vel generalis, vel ſpecialis ſit reſeruatio ita inficiũt poſſeſsionẽ vt ſi aliter collatio fiat nullius ſit momẽti, Rotto decif 3 de ieſt ſpol. in nouiſ. & decif.2.eod. in antiq. Æneas in tract. de reſeruat quæſt.4 principal effectu 11. & effectu 41. Gonzalez gloſ 31 num.7. & gloſ.52.n.10 & eſt text. in cap Si ſoli, de conceſſ præbend & parum refert,an adſit decletum irritans,vel non, ex Caſſador decif.1.n.1.de cauſ poſſ. Mandoſ. in proœmio regul q.4 n 2. Gonzal gloſ. 66. n.36. Vnde fit quòd taliter prouiſus in beneficio generaliter, vel ſpecialiter reſeruato nec poſſeſsionem habet, nec coloratum titulum, eſt enim reſeruatio penetrabilior gladio ancipite, ita vt deſtruat quicquid inuenit opoſitum, Gonzal d.gloſ 31 nu. 6. Ideoq; cum lex noſtra iuſtos tueatur poſſeſſores, & illos quorũ prouiſiones ſine læſione iuris ſuperioris fiunt, meritó taliter prouiſos à gremio repellit An autem tales intruſi audiendi ſint priuſquam à ſua poſſeſsione repellantur: vide infra num.43.

Dubium tamen adhuc ſup. reſt quãdo beneficiũ bona fide ab vtraq; parte, & collatum,& acceptum eſt, veluti quia prætendebat Sedem Apoſtolicã vaccare quia tũc expirat reſeruatio per obitum Papæ Miles, verbo Reſeruatio,verſ vlt. Simoneta de reſer q 58 nu.14 vel quia articulus erat dubius an beneficiũ illud eſſet liberæ collationis, de quo agit Gõzalez gloſ.45 & in 62 eiuſdem gloſ. Et dicendũ quòd ignorantia, vel iuſta cauſa illius excuſabit Epiſcopum á pæna quam incurrit circa amiſsionẽ alternatiuæ, & alios iuris effectus, de quibus Gonzal gloſ.56 n.132 & ipſum prouiſũ, non tamen iuſtificabit prouiſionem vbi primũ de veritate conſtet, quia ignorãtia excuſat in his quæ habent rationẽ pænæ, nõ veró in his quæ habent rationem defectus quod examinat Garcia 5. p. cap.5 n.24. Reſpectu tamẽ legis regiæ ſemper attendendum eſt ad veritatem reſeruationis, vt quando dubia ſit impetrans releuari valeat, de quo diximus ſupra num.11.

Sexto quæro, quando quis obtinet ſecundum beneficium cum priori incõpatibile an ex eo priori loco obtentum amittat, ita vt liceat cuilibet illud impetrare impune quaſi vaccãs, & nullius licet ipſe de facto adhuc inſiſtat, quæſtio eſt valde dubia, & multa inuoluit paucis me expediam. 43

circa hoc ſunt quinq; tempora conſiderandа, de quibus Gonzalez gloſ 15. à nu 10 vbi vide. Et noto quód ex decreto Concilij Lateranenſis cap 29. adepto ſecundo beneficio prius non vaccabat ipſo iure, ſed adhuc competebat electio vt dimitteret prouiſus quod maluiſſet: iure veró hodierno aliter cautum eſt, inductamq; quoad prius beneficiũ ipſo facto priuationem habetur in cap. De multa, de præbend & in Extrauag Execrabilis eod. Conc.Trid.ſeſſ.7.de refor. Vnde fit quòd hodie adepto ſecũdo beneficio prius vaccat, ipſo iure, ab adepta illius pacifica poſſeſsione, ex text in cap. Licet Epiſcopus, de præbend ibi: Poſtquã aliud accepiſti conſimile, ac ipſius poſſeſsionem pacificã habuiſti, vel per te ſtetit quominus haberes eandem,&c. DD.in d.cap de Multa, Tiraq in tract. Le mort 3 p. declaratione 1. n 6.& in l. Si vnquam, verbo Reuertatur, n 337. & ſeq. Staphil de liter.grati tit de ſtatu, & qualitate beneficiorum, § Huiuſmodi, n 12. Oieda de incompatibilitate, 1 part. cap.13.n 79. Guterrez conſ.10. à nu.4.

quæ quidem pacifica poſſeſsio tunc obtineri dicitur cum beneficiarius abſq; omni contradictione,& moleſtia beneficium poſsidet, & fructus ipſius colligit Caſſad.deciſ.9.de cauſ.poſſ. Oieda vbiſupra,n.78 & Staphil.14 non data iudiciali; nec extraiudiciali controuerſia, Rotta de præbend. deciſ. 3. aliàs 61. in nouiſ. Staphil.vbiſupra num 13. Oieda vbiſupra num.8 Paulus de Viſitatione, lib.2.cap.15 num.77.

Ex quo fluit quód reg cap. Licet ca-
35 non. de electione in 6. vbi annus conſtituitur vt electus teneatur ad Sacros Ordines promoueri,non incipiat niſi à tẽpore pacificæ poſſeſsionis, ex cap Cõmiſſa,35 eod.tit Si tamẽ per eũ non ſtetit quominus poſſeſsio caperetur, probat d.cap.Licet Epiſcopus,ibi:Per te ſtetit,&c. Aliquando enim pacifica poſſeſſio ſumitur interpretatiué contra eum qui beneficium alterius per vim occupauit,ac propriũ : nam in odium ſpolij prius beneficium ab eo obtentũ vaccat ipſo iure,ac ſi pacificè poſsideret, iuxta text in cap.Eum qui,de præbend. lib 6. vbi eſt ſingularis deciſio ex Coſta in cap Si pater, 2.p verbo Vxorem, nu 23. nõ enim decet vt inuaſor potiori quãuis qui iuſte ingreditur poſſeſsionẽ priuilegio gaudeat,Aymon.de antiquit. 4 p. fol.166 n.13 Hipol. ſingul 375.Felin.in cap. In noſtra,nu.7.de reſcript. Meno. de arbitr caſ.201.n 45 in fin.

Pariter quoq; Epiſcopus non tenetur per conſecrationem beneficia obtenta dimittere niſi poſtquam Epiſcopatus fructus recipit, ſic limitata reg. cap. Cum in cunctis, §. Cum veró de electione, Staphil.de literis gratiæ, titul. de formis expectati. §.Nona forma,nu. 12. Qua pacifica poſſeſsione obtenta tenetur prouiſus primum beneficium dimittere ipſo iure vaccans,aliàs vtroq; priuatur,& incurrit pænas Extrauagan Ioannis XXII. execrabilis.

36 Quibus ſuppoſitis, cum diſtinctione quæſtio decidenda eſt, quód vel impetratio huius beneficij primo loco obtenti ſit ante adeptam ſecundi pacificam poſſeſsionem, vel poſt adeptam, cum ſine contradictione aliqua poſsidetur Primo caſu non eſt dubium impetrationem eſſe factam tempore inhabili, & viuentis beneficium impetratum fuiſſe cum adhuc titulus non reſolueretur per aſſecutionem ſecũdi non pacice poſſeſsi In ſecundo verò caſu, cum priuatio ipſo iure inducta ſit à lege quæ titulum reſoluit abſq; hominis facto, & ex notorietate poſſeſsionis obtentæ appareat priùs beneficium vaccaſſe ex legis miniſterio,& non eſſe illius hominis nullo iure talis impetratio prohibita eſt, niſi aliud obſtet,& oſtenditur aperte ex verbis noſtræ legis, ibi: *Sus beneficios,* provt etiam habet text in cap Cenquærente, de reſt. ſpol. ibi: Suis beneficijs, quod verbum dominium præſuponit, quod ex titulo habili transfertur, cap. Si tibi abſenti,de præbend. in 6. & deficiẽte titulo deficit. Cum ergo beneficiũ non ſit ſuum illius hominis qui ſecundum aſſequutus eſt, deficit finalis legis ratio,nec legis verba conueniunt,ac per conſequens,nec eius diſpoſitio, cap In demnitatibus,§ Sed cum eas de electione in 6 Tiraq. in l. Si vnquam, verbo Libertis,num.2. Paulus conſ.85 num 2. & conſ.141 part 1. Valencuela conſ.97. num.34.

Fortiter tamẽ adhuc aliqua in propo- 37
ſito vrgent Primum,quòd qui ſecundũ beneficiũ acceptat,licet pacificè poſsideat, non adhuc omnino excluditur á priori,nam ſi per errorem prius beneficiũ demiſſum eſt, & poſtea apparet ſecundum beneficiũ non potuiſſe conferri ad ſuũ beneficiũ iam dimiſſum beneficiarius reuertitur iuxta text in cap. Si beneficia 20. de præbend.in 6 explicat Simoneta de reſeruation quæſt.18. Rebuf. in praxi, tit de Vacarijs perpetuis, num. 19. Ergo virtute huius regreſſus non adhuc prouiſus eſt priuatus omnino tali beneficio.

Secun-

Secundo facit quia poteſt contingere vt qui ſecundum aſſequitur beneficium priuilegium habet ad fructus vtriuſq; percipiendos, vt habet text. in cap. Si tibi conceſſo, de præbend. lib. 6. quo caſu non tenetur beneficiarius qui ſecũdum incompatibile obtinuit primum beneficium dimittere, ſi priuilegio muniatur ad vtrunq; obtinendum.

Tertio, quód adeo eſt verum etiam data aſſecutione ſecundi non priuari prouiſum titulo beneficij, vt ſi ſpolietur tali beneficio debeat reſtitui, vt probat, & dicit communem Nauarr. in cap. Accepta oppoſ. 10. à num. 6. Caſſador. ſuper reg. Chancel. deciſ. 14. nu. 7. Couarr. variar. 1. cap. 16. num. 6. idem Nauarr. de cauſ. poſſ. conſ. 1. nu. 1. & probat text. in cap. Licet Epiſcopus, de præbend. lib. 6. vbi inquit à priore beneficio non eſſe ſpoliandum poſſeſſorem non vocatum, facit cap. Conquerente, de reſtitution. ſpolia, cap. In literis eod. ibi: Prius de violenta eiectione. Poſſunt enim hoc caſu multæ defenſiones competere iure aprobatæ, vt prius beneficium nõ amittatur ipſo iure, veluti ſi ſecundùm beneficium non ſit ſufficiens ad ſubſtentationem, quia tunc plura poſſunt obtineri, vt habet text. in cap. Eam te de ætate, & qualitat. Oieda de incompatib. cap. 4. num. 7. Soto lib. 3. de iuſt. quæſt. 6. art. 3. Nauarr. in ſpecie conſil. 35. de præbend. num. 1.

38 Sed his non obſtantibus, priori opinioni adhærendum eſt vt licita ſit eo caſu impetratio beneficij dimiſsi per aſſecutionem ſecundi: nam in his curatis dignitatibus perſonatibus, ſicut & officijs iuri nouo ſtandum, vt ipſo iure vaccent, cuius priuationis ipſo iure quatuor ſunt effectus.

39 Primus ſit, quód beneficium vaccans ipſo iure per ſecundi aſſecutionem incompatibilis poteſt à ligitimo ſuperiore prouideri etiam poſſeſſore illius non citato probatur quia cum titulus deficiat, & eo deficiente poſſeſsio, quæ incipit, eſſe intruſio, reg. beneficium, de reg. iur. in 6. rectè fit vt ille ad quem competit beneficium de rectore prouideat, cap. de multa, de præbend. ibi: Libere conferat, &c. text. in cap. Cum in cunctis, §. Cum verò de electione, in fine, & d. cap. Licet 28. de præbend. in 6. cap. Referente 7. Præterea 14. de præben. cap. Quia nonnulli, de cleric. non reſid. extrauag. execrabilis, §. Qui veró, de præbend. Concil. Trident. d. ſeſſ. 7. cap. 4. Staphil. de liter. graſ. tit. de varijs mod. vaccatio, §. Tertius vaccationis modus, & in reg. 57. Chancel. Gigas de penſio. q. 56. Guterr. conſ. 10. num. 7. Oieda d. cap. 4. num. 7. Dixi per ſecundi incompatibilis, vt oſtenderem vt ex nouo ſacri Concilij decreto comprahendantur beneficia reſidentiam requirentia, vel curata, vel ſimplicia ſint, vel alia quæcũq; incompatibilia, ſicq; declaraſſe congregationem Cardinalium dixit Gonzalez gloſ. 15. num. 16. & reſolutum dicit in Rotta ibi, nu. 19. Quod intelligendum eſt de reſidentia præciſa, & continua, quæ requiritur ſub priuatione tituli: nam quando reſidentia requiritur non continua, ſed temporalis certis temporibus, vel quando requiritur continua, non tamen ſub priuatione fructuum, quia non ſimpliciter continua eſt talis reſidentia, ſed cauſatiue, ita vt licet non reſidens priuetur fructibus, non tamen priuatur titulo. His, inquam, caſibus vltimis non induceretur priuatio beneficij ipſo iure, explicat Cardin. conſ. 3. Rotta deciſ. 487. num. 1. part. 1. diuerſorum, Nauarr. conſ. 4. num. 1. de cleric. non reſid. eleganter Gonzalez d. gloſ. 15. à num. 21.

Secundus effectus huius reſolutionis 40
eſt quód priori beneficio per adeptionẽ ſecundi incompatibilis ipſo iure vaccãti renuntiari non poteſt, cuius rei ea eſt ratio quia nemo poteſt renũtiare quod nõ habet. cap. Qui perfectionem 7. q. 1. cap. Quod autem, in fine, de iure patron. Flamin. Pariſ. de reſignation. lib. 11. quæſt. 15.

quæſt. 15 & lib. 2. quæſt. 22. num 2. quia in his quæ ipſo iure amittuntur interdicitur alienatio; Doctores in cap. Cum ſecundū; de hæret Oleda d. c. 4 n. 11 & eſt text in l. vlt. C. de rebus alien. nō alien. Couarr. part. 2 cap. 6. §. 8. n. 9. Simanch. de Cathol. cap. 9 num. 21. Clarus lib. 5. §. fin. quæſt. 78. num. 18 quod ſi non vaccauerit ipſo iure, ſed per ſententiam, provt in homicida, & alijs ſimilibus, tunc ante tertiam ſententiam conformem libere reſignatur, gloſ. in cap 2. verbo Finita, vt lite pend lib. 6 Caſſan. conſ. 44 num. 22 Gomez in reg. Chanc. de annali. quæſt. 42. num 3. & in reg. de ſubrogand quæſt. 3 Salzed. in additio. ad Ber. cap. 94. Couarr. in clem. Si furioſus 2 part § 3 nu 6. & 7. Rebuf in praxi, tit. de modis amittend num 51. & de pacif. poſ. num 262 Flam. de reſigna. lib 3. quæſt. 16. Gonzal. d. gloſ. 15. n. 147.

41 Tertia reſolutio eſt, quód quando beneficium vaccat per aſſecutionem ſecūdi incompatibilis, pænitentiæ locus non eſt, probat gloſ. verb. Ipſo facto, in Clement Ne in agro, in §. Quia verô, de ſtatutu monachor quam dicit Singul. Bal. in Auth habita, C. ne filius, Decius conſ. 138. col. 1 Concil. Tridentin dict. ſeſſ. 7.

42 Quarta reſolutio eſt, quód priuatus ipſo iure per aſſecutionem ſecundi beneficij incompatibilis non auditur amplius ſuper petitorio, imò à limine iudicij ſi agat repellitur, eſt doctrina Innocētij in cap Inter dilectos, & ibi, Abb. de exceſſ. prælator. idem in cap Cum noſtris, de conceſſ. præbend faciunt quæ Tiraq. in l Si vnquam, verbo Reuertatur, à num. 268. vſq, ad n 463.

43 Ex quibus in omnibus beneficijs incompatibilibus, in quibus priuatio ipſo iure reſultat legem regiam locum non habere exiſtimo, ad argumenta veró ſupra poſita facilis eſt reſponſio: nam ad primum reſpondetur, quód dato errore in dimittendo nulla priuatio reſultat: nam errantis non eſt voluntas, l. Sed hoc ita, ff. aqua pluuia arcenda, l Si per errorem, ff. de iuriſdict. omni iud.

Ad ſecundum autem ſatisfit quód ſupradicta non habent locum in eo qui ex priuilegio Pontificis duo habet beneficia, quia ſi contra illam priuatam legem fiat impetratio vt poſſeſſor expellatur, non eſt dubium viuentis beneficium impetrari.

Ad tertium denique ſatisfit quod qui ſecundum acceptat incompatibile beneficium, ipſe declarat ſe velle dimittere primū, volūtas enim factis, & verbis explicatur, nā voluntas, quæ aliūde cōſtat ipſa verba vincit, l Non aliter, ff de leg 3. l. Si ſeruus plurium, §. vlt. ff. de leg. 1. Licet autem verſetur dubium ſi ſpolietur à nouo prouiſo, an reſtituendus ſit, quia licet intruſus ſit adhuc eſt prius vocandus, vt reſoluit Mena quæſt 13 num. 26. fol. 171 & audiendus, alias vis inferetur cui Regum iudices occurrent, non enim poteſt nouiter prouiſus authoritate propria poſſeſſionem capere, ſed de mandato Ordinarij ex text. in cap. Bertoldus de re iud quod de iure competebat Archidiaconis tanquam Epiſcoporum miniſtris; iuxta cap. Ad hæc, cap Vt noſtrum, de offi Archid. Hæc tamen quæſtio nihil contra nos pugnat, agimus enim non de cauſa poſſeſſoria, ſed an licite impetretur quod petitorium reſpicit beneficij.

Septimo quæro, an liceat ſine metu legis regiæ impetrare beneficium illius 44 qui ſimoniacè dicitur poſſidere? Et videtur quód ſic ex ſupradictis, quia tale beneficium vaccauit ipſo iure, & titulus poſsidētis reſoluitur à principio, Flam. de confid. quæſt 1. num. 157. & eſt communis ex Rodoano de ſimon 2. part. cap 10. num. 37. Rebuf. in praxi, tit. de reſigna. ſimon num 12 Abb in cap Cū vniuerſorum, num 5. de rerum permut. Pariſ conſ 135. vol. 4. Boer. deciſ 117. Imò ſimoniacus non facit fructus ſuos, idem Flamin. de confid quæſt. 60. nu 2. & quæſt. 58 nu 23 & inhabilis redditur

ad

ad alia ibi num. 68. & quæſt 6. n.26. nam crimen hoc accedit ad hæreſim cap Præſentium 7 q.1. Iacobati de conſ. lib. 4 art 4. Thom. in 4 dicſ. 25 art.2. & ſimoniacus fit irregularis cap Si quis de ſimon. Mayol in tract. de irregul. lib. 5 cap 45. Nauar. in manual. c. 23. conſtitutiones Martini quinti, & Leonis X. & Pij IIII. contra ſimoniacos refert idem Flami. de reſigna. benef. lib. 14.cap.2 a num 7 & ſeqq.

Ergò tales defendere lex Regia non debet, vel ipſi beneficia ſimoniacè acceperint, vel ſimoniacè reſignent obtenta quia tunc fiunt inhabiles vt reſtituātur, vt eſt communis ex Couar. 1. var. c. 5. ſub num. 3. cum non dicatur habere titulum coloratum, Caſſador deciſ. 1. de ſimon. & ita deciſum in Rota refert Caputaq. deciſ. 243. part. 3. Moedan. deciſ. 224. idem Flamin vbi ſup n 21.

45 Sed ad huc his non obſtantibus, ſine dubio tenendum eſſe arbitror quód ob ſimoniæ crimen, vel aliud ſimile, ex quo incurratur pœna ipſo iure non poſſit fieri impetratio, quin incurratur pœna huius legis. Nam aduerto quòd inter hunc, & ſuperiores caſus longa datur differentiæ ratio, nam quando quis beneficiū ſecundū incōpatible acceptat iam ipſe beneficij poſſeſſionē à ſe abdicat facto proprio, & ex illa facti notorietate beneficiū vaccare incipit, nullusq; tēpore impetrationis poſsidet, ſaltem cenſura iuris. In ſimoniaco verò crimē non eſt notoriū imò occultū, nec patet notorietate facti Rodoan. de ſimoni 4.p cap 6 Flam de confiden q 7 num. 73. imò pendet à futuris probationibus, quæ rem efficiunt defficilem ex notatis in l. Lucius, ff de condit & demonſtratio. & eſt crimen ſeu inhabilitas non probata, ſed probanda cūq; crimina non ſint præſumenda, ex reg. l. Merito ff. pro ſocio cum vulgar pro poſſeſſore eſt præſumptio ne præſumatur delictum, & ſimoniacum, & hæreticū eſſe vere poſſeſſorem dixi Rebuf. de impetr benef per am. pacif poſſ glo. in cit. cap. Eū qui, & cap. Si beneficia de præbend in 6. ideo adhuc illud beneficium vaccare non dicitur, donec ſententia declaratoria feratur, per quam notorium fiat beneficiū vaccaſſe, quinimo etiam inſpectis regulis iuris Canonici, & ſtylo Curiæ beneficium vacans ipſo iure poteſt impetrari vt vacuum: nō vero illud quod vaccare ſperatur per priuationē alicuius, quia interim dum non priuatur, non vaccat, niſi latis tribus conformibus ſententijs; Gonzalez gloſ. 15. num. 148. & licet ipſa impetratio eo caſu valeat ſi exprimatur Pontifici vt conferatur in euentum priuationis, & gratia eo caſu valida ſit, vt dicit Rebuf. in praxi titul. de modis amittend. benef. num. 52. & ſeq. ſtaphileus tit. de varijs mod. vaccatio. 94. Conſiderandi num. fin. Sanxedo in praxi. cap 94. quos idem Flami. citat, Tamen hæc gratia in hoc regno punibilis eſt cum inducat impetrationem certo modo quam lex Regia reprobat ibi. *Impetrando beneficio certo modo*. quod autem, hoc caſu dicatur impetratio fieri certo modo comprobat Flamin. de reſigna benef. lib. 14 quæſt. 2 num 13 vbi agens de beneficio amiſſo per ſimoniam, & concludit in hæc verba & hæc impetratio in Curia appellatur certo modo nam impetrans tenetur præſentare bullam Ordinario, & coram eo probare crimen, vt immittatur in poſſeſsionem, &c.

Nemo ergo negabit talem impetrationem non tollerandam, cum per eam offendatur finis à lege prætenſus, ne litibus vexentur ſubditi, & rectores á ſuorū beneficiorum adminiſtratione diſtrahantur, quod ſtatutum eccleſiaſticum offendit, & perturbat, & ſæcularis regiminis decorem, cum facile ſit ſenibus crimina imponere, & literis impetratis, cum illis litigare quouſq; moriantur, quod quidem lite inſtituta citius eueniet, & tandem gratioſas ſubrogationes ad beneficium colitigantis impetrare,

quod lex regia non permittit, imò prohibet expræſſè, ſi attendamus ad verba Extrauagantis, vnde hæc lex deſſumpta fuit.

46 Quod ſi adhuc obijciatur quòd dicta impetratio certo modo per ſe non prohibetur lege regia, niſi inſimul citatio ad Curiam fiat, vt ex ipſa Ordinatione colligitur, quæ & impetrationes certo modo factas conſiderat, & citationes per exorbitantes formas ad Romanam Curiam, nam ſatisfit quòd ſola impetratio certo modo facta per ſe ſufficit, & ſola citatio ad Curiam, vt infra oſtendam, verbo: *O fazem citar* & verbo: *impetrar* vbi latè vide: nec inſuper obſtabit Ordinatio Regia lib. 2 titul. 45. §. 12. vbi agens de magnatibus, & donatarijs officiorum ita conſtituit: *E queremos que quem tem authoridade para dar os t balia dos, por ſuas cartas os poſſaõ dar: aſsi meſmo por erros per ſuas cartas, ſe aſsi he, em forma deuida, & os julgar como tem direi o lhes pertenaer, dando appellação, & agrauo: & nós os podemos aſsi meſmo dar. por h aſ he, quando nos forem pedidos* Idem diſponit lib. 1. tit 97 & eodem lib. 2. tit. 51. vbi etiã conceduntur officia antequam poſſeſſor ſit condemnatus, vt ipſe impetrans accuſet, ibi: Cur igitur Pontifici non licebet in beneficijs quod donatarijs in officijs ſæcularibus lex regia permittit, & cur improbat in eccleſiaſticis negocijs, quod in ſæcularibus probat contra l. Humaniſsimum, C de legib. & æquitatem tituli quod quiſq; iuris.

47 Satisfit enim quò dicta lex regia non permittit vt officia concedantur per *Se aſsi he*, antequam vaccent, ſed agit de officijs á poſſeſſoribus propter errores amiſsis: & diſponit quód facta Principi relatione quod vaccent propter crimen poſſeſſoris, quód eo caſu poſsint concedi ſub illa conditione, Si preces veritate nitantur probat Ordin infra, §. 23. quæ cum conditionalis ſit, & informis quouſq; conditio verificetur exigit vt Ordinario præſentetur, & coram eo de veritate precum doceatur, citato poſſeſſore intra ſex menſes, vt habet Ordinat. lib. 1. titul. 97. Cæſar de Graſsis deciſ. 120 nu 1 & 4. de probation. Moedan. deciſ. 35. de renunciat. l. fin. in princ. C de diuerſ. reſcript. cap 2 de reſcript. vbi Ripa num. 29. Socin. conſ. 165. num. 6. lib. 2. Couorr. in rub. de teſtam. 2. part. n. 14. In quibus terminis id ipſum S. Pontifici licere nemo ambigit, nam ſi ſimoniacus, vel alius ob crimen priuatus exiſtat ſuo beneficio, ſi illud impetretur, & clauſula inſerta ſit, ſi ita eſt, vel verè exiſtentibus pro narratis, vel ſi preces veritate nitantur, vt apponi ſolet, non dubitamus quòd verificata grratia coram Ordinario vocato poſſeſſore in poſſeſſionem beneficij impetrans imittatur; Nos enim agimus de eo qui ante ſententiam latam impetrat, ſeq; adſtringit ad probandum comiſſum fuiſſe, & in euẽtum priuationis beneficium de præſenti impetrat ſub prætextu criminis probandi, quod lex regia non admittit, poteſt enim ille qui aliquem è beneficio expellere prætendit ipſum inſtituto iudicio accuſare, cum de iure canonico omnia crimina publica ſint, vt diximus ſupra ad § 9.

Et poſtquam lata fuerit ſententia beneficium vaccans impetrare, vel venia petita à Rege expoſita cauſa delicti, & criminis, qui circunſtantijs negocij examinatis rigorem legis relaxabit. Ad Ordin. veró titul. 51 reſpondetur quòd tales gratiæ poſſunt de iure fieri, & ideo permittuntur in officijs, quia non datur illa perturbatio, quæ cõſideratur in beneficiis, ob quam ita concordatum fuit, & habetur ex antiquiſsimo Hiſpaniæ vſu, cuius participat hoc Regnum, vt ſupra dixi.

Nec tandem refragabitur quód poteſt dari caſus vt defendatur hac lege iniquus poſſeſſor, & ſimoniacus, vel hæreticus & ſimiles quod vergit in Reip perniciem. Nam illud quod legi obijcitur ed ſummum eunecit, vt in illo particulari 48

ticulari caſu cum rigore obliget quód non ſufficit vt carpi poſsit de iniuſtitia, cum certum ſit, vt etiamſi lex deficiat in caſu particulari, adhuc eius vinculum non ceſſare dicitur. Leges enim ad ea quæ communiter accidunt, attendunt, & compræhẽdunt omnes caſus etiamſi in eis ratio legis deficiat, l. Nam ad ea, ff. de legibus, deducitur ex gloſ. in cap. Poſt tranſlationem, verbo Ceſſante, in fine, de renũtiatione, quia tamen inter Doctores non bene conſtat, an lex obliget ceſſante eius vinculo in particulari, nam negatiuam adſtruunt Doctores in l. Proſpexit, ff. qui & a quibus, & in clem. ad noſtram, verſ. ſecundo caſu, de hæret. Couarr. in cap. Cum eſſes, num 9. de teſtam. § 9. & reſolu. 4. cap. 20. num. 10. gloſ. & ibi, Bal num. 7. in l. Non dubium C. de ligib. Tiraq ceſſante cauſ. limit 32. & Soto lib 1 de iuſtitia, quæſt 6. art 8. num. vlt. Thom 1. 2. quæſt 96. num. 3. ad ſecundum, & eſt recepta, vt per eundem Couarr. in cap. Alma, 1. part. § 5. num. 1. Affirmatiuam quod ceſſante ratione lex ceſſet fouent, Abb. in cap. Quoniam contra, de probatio. n 6. Cayetan. in opuſculo de Sacram Matrim. quæſt. 2. latius Mench lib 1. controuerſiar. Illuſtr. cap. 46. num. 5. quorum fundamentum eſt text. in l Adigere, §. Quamuis, ff. de iure patron.

Bartolus rem componit in l. Non dubium, n. 9. & Tiraq. vbi ſupra, n. 146. conſtituta differẽtia inter leges, quæ inducunt ſubditis lucri amiſsionem inquærendis, & quæ damnum inducunt in iam quæſitis, vt in primo caſu lex nõ ceſſet, & ſic interpretãtur legem Proſpexit. In poſteriori verò caſu lex ceſſet, & ſic procedat d. §. Quamuis, & eſt communis ex Felin. in cap Si quando, n. 11. de reſcript. quam diſtinctionem elegãtèr, vt ſolet, reprobat Soarez de legibus, lib 6. cap. 7. num. 14.

49 Igitur ad perfectam cognitionem noto quód lex naturalis, & euangelica, cũ ſemper innitantur æquitate, quia eorum iugum ſuaue eſt, vbiprimum deficiunt in caſu particulari earum vinculum nõ obligat tranſgreſſores, ſit exemplum in denuntiatione euangelica, quæ non obligat in particulari, ſi emendationis ſpes non ſubſit, vel quando talis correptio non poteſt fieri ſine timore damni, vel detrimento corripientis, probat Soto de iuſt. quæſt 6. lib 1. num. vlt. Thom. 1. 2 q 96. num. 3 ad ſecundum, Couarr. in cap. Alma, 1. part. § 5. num. 1 Nauarr. in cap. Inter verba, num. 632. Verum eſt enim priuatum eo caſu corripere non poſſe, arg l. Ne poſ. 125. ff verbor. ſignifi. vbi latè Alciat Rebuf. in l. Filius 15. verſ. Nam quæ, ff cond inſtitution tradit Tiraq. de nobilit cap 20. num 104. poſt alios Menoch. de arbitrar caſ. 237. num. 24.

Circa leges autem humanas diſtinguendum eſt quód vel leges diriguntur in bonum priuatum, vel publicum primo caſu ſi deficiunt in particulari, ceſſat etiam earum obligatio, quia idem eſt quod in lege quæ in bonum commune dirigitur requiratur vt eius ratio ceſſet in communi, vt lex ipſa deficere videatur, ac eſt quod in lege quæ in priuatam vtilitatem fertur, ceſſet eius ratio in eo caſu particulari, arg l. Quæ de tota ff. de rei. viud. & quæ Euerar. loco 8. Si autem lex humana feratur in cõmunem vtilitatem tres ſunt caſus diſtinguendi. Primus ſit, quando ratio legis ceſſat in communi quoad omnes ſubditos, eo enim caſu efficitur iniuſta, & irrationabilis, & nullam obtinet vim, cap Erit autem lex 4. diſt. cap. conſuetudo 1. diſt.

Secundus caſus eſt, quando legis ra- 50
tio non in communi, ſed in particulari caſu deficit, tunc lex ipſa valida eſt, & obligat, tam illum quàm alios ſubditos, Soarez lib 3 cap 6 num 4 in tract de legibus Nec obſtat quód ratio, ſeu finis legis ceſſat in eo caſu particulari, & perconſequens lex ipſa in eo caſu reditur iniuſta, & licet in alijs caſibus obſeruãda

ſit,

ſit, ſecùs tamen eſt in illo caſu quia eſt diſpoſitio deficiens ab æquitate, Soarez d. cap. 6. nu. 13. Nam reſpondetur quòd legis iuſtitia conſideratur ſecundùm ſe, cum reſpectu ad ea quæ frequentius accidunt, l. 3. ff de legibus, Thom. 2. 2. q. 120. art. 1. ac proinde cum in bonum commune dirigatur, ſi illud bonum cõmune non deficiat lex iuſta eſt, quantũcunq, caſum compræhendat, in quo ratio ipſius ceſſat, & verſetur maximus rigor in eius obſeruantia, ſeu iniuſtitia. Thom. 1. 2. quæſt. 97. art. 7. Dicitur enim hoc caſu ceſſare legis rationem tantum, ideſt ſine repugnantia ad bonum commune, & plane eo caſu obſeruanda eſt, cum non bonum commune, ſed particulare offendat. Thom. in 3. diſt. 37. quæſt. 1. art. 4. Ariſto. lib. 5. æthicor. explicat Cayetan. 2. 2. q. 120. art. 1. Soar. de legibus, d. cap. 7. num. 4. & 8. prout quando tollerantur contractus cum læſione, & metu, vel dolo geſti, in quibus publica vtilitas, & tranquilitas priuatæ præfertur cap. Licet de regul. l. 1. ibi: Contra naturalem æquitatem, ff. doli exceptione.

51 Tertius caſus eſt, quando ratio legis in caſu particulari deficit negatiuè, & contrariè inſimul ita vt ſi lex obſeruaretur fieret irrationabilis cum contrarius effectus reſultet, quam ab ipſa lege prætenditur, & tunc minimè eſt obſeruanda, quia eius obſeruantia repugnat bono communi, & lex fit inutilis, Cayetan. d. 2. 2. quæſt. 120. Soto d. art. 8. & quæſt. 7. art. 3. & lib. 3. quæſt. 4. art. 5. Nauarr. in ſumma cap. 16. num. 27. Couarr. in 4. 2. part. §. 9. num. 8. Medin. de contractibus quæſt. 14. Soarez vbi ſupra, nu. 3. cuius rei illa eſt ratio quia quando lex ceſſat negatiuè, & contrariè fit ille actus incapax materiæ legis, & oportet vt eo caſu ceſſet, etiam legis obligatio, quia cum ceſſet eius ratio, & finis conſequẽter ceſſat abſoluta ratio ferendi legem quia cum illa ceſſatione finis neceſſario coniunctum eſt, vt materia ipſa reddatur inutilis ad legem, quod ſecùs eſt quando finis in vniuerſali ſubſiſtit, etiamſi in particulari actu ceſſet negatiuè tãtum, quia non fit actus ille inutilis, cum adhuc lex monere poſsit ad illum actum, ratione boni communis, & propter tranquilitatem ad totũ corpus Reipbl. Atq; ideo merito Iuris Conſ. in l. Proſpexit reſpondit caſum de quo ibi ligari per legem prohibentem manumiſsionem ſeruorum faciendam intra ſexaginta dies à die diuortij, plane ſeruanda lex eſt, licet iniuſtum contineat præceptũ cum dãno ſeruorum ſine cauſa. Sic idem rectè Iuris Conſ. in d. §. Quamuis, reſpondit non eſſe locum legi Æliſentiæ quatenus prohibet patronis, ne à libertis exigant iuramentum de non contrahendo matrimonio ſi libertus ſit caſtratus, quia cum in obſeruantia legis ſi caſtratus contraheret offenderetur bonum commune, quia ceſſabit finis negatiuè, & contrarie, ideo in eo caſu tale præceptum non obligat, Alciat. lib. 2. Parergon. cap. 11. explicat Cayetan. 2. 2. quæſt. 120. art. 1. explicat Soarez d. cap. 7. num. 4.

Ex quibus inferendo ad noſtrum propoſitum dum hæc lex re- 52
gia in particulari caſu ſimoniacum non conuictum adhuc defendit ne eius beneficium impetretur in euentũ priuationis licet rigorem videatur continere quia eius intentio ſolùm tutatur ligitimos poſſeſſores adhuc tamen in eo caſu obſeruanda eſt propter commune bonum, & ciuium tranquilitatem quam prohibendo tales impetrationes, conſequitur, imò ſi ille caſus, & ſimiles non tollerarentur finis à lege prætenſus deficeret cum omnium poſſeſſorum beneficia ſub prætextu criminis impetrarẽtur quod in maximam Reip. perturbationem redundaret, arg. text. in cap. 2. de ſponſatione impub. ibi: Niſi forte aliqua vrgentiſsima neceſsitate interueniente, vtpote pro bono pacis talis coniunctio tolleretur. Nec obſtabit quòd hæc

hæc

hæc interpretatio poteſt habere locum in legibus, quæ promulgantur à Principe inter ſuos cum eo caſu agatur de interpretanda ipſius voluntate tantum; non verò quando de poteſtate dubitemus, quia tunc non poteſt lex ſuſtineri cum iuſtitia in caſu particulari reſpondetur enim legem Regiam ſolum verſari circa naturalitatem ſubditi, quæ res temporalis eſt, & in manu Principis qui inter ſuos diſponit, ne quis ſuam Remp. turbet ſimilibus impetrationibus ob vexationem vaſſalorum, quæ vexatio licet aliquo caſu deficiat tamen ſufficit ſub rigore legis contineri poſſe, vt legis imperio tranſgreſſor coerceri poſsit, qui petuit non impetrare.

53 Octauo quæro, an ſi Laicus beneficium habet ex diſpenſatione Summi Pontificis ſi illud impetrari contingat, an talis impetrans debeat puniri, & videtur, quod hic caſus non comprehendatur ſub verbis noſtræ legis, quæ ad ſolos Clericos dirigitur, ibi *por ſe euitar a grande vexação que ſe da aos beneficiados de noſſos Reynos.* & ibi *ſeus beneficios,* quæ verba ſolis conueniunt beneficiatis, & clericis, nec poſſunt extendi ad Laicos, qui ſpiritualium incapaces ſunt beneficij & iuris decimandi volet text. in cap. Si quis deinceps. 16. quæſt. 7. cap Sacroſancta de Electione cap. Cauſam quæ de præſcriptio cap. 2 De locato. cap. Quamuis de decim. Staphil. de liter grati noua forma Expectati. n. 24. Ripa in cap 2. de Iudic. num. 129 Selua de beneficio 1 part. quæſt. 7 num: 8 & 3 part quæſt: 6. Rebuf. in praxi tit de Cleric. & à quibus: & quomodo creentur à num. 4. Lambertin de Iure patro part. 2 lib quæſt 7. art. 7 ad fin. Gigas de Penſio. quæſt 21. num. 4 & 134. n 40 Garcia de beneficiis cap 2. nu 28. Gonſales de menſib gloſ. 2 num. 60 & gloſ 5. num. 9. Flamin. de reſignatione lib 4 cap 2 num 1. & 32. Cuius rei illa eſt ratio, quia cum beneficium Eccleſiaſticum attenta ſua natura ſit ſtipendium militiæ Clericalis. cap Epiſcopus de præbend. inde fit quod Laicis, qui tali militiæ addicti non ſunt conferri nequeat. Selua de beneficio. 1. part. quæſt. 1. Rebuf in praxi in princip. Horieda in tract. de Incompatibil. part. 2. in præfat. num. 2. Menoch de arbitrar. caſ. 201. num. 33. Capra. in tract. regul. reg. 97 num 39. Nauarr. conſ. 1. de præbend. Flamin. de reſignata. lib. 4. q. 2. num. 1.

Verum contrarium veriùs exiſtimo, 54
quod huius legis verba Laicum capacem poſsidendi beneficium tueantur veluti ſi ex priuilegio Pontificis ipſe beneficium poſsideat, conſtat enim quod ex diſpenſatione Laici poſsidere poſſunt beneficia Eccleſiaſtica, Garcia de beneficij. d. cap. 2 num 29 Barboſ. in l Titia. num 41 ff ſol matrim. Gonſales d. gloſ. 2. n. 70. Caputraq deciſ. 138. part. 2. Doctores in cap. Ioannes de Clericis non reſid. Pariſ conſ 68. n 199. lib. 4. Flaminius de reſignat. lib 4 c. 2. num. 32. Cuius ſententiæ quia nullam rationem ſupradicti aſsignant, & intellectus non acquieſcit, niſi quando rerum rationes & cauſæ perfectè noſcuntur, mihi videtur quod huius rei ea ſit ratio, quia S. Pontifex omnia Laicis poteſt comittere, quæ ordinis non ſunt, vt eſt communis ex Decio in cap. 2 nu. 6. de Iudic. verſ. in eadem notat Ledeſmius 2. 4. quæſt. 21. num 3. Et ideo poteſt Laico comittere officium Clericale, quod non eſt ordinis quod patet, quia habitus & corona, cui illud officiũ eſt vnitũ, non eſt propriè Ordo ſecundum communẽ Theologorum ex Card. Sancti Xiſti in cap. Clerici nu. 24. 33. diſtin. Syluanus in ſumma verbo. Ordo. 1. num. 1. Soto in 4. diſt. 24 q. 2. art. 2 ad 4. Cumque beneficium propter officium clericale concedatur cap. vlt. de reſcript lib. 6. inde fit vt poſsit laicus ratione officij Clericalis beneficium habere.

Offi-

Officium autẽ Clericale nihil aliud eſt, quam recitatio horarum authoritate publica, Soto lib.10. de Iuſtit. q. 5. art.1.col.5 Huiuſq; officij fœminæ ſunt capaces, authoritate Papæ ex Innocen. in cap.1. de celebratio Miſ. num.3. Nauarr. in cap. Quoniam.not 7 corol 15. de Conſecratione diſt. 1. Et tamen fœminæ minus capaces ſunt, quam Laici cuiuſlibet officij ex Thom. in 4. diſt. 25 quæſt. 2 art.1. Igitur & Laici capaces ſunt officij & beneficij, quod eandem habet naturam cum cæteris beneficijs Clericorum, vt eſt communis in d.cap. Ioannes. Reſoluit Ioannes Luppus de beneficijs in Curia vacant §.9. Selua de beneficio.1 part quæſt 7 num.8. Gigas de penſio. quæſt.21.num.4. Sicut fœminæ beneficia Eccleſiaſtica poſsident. cap. Indemnitatis § Sane verſ. verum de Electione in 6. Iunct. cap De multa de præbend Selua. quæſt. 2 num 36. Rebuf de pacif poſſeſſ. num. 3. Et talia beneficia inter annexa ſpiritualibus dependenter conumerantur.

56 Ex quibus patet Laicos beneficia Eccleſiaſtica obtinere poſſe ex priuilegio S.Pontificis: Obſtat tamen adhuc quod Laici non ſunt capaces iuris decimandi, quantumcunque Papæ authoritas accedat cap 2. De locato. Ac proinde nec de iure beneficij cui vnitum eſt ius decimandi, ſed reſpondetur, quod decimæ non ſunt vnitæ officio Clericali nec beneficio, ſed miniſterio Sacramentorum.cap. Quamuis de decim. Thom. 22. quæſt. 78. quod Miniſterium Sacramentorum non cadit in Laicum, etiam ex diſpenſatione Pontificis, quia Ordinis eſt gloſ. recepta in cap. Peruenit 98. diſt. ſingularis ſecundum Abb. in cap. Quanto num 8. de Conſuetud. Ratio autem cur Laicus ſit beneficij capax, & non iuris decimarum non bene percipitur, ea tamen meo iudicio videtur eſſe, quod cum Miniſterium Sacramentorum ſit Ordinis, quo Laicus caret (vt ſuppono) ideò eſt incapax iuris decimandi, quod illi miniſterio annexum eſt cum ſui principalis naturam ſortiatur, & ſic de iure diuino ius decimandi eſt ius Sacerdotum habentium curam animarum: Ius autem beneficij eſt ius Clericorum, etiam primæ tonſuræ nec eſt Ordinis cum ipſe Clericatus non ſit proprie Ordo ſecundum communem, licet ob gradum quem Clericus obtinet in Eccleſia dicatur Ordo in cap. Cum contingat de ætat. & qualit. Vnde quando Pontifex Laico beneficium concedit, non concedere cenſetur ius decimandi, quod ſolis Sacerdotibus Curam animarum habentibus competere poteſt ſed abſtrahere illos fructus è decimarum iure ſeu corpore, & illos vnire officio Clericali in quo non concedit decimandi ius licet ipſæ decimæ, tamquam corpus & non decimæ annectantur.

Adhuc tamen videtur obſtare, quod ex ſupradictis euincitur beneficiarios ſimplices, & præbendatos non habere ius decimandi cum illud ſit vnitum miniſterio Sacramentorum, quod ſolis parrocchis cõpetit, ſatisfit tamen quod ſolis parrochis ius decimandi principaliter competere directè, indirectè verò, & in conſequentiam poteſt competere ſimplicibus beneficiatis in quantum ſcilicet ſunt coadiutoris parrochorum, quorum officium eſt ore, & verbo oues paſcere, quæ omnia ſimplices beneficiati efficiunt rurſus ipſi Sacramenta miniſtrant per œconomos, & verum eſt dicere ius dedimandi illis competere.

Ex quibus infero, quod ſi Laicus beneficium habeat ex diſpenſatione Pontificis ſi tale beneficium impetretur eo viuente ex tali impetratione valeat impetrans puniri cum lex Regia ad omnes Regni beneficiarios dirigatur, ibi *beneficiados de noſſos Reynos*, quæ verba in ſui generalitate apta ſunt comprehendere etiam beneficium à Laico obtentum ex diſpenſate, cum lex etiam

pæna.

pænalis comprehendat ea omnia quæ ſub verborum proprietate continentur.

57 Quid autem dicendum quando impetretur beneficium illius qui ex falſo rumore reputabatur mortuus? Videndus text. in l. fin. ff. de hæred. inſtit. & quæ Ceuallos quæſt. 183. Ruinus in l. Si filius. ff. de liber. & poſthun. num. 42. Decius conſ. 86. col. 4. Roman. ſingul. 255. Alphanus in repertor. num. 786 & ratione communis erroris impetrans ſubleuabitur ex his quæ in ſimili in l. Barbarius, ff. offic prætor. & quæ Valer. Maxi lib 3 cap. 4 Cuia. lib 18. obſeruat. cap. 33. Pichard. §. Sed cum aliquis inſtit. de teſtam nu. 6. licet inſurgat Turnetus lib. 7. aduerſ. cap. 7. Contius lib 1. diſpu cap. 2. Ottomanus Illuſtrium cap. 17 ſolet nanq; error veritati præualere, l. Si is qui 20. ff. quibus mod. vſusfruct. l. Si is qui putat. 25. ff de aeq hæred. l. 3. ff ad Macedon. cap. Nuper, 4. de bigam. cap. Conſultationibus, de iure patron. errorq; quilibet ſufficit ad damnum vitandum, Barboſ in l. Si cum dotē, §. fin. n. 24. ff. ſolut. matrim. faciunt quæ Bart. in l. Si cum te, ff. de pact.

Vltimo, Pro complemento huius capitis quærendum eſt, An agens ex vi huius legis petenſq; ſui beneficij conſeruationem, vel reſtitutionem, ſi forſan de facto ſpolietur teneatur coloratum titulum probare? Pro cuius quæſtionis elucidatione ſequentia notanda ſunt.

58 Primò, quòd lex regia vt ſupra diximus n. 10. non defendit poſſeſsorem, cuius titulo lex reſiſtit, ipſumq, decolorat, qui ſi ſpoliatus eſſet reſtituendus nō foret. Vnde ſi cōtingat noſtrum poſſeſſorem ſpoliari ab illo qui eius beneficiū impetrauit, dubitari poteſt, an reſtituendus ſit antequā de colore tituli doceat?

Vnde in materia eſt receptiſsima ſententia, quid reſtituendus non eſt qui titulum coloratū non oſtendit, quæ fuit ſentētia gloſ in cap In nomine Domini verbo Audientia de decim gloſ. fin. in Clem. vnica de cauſ poſſ & proprietat. Rotta deciſ. 1. & 2 in nouiſ titul. de reſt. ſpol & in antiq eod tit deciſ 20. Paulus Caſtren conſ. 254. ad cōfirmationē col. 2. ſuper tertio, vol 1. Socin. in l. Rem quæ nobis, nu. 17, ff. de acq poſſ. Guido Papæ q. 85. & ſingul. 231. Decius in l. fin. num. 19 in fin. C. de edicto D. Adrian. & & conſ. 220. Capitius deciſ. 6. n. 2. Iacobin. à Sancto Georg. in l Si de vi, n. 19. verſ. 13. fallit. ff. de iud. Bellamera deciſ. 49. Selua in tract. de benefi. 2. p. q 25. Rubeus conſ fin. n. 8 Ripa in l. Naturaliter §. Nihil cōmune, ff. de acq poſſ nu 71. & ibi Zazius n. 59. Graueta conſ 322. col. 2. verſ. ſecūdo conſidero, Ferretus conſ. 28. n. 9. Rebuf. in concordatis tit. de annatis, verſ. Septima regula, fol 558. & 3. tom. ad leges Gall. titul. de cauſis benef. poſſeſſ art. 1 gloſ. 1. n. 1 & 2. Menoch. de recuperand. remed. 15. nu. 458. Bardus Senenſis in tract. de tēpore vtili, & continuo, cap 3 n. 13. Quintalianus in reg 1. de reſeruat q. 3. notatur in cap Ad decimas, de reſt. ſpol. lib. 6. plene Præpoſitus in ſumma 3. q. 1. Panor. in cap In literis de reſtit. ſpol. n. 12 Brunellus in tract. de ſponſalibus, concluſ. 12. & Lanfrancus in Clem 2. col. 2. de iudicijs, Archidiac. in cap 1. col. 2. de eo qui mittit in poſſ. cauſ rei, Seruand lib. 6. dicens Curiam ita ſeruare, Speculator in tit de teſte, §. Nunc videndum, verſ Sed pene ago, Oldrard conſ. 1 col. 1. per cap. Significaſti, de diuortijs, Innocent. in cap. Conſtitutus, de filijs præsbyterorum, Hipol. ſingul 11. & Philippus Probus in cap. Ordinarij, de offic Ord. lib. 6. n 37. Coſmas in pragm. ſanctio. tit. de pacifi poſſeſſoribus, §. Ordinarij, verbo Inquirant verſ. Sed alia opinio, vbi dicit hanc opinionem cōmunem, & hanc ſeruat Curia vt dicit Geronym. Paulus in pract. Cācell. fol. 62 verſ Et nota, & Caſſador. q. 4. de raſt ſpol. n. 7. additio, Capel. Toloſ. q 15. Staphil. de ſignatura iuſtitiæ, cap Vtrum valeat proceſſus n 11 verſ In poſſeſſorio, Couarr. pract cap 23. nu. 4. verſ Cum beneficium, qui mouentur

ea ratione, quia beneficiatus non eſt beneficij dominus, ſed adminiſtratoris loco habetur, diciturq; procurator: vt ergo ante omnia procurator mandatum producere conſueuit, l. Si quis inficiatus, ff. de poſit. ſic beneficiatus iſte titulum oſtendere debet, aliàs ſi ſine titulo ſit intruſus dicitur, cap. 1. de eo qui mittitur in poſſeſſ. ne igitur detur vitioſus ingreſſus, ex titulo poſſeſsio coloranda eſt, oſtenſo titulo prima facie valido, Anton in d. cap. In literis, de reſtitutio. ſpol. Nec vrget quód poſſeſſor non cogitur oſtendere titulum ſuæ poſſeſsionis, l. Cogi, C de petit. hæred. Ioann. Andr. & Innocent. in cap. Quia in cunctis, de conceſſ. præbend. in 6. Rotta deciſ. 4. in nouiſ. Compoſtella in cap Nihil, de electio. Bald. in l. 2. Cod. de ſeruit. Angel. in l. Qui in aliena, ff. de acq. hæred. Panormit in cap Cum ſuper de cauſ. poſſeſſ. quoniam illud verum eſt quando poſſeſſor non habet contra ſe præſumptionem, vel quando non eſt euidenter iniuſta abſq; coloratione, & res licitè poſsideri poteſt citra aliquod adminiculum, ſecùs quando certo modo tantùm poſsideri poteſt, vt beneficium, & aliæ res ſpirituales, in quibus ea regula ceſſat, vt tradit Bonifacius in Clem. Si Romanus, num. 39. & ſeq. de præbend. & melius per Doctores, in cap Dilecto, eod. titulo, & Gomez in regul. de triennali, quæſt. 43. vbi concludit quemquam non audiri contra triennalem poſſeſſorem, niſi prius aliquid probet per quod appareat illum non habuiſſe titulum coloratum, ſequitur Probus in additio. ad Coſmã in pragmat. titul. de pacificis poſſeſſor. §. Ordinarij, fol. 308. Cum enim ad acquiſitionẽ poſſeſsionis beneficij reſpectu tituli ſcientia, & pacientia eius, à quo dependet poteſtas transferendi poſſeſsionem deſideretur, eiuſmodi poſſeſsio impropria eſt, quæ non poteſt haberi, obtineri vè, niſi per patientiam illius, ad quem ſpectat, ius transferendi, vt notat in cap. Cum Eccleſia de cauſ. poſſeſ. & in cap. Conquerente, de officio ordinar. tradit Anton in d. cap. In literis vbi allegat l. 3. §. Dare, ff. de vſu fruct & l. Quoties, ff. de ſeruit. & eſt text. in cap. Vt noſtrum de offic. Archiacon. aliter reſtitutio fieret cum peccato contra cap. Literas, de reſtitution. ſpoliat. & cap Gaudemus, de diuortijs, & gloſ. in cap. 1. vt lite non conteſtat. & in cap. De benedicto 32. quæſt 1. Nam cum retinens beneficium ſine titulo peccet, cap Dudum ſecũdo de electione etiam mortaliter, cap Nemo, cap. Nullus 11. quæſt. 3 conſequens eſt probata nulla poſſeſsione reſtitutionem fore denegandam, vt notatur 3. quæſt. 1. in ſumma.

59 Accedit etiam alia ratio, nam cum beneficium reſpectu proprietatis, citra canonicam inſtitutionem non tribuatur, cap. 1. de regul. iur in 6. cap Ex parte de teſtibus, & poſſeſsio proprietatis quodammodo cannexa intelligatur, cap 1. de cauſ poſſeſ cap. 1 de ſequeſtrat. poſſeſ. Gloſ. & Doctores in cap. fin. de iudic. iuri conſentaneum eſt, ſicut reſpectu tituli non poteſt obtineri, citra canonicam inſtitutionem, ita & reſpectu poſſeſsionis cum connexorum idem ſit iudicium, cap. Quanto, de iudic. Quamobrem ad obtinendam reſtitutionem, modus probandus eſt per quem ipſa poſſeſsio transfertur, vt notat Anton. in d. cap. Ex parte, de teſtibus: nec ſufficit probare nudam poſſeſsionem. Nam ſicut non ſufficit ad obtinendum beneficium, reſpectu tituli, vt in cap. Ex frequentibus, de inſtitutio. ſic etiam reſpectu poſſeſsionis, cum illa duo ſint connexa, ſuffragatur etiam, nam quẽadmodum in matrimonio carnali petens reſtitutionem, tenetur probare matrimonium, & ſic titulum ſuæ poſſeſsionis, primo aſpectu validum, nec ei ſatis eſt probare ſolam poſſeſsionem cap. Ex tranſmiſſa, cap. Ex parte, cap Literas, de reſtitut. ſpol. ita in matrimonio ſpiri-

pirituꝛliter cum hæc duo pariter progrediantur in iure, cap. 2. de tranſlatio. Prælator. cap Quoniā frequenter, vt lite non conteſtata, ac proinde cum hæc duo æquentur, diſpoſitū in vno extenditur ad alterum, cap De multa, de præben & ibi notāt cap. A multis, de ætate, & qualit. cap Si poſtquā iuncta, gloſ. de electione in 6. quæ ratio conuelli poteſt quia matrimoniū non præſumitur ex mutua cohabitatione, vt in cap. Illud, de præſump Alciat. rég. 2. præſump. 5 quod eſt ſecùs in beneficio, ad cuius titulū clericus promoueri debuit, & eſt ſaltē pro eo præſūptio propter Ordinarij viſitatio nes, in quibus de titulis inquirit, cap 3. de offi. Ordin. lib. 6. Facit deinde quia reſtitutio impeditur ſi cōſtat notoriè de non iure agentis, vel ex ſententia vel ex confeſsione, quia deficit poſsidēdi cauſa vt per Menoch. remed. 1. recuper n 233. Ioſeph Ludoui deciſ. 17. n 19. vbi dicit quòd etiam exceptio dominij admittitur in ſpoliq, quādo ſola veritate inſpecta proceditur Valaſ conſ 106. n. 5. Barboſ. in l Si alienam, nu 10 & 34. ff. ſolut. matr. ſic ergo qui non docet de titulo ſui beneficij reſtitui non debet.

60 Non defuerunt tamen qui aduerſus cōmunem inſurgant, ex quorum numero fuit Gemin conſ 57. & conſ. 148. ſequuntur Innoc. Abb & Butrius in cap. In literis, & in cap Cum ad Sedē, de reſt. ſpol. Soccin in l Rē quæ, n 17 ff. de acq. poſſeſ Menoch. de recuper. d remed 15. nu. 459. Franciſ. March. q. 197. in fine Cardin in cap Ex parte, de reſtit ſpol. qui aſſerit ſufficere probare nudam poſſeſsionē, nec opus eſſe poſſeſsionē colorate, mouetur per d. cap In literis, dū ſtatuit prius agi de violēta eiectione, quā de canonica inſtitutione, cap Ad audientiā de decimis, nec parū vrgent illa verba textus quia ſi prædo reſtituēdus eſt à fortiori ille, de cuius poſſeſsione conſtat, licet non de titulo ad idem tex. in cap Itē cum quis, & cap Conquerente, de reſtit. ſpol. vbi ſpoliatus per iudicē prætermiſſo iuris ordine, reſtituitur à fortiori reſtituendus à priuato ſpoliatus, adducunt etiam Clem. 1. de cauſ poſſeſ. vbi ſancitū eſt ſuſpenſo petitorio, ſuper poſſeſſorio agi poſſe, quare ſuperuacua eſt tituli probatio, vel poſſeſsionis coloratio ex titulo, quare falſum eſt agi poſſeſſorij duntaxat cauſam, in qua ſolam poſſeſſionem, & deiectionem probare ſatis eſt, cap. Conſultationibus, de offic. delegat. cap Cauſam qui filij ſint ligit. Accedit quod tradit Staphil. de ſignatura iuſtitiæ cap Vtrum autē valeat, n 11. fol. 496. vbi inquit prædictam ſentētiam potius ſtyllo quàm iure eſſe introductā, huius autem ſtylli rationē mutuatā, & introductam à paritate rationis, cap. Eum qui de eo qui mittitur in poſſeſ. lib 6. quod agens interdicto recuperandæ coloratū titulum producere teneatur, quod firmat deciſio Rottæ 393. ſi conferatur in nouiſ. ſubijciens ex mēte Innocentij in cap. Ex parte, de reſtit. ſpol ſufficere pro colore poſſeſsionis agentem interdicto recuperandæ probare ſe authoritate ſuperioris beneficij poſſeſsionem aprehēdiſſe, licet fortè eius collatio, ſeu electio non canonica, & vitioſa ſit, quia etiam prædo reſtituendus eſt, d. cap. In literis, & facit cap Cum noſtris, de cōceſſ. præbend & hanc ſententētiā tradunt Panorm. d cap In literis n. 23. Imol nu. 8. Collectarius n 9. Boer 86. qui palā aduerſus cōmunem contendunt, concedēdam fore reſtitutionem beneficij, licet poſſeſsio non coloretur ex titulo, & hāc iure veriorē cenſuit Claudius in l Naturaliter. § Nihil cōmune, n 25 ff. de acq. poſſ. Nec vrget quód beneficiū ſine canonica inſtitutione obtineri nequit d. reg beneficium, quia illud verū eſſe cenſent quoad proprietatem, quia poſſeſsio ſine titulo obtineri poteſt, Imol. d cap. In literis nu 3 Alber. 21. idem Imol. in Clem vnica de cauſ poſſ. n 16. nam etiā ſine titulo efficaci quinimo ſine titulo poſſeſsio aprehendi poteſt, vt dixit Anton. de Brutrio, ex cap Ex inſinuatione

col.2.de procurator. Panorm.in d. cap. In literis, col 5 de reſt.ſpol. & in ſua diſputatione incipit, Titius clericus in ſecundo quæſito. Anchar in d reg.beneficium,qui allegat quòd ex contractu inutili, & à iure reprobato transfertur poſſeſsio,vt in l.1.§.Si vir, ff.acquir poſſeſſ. eandem ſententiam ſequitur Bertrandus conſ 124.num.19 vol.3.& conſ. 459. num 6. lib 4 & conſ 59. num.21. lib.5. Et nos ſupra diximus ad Ordin. lib.1.§ 2. quod titulus requirebatur, ex d reg.beneficium,in ingreſſu, non veró in regreſſu Inſuper quia ſi hoc eſſet attendendum in reſtitutione pariter, & ſpoliator teneretur oſtendere titulū,ne beneficium reſtituatur,ne maneat apud ſpoliatorem, qui pari, vel maiori defectu laborat. Quæ ſententia, licet in puncto iuris verior obſeruanda in prophanis,in quibus ceſſat ratio,quæ militat in ſpiritualibus,vt ex deciſione Rotæ 7. Oldrad conſ 1.Rebuf.in concord. rub.de annatis in fin. verſ ſeptimo, tamen communis amplectenda.

61 Quæ tamen communis declaranda eſt non habere locum,quando quis lite pendente ſpoliatur, tunc enim coloratio tituli neceſſaria non eſt, quia maioris fauoris eſt reuocatio attentati quam ſit interdicti, vnde vi in quo reſtitutio petitur cum titulo colorato, ita Rotta deciſ.14 in nouiſ. Aufrer. deciſ.15. & in Clem.1. de offic Ordin.reg 2 fallen.24. Rebuf in concord. rubr. de annatis in fine,& 3 tom. ad leges Gal. tit. de cauſis benefi.poſſ.art 1.gloſ vnica,n 3.Nauarr. & poſt eū Couar.pract.cap 23. verſ Cui rationi, Pariſ.conſ 12 vol.4 videndus Felin in cap Olim,in fin de reſcrip & in cap Dilecti,verſ Quilibet,de maiorit & obedient. Caſſador. deciſ. 3 de reſtitut. ſpol refert Nauarr.in cap.Cum contingat,de reſcript fol 153 remed.1 in fin & in cap Accepta, de reſtitut ſpol fol 20. n.9 Rotta deciſ.55.in nouiſ.& in antiq. 505.quia hoc caſu cum iudex magis offendatur ipse etiam ex officio reponit, quia eius officium contēnitur,cap.Non ſolum,de appell.in 6. Oldrad.conſ.206. verſ Ad ſecundā quæſtionē, Alex.conſ. 99 Dueñas reg 42. Bernar.reg 37. Brunor a Sole in locis communibus,verbo Appellatio, nu.31. Ceuallos in tract de cognit.per viam violentiæ gloſ 6. nu.5. Mendez in praxi Luſitan. lib 2 cap. 11. n 16 Mencha viuſfrequent.c.40.à n.21. Caldas Pereira ad l.Si curatorem,verbo Per quod priſtinum,à n.35.& de nomi. q 5.n 25. Barboſ.in l.Si de vi,n 44.ff de iudic. Guterr pract. lib.1 q 39 à nu.15. Gracian.deſcept forenſ. cap.155.a n 41. Valaſc.conſ.156. Cabed.deciſ.20.p.1.

Quod tamen ſemper declarabis nō procedere,ſi notoriè cōſtet de non iure petentis ex ratione,l Si pupilli,§.Videamus, ff de negot geſt quod nemo ſine actione experitur,quia hi quorum non intereſt non audiuntur,cap.Non ſolent, 2.q 6 cap.Cū inter,de elect. cap. Super his, de accuſat Rotta deciſ.2. Lancelot. de attent 3 p. cap.30 n.76. Afflict.deciſ. 352 Caſſador deciſ 3 de reſt. ſpol.nu 4. Cabed 2.part.deciſ 15 num 18. 62

Secūdo declarabis quòd non ſufficit docere de titulo colorato quando ſpoliato iuris præſumptio reſiſtit,quia tunc titulus ligitimus probandus eſt, Crauet. conſ 322. quia is in mala fide cenſetur, Alex. conſ 75 vol 4 verſ.Præterea, quē ſequitur Craueta conſ.258.n.9 verſ.Et maxime,& fuit opinio Boer.in d cap.In literis.n.87 Selua de benefi.2 p.q.25.n. 2. Capi.deciſ.6 n 5 Rebuf. in praxi tit. de reſcript.ad benefic.nu.22. Ripa in l. Naturaliter,§.Nihil cōmune,n.77.ff.de acq poſſ Sit exēplum in eo qui duo incompatibilia poſsidebat, & reſtitutionē petit,quia tunc impeditur reſtitutio, vt per Roman. cōſ. 499.cū aliis quos citat Menoch.de recuper.remed.15.n.468. 63

Cæterum in poſſeſſorio adipiſcendæ poſſeſsionis ſufficit titulum coloratum oſtendere, nec de eo diſputandū, an valeat? Guid.q.8.ſequitur Deci.in cap.fin. C.de edict. diui Adrian.nu.19. Craueta 64

conſ.

conſ.258.nu.9 & 322.nu.1. Menoch de adipiſcend. remed. 4. num. 749. licet enim in hoc poſſeſſorio exceptio defectus proprietatis admittatur: debet tamen intelligi dummodo probationes in continenti offerantur, l.3. §.Ibidem, ff. ad exhibend. notatur in cap. 1. & in cap. Literas, de reſt. ſpoliatorum. Bal. in l.fin. C. de edicto diui Adriani num.42. vbi Decius nu.20. Alciat. reſponſ.257 & 350. Nata conſ. 234. num. 7. lib. 2. Roland. conſ.2 n.35. lib.3 Menoch de adipiſc. remed 4. n.751. & in beneficialibus, Coſmas in pragm. § Ordinarij.

65 Idem in poſſeſſorio retinendæ rei beneficiariæ, quæ ex titulo coloranda eſt, vltra ſupradictos Lappus allegat. 66. in fin. ſicq; debet explicari, Menoch de retinend remed 3 num.334 dum dicit quòd non eſt neceſſarium probare titulum, vt ſcilicet non ſit neceſſarium probare plene, requiratur tamen quòd coloretur, Coſmas in pragmat. §. Ordinarij. de pacif. poſſ. verbo Inquirant, verſ. Aliud, ſecùs erit in prophanis, vt per Menoch. vbi ſupra, quia agenti poſſeſſorio retinendæ, non obſtat defectus proprietatis, vt notatur in cap. Cum veniſſent, de inſtitution. Bart in l. Si de vi, § fin ff. de iudic. & in l Naturaliter, §. Nihil commune, num.2. & in l. Si de eo, §. fin. ff. de acquir poſſ. Guido. deciſ. 552. Capit deciſ. 121 nu 30. Nata conſ. 419. num 5. lib 2. Rebuf. 3 tom. ad leges Gal tit. de matei poſſeſ. art.2. gloſ.1. num.2 & gloſ.2. num 25. Alter enim ſi huiuſmodi exceptio admitteretur iam eſſet in facultate domini impune turbare poſſeſſorem, & paratis probationibus ſibi ius dicere, & moleſtiam à ſe illatam tueri quòd iura abhonrent, l Si quis in tantam, C. vnde vi, cap Eum qui, de præb. in 6. licet multi Doctores aliter ſentiant quòd probatio in continenti offeratur, ex gloſ. in d. l. Si de vi, § fin. Dinus in reg. cap Qui ad agendum, de regul. iur. in 6 Gvnus in l. 2. q. fin. C. de edicto diui Adriani, Angel in l. Dolo, ff. de exceptio. dol. quibus ſuffragatur doctrina Bartol in l. fin. C. ſi ex falſis inſtrum. aſſerentis exceptiones oblatas in continenti ſententiæ executionem impedire, Alex & alij in l. 4. §. Condemnatum, ff. de re iudic. plura congerit Menoch. de recuperand. d. remed. 2. num. 240.

Quis autem ſit coloratus titulus non ſatis liquet, & eum puto eſſe qui ab eo obtinetur, qui conferendi, ſeu eligendi, vel iure communi, vel ſpeciali poteſtatē habet, & niſi impedimentum obſtitiſſet eſſet iuſtus, & dicitur coloratus, idest figuratus, quia tantum habet figuram tituli, ita exponit text. in l. fin. C. mand. nam quòd in principio coloratam donationem dixerat, poſtea figuratam vocat, vel dicitur coloratus quia ex forma, & ex ſcriptura habet aliquem colorem, nec patentem errorem continet, l Hoc colore, ff de inoffic. teſtam. l. Iubemus, §. Scientes ibi beneficij colorati, C. de ſacroſ. eccleſ. regula Chancel. 33 vel coloratus, idest fucatus, Bonifac in Clem. 1. notab. 5 de ſentent. excomun. Rebuf. in tract. de pacific. poſſeſ. num. 32. in coloratus verò dicitur ſi non habet figuram, vel imaginem veri, l. Minor autem, §. 1. verbo In colorato, ff. de minor. gloſ. in cap. Auaritiæ, verbo Colore, de electio. in 6. & ideo collatio facta à capitulo nō eſt colorata, niſi poſſet probare ad ſe ſpectare collationem, idem in collatione facta à Vicario, concludit gloſ. verbo Coloratum in pragmat. Sanct. de pacif. poſſ. §. 1. cap. fin. de offic. Vicar. lib. 6. Rebuf. in praxi, beneficial. in forma vicariat. num 6 Ludouicus Gomez in reg. de triennali, quæſt. 27. verſ. Tertius caſus, Rebuf. de pacif. num. 32. tradit Bertrandus conſ. 132. lib. 2. 66

68 Inducitur etiam titulus coloratus quando probatur inſtitutio per Epiſcopum facta licet non appareat præſentatio Miles verbo Poſſeſsio q. 104. Rebuf. de pacif. poſſeſ. nu 32 verſ. Item, dicitur Aufrer. deciſ. Tholoſ. 431. Deinde ſi habitus ſit ab ordinario collatore, licet

eius manus eſſent affectæ, & titulus ob id ſit inutilis, Anton. & Imol in cap. Propoſuit, de conceſſ præbend Gomez in regul de triennal. quæſt. 27. & colorata dicitur poſſeſsio aprehenſa mandato ſuperioris, Rotta naua 393. Staphil. de ſignatura iuſtitiæ, cap Vtrum autem num. 12. Secùs erit ſi propria authoritate poſſeſsio capta ſit, Couarr. lib. 3. reſolut. cap. 16. num. 8. ad fin. quia vitioſa poſſeſsio non prodeſt, etiamſi iuſtus ſit titulus, l. 1. & 2. ff. vti poſsid. cap Licet cauſam, d. probation. quia poteſt eſſe iuſtus titulus expoſitio vitioſa, cap. Si quando, de offic. delegat & è contrario titulus iniuſtus, & poſſeſsio iuſta l. 1. § Si vir, ff. de acq. poſſ. Et quod requiratur authoritas Ordinarij vt iuſta ſit poſſeſſio, eſt text. in cap Paſtoralis, de priuil. vbi ſcribitur in vnione apoſtolica poſſeſsionem contra Ordinarij conſenſum apræhendendam non fore, niſi in literis poteſtas illam capiendi tribuatur, Ripa lib. 2. reſponſ. 18. quod idem eſt in vnione ipſius Ordinarij, vt per Anton. num. 12. Panor. 14 in cap. Cum veniſſent, de reſtit. ſpol quamuis Boer. q. 346. firmet non exigi nouam licentiam Ordinarij quando ab eo facta eſt vnio, ſed fallitur quia etiam in prophanis requiritur noua licentia, l. Si ex ſtipulatione, & l. Prædia, ff de acq. poſſeſ. Sed hæc in vnione obtinēt cæterū in collatione, quando beneficium datur in titulum, non eſt neceſſarius Ordinarij conſenſus ſecundùm communem, ex Abb. vbi ſupra num. 15. d. cap Cum veniſſent, & in cap. Tranſmiſſa, de electione n. 2. cui ſententiæ ſuffragatur text. in cap. Tranſmiſſam de electione, vbi electus adminiſtrat ſine alia aprehenſione, & poſſeſsione, vbi ita tenent Innocent. Cardin. Panor. in d. cap. Cum veniſſent, de reſt. ſpol & in cap Auaritiæ, de elect. lib. 6. Aufrer deciſ. 443. quia per electionem acquiritur ius adminiſtrandi per confirmationē exercitium, alioquin nihil prodeſſe confirmatio, gloſ. in cap. Quanto 63. diſt. Miles verbo Beneficiū, quæſt. 58. & verbo Poſſeſsio, quæſt. 103. Cardin in Clem vt hi qui, quæſt 8. de ætate, & qualit Imò ſi confirmatus ceciderit ea poſſeſsione, poterit eā propria authoritate ingredi, ſi inuenerit eā vacantem, Innoc. in cap. Ex parte, col. pen de arbitris, quæ iura licet loquantur in electione, & confirmatione locum etiam ſibi vendicant in collatione, quæ habet vim electionis, & confirmationis, vt collatarius poſſeſsionem beneficij ſibi collati ingredi poſsit, propria authoritate, Federicus conſ 234. ſuper primo, idem de præſentatione facta de beneficio, & inſtitutione ſubſequuta, dixit Rochus de iure patronat verbo Ius, quæſt. 5. Miles poſſeſſorium, § 48. Rebuf. de pacificis, num. 245. quamuis idem in praxi tit. requiſita in literis collationū, num 22. exiſtimet beneficiarium in poſſeſsionem beneficij mittendum fore ab Ordinario, nec ſua authoritate capere poſſe, ex d l Si ex ſtipulatione, quoniam per collationem poſſeſsio non tranſit, cap Cum Bertoldus de iudicijs, ibi: Ipſum inſtituens in eadem, in poſſeſsionem eum induci faciens corporalem, imò apræhendentem iure ſuo cadere, per text in cap Eum qui, de præbend. in 6 l fin C. de agentibus in rebus, lib. 12. l. Non aliter, C. de pala. ſacrar. largit. eod lib. l. Neminem, C. de re milit. eod. Ripa conſ. 18. rub. de reſcript.

68 Verum adhuc videtur prior ſententia amplectenda, vt qui vero titulo beneficij poſſeſsionem adipiſcitur ſecundum Domini & Philippum in d. cap. Eum qui, & quando Epiſcopus confert, & inueſtit beneficiarium poterit 15 propria authoritate poſſeſsionem aprehendere, teſte Panorm in cap Authoritate, de conceſſ. præbend ideoq; ſi quis bullis expeditis ſine executore poſſeſsionē adipiſcatur, non eſt intruſus, Domin & Philippus in cap. Si tibi abſenti, de præbend in 6. & in d cap. Eum qui

Quod autem ſufficiat ſola ſignatura gratiæ

gratiæ ſatis oſtenditur, quia gratia perfecta eſt per verbum Fiat, Calderin. in cap. Quiſquis, de electione, Rebuf. in praxi, 1 part de miſsion in poſſeſſ.n.39. Bal. in l Si qua per calumniam, C. de Epiſcop.& cler.nu.7 vbi dicit gratiam perfectam eſſe,licet aliàs per teſtes probari non poſsit, niſi literis abſolutis, & expeditis, Gonzal gloſ 12 num 45 vbi dicit quod ſtat in lingua Principis,& in ſcriptura teſtimoniū, idem Bal in l.fin. C. ſenten. reſcind. nu 7 idem in l Humanum, C de legib. num 6. & in l. fin. C. communi ſeruo manumiſ. num. 1. plures citat Molin de primogen lib.2. cap.7 num.55. licet vrgeat quod gratia literis non expeditis eſt informis, quæ expeditione formaliter politur, Rotta 458 in nouiſ.num.5 & regul de non iudicando, iuxta formam ſuppli. & ibi Gomez quæſt.1.vnde Oldrad conſ 237. & Bal in cap.1. per quos fiat in veſtitur. inquit quod non dicitur gratia perfecta, niſi reducatur in mundum per cōfectionem literarum,arg l Contractus, C de fide inſtrum tradit Staphileus de ſignatur liter. inſtit. cap His ita generaliter n.3. imó ineſt conditio ſi expediātur, Gomez vbi ſupra, Berous in Rubrica, de conſtitution in fine, diximus latè ſupra num 21. vltra ibi citatos videndus Quintalianus in reg.27 quæſt 3. num 3. Nauarr de ſpolijs §.8.poſt nu.3. Gabriel conſ 190 num. 11. & Garcia ibi citatus.

69 An autem expectatiua titulum coloratum præſtet ad effectum, vt ſpoliatus poſsit reſtitui, quod ſic iudicauit Rotta vt per Gomez in reg.de triennal.quæſt. 24 verſ Nec obſtat & quæſt.40. vbi ponit exemplum quando expectatiua reuocata caperet beneficium, quod aliàs ſub dicta gratia cōprehendebatur,cuius vigore expectans poſteà per triennium poſſedit, nam tali caſu expectatiua daret titulum coloratum, videndus Afflictus deciſ 392. num 18. Prouiſio etiam facta per Ordinarium in menſibus excellentium tribuit titulum coloratum, & è contra acceptatio, & prouiſio facta in mēſibus Ordinariorum tribuit eundem colorem, idem Gomez in regula de triennali, quæſt. 28. verſ Infertur, Caſſadorus de reſtit ſpol. deciſ 1. & 2 quãuis Rotta iudicauerit tales prouiſiones non valere propter decreta irritantia adiecta in alternatiuis Epiſcoporum, vt refert Felin.in cap.Cum ex offici], ad fin.de reſcrip.

Titulus etiam quilibet eſt coloratus, 70 licet beneficium ſit iuris patronatus, vt tradit Rebuf 3. part. ſignat. in praxi verbo nec non iuris patronatus nisi ſi autem ſit reſeruatum beneficium titulus non eſt coloratus, cap. 2. de Præbend. lib 6. Quia deficit poteſtas in concedente arg. l Sulpitius ff. de donatio inter virum. Notatur in cap Cum noſtris de Conceſs. præbend. l Minor autem verſ. denique ff. de minor. Rebuf de pacif num 288 Gomes in reg. de trienali quæſt. 29 & 30. Rotta noua 16. Caſſador. deciſ 2 de reſtit ſpol. Bertrandus lib 3 conſ 235 num. 6 latè Gonſales gloſ. 31 n.5. Æneas de Falcon.de reſeruat quæſt.4 princ effectu.1. de 47. Rebuf. in praxi tit. de reſeruatione num. 40. Idem Gomes in reg. de Annali quæſt 23 Mandoſ in regul.1. quæſt. 3. per totum Menoch. de recuperand. remed. 16. quæſt.35.num 443. Mohedanus deciſ 15. num 1 de cauſ. poſſeſs Simoneta de reſeruat quæſt. 40. Caputaquenſ deciſ 325 part.1. num 1. & deciſ 343 num. 5. part 3. Et quòd ſit intruſus, dixit Straph de vi, & effectu Clauſul. cap vlterius num.3 Ac proinde non facit fructus ſuos, qui reſeruatum poſsidet Speculator & Ioann And. in tit. de diſpenſat. §. Videndum verſ. ſed pone, quod aliquis Rotta 4. de reſtit. ſpol. Et quod poteſt damnari in fructibus qui percipi potuerunt Rotta antiqua diſt 130. Gomes regul de Annali quæſt 23. & de trienali. quæſt. 31. in princ. licet Burgos in cap. Ad noſtras

de emption. & Felin in cap. de quarta, de præſcriptio. tenent quòd facit fructus ſuos.

71 Coloratur etiam poſſeſsio ex confeſsione partis, licet enim partis confeſsio titulum non tribuat tamen cap. Ex frequentibus. de inſtitutio. poſſeſsionem ipſam iuſtificat, Rotta decif. 17 & 19 de reſtit. ſpol. in nouiſ. quam probat Felin. in cap Olim, ad fin. de reſcript. Franciſcus Marcus deciſ. 1148 num 8. 1. part. Rebuf. de pacif poſſeſ. num. 62. Boer. q. 193. n. 3. Menoch. de retinen. remed 3. n. 596. Licet huiuſmodi confeſsio non impediat ſuperiorem inquirere de titulo, Coſinas in pragmat. titul. de pacif. poſſeſſ. verbo Triennio, verſ. Similiter, idem Menoch. vbiſupra num. 695.

72 Sic pariter coloratus titulus eſt ille qui reſultat ex collatione beneficij ſæcularis, facta Monacho, Rotta antiquior 114 Poteſt enim Epiſcopus diſpenſare cum Monacho ad ſæculare beneficium tradit Ioann. Andr in reg quæ à iure lib 6. Domini. in cap. 2. 58. diſt. Felin. conſ. 44. quamuis Rotta aliter ſentiat 262. in nouiſ. a qua recedit Abb. in cap. Quod Deo. de ſtatu Monach. Couarr. in cap. 2 de teſtam nu. 3. ad fin. Sed adhuc contraria videtur verior ſententia, quia beneficia ſæcularia nequeũt regularibus conferri, Clem. 1 de regul. cap. Cum de beneficio, de præbend. in 6. nec ſine diſpenſatione admittitur cap. Monachi de ſtatu Monach. Rebuf. in praxi rub. de diſpenſa. cum regular n 5. & 38. eſt enim hoc regularibus prohibitum, cap Monachi, de ſtatu monachor. cap Officij, de electione, niſi beneficium ſit pleno iure vnitum perpetuò monaſterio, Clem. vt prbi ſſores, de regular. cap. Recolentes, de ſtatu monach & cap. Viſis, 16. quæſt. 2. Rotta 10. in antiq. Panormi. cap. 1. de Capellis Monach. nu. 5. Vnio enim perpetua ſtatum mutat ſecùs temporalis, quia ſolùm ſuſpendit, cap 1. ne Sede vacante, Caſſador. de iudic. quæſt. num 3. & de vnio. quæſt. 2. & de reſeruat. quæſt. 7. & de priuil quæſt. 5. num. 16. Nec viget quòd tradit Panorm. in d. cap. Quod Dei timore n. 7. de ſtatu monach. regularem poſſe præfici beneficio ſæculari, quē probat Selua de benefic. 3. part. quæſt. 70. Rochus de iure patron. verbo Honorificum, n. 8. quoniam hæc ſententia aboleuit., quæ ſolùm in primitiua Eccleſia obtinuit propter clericorum penuriã, quod poſtea in Concilio Lateranenſi relato in cap. 2. de ſtatu monach. emendatum fuit, diſpenſatur tamen cum regulari per Papam, vt in d. cap Quod Dei, & ibi collectar. num. 4. & probat Concil. Trident. ſeſſ. 9. can. 21. nec diſpenſationes de eo in Curia expediuntur ex Staphil. 8 forma expecta. num. 9 & de varijs modis vaccatio. 6. modo, quare titulus hic de ſe coloratus non eſt.

Vltimò intelliges ad colorandum titulum ſufficere, etiamſi à principio non valeat ſi ſequatur confirmatio ex pe in de valere, etiamſi de nouo per illud poſſeſsio capta non ſit, ita Coſmas in prag. Sanct. titul. de pacif. poſſeſſ. verbo Coloratum, verbo Quicunq, ad fin. quod tradit Rebuf. in concordatis tit de mãdatis apoſtolicis, verbo Succeſſores, pro qua ſententia eſt text in § Interdum inſtit de rerum diuiſ. vbi ſufficit titulus habilis ſuperueniens ad quærendum dominium, abſq; noua traditione, quamuis Pariſ conſ. 74. num 53. vol. 4. contrarium aſſerat, non aduertens ſolùm animum cõtinuandi poſſeſsionem nouam poſſeſsionem inducere ſecundum communem in l. 3. in princ. ff. de acq. poſſeſſ. vbi Iaſ num. 5. & in l. Is qui putat ff. acq. hæredit. Gomez in l. 45 tauri num. 41 niſi intelligamus Pariſium loqui quando ex prima apræhẽſione poſſeſsio acquiſita non fuit propter decretum irritãs ex Rotta antiquiori, de reſti. ſpol. quæſt. 1. in fine, & ex nouiſ. 432. poſt princip. 73

Ex his facile erit conijcere in caſibus occurrentibus, quando titulus ſatis coloratus

coloratus ſit, vt reſtitutio competat, vel vt tueri debeat poſſeſſor, puniriq; impetrans, qui ſine legum timore coleratos poſſeſſores moleſtare non veretur, & inſuper quibus caſibus liceat impetrare beneficia vaccantia ſine metu legum regiarum.

SVMMARIVM.

1 *LEX Regia prohibet citationes ad Curiam.*

In citatione ad Curiam maxima datur vexatio. ibi.

In Curia Regum omnes ſubditi domiciliũ contrahunt. ibi.

2 *Summus Pontifex concurrit cum reliquis Ordinarijs.*

Ab ipſo in Epiſcopos fluit iuriſdictio. ibi.

Cauſæ in quibus manum apponit Pontifex manent reſeruatæ ibi.

3 *Licet omnes cauſæ coram Ordinarijs ſint incipiendæ fallit hoc reſpectu Pontificis.*

Summus Pontifex dum cauſas comittit non cenſetur præiudicare notabiliter Ordinarijs. ibi

Idem in Principe ſæculari. ibi

4 *Omnes cauſæ clericorum ad ſuos Epiſcopos ſpectant.*

5 *Vexatio maxima datur cum clerici á remotis partibus ad Curiam citantur.*

Summi Pontifices varijs principibus conceſſerunt ne eorum ſubditi ad Romanam Curiam citarentur. ibi.

6 *Citatio facta ad Curiam per iudicem regiam annullatur.*

Geſta contra prohibitionem nulla ſunt. ibi.

In Lege Regio ineſt directa prohibitio citationis. ibi.

7 *Explicatur vltimus verſiculus legis regiæ.*

8 *Quód lex regia non prohibet citationes ſimpliciter, ſed exorbitantes?*

9 *Quæcunq; citatio ad Curiam eſt exorbitans.*

Particula aut ponitur inter diuerſa. ibi.

Quando determinatio reſpicit duo determinabilia æqualiter determinat vtrumq; ibi.

Styllus Senatus Portuenſis habet vt alterum ſufficiat ad pænam legis, vel impetrare, vel citare. ibi.

Refertur ſententia Senatus. ibi.

10 *Adducitur regium dipploma in confirmationem ſtylli.*

Qui nomine Cameræ poſſeſsionem petit, cenſetur facere in fraudem legis. ibi.

11 *Quando lex duos caſus refert, & ſuper vno diſponit, videtur in vtroq; diſpoſuiſſe.*

Ratio proæmialis diſponit. ibi.

12 *Citatio exorbitans in quo conſiſtat?*

13 *In citationem ad Curiam poteſt ſupplicari ad Regem ab eo qui exequitur.*

Iudex tribus modis ſpoliat. ibi.

14 *Refertur de eo areſtum Senatus.*

15 *Qui citat ad iudices extra Regnum pænam incurrit.*

Refertur breue Iulij tertij. ibi.

Referuntur verba Concilij Baſileenſis. ibi.

16 *Ponderantur verba breuis ibi præſertim.*

In confirmationem breuis plures latæ fuerunt ſententiæ. ibi

Refertur areſtum Senatus. ibi.

17 *Iudices extranei qui ſint?*

18 *Ponderantur verba breuis ibi in prima, vel alia quæcunq; inſtantia.*

19 *Ordinarij locorum excomunicationes nulliter latas tales pronuntiare valent.*

20 *Attento iure omnes cauſæ debent terminari vbi partes degunt.*

21 *Summus Pontifex ſemper Principibus ſæcularibus conceſsit priuilegia, ne cauſæ trahan-*

trahantur ad Romanam Curiam.
Enumerantur Principes quibus illud indultum datum eſt. ibi.
22 Perſona Pontificis nunquam comprehenſa.
23 Appellationes ordinariæ ad Curiam non cenſentur ſublatæ.
24 Interpretatio breuis Iulij.
24 Verba Bullæ ſimpliciter loquuntur, & generalia ſunt. ibi. & n. 25.
Criminales cauſæ quæ ſint, & ciuiles?
Merita quæ? ibi.
26 Verba generalia ſecundùm ſuam proprietatem debent accipi.
Auditores Rotta ſunt Delegati, & extranei. ibi.
27 Verba Bullæ diriguntur ad appellationes, & grauamina.
28 Bulla Iulij tertij an ſit in ſua obſeruantia?
29 Breue ſi non eſt receptum, vires non habet.
Vbi euidens notitia non datur, recurrimus ad coniecturas. ibi.
30 An cenſeatur abrogatum per non vſum?
31 Priuilegia perpetua, vel ſunt affirmatiua vel negatiua.
Priuilegia negatiua non admittuntur per non uſum. ibi.
32 Quid de vſu contrario?
33 Non omnes actiones contrariæ priuilegio ſunt vſus contrarij.
Priuilegium particularibus conceſſum poteſt tolli renuntiatione expreſſa, vel tacita. ibi.
34 Vaſſali non renuntiant priuilegio Principi conceſſo.
35 An hoc priuilegium abrogatum ſit per Concilium?
36 Non ſolùm citationes extra Regnum, ſed intra prohibitæ ſunt vt cauſæ auocentur ab Ordinarijs.
Interpretatur cap. 1. de offic. legat. ibi.
37 Remedium querellæ non eſt ordinarium, nec ſuſpendit.
Suſpendit querella in hoc Regno poſtquam ſupplicatio adiungitur proceſſui. ibi.
38 Collector cauſam ad ſe auocare non poteſt in prima inſtantia.
39 Laici non prorogant iuriſdictionem iudicis eccleſiaſtici, quando in eo iudicio coram ſuo Epiſcopo conueniuntur.
40 Canonico Conimbricenſi prouiſum fuit qui citatus fuit ad Curiam.
41 Quid, an tranſacto biennio cauſæ ad Curiam auocari valeant?
Nec partes renuntiare poſſunt iuri recurſus ad Principem. ibi.
Ius publicum, & priuatum quomodo conſideretur? ibi.
42 Citatio in Regno facta ab eo qui beneficium viuentis impetrauit non excuſat á pæna.
43 An Ordinatio comprehendat citationes quæ alterius rei occaſione fiunt non beneficij.
Citationes ad Curiam ex alijs cauſis annullantur, ibi.
44 An coram executore apoſtolico citantes in Regno pœnam incurrant?
45 Executores quot ſint?
46 Executor meri facti quis ſit?
47 Executores iuris quomodo procedant?
48 Executor gratiæ non poteſt inauditum poſſeſſorem expellere. n. 49 & 50.
Differentia quæ ſit quando ſententia iuſta, vel iniuſta, vel nulla?
51 Quando ſententia exequitur contra eum qui dicitur intruſus?
52 Executor quando iudicis partes aſſumit vt exequatur.

QVO-

QVOMODO CITANTES AD ROmanam Curiam huius Regni incolas puniantur ſub illis verbis: Os fazem citar,&c? Ad Ordin. lib.2. tit.13. in principio.

CAP. 63.

1 LEx Regia prohibet in præſenti citationes ad Curiam Romanam, in quo videtur compræhendere non ſolum citationem, quæ fit prætextu impetrationis præcedentis factæ de viuentis beueficio, ſed etiam quamcunque citationem ad Curiã, ad alium effectum. Accedens igitur ad illam citationem, quæ fit ratione beneficij impetrati paucis omnia abſoluam, breuitati enim conſulere ſemper eſt animus, quia fateri nõ erubeſco mihi nunquam innanis ſcribendi gloriæ cupidinem inceſsiſſe. Sed tantum eruendæ veritatis ſtudio, quæ in tenebris ad hæc vſque ſæcula deliteſcebant animum ad ſcribenbendum appuli, conabor igitur apperire, quid in citatione ad Romanam Curiam contineatur, & quibus pænis noſtra Ord. citantes ſubmittat. Supponit igitur lex Regia maximam ſubditorum verſari oppreſsionem ſi ad comparendum in Romana Curia citentur, & non videtur ſe cura ratio, nam in Curia Regis omnes ſubditi domicilium contrahunt, l. Roma. ff. ad municipal. diximus deciſ.2. num.12. Speculator in tit. de appelat. §. De officio ſub num. 14 Gigas de penſio quæſt. 58. num.3. Probus in additio ad Monach in cap. Vt animarum. num. 57. de Couſtitutio. in 6. Gonſales gloſ 13 §.1 nu. 12. Nihil ergó mirum ſi in beneficialibus, quæ priuatiue ad forum Eccleſiaſticum ſpectant coram iudice ſupremo fiant citationes eo impetante, quod inferior nullus valet prohibere, qualis eſt Princeps ſæcularis reſpectu ſpiritualium Boſsius de Principe. num. 18. vbi damnat ſtatuta Ducis Mediolan. dum prohibent ne quis ad Curiam citet Abbas conſ. 85 verſ. quin imó Marta. de iur. 4. part. Cent 1. caſ. 46. num. 4.

2 Secundò, quia ad S. Põtificem omni caſu, & tempore licitus eſt recurſus, nec in fraudem inferiorum dicitur fieri cũ ipſe cum omnibus prælatis concurrat, & ipſe fit Ordinarius ordinariorum, cap Cuncta, cap Per principale, 9.q.3. Hoſtienſ. in cap. Dilecti, num.5 de foro comper. & in cap Cum Eccleſia, num 4. de appellation Staphil. de liter. grat. in præludio, num 7. Franciſcus Marcus, quæſt. 249 n.1 part.2 Mohedan deciſ 1. num.4. de conceſſ. præbend. Gomez in proœmio regul. quæſt 2 ſub nu 7. Lara de Capel. lib. 2. cap. 8. num. 28. Selua de benefic 2. part. quæſt 1. num. 20. Simoneta de reſeruat. benefic quæſt.5 nu 8. cum ab ipſo in Epiſcopos, veluti à fonte fluat iuriſdictio, provt videmus in cauſis in quibus ipſe manum apponit, quæ affectæ manet, & reſeruatæ, vt nullus alius ſe intromittere poſsit, Lara vbiſupra num. 22. Simonet. de reſeruat. quæſt.4. num. 9. & quæſt. 60. num. 2. Gigas de penſio. q.69 num.1 Alexand. Raudenſ. conſ.11 num 6 Gonzalez in proæmio gloſ 3, nu. 146 vbi tenet quòd per appoſitionem manus etiam in actu nullo

nullo inducitur cauſæ reſeruatio, idem Rebuff. in praxi, tit. de reſeruat. num. 30. Rotta deciſ. 12. num. 2. de præbend. in antiq. & deciſ. 25. num. 1. de conceſſ. præbend. ibidem Callador deciſ. 1. nu. 8. de reſt. ſpol. Puteus deciſ. 180. num. 3. part. 3.

3 Vnde fit quód licet, attento iure cõmuni, omnes cauſæ coram locorum Ordinarijs ſint ventilandæ, cap. Cum Epiſcopus, de offic. Ordin. lib. 6. Hæc tamen regula non procedit reſpectu Summi Pontificis, qui quas vellit cauſas ad ſuum iudicium auocare poteſt, & alijs iudicibus in Curia, vel extra decidendas committere, quia cum ipſe eandem, quam concedit Prælatis, imò & maiorem iuriſdictionem penes ſe habeat, cap. Dudum 14. verſ. Nos igitur, ibi: Penes nos tamen nihilominus remanſit maior, de præbend. lib. 6. Meritò ſicut ipſe per ſe iudicans, & iuriſdictionem exercens in cauſis ad Ordinarios inferiores pertinentibus, non facit contra, ſed ſecundùm ius commune, & Ordinarijs nec præiudicat, nec iniuriã facit, dum iure ſuo vtitur, ex reg. cap. Cum Eccleſia 31. verſ. Quia, de electione, ſic dum cauſam in Curia, vel alibi committit, l. 1. §. Qui mandatam, ff. offic. eius, non contra, ſed ſecundùm ius commune facere, nec ordinarijs ſaltem conſiderabile præiudicium inferre cenſetur, vt ſatis euincit text. in d. cap. Dilectus, de offic. leg. ibi: Nec præiudicetur Prælato, cum illa iuriſdictio æque, & magis proprie dicatur eſſe Pontificis maximi, in quo tanquam in capite reſidet.

Sicut aliàs dicendum etiam eſt in Principe temporali, qui de cauſis cognoſcit pertinentibus ad Ordinarios, eaſq; quibus vult committit, l. 1. in princ. ff. conſtit. princ. ibi: Omnes ſuum imperium, &c. Quia ab ipſo in reliquos magiſtratus iuriſdictio diriuatur, ex Bal. in cap. 1. quis dicatur Dux, Comes, vel Marchio, & poſt alios obſeruat Auend. de exequend. mandat. cap. 1. n. 6. nec dum tales cauſas ab Ordinarijs auocat, nec contra ius facere, nec Ordinarijs præiudicare cenſetur. Pariter ergo in noſtro caſu dum Papa aliquem ad Curiam in beneficiali cauſa citandum decernit non contra ius facere dicitur, imó ſecundùm illud maximé ſtante Concil. ſeſſ. 24. de reform. cap. 20. vbi illud ipſum diſponitur de quo per Suarez in pract. 2. tom. prælud. vltim.

Hæc ſunt & alia quæ conſultô omitto, quibus huius legis deciſio videtur conuelli poſſe, ſed vt ipſius mens, & diſpoſitio percipiatur oportet prænotare, quod omnes clericorum cauſæ, attento iure communi, ad ſuos Epiſcopos ſpectant, probat cap. Clericus, 11. quæſt. 1. quod deductum fuit à Concilio Calſedonenſi, cap. 9. vt in eodem textu refertur, probatur q; ex textu in cap. Sicut vnite, de exceſſ. Prælator. cap. Accedentibus, eod. gloſ. in Clem. vnica, de foro compet. verb. Epiſcopus, Capra in cap. vltim. num. 72. de rerum permut. Felin. in cap. Eam te, n. 1. de reſcript. Gomez in proœmio regul. quæſt. 35. & probat expræſſe cap. 1. de foro compet. ibi: Epiſcopum proprium, quatenus per verbũ Epiſcopum excludit alios inferiores ab Epiſcopo, & per verbum Proprium excludit ſuperiores Epiſcopo, prout Primates, & Archiepiſcopos, quia licet hi iuriſdictionem habeant ordinariam proprij Epiſcopi non ſunt, ſed tantum per appellationem in caſibus iure expræſſis, vt habetur in cap. 1. de ſuplend. neglig. in 6. cap. Romana, §. Cum veró, de appell. lib. 6. cod. declarat. Vgo in cap. De perſona 11. quæſt. 1. faciunt quæ de poteſtate Epiſcoporum dicit Thom. 2. 2. quæſt. 184. art. 6. Victor de poteſt. eccleſ. quæſt. 2. num. 28. Soto de iuſtit. lib. 10. quæſt. 1. art. 3. quod adeo eſt verum vt ſi Prælatis inferioribus iuriſdictio aliqua competat, vt in titulo de officio Archidiac. & cap. Per lectis 25. diſt. ſemper illa poteſtas cenſetur accumu-

accumulatiua, vt minus præiudicet, ordinaria licet præſcriptione ſit acquiſita, quæ fauorabilior reputatur, quã ea quæ ex priuilegio, ex ijs quæ Auend. lib 1. prætor.cap.5.n.25. Azeued.ad leges Caſtellæ lib.3 tit.13.in princ. n.17.

Cumq, maxime ſubditorum vexatio inſurgeret, ex eo quod à remotis partibus, & mundi repoſtis regionibus aliqui clerici ad Curiam Romanam ſuper ſuis beneficijs citarentur, sũmis placuit Pontificibus indultis apoſtolicis concedere varijs orbis Principibus, ne eorũ ſubditi ad Romanã Curiam inuiti traherẽtur, ne ſumptibus, & litium expẽſis patrimonia exhaurirent Romanã Curiã adeundo pro iuſtitia cõſequenda, vt ponderat Pragmat.Sanctio, tit. de cauſis, in princ. Rebuf.in tract.de ceſſ.act gloſ.1.num.4. quibus ſumptibus ciues lõge à patria in paupertatem incidunt, text Authent. vt patrum filij ſuccedunt, col. 9 oportet enim ciuitati ciues habere diuites, §. Cogitatio, in Auth. vt iudices ſine quoquo ſuffrag. col. 2. Rebuf. in tract. de liter. ciuil.gloſ.vlt.n.1 Probus in cap.Fundamenta, n. 5. de electione, Syluanus cõſil. 25. n.25. Hac (inquam) ratione moti sũmi Pontifices varijs Regibus, & Principibus hanc exẽptionem conceſſere vt conceſſum fuiſſe Archiduci Auſtriæ, & ciuitati Montepeſul, teſtatur Rebuf. in concordata tit de cauſis, in prima cõditione, fol 645. in fin. in editione parui folij. Et Regibus Franciæ conceſſum dicit idem Rebuf.in tract de liter requiſit. gloſ. 3. nu. 18. Idem conceſſum ciuitati Bituricenſi refert Corn conſ.9.vol 3. Et Venetijs indultum teſtatur Staphil. de litis iuſtitiæ, cap. Quando appellatur, n.4.fol.479.in paruis, Octauian in praxi, lib 3.cap 9. nu 12. Lancelot.de attentatis, 2.part cap.20. n 38.

Quæ cum ita ſint maiori cũ ratione ſimile priuilegium põtificio diplomate conceſſum eſt in hoc Regno inuictiſsimo Ioann. III Regi Portugaliæ à Iulio III. ad perpetuam rei memoriã, quo cauetur, ne eius ſubditi extra Luſitaniã trahantur ex vi alicuius apoſtolicæ commiſsionis, niſi manu ipſius Pontificis ſignata ſit, & cum clauſula motus proprij, cuius breuis tenorẽ paulò inferius ſubijciemus Quo quidem priuilegio tollitur omne dubium quod in materia noſtræ ordinationis ineſſe poterat, ideoq; prædictum breue in Tribunalibus ſupræmis obſeruatur.

Ex quibus colligitur nullum ſubditũ huius Regni, ſeu vaſſalum pertrahi poſſe vltra Regni fines, tam in ciuilibus, quàm in criminalibus, vel mixtis cauſis, vt ipſum Pontificiũ diploma expræſſe concedit. Quod ſi contrarium fiat, an contra tales ad priuationẽ naturalitatis procedi valeat? Non leuis eſt dubitatio pro intellectu noſtræ Ordinationis. Videtur autem quòd his qui vaſſalos Regis ad Romanam Curiã citant nulla pœna impoſita ſit, cũ in lege ſcripta non reperiatur. Nam ſi attendamus ad verba legis regiæ vſq; ad verbum *Ordenamos*, nihil diſponit, cum illa verba præcedentia ſolam narratiuam facti cõtineant, explicantia qualis, & quanta vexatio ſubditis ſuboritur ex citationibus ad Romanã Curiã. Deinde ex verbo *Ordenamos*, diſponit vbi nec verbum de citatione, vſq; ad verſ. *E ſendo leigos* & verſ. *E ſendo clerigos*, qui verſiculi alio tendunt, agunt enim de miniſtris qui citationes exequuntur, quæ cùm ita ſint illa verba narratiua nihil ponunt ineſſe.

Non ergò ex citatione ad Curiã pœna aliqua imponenda eſt, vltra quam quod citans puniatur nullitate citationis & proceſſus quatenus illa per iudicẽ regium vallet eneruari, quia cõtra legis directam prohibitionem, & quia iuriſdictionem regiam offendit ex breui, & indulto apoſtolico diriuatam, eoq; caſu continet talis citatio notoriam ſubditi oppreſsionem cui aliter non valet occurri. Nec obſtabit quòd in hac lege nõ reperitur expræſſa citationis prohibitio: ſed tacita per intellectũ ſubauditũ, 6

quatenus illam execratur, dum illa vaſſalorum oriri aſſerit vexatiouem: & ſuccedit illud iuris axioma, quod geſta cõtra expræſſam, & directã prohibitionem legis de ſe nulla ſunt, l. Non dnbium, C. de legib. gloſ. verbo Pro infectis, in Clemẽt 1. de Immunit. eccleſ recepta cõmuniter, ex Tiraq de conſtit. 3. p. lim. 7. n. 47. niſi talis nullitas inducta fuerit in fauorem alicuius particularis, quia eo approbante actus valebit. Tacita veró prohibitio non illum habet effectum annullandi actum, imó geſta contra illã valida ſunt mero iure, ſic diſtinguit gloſ. 2. in l Cũ pater 76. §. Libertis, ff de leg. 2. communiter recepta, vt per Gomez l. Tauri 40 nu 88. & Molin. lib 1 cap 16. n. 33. Vnde cum in noſtra lege tacita ſit prohibitio nullatenus citationes contra eam factæ poſſunt annullari cũ valeant mero iure. Sed proculdubio dicendum eſt directã, & expræſſam citationis prohibitionem ineſſe, cum ipſa lex incipiat: Tollendo citationes ad Romanam Curiam, illoſq; duos caſus æquiparet impetrationis, & citationis, quibus Reip pax perturbatur, quæ cùm ſit ratio legis eſt cauſa finalis ipſius legis, eſt finis à lege prætenſus, ex Thom 1 2 q 1 art 2 & 3 & ex Bart. in l. 3. §. vlt. ff de ligit tutor. Decius in cap 2. requiris, de appell. & ſic ratio legis eſt finis, propter quem lex ipſa edita eſt, nam quæ dicuntur in proæmio cauſam finalem inducunt, l. fin ff. de hæred. inſtit. ſcribit Iaſ in l. Si pacto, quo pænam, C de pact. & Alex. conſ 7. lib. 2. Nam ſicut corpus ab anima, ita diſpoſitio á ſua ratione proæmiali animatur, & regitur, dicit Iaſ in l. Qui quadraginta, col 2 ff ad Trebel.

7 Nec obſtabũt verba vltimi verſiculi ibi: *E ſendo leigos*, in quibus videtur lex regia oſtendere quód citationes, de quibus in proæmio egerat ſunt illæ quæ per miniſtros exequntur, quaſi dicat in rub. *Dos que citão*, ideſt, *dos miniſtros que citão, & dos que impetrão*, ideſt, *dos que impetrão, & citão juntamente pelos ditos miniſtros*, ex quo manere videtur quód alia citatio quæ non cohæreat alicui impetrationi de beneficio viuentis, nec ſit improbata, nec nulla. Nam agnoſco quód non cõpræhẽditur in principio huius legis, niſi illa ſolùm citatio, quæ ratione beneficij ſit, in qua & debent puniri ipſam citationem exequentes, de quibus agit dictus finalis verſicul, & ipſum in cuius fauorem tales citationes expediuntur: ridiculum enim videtur vt puniãtur exequentes, & ipſe principalis nulla afficiatur pæna, cùm maiorẽ culpam contraxerit. Vnde qvi aliquem ad Romanam Curiam citari fecerit pro ſuo beneficio dimittẽdo, licet de impetratione aliqua non appareat, adhuc ſub lege compræhenditur, vt infra dicam. Reliquæ autẽ citationes, quæ ſiunt extra cauſas benẽficiales, veluti, quando clericus laicũ ad iudicium romanum vocat, prætextu rei ab eo poſſeſſæ: vel clericus clericum vtiq; ſub huius legis principio non compræhẽdũtur, ſed alibi, de quo infra dicã.

Adhuc tamen non deſunt qui dicant 8 quód quando intelligamus hanc Ordinationẽ prohibere, & impetrationem, & citationẽ per ſe conſideratam ſuper beneficio. Adhuc tamen non prohibeat citationẽ, quæ fit ad Curiam, ſecundum iuris ordinẽ, & cum debitis circunſtantijs tẽporis, & loci, & perſonarum, ſed illam tantùm quæ fit ad Curiam medijs exorbitantibus, & extraordinarijs, veluti quando breuiſsimus terminus ad cõparandũ aſsignetur, vel cũ clauſulà omni, & quacunq; appellatione remotta & in hunc ſenſum accipienda ſunt illa verba: *E por algũas maneiras exorbitantes os fizeꝛerem citar, &c.* Cum enim illis caſibus maxima ſubditorum oppræſsio reſultet ob non ſeruatũ ius, dum ad impoſsibile obligantur, offenditur ius naturale, atq; ideo lex occurit ne tales expediantur citationes, nec ex eo tollit quod illæ quæ ligitimæ ſint, & iuris ordine ſeruato expeditæ opere compleantur.

Sed hic ſenſus exploditur ſi conſideremus

remus quòd exorbitantia citationis in eo eſt poſita quòd fiat ad Romanã Curiam ſuper beneficio cum tãta vaſſallorum vexatione, pro cuius intellectus cõfirmatione, pondero verba rubricæ quæ generalia ſunt, & apta comprehendere impetrationes, aut citationes ſuper beneficijs viuentium, per quæ legiſlatoris mens explicatur, Iaſon. conſ. 226. nu. 7. gloſ. in l. 1 verbo Prætorio, & ibi Bald. C. ne liceat tertio prouocar. & ex rubrica deciduntur dubia, ac ex ipſo legis corpore, ex doctrina Fulgoſ. in l Non idcirco, ff. de iud. n. 1. Pariſ. 3 p. conſ. 53 n. 95. vbi reſoluit quòd licet lex ſtrictius diſponat quã rubrum ipſius, non reſtringuntur, quæ in rubro generaliter diſpoſita ſunt, & deducitur ex Alex. lib. 5 cõſ. 109 num. 4.

Pondero itidem illa verba: *Dos que citão, & dos que impetrão*, quæ oſtẽdunt legem agere de duabus perſonarum ſpeciebus: particula enim illa *Dos* exponitur de quæ nõ ponitur niſi inter diuerſa patet ex titulo de prædijs tamiacis, & de his qui ex colonis dominie procreãtur, vbi particula deponitur inter fundos, & perſonas quaſi diuerſa determinans: & colligitur ex rub de præpoſ. ſacr. cubicul. & de omnibus cobicular. & titul. de Conſulib. & de præfectis, & magiſtr. milit. vbi vtitur particula, De, inter perſonas diuerſi ſtatus, & qualitatis. Cum igitur Ordinatio Regia in hac rub. habeat *Dos que citão, & dos que impetrão*, neceſſario illud ita accipere oportet, vt intelligamus ſenſiſſe de perſonis inter ſe diuerſis, & diuerſis negocijs, & cauſis, ſcilicet, de impetrantibus, & de citantibus. Nam ſi mens legiſlatoris eſſet de vno tantùm caſu agere, vtiq; diceret *Dos que citão, & impetrão*, adiecta copulatiua, & quæ cõiungeret orationem. Facit optima Ord. lib 2. tit 43. vbi qui impetrat ſurreptitie à Rege, & qui citat ex tali impetratione pari formiter puniuntur: quod clarius colligitur ab extrauaganti, vnde hæc lex deſſumpta fuit lib. 4. titul. 12. l. 4. vbi in rub. *Dos que impetrão beneficios de homẽs viuos, ou citão para Roma*, ex quibus colligitur quòd particula, vel, diuerſa reſpicit, l Ille, aut ille, ff. legat. 3 Iaſ. in l. 1. §. fin. n. 7. ff. de noui oper. Rebuf. ad l. 38. de verb. ſignif. fol. 208. Et dum dicta extrauagãtis mens ad vtrumq; caſum reſpicit iuri cõformis eſt: nam quoties determinatio reſpicit, duo determinabilia debet ea æqualiter determinare, veluti in ſubſtitutione, quæ facta in perſona vnius habet locum in perſona alterius, & quæ valere nõ poteſt in vno, non valet in alio, l. Quamuis, l. Hæreditatem, C. de impuber. & alijs, l Teſtamento, C. de teſtam. milit. & habet hæc reg. etiam locum in ſtatutis, ex Angel. conſ. 143. in fin. plura ad idem cumulat Guillelmus verba Si abſq; liberis 2. n. 34. Vſu, & praxi tribunalium receptũ eſt, & ſtyllo, cuius non vilis authoritas, Cabed. deciſ. 3. 1. p. n. 5. deciſ Peruſ. 96. n. 7. Caſſan. in conſuetud. Burg. in proœm. n. 7. idem Cabe. deciſ. 201. in prin. Maſc concl. 1164 n. 8. Guterr. lib. 3. pract. q. 16 n. 71. & 73 Cotta in memorab. verbo Practica, fol. 696. adeo vt ſententia contra ſtyllũ ſit nulla, Flam. de reſig 2 tom. lib. 10 q. 2. n. 17. & lib 3. q. 58 n. 76. Quod quidẽ Portuenſis Senatus ſtyllus obſeruat; quem ſtillũ in ſentẽtia inſertũ reperi, cuius tenor eſt.

Acordão em Relação, &c Viſtos eſtes autos, embargos do embargante Andre de Barros, cõtrariedade do Procurador da Corôa, & aſsiſtente, mais artigos recebidos, autos apenſos, & proua dada & como na forma da Ordenação, & rubrica della para effeito de ſe poder proceder à deſnaturação, baſta impetração do beneficio de homem viuo, ou citação para Roma, ſem ſer neceſſario interuirẽ ambos os caſos copulatiuamente: & aſsi ſe julgou muitas vezes neſte Senado: hão os ditos embargos por prouados, &c. Iudice Faria. Scriba Rocha.

Quæ praxis pro lege habetur, Cab. 1 p. deciſ. 101. & deciſ. 2 n. 11. Gama deciſ. 16. nu. 7. & ex quibus ſententijs inducatur Cab. deci. 212. l. Filius ff. de falſis obſeruant

Affliĉt. deciſ. 45. Pinel in l. 2. part 2 cap. 4 Gama & eius adiotio. Flores deciſ. 228. Menoch. præſumpt. 1. n. 27.

10 In confirmationem huius praxis adduco regium dipploma inſertum in lib. Spheræ illius Senatus fol. 262. cõtra Petrum de Sequeira, qui cùm Romæ commoraretur nomine Fiſci apoſtolici, fecit citare Hieronymum da Sylua ad priuationem beneficij, contra quem ſentẽtia in Curia lata fuit, quod cum Regis inuictiſsimi auribus eſſet intimatum, iuſsit vt contra dictũ Petrum de Sequeira ad priuationem naturalitatis procederetur ex eo quod Fiſcus ad inſtantiam eius tacito nomine d. Hieronymum ad Curiã citaſſet, quia hi eadem pæna puniuntur, Garcia de beneficijs part 6. cap 3. n. 17. Gomez de impetr. q. 5. verſ. Quamuis.

Eu El Rey faço ſaber aos que eſte Aluarà virem, que eu hei por bem & me apraz, que no Iuizo dos meus feytos da caſa do Porto, perante o Iuiz delles ſe proceda polas penas da ley extrauagante contra Pero de Sequeira eſtante em Roma, pela ſentença que houue da Camara Apoſtolica contra Ieronymo da Sylua Abbade da Igreja de S. Pedro de Soportela do Arcebiſpado de Braga, contra forma das leys deſtes Reynas, & diſpoſiçaõ do ſagrado Concilio Tridentino; & mando ao meu Procurador da Coroa da dita Caſa, accuſe ao dito Pero de Sequeira, & o faça citar na forma acoſtumada, & para effeito de ſe proceder na dita accuſaçaõ contra o dito Pero de Sequeira, ſem embargo de vir tambem no meado nos ditos autos, & ſentença de Roma o fiſcal da Camara Apoſtolica, por ter entendido, que ſendo o dito Pero de Siqueira a parte principal nos ditos autos, procurou que o foſſe o dito fiſcal, para effeito de euadir maliciosamente as penas da dita ley extrauagante. E mando a todas as juſtiças, officiais, & peſſoas, a que o conhecimento pertencer, cumpraõ, & guardem, & façaõ inteiramente cumprir, & guardar eſte aluarà como ſe nelle contem, poſto que não ſeja paſſado pela Chancelaria, ſem embargo da Ordenaçaõ em contrario. Domingos Rodriguez a fez, em Lisboa a ſete de Outubro de 1504. E eu Rodrigro Sanches a fiz eſcreuer.

Super eandem materia Regis epiſtola extat, cuius tenor talis eſt.

Gouerdor amigo. Eu elRey vos enuio muyto ſaudar, vi a carta q̃ me eſcreueſtes ſobre o aggrauo, que tirou Ieronymo da Sylua Abbade da Igreija de S. Pedro de Soportela Arcebiſpado de Braga para o juyzo de meus feitos deſſa caſa, ſobre ſer esbulhado da poſſe da dita Igreja, por ſentença q̃ contra elle houue en Roma, à ſua reuelia, Pero de Sequeira, ſendo primeiro citado por hũ monitorio da Curia Romana, a inſtancia do dito Pero Sequeira, contra forma das leys deſtes Reynos, & deſpoſição do Conſilho Tridentino & hei por bẽ, que a ſentença da dita Relação, porque ſe julgou que o dito Ieronymo da Sylua foſſe reſtituido outra vez á poſſe da dita Igreija em q̃ eſtaua, ſe cumpra, ſem embargo da dita ſentença que o dito Pero de Sequeira houue á ſua reuelia em Roma, & ſe tome conhecimento do dito aggraua no dito juyzo de meus feitos, & ſe deſpache como for juſtiça, conforme ao merecimento dos autos ſobre o caſo proceſſados, & paraq̃ no dito Pero da Sylua ſe executem as penas da ley extrauagante, contra forma da qual impetrou a dita ſentença em Roma, mandei paſſar o aluara que com eſta vos ſerà dado, o qual fareis comprir como ſe nelle contem, & fareis proceder neſte negocio, & nos mais ſemelhantes a alle na forma acima declarada, & da dita prouiſaõ, & da minha parte direis ao deſembargador Pero da Sylua meu procurador da Coroa que faça logo hũa relação dos fundamẽtos que ha pera a dita citação pera Roma ſe não poder fazer de primeira inſtancia, & pera a minha Relação proceder na forma que o fez, que he o que o direito deſpoem, & ma inuiareis para, niſſo mandar prouer como cumpre a meu ſeruiço. Eſcrita em Lisboa 8. de outubro 1594. E eu Rodrigo Sanches a fiz eſcreuer.

Quæ deciſio iuri conſonat, nam præſumitur cõtra eos qui hoc modo impetrant, quod ſupreſſo nomine id faciunt ad vitãdas pænas, l. 1. §. Deijciſſe. ff. de vi, ibi: Suis manibus quis deiecit, an vero per 11

per aliũ, l.Itẽ apud, §.Feciſſe. ff.de iniur. iunct l.15.dãnum, ff de reg iur. Tiraq.de iure marit. gloſ.6.n.27.& ceſſante cauſ. limi 20.n.10.& decõſtitut.2.p.ampl.26. num.9. Gomez 3 tom cap 3.num 39. & l.46. Tauri. num.91. Corraſ.2. Miſiel. cap.22. Menoch 1 recup. num 407. & 126. & longa quaſi manu feciſſe videtur, l. Pecuniam, ff. ſolutio. Mantu. Paralipo.cap.18. ſicut aliàs actus, licet ab vno geſtus tribuendus eſt illi à quo vim capit. Nec obſtabit quòd hæc Ordinatio in ſua diſpoſitione, quæ incipit à verbo *Ordenamo*, nihil de citatione diſponit, quia reſpondetur, quòd ſuppoſitâ narratione prohæmij, inqua de vtroq, caſu agit, licet poſtea de impetratione ſolùm agat, idem videtur diſpoſuiſſe in citatione quod in impetratione diſponit gloſ in l.Si quis ſeruo, C. de furt.& ratio proæmialis attendenda eſt tamquam finalis, Ceuall. 4.p.quæſt.1. num. 135. quod non ſolet ſine mixterio deſcribi, vt dixit Bald. in §. Quibus in prima conſtitutione Codicis col.1. Rebuf. 1 tom. ad leges Gal. tit de ſentẽtijs prouiſio. art.1 gloſ 1. fol.247. Cum duo illi caſus propoſiti fuiſſent à legislatore, cum de altero tantum diſpoſuit de omiſſo etiam pariter cenſetur diſpoſuiſſe, ex Cabed deciſ.114 nu.12. Nam quando duo caſus parificantur in eadem regula diſpoſitum in vno ad vtrumq; refertur Caldas Pereira ad l. Si curatorem, verbo Res num.2. & eſt gloſ communiter recepta in d l. Si quis ſeruo, C. de furtis, & in l. Quod verò, ff de legib. & in cap Si poſtquam, de electione, lib 6. Petrus Mattheus in bullar. fol.889. Iaſ.in § Ex maleficijs inſt. de action. num. 39 Meneſ. in l. Clari. num 10. C.de fidei. Lara de auiuerſar. lib 2.cap.4 num.101. explicat eleganter Barboſ in l.Si conſtante, in princ.n 102. in fine, vbi citat Domi & Peruſ in cap. Conſtituto, de electione, in 6. Imol in l. Si ita quis, §. Ea lege, ff de verbor.oblig. Nam verba quæ reſpiciunt plura determinabilia æqualiter omnia determinant, Menoch præſumpt 36, lib 4 n.36 & eleganter Pariſ 3 part. conſ.59. & ſequentibus Surdus deciſ. 202. quia diſpoſitio facta in vnum caſum ad alium extenditur, cum eadem eſt ratio vbi citat Bal conſ.95.num.2 vol.4 & eundem in cap. Inter corporalia, de translatione Prælat. Tiraq.de retract conſangui. §.2. gloſ.1.num.19 & §.20.gloſ vnica, nu.11. Crauet. conſ 62. num. 14. Menoch. de arbitrar.caſ 63 num 10.

12 Nec inſuper obſtabit quòd dicta Ordinatio ſolùm exorbitantes citationes, & quæ cum clauſulis extraordinarijs fiunt prohibere intendit, non verò eas quæ iuxta iuris cõmunis ſemites. Nam reſpondetur quòd exorbitantia citationis in eo ſolùm cõſiſtit quòd fiat ad Curiam Romanam, ab illo qui in Regno agere valens, reum vocat per modos qui à iure exorbitant. Dicimus enim à iuris regulis exorbitare illa quæ contra iuris regulas fiunt, quod reperitur in omni citatione quæ fit relicto loci ordinario, qui cauſarum in prima inſtantia iudex eſt, vt ſupra dixi, & dicuntur exorbitantes quaſi contra ſemitem iuris factæ, Tiraq in l.Si vnquam, verbo Libertis, num.19 Alciat l. 2. ff. de verbor. ſign. num.46. Gamarus de extenſion.nu.89. de his agit text.in l. Quod verò ff.de legib. reg quæ à iure de reg. iur. lib 6. ſicut aliæs leges exorbitantes vocãtur ius conſtitutum. Alciat. lib. 7. Parergon. cap. 2. cuius modi ſunt prætorum edicta circa reſcindendos contractus edictum de minor. & de dolo quod metus cauſa, & ſimilia, quippequæ deuiãt à generali iuris regula, ſicut & priuilegia clauſula in corpore iuris, Ripa in l Si conſtãte, ff ſolut matrim.num.78 atq; ex his patet illa Ordinationis verba nihil aliud importare, quã citationẽ factã contra iuris ordinarij formã, non verò aliquid peculiare exrobitans ſignificare.

Ex quo intellectu ſic præſtito qui & 13
iuris ſenſui, & legi conuenit. Primo ſe-

quitur quod qui ad Romanam Curiam citatur vtiq; opprimitur omiſſo loci ordinario, & datur ſubditi notoria vexatio, pro qua iudex regius interpellandus eſt, Menchaca lib. 3 Illuſtrium quæſt. 51. num. 40. & cap. 41. num. 26. In eo tamen eſt dubium quód cum tales citationes ſemper expediantur per clericos, vel notarios ad inſtantiam eorum qui Romæ ſunt cum citationes decernantur ab auditoribus Rottæ, vel alijs iudicibus eccleſiaſticis, á quo debeat ſupplicari, an ab ipſo mandante, vel ab executore qui citat: & videtur quód ſupplicari debeat à iudice qui grauat, non veró ab executore, & miniſtro qui mandata exequitur, nec citationem factam reuocare poteſt.

Sed his non obſtantibus, ſtyllus recipit vt ab ipſo executore poſsit ſupplicari ad Regem quod deducitur ex ſententia Bart. in l. A diuo pio, §. Sententiam Romæ, ff de re iudic. num. 6 licet non recte, ibi: Probetur, Faciunt quæ Lappus alleg. 92. & quæ Oldrad. conſ. 88. cuius rei illa videtur eſſe ratio quia eo caſu datur notoria oppreſsio citati, nec res ipſa patitur moram, & qui citat eſt ille qui me actu lædit, in quo repræſentatur mandans qui cum faciat vim, eam quoq; facit ille qui exequitur, & iuſſa capeſcit, l. 1. §. Deijciſſe, ff. de vi. Nam ſi bene aduertamus, hoc caſu quando quis citatur contra formam Concilij ad Curiam, & breuis Regibus conceſsi iudex qui tales citationes decernit reum iure ſuo ſpoliat, contra quem ipſe ſe poterat tueri de facto reſiſtendo, ſicut ergo poterat de facto reſiſtere, poteſt recurrere ad manum Principis qui cognita violentia vim prohibeat, ſicq; à miniſtro exequente mandatum admittitur ad Principem ſupplicatio quaſi ab ipſo per quem ſpolium comittitur, quod ſicut ſimplici partis petitione reponi poteſt, ex Ordin. lib. 3. tit. 48. ſic pariter ſimplici ſupplicatione ad Regem audito ſpoliatore, ipſe ſpolium reponit, & citationem non faciẽdam iudicat, ſpoliatumq; iuri ſuo reſtituit de facto. Nam certum eſt quód iudex tribus modis ſpoliat Primo procedens extraiudicialiter, & abſq; iudicio in his quæ iudiciarium requirebant ordinem. Secundo procedens iudicialiter, ſed tamen nulliter ex iuriſdictionis defectu: vel deniq; iudicialiter ſeruato iuris ordine, ſed tamen iniuſtè contra ius partis. Primo caſu contra illum competit interdictum, vnde vi ſicut contra priuatum, cap. Conquerente, de reſt. ſpol. ibi: Sine iudicio ſpoliaſti, Nauarr. in cap. Cum contingat, 7 part. nullita Menoch 8. remed recup num 8. Boer deciſ 238 num. 4. Roland. conſ. 6. num. 34. lib 2. & conſ. 32. num. 13. lib. 4. & facit textus in l Nec magiſtratus 32. ibi: Quaſi priuatus, ff de iniur. Meno. vbiſupra num. 23. Secundo caſu pariter ſpoliat, & interdictum competit contra eum, communis in cap. Ex inſinuatione, de procurator. Menoch. vbiſupra num. 13. & illi qui mandatum eius exequitur poteſt impune reſiſti, l. Omnes, in fine, C. de decurio. lib 10 Nam hi caſus æquiparantur dum quis procedit extraiudicialiter, & de facto, vel in iudicio, ſed nulliter quia tunc non eſt iudicium quoad eius effectus, arg l. 4. §. Condemnatum, ff de re iudic. l 2. §. 1. ff. quẽadmodum teſtam. aperi. nec obſtat cap. Ad petitionem, de accuſatio. vbi denegatur reſtitutio priuato per ſententiam nullam quia procedit ex ſpeciali prouiſione Pontificis, licet rigor iuris aliter haberet. Vnde cum in hoc caſu & iudex, & eius miniſter ſpolient citatum ſuo iure, & iudicio proprij iudicis recte cõtra ipſum citantem quis conquæritur ad Regem quaſi ex perſonali facto, vt à moleſtia deſiſtere cogatur. Et eſt notandum quód in his caſibus iudex regius debet ſemper attẽdere vt declaret quod ſi virtute talis citationis, aliqua ſententia in poſterũ effluxerit, nõ detur executioni, & libuit hic tranſcribere latã Vlyſippone ſentẽtiã, in qua de ſupplicatione à

ne à Notario citãte agitur,& de prouidẽdo ne ſentẽtia poſtea lata exequatur.

14 *Acordão em Relação,&c. Viſta a petição do ſupplicante, o procurador de dito ſenhor, autos appenſos, ſentenças no caſo dadas, bullas appoſtolicas, inhibitoria, & citatoria junta per que ſe moſtra q̃ eſtando o doutor Iorge Pereira em poſſe pacifica do beneficio da contenda, por letras apoſtolicas expedidas ſem penſaõ algũa, não ſendo conuencido ligitimamente em juyzo ordinario ante algum juyz neſte Reyno, ſe lhe pedir certa penſaõ, & não a querendo pagar o Auditor Apoſtolico, á inſtancia de Claudio Grota aſsiſtente em Curia Romana o mandar citar de primeira inſtancia perante ſy, para dizer a duuida que tem á pagar a dita penſaõ, aſsignandolhe certos dias para apparecer em Roma, no que o dito Auditor Apoſtolico ſe moſtra vexar ao dito Doutor Iorge Pereira notoriamente, a quem como vaſſallo ſeu natural, & morador neſtes Reynos o dito ſenhor tem obrigação de acudir aſsi pelo dito Auditor lhe não guardar a diſpoſição do Concilio Tridentino, que manda que da primeira inſtancia não ſeja peſſoa algũa citada para Roma, como por lhe não guardar o priuilegio concedido pela ſancta Sè Apoſtolica á inſtancia dos Reys deſte Reyno, em fauor de ſeus vaſſallos; pelo qual ſe annullão todas as ſentenças, & excomunhões que ſe fulminarão contra os naturaes, & moradores deſte Reyno, por citações de primeira inſtancia para Roma: Pelo que aſsi o Notario Apoſtolico que a dita citação fez, a não deuera fazer, por ſer contra as ditas prohibições. O que viſto, declarão que pela dita citação feyta em virtude da dita citatoria, ſe não deue fazer obra algũa: & moſtrandoſe algũas ſentenças em virtude della fulminadas, o que ſe não eſpera, não deuerem hauer effeito, por ſer contra as ditas prohibições, pelo que mandão às juſtiças ſeculares não guardem neſta parte ſentença algũa que ſe lhe offereça, nem procedimento, nem euitem ao dito Iorge Pereira, nem lhe leuem pena de excomungado. Lisboa, 18 de Abril de 606.*

Fernão de Magolhaẽs. Sylueira.
Dinis de Melo.

Deinde infertur quod non ſolùm huius legis pœnam incurret qui ſuper beneficio regnicolam vocauerit ad Curiam Romanam verum,& ille qui iudicẽ impetrauerit in Regno Caſtellæ, vel alibi, dummodo extra Regni confinia viuat, de quo extat Ordinatio hoc titul. 13. in §.1. ibi: *Nem impetre juyzes Apoſtolicos fòra de noſſos Reynos, & Senhorios, nem requeira perante elles couſa algũa*, quod deductum fuit à lege extrauaganti, 4. p. tit. 12. condita anno 1512. 15

Tamen poſtea anno 1554 conceſſum eſt Regi inuictiſsimo Ioanni, à S. Antiſtete Iulio tertio, ad perpetuam rei memoriam breue ſub annullo Piſcatoris, quo cauetur ne extra Regni limites aliquis iudices à Sede Apoſtolica obtineat, cuius tenorem hîc tranſcribere libuit: habetur in arce publici Archiuij Regij, in tomo breuium, fol. 63. Conceſſumq; fuit ante Concilium Tridentinum, quia illud anno 1563. Concluſum fuit in quo interfuit Iulius tertius huius priuilegij author.

Ad perpetuam rei memoriam: Romanum decet pontificem prouidere, ne quod in bonorum fauorem inductum extitit ijs qui chriſtianæ religionis decorem ſuis flagitijs deturpare non verentur delinquendi licentiam, & in delictis patrocinium cum impunitate ſubminiſtret. Hanc chriſtianiſsimus in Chrſto filius noſter Ioãnes Portugalliæ, & Algarabiorum Rex Illuſtris nobis nuper exponi fecit, quod cum nonnulli clerici tam in minoribus, quàm in ſacris ordinibus conſtituti, & beneficiati, ac aliæ tam ſæculares, quàm regulares perſonæ Portugagalliæ, & Algarabiorum Regnorum, ac aliorum dominiorum ipſius Ioannis Regis, præſertim facinoroſi, & diuerſis criminibus obumbrati magis, ac liberius in ſuis delictis inſordeſcant, & ſuorum delictorum impunitatem diutius conſequantur, ſuoſq; aduerſarios moleſtare valeant: Cum primum ſibi alicuius delicti, ſeu criminis conſcij

exiſtunt, aut ex quauis occaſione ſe in cauſam talē trahi poſſe præſentiunt ſuorum Ordinariorum ac iudicum,& officialium eorundem Regnorum, & dominiorum iuriſdictionem declinant,ipſiſq; Ordinarijs iudicibus,& officialibus per diuerſas comiſsiones, literas, & reſcipta a nobis,& Sede Apoſtolica, aut illius Nuntijs,& Legatis per eos obtenta,vel potius extorta,ſub certis grauibus in illis expræſsis cenſuris, & pœnis inhibere, ac comiſsiones literas,& reſcripta huiuſmodi iudicibus extraneis extra Regna,& dominia prædicta comorantibus delictorum, & criminum cauſas, ac delinquentium eorundem demerita ignorantibus, & vt plurimum eorum aduerſarijs ſuſpectis, ad quos aduerſarij ipſi pro beneficio iuſtitiæ conſequendo ſe comode conferre non audent, neq, poſſunt,idq, ſi poſsint, vel audeant ab eo tamen ob nimios labores, & expenſas in proſecutione cauſarum huiuſmodi,præſertim in partibus alienis ſubeundos,& faciendas cauſantibus,& non minus longis,periculoſiſq; itineribus,& viarum diſcriminibus reuocantur, committi procurant,quo fit vt locorum Ordinarij, alijq, iudices prædicti,eorumq: officiales Promotores,& Procuratores, Fiſcales clericos,& laicos,etiam enormibus delictis,& homicidijs notatos,provt illis incumbit,& iuſtitiæ debitum requirit inquirere, coercere, ac punire, ac ij quorum intereſt illos accuſare, & in cauſam trahere non poſſunt, vnde clerici, & laici præfati in ſuis malitijs inſordeſcentes ſuorum delictorum impunitatem,vel abſolutionem facilē conſequũtur,& ad delinquendum longe procliuiores fiunt,ac à ſuorum aduerſariorum petitione indebitè liberantur, in non modicum Chriſti fidelium ſcandalum & iuſtitiæ perturbationem ac ſtatus eccleſiaſtici depræſsionem acquæ non ad mala impune agenda ſed ad iuſtitiæ adminiculum concedi debent, literarum apoſtolicarum abuſum. Quare idem Ioannes Rex zelo iuſtitiæ accenſus cupiens omnibus iuſtitiam, æqua lance miniſtrari, ac ſceleratos quoſcunq; debitis pænis mulctari,probos veró ab iniurijs releuari, per dilectum filium Alphonſum de Lencaſtro eius conſobrinum,ac præceptorem maiorem militiæ Ieſu Chriſti Siſterſienſis Ordinis,& pro eo ad nos, & Sedem Apoſtolicam oratorem ſupplicare fecit, vt in præmiſsis oportune prouidere de benignitate apoſtolica dignaremur. Nos igitur qui omnibus præſertim regia dignitate fulgentibus, & iuſtitiæ debitum exoptantibus perſonis fauorabiles eſſe debemus, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati quod de cætero perpetuis futuris tempôribus nulli clerici tam in minoribus, quam ſacris,& praesbyteratus ordinibus conſtituti,ſeu beneficiati,tam ſæculares, quam quorumuis ordinum regulares perſonæ,& laici ſuper criminibus,& delictis per eos in Regnis, & dominijs Ioannis Regis huiuſmodi hactenus, & pro tempore quomodolibet perpetratis, aut rebus ad eos pertinentibus, vel alia quauis occaſione, literas etiam in forma breuis, aut reſcripta à nobis, & Romanis Pontificibus pro tempore exiſtentibus,ad alios quam in Regnis,& dominijs Ioannis Regis huiuſmodi cōmorantes iudices,& perſonas directa in prima, ſeu alia quacunq, inſtantia, & & nunc motta,& indeciſa pendente, & cum præſentium literarum ſpeciali, & ſpecifica mentione, ac expræſſa derogatione ex quauis cauſa, etiam per viam grauaminis, & appellationis impetrare poſsint. Etſi illa quandoq; impetrauerint,ac eiſdem extraneis iudicibus communiter, vel diuiſum comitti obtinuerint locorum Ordinarij, eorumq, officiales,Promotores,& Procuratores Fiſcales, ac quomodolibet in cauſis ipſis intereſſe habentes, ac iudices, & quæcunq, aliæ perſonæ Regnorum, & dominiorum Ioannis Regis huiuſmodi eiſdem comiſsionibus,& reſcriptis,ac in eis

eis appoſitis clauſulis, necnon earum vigore, ſeu prætextu, emanatis inhibitionibus, citationibus, decretis, mandatis, cenſuris, & pænis, ac ſententijs exinde ſubſequutis, niſi comiſsiones, & reſcripta huiuſmodi ſuper ſupplicationibus manu noſtra propria, vel Romani Pōtificis, pro tempore exiſtentis, & cum clauſula mottus proprij ſignatis expedita fuerint, obedire, vel acquieſcere minime teneantur, nec ad id obligati exiſtant, quinimó prædicti Ordinarij officiales Promottores, Procuratores, iudices Regnorum, & dominiorum Ioannis Regis huiuſmodi comiſsionibus, & reſcriptis, ac exinde ſubſequutis citationibus, inhibitionibus, decretis, mandatis, cenſuris, & alijs executionibus prædictis non obſtantibus, contra clericos, & laicos, ac alias perſonas huiuſmodi, ſuper quibuſcunq; criminibus, & delictis per eos perpetratis, ac bonis, & rebus ad eos pertinentibus, & actionibus ſibi competētibus, necnon cauſis, & litibus cōtra eos quomodolibet mottis inquirere, & per inquiſitionem, vel accuſationē, aut ex mero officio, ac aliàs iuxta formam iuris procedere, eoſq; quos deliquiſſe repererint debitis animaduerſionibus coercere, ac punire, ac carceribus mancipare, cauſaſq; & lites ipſas audire cognoſcere, & decidere, inſontes abſoluere, aliaq; in illis neceſſaria, & opportuna facere, & exequi liberè, & licitè valeant, in omnibus, & per omnia perinde, ac ſi literæ comiſsiones, & reſcripta huiuſmodi nullatenus emanaſſent, aut illis nominatim, & expræſſe directa fuiſſent, authoritate apoſtolica tenore præſentium, ex certa noſtra ſcientia ſtatuimus, & ordinamus, ac omnes, & ſingulas tam criminalium quàm ciuilium, ac etiam mixtarum cauſarum huiuſmodi comiſſiones, & reſcripta, ac alias, & gratiæ literas apoſtolicas contra præſentium tenorem à nobis, & Sede Apoſtolica pro tempore emanata, necnon citationes, proceſſus, executiones, & ſentētias exinde ſubſequtas, ac excomunicationes, & alias cenſuras, & pænas promulgatas, ſequeſtraq; & interdicta quomódolibet appoſita nullius roboris, vel momenti fore, & eſſe, ac eoſdem Ordinarios, officiales, Procuratores, & alios iudices, acq; quomodolibet intereſſe habentes, citationibus, inhibitionibus, decretis, ſentētijs, mandatis, & alijs executionibus, per eoſdem iudices extraneos, vt præfertur pro tempore factis, obedire, deferre, vel acquieſcere nullatenus debere, ipſaſq; præſentes ex quauis cauſa de ſubreptionis, vel obreptionis vicio, ſeu noſtræ intentionis defectu: notari, vel impugnari nullatenus poſſe, ac ſub quibuſuis, & illarum totum tenorem inſerentibus reuocationibus, ſuſpenſionibus, limitationibus, aut alijs, eis in toto, vel in parte derogantibus, vel obuiantibus, diſpoſitionibus etiā á nobis, ſeu Romano Pontifice pro tempore exiſtente, ſeu dicta Sede, vel illius Legatis, quomodolibet pro tempore emanatis, nullatenus comprehēſas, ſed ſemper ab illis prorſus exceptas: & quoties emanabunt, toties in priſtinum, & validum ſtatum reſtitutas repoſitas, & plenariè reintegratas eſſe, & cenſeri, ipſiſq; præſentibus nullatenus derogari poſſe, ſicq; per quoſcunq; quauis authoritate fulgentes iudices, & Comiſſarios, & cauſarum Palatij Auditores ſublata eis, & eorū cuilibet, quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & authoritate iudicari, interpretari, ac decidi debere, ac ſi ſecùs ſuper his, à quoquam quauis authoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari irritum, & inane decernimus: non obſtantibus præmiſsis, & apoſtolicis, ac in prouincialibus, ac ſinodalibus concilijs editis generalibus, vel ſpecialibus conſtitutionibus, & ordinationibus, necnon ſtatutis, & conſuetudinibus, etiam iuramētó confirmatione apoſtolica, vel quauis firmitate alias roboratis, priuilegijs quoquè indultis, ac literis apoſtolicis, & cōſeruatorijs, quibuſuis vniuerſitatibus,

Eccle-

Eccleſijs, monaſterijs, locis, militijs, & ordinibus, eorumq; ſuperioribus, & perſonis, ac quibuſuis alijs, ſub quibuſcunq; tenoribus, & formis, ac cum quibuſuis clauſulis, & decretis, etiam irritãtibus, & alias quomodolibet etiam iteratis vicibus conceſsis, approbatis, & innouatis, quibus omnibus etiamſi in eis caueatur expræſſe, quod illis nullatenus, aut non niſi ſub certis modo, & forma in eis expræſsis derogari poſsit illorum veriores tenores, acſi de verbo ad verbum inſerti forent præſentibus pro ſufficienter expræſsis, & inſertis habẽtes, illis alias in ſuo robore permãſuris hac vice, dumtaxat harum ſerie ſpecialiter, & expræſſe derogamus, cæteriſq; contrarijs quibuſcumque, & quia difficile foret eaſdem præſentes literas ad ſingula quæque loca, in quibus expediens fuerit, defferri, volumus, & eadem authoritate Apoſtolica: decernimus quod illarum tranſſumptis manu alicuius notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo alicuius perſonæ in dignitate eccleſiaſtica conſtitutæ, ſeu Curiæ eccleſiaſticæ munitis eadem prorſus fides in iudicio, & extra vbi libet adhibeatur quæ eiſdem præſentibus adhiberetur ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ datum Romæ apud ſanctum Marcum ſub annullo Piſcatoris die 21. Iullij, anno 1554. Pontificatus noſtri anno quinto.

Videndũ quomodo leges Regiæ indultis Apoſtolicis conſonent, & quam perperam à multis incuſentur, atq; ideo ſingula breuis verba ponderanda duxi. Et inprimis noto quod idem quod in hoc breui Regibus indulgetur, ne cauſæ extra Regnum trahantur in quacũq; inſtantia erat conceſſum in Concilio Baſilienſi decreto ex ſeſſ. 31. ſub titulo de certis cauſis, propter quas liceat Romam appellare, cuius verba ſunt.

Sacroſancta generalis Sinodus Baſilien. in Spiritu Sancto legitime congregata vniuerſalem Eccleſiam repræſentans ad futuram rei memoriam. Ad Eccleſiaſticæ ſolicitudinis ſtudium iugiter inuigilare conuenit vt fraterna charitas in clero, & populo Chriſtiano vigeat; ne quiſquam per vexationes, & afflictiones indebitas proximum ſuum opprimere permittatur, ſicq; iuſtitia ordine debito cuilibet miniſtretur, vt & viris doloſis auferatur, nocendi licentia, & quies, ac tranquilitas rectorum nõ facile perturbetur. Inoleuerunt autem hactenus intollerabilium vexationũ abuſus multi, dum nimium frequenter à remotiſſimis etiam partibus ad Romanam Curiam (& interdum pro paruis, & minutis rebus, ac negotijs) quamplurimi citari, & euocari conſueuerunt, atque ita expenſis, & laboribus fatigati, vt nonnunquam comodius arbitrarentur iuri ſuo cedere, aut vexationem ſuam graui dãno redimere, quam in tam longinqua regione litium ſubire diſpendia: ſic facile extitit calumnioſis opprimere pauperes: ſic beneficia eccleſiaſtica, plerũq; minus iuſte, per litium, an fractus obtẽta ſunt, dum iuſtis poſſeſſoribus eorum, ſeu quibus illa de iure competebant, neque opes, neque facultates ad illos ſumptos ſufficere poterat, quos longinqua profectio ad Romanam Curiam, & litis agitatio in eadem depoſcebant. Confunditur etiam exinde ordo eccleſiaſticus dum ordinarijs iudicibus ſua iuriſdictio minime ſeruatur pecuniæ, & facultates Regnorum, ac prouinciarum, hoc pacto non parum diminutæ ſunt, & quod vniuerſo eccleſiaſtico ordini admodum nocere cõpertum eſt, hi quos ad ſumma negotia chriſtianæ religionis ſublimitas dignitatis euocabat, minus illis reddebantur intenti, dũ ipſorum mentes nimium occupabat aſſidua cauſarum multitudo.

Quæ attendens hæc ſancta Sinodus, & pro reformatione Eccleſiæ Dei in capite, & in membris iuxta poteſtatem ſibi à Domino conceſſam euigilans, vt omnia deinceps ordine congruo peragantur ad ſalutem animarum, & pacem ac quie-

ac quietem cunctorum ſtatuit,& decernit,quod in partibus vltra quatuor dietas à Romana Curia diſtantibus, omnes quæcunque cauſæ exceptis maioribus in iure expræſſe enumeratis, & electionum Eccleſiarum Cathredalium, & monaſteriorum,quas immediata ſub iectio ad ſedem Apoſtolicam deuoluit, apud illos iudices in partibus, qui de iure,aut conſuetudine præſcripta,vel priuilegio cognitionem habent,terminentur,& finiantur; & ne ſub vmbra appellationum quæ nimium leuiter, & nonnunquam friuole hactenus interponi viſæ ſunt,atque etiam in eadem inſtantia ad prorogationem litium ſæpe multiplicari materia fouendis iniuſtis vexationibus relinquatur. Statuit eadem ſancta Sinodus,quod ſiquis offenſus coram ſuo iudice habere non poſsit iuſtitiæ complementum ad immediatum ſuperiorem per appellationem recurſum habeat, nec ad quemcumque,&ad Papam omiſſo medio neque à grauamine in quacumque inſtantia ante diffinitiuam ſententiam,quomodo liber appelletur, niſi forſitan tale grauamen extiterit, quod in diffinitiua ſententia reparari nequiret,quo caſu (non aliás)ad immediatum ſuperiorem liceat appellare: ſi vero quiſpiam à ſedis Apoſtolicæ immediate ſubiecto ad ipſam Sedem duxerit appellandum cauſa per reſcriptum vſque ad finem litis incluſiue,in partibus committatur,niſi forte propter deffectũ iuſtitiæ,aut iuſtũ metum etiam in partibus conuicinis, de quibus in commiſsione exprimendis legitimo prius documento alias quam per iuramentum ſummarie conſtiterit apud ipſam Sedẽ foret merito retinenda, & quidquid in contrarium huius ſaluberrimi decreti attentatum factum,vel obtentum fuerit ſit nullum ipſo facto, &c 9. Kalendas Februarij,anno á natiuitate 1438.

Quod conſilium licet agnoſcamus in multis, non approbari tamen eius verba adduximus ex rationibus, quas ponderat, ibi. Præſertim facinoroſi. Ex his verbis vidi dubitari quod hoc breue ad criminales cauſis dirigitur,in quibus fiebãt commiſsiones extra regnum non vero in ciuilibus, ſeu beneficialibus. Sed hæc obiectio refellitur,ſi attendimus quod diſpoſitio generalis eſt agẽs de criminalibus ciuilibus,& mixtis cauſis patet num.9. & repetit num. 4. ibi: Super criminibus,&c. aut rebus ad eos pertinentibus,vel alia quauis occaſione &c. nullamque excludit impetrationis formam quauis occaſione, vel delicti, vel beneficij emanatam, & hæc verborum geminatio magis ennixæ voluntatis deliberationem declarat gloſ. verbo reiterato, in cap. Si quis iratus 2. q 3. Felin in cap Si cautio num.29 ante fin. de fide inſtrum.Rubeus in rub. c. Per veſtras, §. 17. num 10.Simoneta de reſeruat.q.80.num. 2 Gabriel titulo de clauſulis concluſ 2.num 109. poſt Corſetum in ſuo tract. de verbis geminatis & quod doctores in l. Baliſta ad Trebel.maxime in conſtitutionibus S Põtificis, vbi nullum uerbum ſine mixterio neque vna ſyllaba vaccare debet, gloſ. verbo tamquã in cap ſolitæ de maior. & obed. Staphil.de liter.gratiæ tit.de vi & poteſtat.clauſul.§. Et primo n. final.

Pondero vlterius illud verbum præſertim,quod exprimit caſum minus dubium &alium magis dubium inuoluit, 16 gl.2. vbi Doctores in cap Ad abolendam de filijs præsbiter quod denotat Pontificem, non ſolum de criminibus, ſed alijs cauſis ſentire, nam ſi de ſolis criminibus ageret non vreretur verbo præ præſertim quod ad differentiam ſolet apponi inter diuerſa, & dictio illa dicitur comparatiua : probat textus in cap. Cum contumacia de hæret in 6. ibi in cauſis præſertim fidei ,Felin. in c. Per tuas 2.de Simo. num 10. Abb. & Doctores in cap.Licet ex ſuſcepto num.12 de foro comp Menoc. de arbitrar. caſ. 416 n 19 frater Emanuel Rodrigues, tom 2.regul q.100, art 2.& Exponitur

pro

pro præcipue, de quo Tiraq. de pia cauſ. priuil 34. fol. 75. Rebuf. in l. 57. de verborum, fol. 291. Azeued. ad l. 1. tit. 19. lib. 8. num. 32. Maxime cum in principio agens de illis qui ſuorum Ordinariorum iudicium effugere procurant, meminit de facinoroſis qui præſertim illud faciunt, & deinde loquitur de alijs qui vel ex delicto, vel ex alia cauſa in iudicium vocari poſſe timent; & iudices extraneos expoſcunt ibi: Aut ex quauis occaſione ſe in cauſam trahi poſſe præſentiunt, & ad hos, de quibus egerat in principio conuertens orationem diſponit vt in criminalibus, & mixtis cauſis iudices in Regno impetrentur, imò & gratias apoſtolicas, non alijs quàm in Regno iudicibus exequendas committatur, ibi: Ac aliàs & gratiæ literas apoſtolicas contra præſentium tenorem, vt habetur num. 9. & clare oſtendit quòd ſupra egerat de omnibus cauſis, & criminalibus, & ciuilibus, cum in fine concludat loquens de illis iiſdem cauſis, nec reſolutio conueniret principio, ſi in illo ſolùm de criminalibus ageret, & clauſula in fine diſpoſitionis poſita determinat præcedentia, vt in cap 2. requiris, de appell. Deinde non eſt attendenda ſupplicatio, ſed ipſa deciſio, vt in regul. de non iudicãdo, &c. Gonzalez §. 3 proæm. num 99 in fin. inſpicitur enim concluſio, non verba relatiua in principio poſita, probat text in l. Si voluntate, C. de reſcind. vbi Bal notat, gloſ. in l Lucius, verbo Debeant, ff de his qui not infam. gloſ in l Eleganter, in princ. verbo Idem puto, ff condict. indebit. Tiraq. de retract. conuenti. ad fin titul. §. 24.

Accedit in confirmationem huius veritatis, quòd ſi praxis hoc breue interpretatur, plurimæ ſententiæ latæ ſunt, virtute illius, in quibus citationes in prima inſtantia extra Regnum annullatæ fuere, vt in ſupræmo Senatu Suplicationis iudicarum fuit à ſapientiſsimo domino Carlos Brandão Pereira, olim Collegij diui Pauli Collega meritiſsimo, & in Academia Conimbricenſi iuris ciuilis profeſſore digniſsimo, viro quidem eximiæ eruditionis, & ſanguinis ſplendore conſpicuo: Cuius ſententia ſic habet.

Acordão em Relação, &c. Viſtos eſtes autos de aggrauo que ſe tirou do juyz executor da cauſa de que ſe trata; & como ſe moſtra o aggrauante ſer leigo, & da juriſdição ſecular, & eſtar admittido por parte na cauſa que ſe trataua na Legacia, como padroeiro deſte beneficio, & ſer a dita cauſa compulſa da á Curia Romana, ſem o aggrauante ſer citado para o dito compulſo, & lá ſe dar ſentença que o dito juyz executa contra o aggrauante, mandando lançar fóra do dito beneficio a ſeu apreſentado, em perjuyzo do dito aggrauante, que não tem outros fruitos quê os de apreſentar, & em executar a dita ſentença dada contra ſeu apreſentado ſem ſer ouuido o agrauante lhe faz força, & violencia manifeſta, não tendo o agrauante, a quem recorrer no Reyno, viſta a clauſula da ſentença, appellatione remota, nem outro ſi ſe tratou a cauſa em primeira inſtancia neſte Reyno, nem ſe deu ſentença final nella, nem ſe guardou a forma do Concilio Tridentino; & ainda que foſſe a cauſa auocada por reſcripto manu propria Pontificis ſignato, por ſer leuada a Roma; não ſe derogou no dito reſcripto o Breue concedido neſta materia aos Reys deſte Reyno, o qual ſe auia de derogar para ſer leuada a dita cauſa à Curia Romana, no que outro ſi faz violencia manifeſta ao ſupplicante, & ſe quebrão os indultos concedidos pelos ſummos Pôtifices aos ditos ſenhores Reys: o que viſto, & o mais dos autos, mandão ſe paſſe carta para o dito Iuiz, porque o dito ſenhor lhe roga, & encomenda, não execute a dita ſentença contra o ſeu apreſentado, pois nella não foy ouuido o agrauante denegando lhe o direito natural em effeyto com a dita execução, & não o fazendo aſsi, o que delle ſe não eſpera mandão ás iuſtiças ſeculares, lhe não guardem neſta parte ſuas ſentẽças cenſuras, &c. 8. de 612. Brandão Sanches Leiua Pimenta, Antonio Pinto de Amaral.

Conducit ad propoſitum tenor ſententia

ſententia ſupra deſcriptæ latæ in caſu ſimili, vt etiam virtute huius breuis in cauſa beneficiali contra Georgeum Pereira annullatæ fuerunt cenſuræ, & proceſſus. Patet ergo quôd verba huius breuis in omni impetratione iudicis extra Regnum procedit, ſufficitq; interpretaſſe ſic iudicem Regiæ Coronæ, creditur enim ſic pariter Principem interpretaturum ſi interrogatus eſſet, ex l. 1. verſ. Credit enim, ff. offic. præfecti prætor ibi: Credit enim Princeps eos qui ob ſingularem induſtriam explorata eorum fide, & grauitate ad huius officij magnitudinem adhiberentur non aliter iudicaturos eſſe pro ſapientia, ac luce dignitatis ſuæ, quam ipſe fuerat iudicaturus. Conducit text. in l. Humanũ verſ. Bene enim, 6 de legib.

17 Ibi: Iudicibus extraneis provt ſunt omnes illi qui extra Regni confinia tribunal conſtituunt, ſed quid ſi comittatur in Curia ibi comoranti originario huius Regni: videtur quód nec talis iudex eſſe poſsit ex ratione finalis breuis, dum conſiderat itineris longitudinẽ, & ne incolæ huius Regni pro aſſequenda iuſtitia exulent, facit Ordin lib. 2 tit. 14. § fin. Sed quid ſi in Regno Caſtellæ, vbi itineris ceſſat labor, deputetur iudex naturalis etiam is prohibetur, quia priuilegiũ eſt conceſſum, ne exteri iudices dentur, & licet perſona prohibita non ſit locus, ille eſt prohibitus in quo iuſtitia exerceri nequit, & valet argumentũ de perſona non ſubdita ad rem non ſubditam, l. Qui plures, ff. de vulgar cum notatis in l Miles ita, §. Et quod, ff. de teſta. milit. Paul. conſ. 32 n 2. Valenc. conſ 55. n 42. idẽ conſ 43 n 85 & conſ. 95 n. 47.

Maius dubium eſſe poteſt ſi cauſa in inſulis comittatur, quæ pars Regni ſunt, vt reſoluit Cabed. areſt 18 Ordin lib. 2. tit. 54 § 13. idem Cabed areſt. 23 Ordin. lib. 3 tit 16. § 5.

18 Ibi: In prima, ſeu alia quacunq; inſtantia, videtur ergo non habere locũ in hoc Regno appellationem ad Curiam Romanã ad hoc, vt proceſſus deferatur, & cõpulſetur, vt vocant, ita ad hoc tantum, & à S. Pontifice comiſsiones obtineãtur, quibus intra Regnum iudicibus cauſas decidendas comittat, niſi quando comiſsiones manu propriæ ſignatæ ſint, & cũ derogatione huius priuilegij ſpeciali: quare ceſſat decretũ ſacri Concilij, dum tranſacto biennio cauſas deferri poſſe ad Curiã ſtatuit. Vnde ad praxim non rectè facere iudices regios exiſtimo, qui in ſententijs quas proferunt annullando citationes, quæ fiunt ad Romanã Curiam, in prima inſtantia vtuntur illa clauſula: *No que ſe não guardou a forma do ſagrado Concilio*, Nam illa clauſula, ſeu expræſsio conuenit illi iudici, qui in ſola ſubditi oppreſsione fundatur, nõ veró ille qui ratione priuilegij iudicat ſecundùm quod nullæ cauſæ in prima, nec ſecunda, vel vlteriori inſtantia ad Curiam deferri valeant, quem ſenſum ſequitur Ord. reg d. §. 1. dum prohibet ſimpliciter ne impetrentur iudices extra Regnũ non diſtinguẽs in prima, vel in allia inſtantia: debet enim illa lex explicari ex d. priuilegio Regibus conceſſo. Inſtantia autem incipit per litis conteſtationẽ, gloſ verbo Litis exordium in cap Super quibuſdã, de offic. deleg. l. Apertiſsimi, & ibi gloſ. verb Incboetur, C. de iudic. Maranta de ordin. iud. 5 p. in princ. n. 2. & 3 & 64. & finitur ſententia diffinitiua & executione illius Specul. titul de executione, Gail. 1. obſeruat 74. Licet de iure regio videatur accipi inſtantia ab ipſa citatione, vt colligitur ex Ord. lib. 2. tit. 1. § 8. Vnde videtur poſſe intelligi Ord. hoc lib. 2. titul. 13. §. 5. dum prohibet ne iudices extra Regnum impetrentur abſolutè, & Ord lib 2. tit 14. § fin. dum reſpectu ſcholaſtici Salmãticenſis iubet vt prius eius citationes Regi intimentur, quod procedit ex eo quia extra Regnũ degit licet Tribunal habeat perpetuũ. Facit inſuper elegans Ord lib. 2 tit 1. lib. 2. tit 1. §. 1. vbi appellationes ad Curiam Romanã Reges abſolutè prohibent, ne

vaſſali litibus vexentur ſtatuẽdo vt vna ſolùm ſit appellatio in Regno, ibi. *Haverá hũa ſó appellação do juyz eccleſiaſtico para o Biſpo*, non enim paſsi ſunt Reges vt ſui ſubditi ad Romanam Curiam pertrahantur.

19 Ibi: Excomunicationes, & alias pœnas, &c. His verbis fit Ordinarijs locorũ facultas tollendi cenſuras à iudicibus apoſtolicis, cõtra formam huius breuis impoſitas, cõtinent enim ex vi decreti notoriam nullitatẽ, cuius declaratio ad Ordinarium ſpectat, ex text. expræſſo in cap. Solicitudinem, § Si veró notorium de appell. ibi: Si veró notoriũ exiſteret, quod mandatum Epiſcopi indiſcretum fuerat, vel iniuſtum, cui tamen tenebatur ſubditus obedire, &c. Poteſt Archiepiſcopus, authoritate metropolitana declarare ſubditũ irrationabilter extitiſſe anathematis mucrone percuſſum in idem eſt tex. in cap. Cum contingat 36. de offic. iud. deleg. Soarez de cenſur. 1. part. art. 9 & 11.

20 Cum ad Regiæ Coronæ iudiciũ per ſupplicationem deferretur grauamen interpoſitum à iudice eccleſiaſtico, qui de cauſa matrimoniali cognoſcebat, eo quód ſe inhibuit in cauſa virtute cuiuſdam inhibitoriæ, & compulſoriæ emanatæ ab Auditore Cameræ Apoſtolicæ, cui S. Pontifex cauſam comittendam duxit, quia in partibus finita non erat intra biennium, iuxta formam Concilij ſeſſ. 24. de reform. cap. 20. Propoſitum fuit grauamen coram Præfecto Prætorio domino Emanuele è Vaſconcellos, & in quæſtionem reuocabatur breue Iulij tertij, quo huius Regni Principibus conceſsit, ne extra eius confinia cauſæ comitterentur, nec in prima, nec in ſecunda, vel alia qualibet vlteriori inſtantia, niſi ad id breue manu propria Sanctitatis ſuæ ſubſcriptum emanaſſet, cum ſpeciali huius breuis derogatione, cuius vigore ſupplicans ſe grauatum aſſerebat, dum iudex cauſam ad Curiam deferri patiebatur, notoriamq; exinde prodire vexationem, & oppræſsionem, cui Regia Manus occurre debuiſſet, iuxta Ordinationem lib. 1. titul. 9 §. 12. Ex parte autem aduerſa proponebatur ſub illo breui non comprehendi maiores cauſas, quæ non includuntur in generali qualibet conceſsione, provt ſunt matrimoniales, & beneficiales.

Maxime quando iure ordinario appellationis, ſeu auocationis ad Curiam deferuntur. iuxta ſacri Concilij decreta, per quod omnibus concordijs, & priuilegijs contrarijs derogatum extitit, vt in dict. cap. 20. in fine, vbi non obſtantibus, &c. 21

Quæ omnia cum maturo iudicio pro vtraque parte diſcuterentur ab integerrimis iudicibus Carlos Brandão Pereira olim noſtri diui Pauli Collegij meritiſsimo Collega, iuriſq; Cæſarei profeſſore Senatore doctiſsimo, & ampliſſimo, & à D. Emanuele Coutinho Iuriſconſultiſsimo, & á D. Franciſco Caldeirão primario profeſſore iuris ciuilis in vtraq; Academia Salmanticenſi, & Conimbricenſi viro quidem humaniſſimo, & iuriſconſultiſsimo, quibus ego acceſsi, cauſamq; ſub tribus dubijs dirimendam duximus. 22

Primum: An ex verbis conceſsionis Iulij tertij cenſendum ſit Regno, Regibuſq; conceſſum, ne cauſæ quæ in iudicio eccleſiaſtico pendent; deferantur ad Curiam Romanam per comiſsiones: imó debeant neceſſario in Regno comitti.

Secundo: An ex hoc breui, & eius verbis ſatis colligatur eam fuiſſe ſummi Pontificis mentem.

Tertium: An hodie hoc breue ſit in viridi obſeruantia ita vt ad omnes cauſas futuras trahi debeat.

Quod attinet ad primum dubium, illud notandum eſt quod attento iure omnes cauſæ debent terminari in ea prouincia, in qua partes degunt, vel in eodem Regno vnde prouenit quod Sedes Apoſtolica non conſueuerit illas comittere 23

mittere vltra duas diætas, cap. Statutum §.1. cap. Nulli, de reſcript. lib. 6. Concil. Trident. ſeſſ. 24. de reformat. cap. 20 vbi diſponit quòd omnes cauſæ coram locorum ordinarijs in prima inſtātia terminentur, quo argumēto motus Menchaca Illuſtrium lib 3 cap. 41. n. 26. in fine, inquit quòd quando partes extra ſuam prouinciam ad Romanam Curiam trahuntur, poſſunt Reges occurrere, vt eos tueantur à manifeſta violentia, etiam ipſis inuitis, ibi: Quod intelligo non ſolum petentibus his qui non iure extra prouinciam ſuam litis cauſa trahebantur, ſed etiam tacentibus, vel forte remittentibus, idem Menchaca lib. 3. quæſt 51. num. 40. agens in ſpecie de his qui ab Hiſpania ad Romanam Curiam citantur reſoluit contra ius naturale eſſe, vt tales citationes exequantur, ibi: Idq; eueniet ſi ab Hiſpania ad Romam vſq; penetrare paſsim cogerētur beneficiorum dignitatum, vel litiū occaſione, cum talem incomoditatem homines pati aduerſetur naturali rationi, & iuri naturali, quod vbi non ſeruatur Manus Regiæ locus aperitur, Ord. lib 1 titul 9. §. 12 Quibus principijs videntur ſuſtineri poſſe Ordinationes Regiæ lib 2. titul. 13. § 1. dum naturalitate priuandos decernit illos qui extra Regnum iudices ad ſua negotia impetrant, eadem Ordinatio in princ. dum punit eadem pæna qui ad Romanam Curiam citant.

24 Quod cum ita ſit iuri naturali conforme ſemper ſummi Pontifices conſueuerunt Regibus, & Principibus ſæcularibus concēdere priuilegia, ne cauſæ extra eorum Regna, & Imperia ſub prætextu appellationis, etiam ad Romanam Curiam deducantur, vt in Frācia teſtatur Rebuf. 2 tom ad leges Gal. fol mihi 108. titul. de liter. requi. gloſ 3 verſ. Hodie, num 18. vbi dicit quòd etiamſi Romana Curia Auenioni reſideat, adhuc cauſæ per viam appellationis ad Auenionem deducere non licebit, cum Franciæ conceſſum ſit ne trahantur extra Regnum: idem Rebufus teſtatur Auſtriam, & ciuitatem Montepuſalaneam eodem frui priuilegio in concordat. tit. de cauſis, in additione prima, fol. 645. verſ Simile. Idem priuilegium Viterbio conceſſum teſtatur Corneus lib. 3. conſ. 9. ad med. de Bolonia Marcheſanus 2. p. titul. de comiſſ. appell. in paruis, cap. 5 n. 5. Et de Venetia Staphileus de literis gratiæ, fol. 480. n 4 in paruis, tit. quando appelletur ab interlocut. Concordat Octauianus in in pract. Romanæ Curiæ, fol. 66. lib. 3. cap. 9. n 12.

Vnde cum ſimilia priuilegia alijs Principibus conceſſa reperiātur, maiori cum ratione debuit tale indultum concedi huius Regni incolis à Curia Romana tam longe diſtantibus conſideratis ciuium paupertate itinerum, mari, terraq, ſubiendorum diſcriminū, litiumq, extra patrios lares, expēſis quæ omnia conſiderat pragmatica Sanctio, titul. de cauſis, in principio, Authent de appellation §. Illud, Authent. vt omnes obedi iud. §. 1 Rebuf in proæmio legum, & concordatarum, verbo Sūptus Rurſus 2 thom. fol. 410 ni tant Doctores in l. Properandum, Cod. de iudic & in cap. Diſpendia, de reſcript. lib. 6. cap. Cum longe, 63 diſt. gloſ. in lege 13. tit. 13 part 2 lit L. Maranta diſp. 1. num 18 idem Rebuf. in concord. tit. de cauſ. verſ. ſecundo.

Atque ita non obſtat quòd Marcheſanus ibi conſiderat quód etiamſi in priuilegijs conceſſum reperiatur ne cauſæ trahantur ad Romanā Curiam, nunquam cenſetur comprehenſa perſona Pontificis, ad quem liberè appellari poteſt, ex reg l fin ff. ad Municipal. cap. Veniens. de iur. iur. Oldra. conſ. 97 vt reſoluit Corneus agens de codē priuilegio conceſſo ciuitati Anconæ conſ. 262. n. 9. vol. 4. Satisfit enim quód hoc procedit in priuilegijs generalibus vbi excepta nō reperitur ipſius Pōtificis perſo- 24

na, verũ in noſtro caſu ſtatim in eodem priuilegio exprimitur, vt Pontifex poſſit, quoties voluerit, huiuſmodi priuilegium reuocare. Solũmq; dicimus cauſas è Regno exire non poſſe, nec trahi ad Curiam, quouſque à ſummo Pontifice priuilegium quo vtimur reuocatum non ſit per nouam comiſsionem, cum expræſſa reuocatione, vt noſtrum priuilegium exprimit.

25 Adhuc tamen, an ea fuerit Pontificis mens, non ſine dubio eſt, & merito ex verbis, & breuis huius contextu dubitari ſolet circa ipſius intellectum, an habere poſsit locum in appellationibus ad Curiam Romanam interpoſitis cuiuſcunq; qualitatis exiſtant? Et opponitur primò contra huius breuis implementum, quod illius verba ſolùm diriguntur ad appellationes cauſarum criminalium, vt patet ex illis verbis ibi, Facinoroſi, & diuerſis criminibus obumbrati, vt liberius, &c. Et infra ibi, In ſuis delictis inſordeſcentes ſuorum delictorum impunitaté conſequantur, &c. Quæ oſtendunt mentem concedentis alio tendere.

Secundo, quòd dum loquitur in cauſis ciuilibus debet exponi, ſecundùm ea quæ in principio, & ſupplica expræſſa ſunt, vt ſcilicet agat de cauſis ciuilibus deſcendentibus ex crimine, quia ita de iure eſt, quód ea quæ ſubſequuntur generalem expræſsionem ſequntur naturam expræſſorum, ex reg text in l fin ff. de tritico, vino, Belamer. deciſ. 271. n 3. 1 p. Achiles deciſ. 1. n 3 de probat. Gonzal. in proæm. § 4. n. 79. & ſeq.

62 Tertio, quód ex verbis Bullæ colligitur non intendere prohibere appellationes ordinarias, & quæ iure ordinario ad Curiam deferuntur, ſed illas quæ contra, vel præter ordinarias regulas concipiuntur, vt per comiſsiones extra Regnum cauſæ comittantur, quia Curia Romana tamquam ſpecies ſumme qualificapa non comprehendetur, ſub quibuſcunq; verborum inuolucris, & indiget ſpecialiſsima nota, ex gloſ. in l. fin. Cod. de ſilentiar. lib. 12. Caſſador. deciſ. 6. num. 11. Simoneta de reſeruat. quæſt. 49.

Vltimo, quòd non cõprehendit cauſas maiores, & eccleſiaſticas merè, & nõ merè eccleſiaſticas, quia de his non loquitur. Tandem obſtat Ordinatio lib. 1. tit. *do regimento do Paço*, §. 116. vbi apertè agitur de cauſis, & appellationibus ad Curiam interpoſitis, & interim conceditur tuitiua, & lib. 2. tit. 10. ibi, *Apellar para a Corte de Roma, &c.* 27

Verita s tamen eſt in contrarium, quæ meliùs apparebit ex reſponſione ad difficultates ſupra poſitas. Ad primam enim reſpondetur quód licet in initio huius breuis de criminibus facta fuiſſet mentio, tamen nõ ad ſola crimina reſpexit, ſed generaliter diſpoſuit de omnibus cauſis, ibi: Aut ex quauis occaſione ſe in cauſam poſſe trahi præſentiunt: Quæ verba ſunt apta comprehendere tam cauſas criminales, quàm ciuiles, vel alterius ordinis, maximè quia dum agit de criminibus vtitur illis verbis, Præſertim facinoroſi, quod verbum præſertim denotat de alijs cauſis diuerſis à criminalibus ſentire, cum inter diuerſa poni ſoleat, ex Felin in cap Per tuas, ſecũdo de ſimon. num 10 add Abbat. in cap Licet ex ſuſcep n 12 lit A. de foro comp Menoch. de arbitrar. caſu 416. num 19 Frater Emanuel Rodrig tom 2 regul q 100. art 2. Menoch conſ 69. nu. 26 vbi exponit pro maxime, vt explicet caſum magis dubium, Azeued. ad l 1. tit 19 lib 8. num. 32. nouæ recopil. quod quidem euidenter probatur ex dicto breui, quia ſtatim ſubiungit, agens de criminalibus, & ciuilibus, ibi: Super criminibus & delictis per eos perperratis, ac bonis, aut rebus ad eos pertinentibus. Et infra: Singulas tam criminalium, quàm ciuilium & mixtarum cauſarum huiuſmodi comiſsiones, &c. Ex quibus patet quàm ampla verba huius breuis ſint, quamquam ennixam ſummi Pontificis volun-

voluntatem oſtendant, cùm amplior ſit conceſsio, quàm fuerit ſupplicatio. Statim enim in breui ſubiuguntur illa verba, vel alia quauis occaſione ſe in cauſam poſſe trahi præſentiunt, &c. quæ generalia ſunt, & omnia comprehendunt.

Ad ſecundum autem fundamentum ſatisfit quód verba Bullæ omnem aliam interpretationem repellunt, quia ſimpliciter prohibent ne extra Regnum deferantur per appellationes tres cauſarum ſpecies, Criminales, Ciuiles, & Mixtæ. Nec aliter loquitur concordia Franciæ quàm quód cauſæ terminentur in Delphinatu, & ex illis verbis interpretatur Rebuff. non poſſe trahi ad Curiam: ad quas cauſas reducuntur omnes quæ in iure reperiuntur criminales, in quibus agitur principaliter ad vindictam publicam, vel pœnam Fiſco applicandam.

29 Ciuiles quæ patrimonium intuentur, in quibus connumerari nullo modo poſſunt cauſæ criminales ciuiliter motæ. Attento enim iure, hæ cauſæ ciuiliter mottæ ſunt veré criminales, quãquam ciuiliter moueantur ad partis vtilitatem, & pœnam ipſi applicãdam, ex gloſ. 3. in l. 3. ff. de ſepulch. violat. & in §. In ſumma, verbo Extraordinaria inſtit. de iniur. vt per Doctores in rub. de iudic. vbi Abb. num. 5. Berous 62. Rippa 92. Nauarr. 31. Clarus in pract. §. vlt. quæſt. 1. num. 2. Correa ad lib. 5. Ordinatio, fol. 16. num. 24. Vnde illud verbum ciuilium quo Bulla vtitur debet exponi de mere ciuilibus, & non de ciuili actione ex crimine, quia ea actio eſt mere criminalis, quamuis noſtra Regia Ordinatio lib. 3. tit. 18. §. 14. aliud ſequi videatur, in quo videtur à iure deuiaſſe, Correa vbiſupra.

Et tandem mixtæ in quibus agitur de pœna criminali, & emenda ciuili, Clarus vbiſupra. verſ. tertius. Perez in rub. tit. 1. lib. 3. Ordinam. verſ. Aliud iudicium. Correa num. 39. & num. 41. cap. Tuæ, in fine, de procurat. ibi: Non tamen criminalis, ſed quaſi mixta inter ciuile, & criminale.

Vnde cum verba dicti breuis generalia ſint, & ſecundùm ſuam proprietatem apta comprehendere cauſas ciuiles clericorum, & ſpirituales, quia illa verba vel alia quacunq; occaſione nihil excludunt, vt in ſimili explicat Rebuf. in concordatis, tit. de cauſis, fol. 644. verſ. 2. inhumanum, vbi in concordatis Franciæ, ne cauſæ è Regno exeant intelligit comprehendi etiam cauſas ſpirituales, vt infra dicam. Debent in ſua generalitate accipi, quia quamuis verum ſit quod in priuilegijs ea debet fieri interpretatio, vt minus offendant ius commune, quam fieri poſsit, ex Bald. in l. vlt. C. ſi contra ius, Vantius de nullitatib. tit. quibus mod. ſent. nullit num. 64. Tiraquel. de retract. tit. 1. §. 1. gloſ. 9. nu. 158. l. Ius ſingulare, ff. de legib. l. 1. in fin. ff. de conſtit. princ. cap. 1. in fine, de filijs præſbyteror. lib. 6. 30

Tamen omnes conceſsiones etiam odioſæ, & priuilegia debent latiſsimé interpretari intra verborum proprietatem, quatenus non repugnet mens cõcedentis, cap. Conſiderabimus, cap. Recipimus, de electione, l. 1. verſ. Quod autem, ff. de Aleæ Luſu explicat Calder. conſ. 1. de conſanguin. Decius num. vlt. in cap. Cauſam quæ de reſcript. & conſ. 113. num. 6. Marian. Iunior. conſ. 37. num. 16. lib. 10. Pariſ. conſ. 22. num. 6. lib. 4. Tiraq. in præfatione, l. Si vnquã, num. 119. quæ interpretatio non ſolùm fieri debet ſecundùm proprietatem verborum, ſed etiam ſecundùm latiſsimam ſignificationem, deducitur ex l. Filium, 16. ff. ad Macedon. Iunct. l. Iuſte 201. ff. de verbor. ſignific. l. Senatus 59. iuncta l. Libertus 64. in princ. ff. de ritu nuptiar. Pinel. in l. 1. de bon. mater. 1. part. num. 72. Explicat eleganter Rebuf. vbi ſupra, vbi inter criminales connumerat cauſas hæreſis ſpirituales, inter ciuiles veró, alias iudicio Eccleſiæ reſeruatas, nec ad auditores Rotæ valebit commiſsio,

miſsio, quia extra Regnum ſunt, & delegati, Veral, deciſ. 388. num. 3. part 2. & deciſ. 77, num. 3 part 3. Marcheſſan. de comiſſ. 1 part. cap 28. num. 57.

Ad tertium fundamentum reſpondetur, quòd verba illius breuis expræſſe referuntur, & diriguntur ad appellationes ibi per viam grauaminis, aut appellationis, non tamen èx hoc quis arguat, quod videtur ex hoc impediri, ne ad Sedem Apoſtolicam appellari poſsit, nam hoc non eſt admittendum, cum ſemper liceat ad S. Pontificem in caſibus in iure permiſsis appellare, ſolùm enim illo breui conceſſum eſt ne appellationis cauſæ extra Regnum comittãtur extraneis iudicibus. Vnde poſtquam ad Curiam Romanam appellatum fuerit, comiſsio impetrabitur ad iudicem qui intra Regni confinia comoretur, ſic nanq; breuia ſimilia, de quibus in initio egimus practicantur, Staphileus enim loco ſupra citato aſſerit ſe cauſam iam in Rotta comiſſam, ad Venetiam reuocaſſe, ſummumq; Pontificem conniuentibus oculis tolleraſſe, & in ſpecie Rebuf. in dicta concordia, in rub. de friuol. verſ. Si quis verô, quod autem Pontifex ſenſerit de Curia Romana patet, quòd diſponit quòd in prima, ſecũda, & tertia inſtãtia cauſæ in Regno terminentur poſt tres conformes, nulla patet appellatio, cap. Sua nobis, de appel. nec ad Pontificem ergo etiam Curiam comprehendit talis concesſio, quia vltima appellatio eſt illa quæ ad S. Sedem patet, & ideo in priuilegio conceſſo, Viterbio Pontifex de ſola prima, & ſecunda inſtantia egit, quia vltimam intendebat reſeruare Sedi Apoſtolicæ, Vnde cum nullã in noſtro priuilegio inſtantiam reſeruauerit, etiam conceſsit vltimam, quæ ad Sedem patebat, & ſic de Sede Apoſtolica intellexit, dum concedit tertiam, aut aliam quamcunq. inſtãtiam.

Nec obſtabit, ſi quis objciat, quód hoc breue non loquitur cum cauſis in Curia introductis, quæ non ex comiſſione deciduntur, ſed iure ordinario, quarum Rotta eſt proprium Tribunal, quia verius eſt Auditores Rottæ eſſe Delegatos, & ex comiſsione cognoſcere, vt ſupra dixi.

Ad vltimum ſatisfit, quòd priuilegiũ Franciæ ſolum dicit ne cauſæ trahantur extra Regnum, & tamen in eo comprehenduntur cauſæ criminales meræ eccleſiaſticæ, & non meré, vt explicat Rebuf. d. tit. de cauſ. verſ. Secundo inhumanum. Ergo pariter & in noſtro quod amplius dicit nec aliquid reſeruat Sedi, prout in dicto priuilegio Franciæ reſeruantur cauſæ maiores, de quibus in cap. Quod tranſlationem, de offic. legat. gloſ. in cap. Sicut vnire, de exceſſ. prælator. Rebuf. vbiſupra, verſ. Failit, quæ ſint maiores vide Dueñ. reg 85. limit. 1.

Reſtat vltimus articulus, an ſit in viridi obſeruantia hoc breue, cui obſtat quód cum à multis retro annis fuerit conceſſum, illo non obſtante cauſæ ad Curiam Romanam per viam appellationis deferri conſueuerunt patientibus Regni officialibus, eiuſq; Senatu, & Proregibus, quibus hæc cura incumbit quod quidem efficax eſt argumentum, quod vſu receptum non fuerit. 23

Quæ quidem dubitatio in plures ſcinditur. Prima eſſe poteſt, an hoc breue fuerit vſu receptum?

Secundum, an licet vſu receptum poſtea per non vſum cenſeri debeat amiſſum?

Tertium, an reuocatum dici poſsit contrario vſu?

Quartum, an cenſeatur expiraſſe per promulgationem ſacri Concilij?

Et quoad primum, quòd breue non non fuerit receptum, & hoc ſufficiat ne vires habeat ex communi, in cap vlt. de de conſuet. lib. 6 cap. 1. de treug. & pace, vbi Panormit. latè vbi diſputat quantũ temporis ſpatium neceſſarium ſit: Et an ſcientia Principis, Iaſ. in l. Rem non nouam, C. de iudic. idem Panormit. in 33

cap.

cap. Cum olim, de cler.coniugat.nu.4. Henriq. in tract.de ſinod. 3.part. art.2. num.50. & 60. Soarez de legib. lib. 4. cap 16 num.1. ſub qua regula continetur priuilegium tanquam lex particularis, in fauorem illorum quibus conceſſum eſt,& ab eorum pendet acceptatione, Menoch.lib.2.præſumpt.2. nu.1. & dicit quòd non requiritur tempus,ſed ſufficit binus,aut trinus actus, quia non præſcribitur contra legem, ſed impeditur ne obligat,& ne incipiat.

Quia tamen horum ſufficiens non habetur notitia, oportet vt ad coniecturas recurramus. Et inter alias illa mihi fortiſsima viſa eſt quòd hoc priuilegiũ conceſſum proponitur, ad inſtantiam Regiæ Maieſtatis, in maximam Regni vtilitatem,ob quod in publico Archiuio vbi alia dipplomata, & inſtrumenta quæ ad commune bonum ſpectant, & ad Regiæ Coronæ patrimonium ibi conduntur, & conſeruantur, ex quo apparet eſſe in obſeruantia, & vſu eſſe recepta, adeo vt inde extracta inſtrumenta plenam fidem faciant in iudicio, Valaſc. de iure emphyt quæſt.9 à n.27. idem Valaſ.conſ.163.num.11. Cabed de iure patron cap 34 num.12. Maſ concl. 543. & 398. num.9. ex quo ſatis colligitur illud breue fuiſſe acceptatum, & receptum à Regibus, ad quos dirigebatur, quaſi etiam Regum intereſſet, ne eorum vaſſali exulare à patria cogerétur cum grauibus expenſis, & patrimonij iactura, ex quo efficeretur ne Reip. munera ſubire poſsint, provt conſiderat Imper. in auth. vt iudices ſine quoquo ſuffrag. §.Cogitatio, Rebuf. 1 tom. ad leges Gal fol.498. in gloſ fin.num.1. Syluanus conſ 25.num.23.

Circa ſecundum an cenſeri debeat
34 amiſſum per non vſum, ſolet opponi implemento huius breuis quod eo non obſtante cauſæ quotidie ad Curiam defferuntur, ex quo patet per non vſum euanuiſſe,vt probat l. 1. ff de nundin quia ex tali non vſu inducitur tacita ipſius priuilegij renuntiatio Doctores in cap.cum acceſsiſſent de cõſtitutiõ Bart. & alij in l. falſo C. de diuerſ. reſcript. Soares de legib.lib.8.c.34. num. 2. & c. 29. per tot. eſt enim non vſus contrarius priuilegio, & efficax argumentum renuntiationis ipſius, Padilla in dict. l.falſo, Bellug in ſpecul prin.rub.47. §. Sciendum num.5. Capi.dec 134. Tapia in l.fin.ff.de conſtit. prin.cap.1. n. 5.

Nihilominus tamen debet conſiderari quod priuilegia perpetua, vel ſunt 35
affirmatiua,vel negatiua, prout deſtinguit l.43 tit.18.part 3.in affirmatiuis tãtum habet locum extinctio per non vsũ Soares d.cap.34. num 3.d.l.1.ff.de nundinis,qui non vſus per decennium ſufficit ex eodem Soares num 24. At vero in negatiuis prout eſt hoc priuilegium, de quo agimus dum concedit ne cauſæ extra Regnum defferantur, non vſus enim in priuilegio negatiuo ſemel acceptato non incipit,niſi à tempore,quo aliqua intercceſsit repugnantia,cum qua prioris vſus continuatio ceſſauit priuilegiatusque prohibitioni acquieuit, ex inde enim incipit præſcriptio, ſicut alias in omni actu negatiuo à prohibitione incipit,vt in l. 1. vbi gloſ. C. de ſeruit. Padilla in l ſiquis,C. de ſeruit num.14. Molin. Teol.tract.2. diſput.70.fol.431. verſ. quod idem.

Ex quibus cum hoc priuilegium ſit negatiuum non ſufficit illo non vſum fuiſſe, quia caſus non obuenerunt ex gloſ. in cap. Abbate de verbor. Tapia cap.1. 2 part. num.10. vel ſi per ignorãtiam non vtẽtium aliquid accidit; quia oportebat vt in dubium reuocaretur illius breuis obſeruantia,& contra illud fuiſſet obtentum, cuiusquidẽ rei apud nos nullum veſtigium reperitur, immo plures extant actus in dicti priuilegij fauorem,& continuationem vidimus nãque præteritis annis ſententiam latam à doctiſsimo Doctore Ferdinando de Magalhoẽs tum temporis Iudice Regio nuncque in ſupremo Conſilio Portu-

galiæ digniſsimo Conſiliario, in fauorē Georgij Pereira, qua virtute huius breuis ſequeſtra contra eum per auditorē, Rotæ decreta tollenda iudicauit cenſuraſq; ex ea cauſa prolatas, tamquam cōtra formam breuis emanatas non obſeruandas pronuntiauit. ſic poſtea in fauorem Ludouici Pereira de Caſtro fratris mei, Regij Senatoris Collegij D. Pauli Collegæ meritiſsimi pronunciatum fuit à D. Carolo Brandaõ Pereira, dum citationem ad Curiam ſuper beneficio ſanctæ Mariæ de Enſalde, cuius ego ſum patronus annullauit, quia contra formam d. breuis fuerat expedita ſine ipſius ſpeciali derogatione in Senatu Portuenſi, ſic pariter iudicatum fuit contra Archidiaconum de Oliueira, qui tranſacto biennio cauſam in Rotta committi poſtulauerat, & iam olim tempore Regis Henrici in cauſa Comendatarij de Rendufe, qui cauſam ſuper emphyteuſi eccleſiaſtica in Rotta introduci obtinuerat ab ipſo Principe iuſſum fuit ne partes Romam addire cogerentur cauſaq; impetratis in Regno iudicibus terminaretur, quæ omnia exempla efficaciter probant, quam obſeruatum hoc breue priſcis illis temporibus extitent, quod etiam comprobatur, quia breuia communitati Regno, vel ciuitatibus conceſſa non extinguntur non vſu ex doctrina Ioannis Andreæ in d. c. Cum acceſſiſſent nu. 21. Felin. 27. Bald. de præſcript. 4. parte 4. prin. limit. 4. Montaluus l. 1. tit. 5. lib. 1. Tapia d. cap. 1. n. 9.

36 Circa tertium quod concernit vſum contrarium contrariæ factionis authores, qui huius breuis implementum, & obſeruantiam oppugnant, contrarium vſum obijciunt cum ſit certiſsimum in iure quód contrario vſu priuilegia negatiua amitti ſoleant, ex d. l. 42. titul. 18. part. 3. vbi Gregor. gloſ. in cap. Gratum, de offic. deleg. verbo Receſſum, gloſ. in cap. Ex ore, de his quæ fiunt à maiori parte, verbo Renunciaſſe, gloſ. in cap. vlt. de vita, & honeſt. verbo Cum facto, d. cap. Cū acceſsiſſent, de conſtitution. cap. Si de terra, cap. Accedentibus, de priuil. Bart. in l. 1. C. de his qui ſponte, lib. 10. & in l. vlt. ff. de conſtitution. princ. vbi Tapia in d. l. fin. 2. part. cap. 2. citata l. 2. de iur. dom. impetr. & l. Comiſſoriæ, C. de pactis inter emptorem.

Quia tamen omnes actiones contrariæ priuilegio non poſſunt dici ſpectare ad contrarium vſum: tum demùm dicimus vſum eſſe talem, & priuilegio derogare quando talis cōtrarius vſus procedat ab illis qui renuntiare poterant priuilegio, quia hi ſolùm tacite contrauenicndo renuntiare cenſentur, qui poterant expræſſe, Soarez d. cap. 35. nu. 5. Tapia d. cap. 2. num 5. quia contrarius vſus non poteſt dari ex parte populi, qui non vtitur, ſed hoc caſu potius eſt vſu non recipi, quàm contrarius vſus. Vnde cum hoc priuilegium fuiſſet cōceſſum Regi inuictiſsimo Ioanni II. eiuſq; ſucceſſoribus, & Regno, non ſufficiunt actus contrarij particularium vt priuilegio derogatum ſit, quia in ipſorum poteſtate non eſt contraire bono publico, priuilegioq; communitati cōceſſo ſuis priuatis actionibus nocere, quæ perſona ficta eſt, & intellectualis, quæ ex ſingulis de communitate componitur arg. l. Proponebatur, ff. de iud. cum regula ſit priuilegium duobus conceſſum non extingui per contrauentionem vnius ex ſocijs, cap. Cum tempore de arbitris, Tapia vbi ſupra n. 19. 37

Ex quo fit quód licet verum ſit quód priuilegium particularibus perſonis cōceſſum ab ipſis tolli poſsit renuntiatione expræſſa, vel tacita á lege inducta ex tempore, & contrario vſu cap. Si de terra cap. Ex ore de his quæ fiunt, gloſ. & Doctores in d. cap. Cum acceſsiſſent, vbi Panor. nu. 8. Felin. 28. reg. 3. & n. 29. limit. 3. Tamen adhuc hoc caſu per hos actus contrarios non cenſentur ſublatum priuilegium in perpetuum ad omnes actus futuros, ſed ſolùm ad illos

caſus

caſus particulares, in quibus priuilegio contrauentum eſt, vt ſic non priuaretur proprietate priuilegij qui illi contrauenirer, ſed potius fructu, & vtilitate ipſius in illis caſibus, ex gloſ. in d. cap Gratum, vbi multa citat iura, & probat l.vlt.ff de priuil. veteran & l.2 ff ad municipal Soarez d cap.35.num.9.& probat l. Voluntariæ, C.de excuſatio tutor. vbi voluntariæ tutellæ munera priuilegijs nihil derogant, id eſt, quoad alia munera non voluntarie in futurum ſuſcipienda, exponit ibi gloſ. Soarez vbiſupra, num 14 Gregor.d l.42. Alex conſ. 33 Bart in d.l. Voluntariæ & in d. l.vlt. ff. de conſtit. princ nec aliud euincit d. cap.Cum acceſsiſſent, ibi, Niſi canonici contrauenirent aliquem in primi certū eligendo, quia ibi priuilegium non habebat tractum ſucceſsiuum, ſed in vnico effectu, ex Bart. in d. l. fin Tapia d. cap.2 in princ. & ideo per vnam contrauentionem extinguitur, ſicq; l vlt ff de priuil. veteran procedit vbi habet quod cogendi ſunt munera ſubire qui paſsi ſunt ſe eligi, & debet exponi de illis muneribus, in ſpecie in quibus ſibi conſentiendo præiudicarunt, non verò in futurum.

38 Veruntamen dum priuilegium hoc Principi conceſſum eſſe agnoſcimus nō poſſunt vaſſali, eo inuito priuilegio, renuntiare, quos ipſe inuitos poteſt in tali priuilegio detinere, ratione boni communis, quod priuatorum pactionibus tolli non poteſt, ex multis iuribus citatis à Barboſa in l 1 ff de iudic.art 3 nu 148. ex quibus rectè oſtenditur contrarios actus ſi qui ſunt non prodeſſe vt priuilegijs Regum derogatum ſit

Circa vltimum, an ex decretis ſacroſ. Concilij Trident. derogatum ſit huic priuilegio? Vltima eſt congreſsio, conſtat namq; d. Concil. ſeſſ 24.de reform. cap 20 caueri vt tranſacto biennio cauſæ in Curia comitti poſsint, non obſtantibus quibuſcunq; priuilegijs, concordijs, &c. Multis comprobat Gonzal. gloſ.36.num 37 atq; ex hoc fundamento videtur ceſſaſſe dictum priuilegium Iulij tertij

Verùm non eſt dicendum hoc priuilegium fuiſſe per Concilium ſublatum, quia non ſufficit eſſe priuilegia contraria, niſi inſuper aliqua intercedat derogatio, ſaltem per clauſulam non obſtātibus, &c. Qua de cauſa idem Conciliū pluribus locis illis clauſulis vtitur, vt in ſeſſ 23 cap.8 de reform & ſeſſ 24 cap.11. & alibi explicat citato Emanuele Rodriguez, Soarez lib 8. cap 18 num 17. de legib. 39

Nec obſtabit quòd in d cap.20. in fine Concilij addita ſunt illa verba priuilegijs indultis concordijs, quæ ſuos tantùm teneant authores, & alijs quibuſcunq; conſuetudinibus per quæ verba videtur hoc priuilegium reuocaſſe Satisfit enim quòd noſtrum priuilegium non eſt contrarium Concilio, imò valde cōſonum, ſi vtriuſq, verba metimur, & conferimus: Concilio enim cauetur quòd cauſæ matrimoniales non comittantur extra prouinciam, quod quidem noſtrum priuilegium ad omnes cauſas ampliat, niſi quando ſummus Pontifex contrarium iuſſerit reſcripto ſua manu ſignato Quod quidem Concilio conſonat vbi cauetur ſimiliter, quod intra biennium cauſæ non aduocentur ad Curiam, niſi quando ſpeciali mandato Sanctitatis ſuæ aliter caueatur. Ex quibus patet hoc breue non contrarium, ſed ſimile eſſe ſacri Cnocilij decretis. Vnde eſt regula quòd per legem vniuerſālem non derogatur priuilegijs nō clauſis in corpore iuris, ſine ſpeciali illorum mentione, quod quidem maximè obtinet in priuilegijs Regum, quibus ob dignitatis regiæ præeminentiam nunquam Pontifices derogare intendunt, niſi de illis facta ſpeciali mentione, explicat elegāter Papa Martinus V. in ſuo breui, relato à Guidone deciſ.1. vbi ad inſtantiam Caroli Franciæ declarauit ſe illius Regni conſuetudines, concor-

concordias, & priuilegia tollere, aut aliqua parte minuere ſua generali lege nõ intendiſſe: cum ita de iure ſit, quód priuilegia conceſſa Principibus, & Regnis, locis, & perſonis eorum, cum ſint conceſſa perſonis, & loco, non intelliguntur cõprehenſa in illa clauſula, non obſtantibus quibuſcũq; priuilegijs, qua dictum ſacrum Concilium vtitur, explicat Gonzal. gloſ. 36. num. 42.

Vnde fit quod licet à Sede Apoſtolica aliquæ comiſsiones emanauerint ad comittendas cauſas in Rotta, non per illas eſt viſus ſummus Pontifex Regum priuilegijs derogaſſe, ex reg. cap. Cum ordinem, de reſcript. gloſ. in cap. 1. de conſtitution in 6. verbo Noſcatur, l. Reſcripta, C. de precibus Imperator. cap. Reſcripta 25. quæſt. 1. proſequitur Soarez d. cap. 39. num. 3. explicat Gonzalez gloſ 56. n. 3 & ſeqq.

Solùm reſtat vltima congreſsio. An huius priuilegij interpretatio à ſolo Principe petẽda ſit? Ita, vt nullus alius ipſum interpretari valeat, iuxta gloſ. in cap. Cum veniſſent, de iudic. verbo Interpretatus, vbi Doctores & in cap 1 de poſtul. Prælator. gloſ. verbo Æſtimare, in cap. Ordinarij, verſ. Si verò, de offic. Ordin. in 6.

40 Infertur ex ſupradictis, quod non ſolum citationes ad Curiam Romanam, & ad Regnum Caſtellæ, vt ſupra diximus, ſed etiam intra regnum non licite fiant, nec valide dum cauſæ auocantur in prima inſtantia à locorum ordinarijs licet ex talibus citationibus pœna huius legis non incurratur. Vidimus in praxi valde controuerſum hoc dubium quia dum cauſa penderet in prima inſtantia coram Ordinario Bracharenſi ſuper offenſa facta cuidam notario, illã ad ſuum iudicium auocauit legatus generalis Collector, qui in regno reſidet parteſque citari fecit, vt termino ſtatuto comparerent auth. textus in cap. 1. de officio legat. ibi ſane licet Archiepiſcopus metropolitico iure audire non debeat cauſas de epiſcopatibus veſtris, niſi per appellationem deferantur ad eum, legationis tamen obtentu vniuerſas, quæ per appellationem, vel quærimoniam perueniunt ad ſuam audientiam audire poteſt, & debet, ſicut qui in prouincia ſua vices noſtras gerere conſprobatur, quibus verbis videtur Pontificem eam differentiam conſtituere inter Metropolitanum, & Legatum, quod ille ſolum per appellationem cognoſcit, hic vero & per appellationem, & quærimoniam partis quare videtur legato concedere concurſum cum Ordinarijs, ac ipſe Pontifex habet, & auocando ad ſuum iudicium non præiudicat iuriſdictioni Ordinariæ, vt ſupra dixi.

Verum in hoc textu, quærella, de qua agit importat peculiare remedium quod competit litigantibus non vt ante ſententiam, per quærelam cauſæ deuoluantur ad ſuperiorem, ſed vt in caſibus, in quibus appellatio interdicitur à iure partes poſsint ſuperioris officium implorare introducta quærella coram eis, & diffinitur, vt ſit remedium ſubſidiarum in locum appellationis defficiẽtis, per quod adgrauantis ſuperiorem recurritur, probat hic tex. & cap venerabilibus 71 n princ. de ſentent. excom. lib 6. ibi ſed ſi excommunicatus deponat apud eos de ſuffraganeo, vt imponatur ei pœna & pro ſuo intereſſe ſuper iniuſta excommunicatione quærellam audire vtique debent eum, vbi qui non appellauit auditur per quærellæ interpoſitionem gloſ 1 in cap. 2. de procurator. vbi Doctores Felin. num 10 in cap. quærellã de iure iur. Maranta de Ordin. iudic. 6 p. cap de appel num 102. Couar. pract. cap. 9 num 2. Corcetus in ſingular quærella 2. Ducn reg 43. limit. 2. Herculan. de attentatis cap 11 num 2.

Quod quidem remedium quærella 41
cum non ſit ordinarium, vt appellatio iuriſdictionem iudicis inferioris non ſuſpen-

ſuſpendit cap Ad reprimendam, de offic. ordin.Ord.lib.3. tit.74. §.4. ibi. *E o feito vá por diante*: Et apud nos hæc quærella maxime videtur eſſe ſimilis ſupplicationi,ſeu grauamini quod per ſimplicem petionem fit Senatui,vel Prætori Curiali intra quinq; leucas,iuxta formam Ordinationis,in 1.tit.8.§.9.& tit.6. §.7. & lib 3. tit.84 §.8. Licet enim hoc grauamen à quo ſupplicatur per petitionem, non per inſtrumentum ſuſpendat, poſtquam dicta petitio adiungitur proceſſui,id quidem non prouenit ex natura rei,ſed peraccidẽs,quia dum acta mittuntur,non poteſt ad vlteriora procedi, reliqua verò grauamina per inſtrumentum, de quibus agit Ordinatio lib 1. tit.80. §.11. 12 & 13 & tit. 6. §.4. tit 60. §.54. & alijs locis habent certas ſolemnitates iuris reſponſionem iudicis actuum,copiam, & proceſſus, & alia quæ in quærella non reperiuntur, ac proinde tanquam nudum remedium dicitur ſimplex quærella, gloſ.verb.Suſpendatur,in fin.in cap.Ad reprimendã, de offic Ordin ſimplicemq, petitionem vocat Ordin lib 1.titul.65 §.28. & lib.3. titul 5. §.10. ibi: *Por ſimplez petição*, quia ſcilicet ille recurſus quærellæ nunquam cenſetur ſublatus, ex Menoch de arbitr. quæſt 70. à num.18. Padilla in l. Cum quidam, num 11. de leg 2 & deducitur ex cap. Paſtoralis 53 in fine princip.de appell.

Quare in præſenti patet Collecto-
42 rem cauſam aduocare non poſſe ad ſuum iudicium,contra formam Concilij d ſeſſ 24 de reform cap 20. niſi adeatur per appellationem, vel quærellam quæ ſubit appellationis locum, nec ſuſpendit. Vnde cum in præſenti caſu eſſet ſupplicatum ad Senatum à Vicario generali, quod proceſſum ad dictum Collectorem remiſerat ſupplicantibus fuit prouiſum, & tandem re dellata ad Senatores ſacri Palatij deciſum fuit cõtra Vicarium,vt ſuam reaſſumeret iuriſdictionem, parteſq; in prima inſtantia audiret, iuxta formam dicti Concilij, vbi tales auocationes annullãtur, & ipſi legati condemnantur in expenſis, data facultate Ordinarijs vt ita declarent, & de iure illis competit, vt in d. §.Si vero notorium.

Dubium tamen emerſit eo caſu non vulgare, quod cum ibi ageretur de culpa comiſſa contra Notarium, & plures eſſent Rei,vnus ex illis vt ſe defenderet, & vitaret nimbum cenſurarum adijt Collectorem vt ſuas excuſationis cauſas proponeret, & cauſa coram eo introducta,ad regium iudiciũ ſupplicauit, quærebatur: an cenſeretur d. Collectoris iudicium prorogatum, & non eſſet prouidendus quibuſdam aliter ſententientibus? Mihi ſemper contrarium viſum fuit.

Primo, quia licet communis opinio diſtinguat inter cauſas eccleſiaſticas iuriſdictionis voluntariæ, & contenſioſæ, vt priores ſemper ad iudicium proprij Epiſcopi pertineant, itavt alium eligere non liceat. Secùs verò in cauſis contententioſæ iuriſdictionis, provt diſtinguit Abb.in cap.Significaſti, de foro comp. num.15. Socin 30.& 45 Felin 1. idem Abb in cap P.& G. de offic.deleg.n.3 & 15. Maranta de ordin iudi.4 part.deciſ. 12. nu 24.Capicius deciſ.9. tamen hæc diſtinctio repugnat textui in cap. 1. 9. quæſt.2. & cap Non liceat, 3 quæſt.6 & contra iura quæ habentur, 11.quæſt. 1. & 9 quæſt.2. vbi latè, ex quibus d. cap. Significaſti,videtur deſſumptũ fuiſſe,ibi enim ſtatuitur non poſſe quelibet Epiſcopum alienum Parochianum iudicare quod verbum iudicare ad omnia refertur,vel pertineant ad voluntariam, vel contentioſam iuriſdictionem,ſimilis eſt text in cap Nullus,de Parochijs, habet enim ille text vt nullus Epiſcopus alterius parochianum iudicet quòd & conuenit clericis,& laicis.

Quare tenendũ indiſtinctè eſt quòd laici in cauſis ſpiritualibus,& eccleſiaſti- 43
cis, quæ Eccleſiaſiæ iudicio reſeruatæ ſunt

ſunt ſicut & clerici proprij Epiſcopi iudicium ſine ipſius conſenſu expræſſo vitare nequeunt, nec alienum prorogare,& eſt gloſ.verbo Clerici in d.cap.Significaſti, & facit cap.1. de foro compet. ibi: Ex conſilio eiuſdem, quæ verba tacitum excludunt conſenſum: ſicut aliàs ſubditi alicuius domini temporalis non poſſunt ipſius iuriſdictionem vitare,nec in alienum conſentire iudicem ipſo cõtradicente, imò eos inuitos reuocare poteſt, vt per Maranta d. diſt. 12 nu.fin. tenuit Anchar. in cap.Conquæſtus, 9. quæſt. 3. Bald. in l. Si quis ex conſenſu, Cod. Epiſcop. aud. Capicius vbiſupra nu 15. Foller. in praxi, fol 75. num 63. Boſsius de Principe num 260 idem in ſuis vaſſalis ne eccleſiaſticum iudicem eligant,ſtatuit Ordin.lib 2 tit 1 § 14.

44 Ex quibus ſupplicanti prouiſum fuit, & à Senatoribus Regij Palatij fuit approbata ſententia,ſicut aliás in Senatu vidi prouideri cuidam Canonico Conimbricenſi, de quo ſupra egi, qui cum ad Curiam Romanam citaretur, ipſe miſit reſponſorem, & cauſam defendit quouſq; condemnatus fuit in amiſsione beneficij: & dubitabatur in Senatu, an illi eſſet prouidendum, cum ipſe iudicium approbaſſet, ſeu prorogaſſet: quo caſu non videbatur loqui lex regia, & cum caſus eſſet omiſſus, non poterat fieri aliqua extenſio, ex d.Ordin. in fin. principij. Sciſus fuit Senatus in contraria,& maioris partis ſuffragijs euictum fuit vt illi prouideretur, ex ea ratione quia ſubditi regiæ iuriſdictioni contrauenire non poſſunt, nec in earum fraudem conſentire,& acquieſcere, citationibus factis ad iudices extraneos, vel in prima inſtantia ad Curiam Romanam, imò ipſe Procurator Regius ex officio tenetur occurrere, vt habetur lib. 1. tit. 12. §.3. ibi: *O que poderà fazer, poſto que as partes vexadas contra forma das ditas Ordenações não requeirão ou não poſsão acerca diſto requerer ſua juſtiça.* Pro iniũcti enim muneris officio tenetur regiam iuriſdictionem defendere,nec pati eam defraudari, etiam de ſubditorum conſenſu, Bouadill lib.2.polit.cap.17.num.185.& cap.18 num.15. & videtur expræſſa Ordin. lib.2. tit.1. §.14. vbi ſententia lata in foro eccleſiaſtico, parte conſentiente, non exequitur, & facit Ordin. lib.1.titul 65. §.16. vbi iudices ordinarij occurrunt, licet partes taceant, dixit Ceuallos 4.parc quæſt 1.num.276. Rodriguez de annuis redit. quæſt.17 n 71. Meno.cõſ.322.vol 4. Azeue lib.4.tit. 11. Decian in tract crim lib.4.cap.11.Franciſcus Marcus quæſt.215. & in terminis multis pro vtraq; parte diſputat, & concludit, non obſtante ſubditi conſenſu, illi ſuccurrendum fore, Pax in praxi, 2.part.prælud.vlt.in fine.

Quibus proximum eſt illud an poſſint cauſæ ab hoc Regno,tranſacto biẽnio,ad Curiam euocari, iuxta formam ſacri Concilij, & ſuppoſita ſuperiori reſolutione? Videtur dicendum quòd ſtãte forma d. breuis,& d. Ordin. § 1. quæ iudices extraneos petere non patitur cauſæ è Regno compulſari nequeant prætextu biennij nam legi generali derogatur ex priuilegio ſpeciali, cap. ſtuduiſti, 2 de offic.deleg. maximè quando vtraq; diſpoſitio non poteſt inſimul ſtare abſq; derogatione generalis, cap. Dudum,de præbend.lib.6. explicat Reminal. in §.1. num 82 inſtit. de donat. & eſt argum Ordin.lib. 3 titul.12 & lib 1. tit.87. Vnde cum in noſtro priuilegio contineatur clauſula derogatoria comiſſionum in contrarium,oporret vt noua comiſsio emanet, cum ſpeciali illius clauſulæ derogatione,aliás enim comiſſio ſimpliciter facta, ex eo quod tranſactum ſit biennium,cenſebitur per ignorantiam potius extorta, quàm ex volũtate Pontificis,qui in eo potuit circumueniri, aduertit Sarmiento Selectar. cap 14.nu.11.notant Doctores in cap.3. de capel. Monach. 45

Nec obſtabit ſi pars aduerſa non repugnet d. auocationi, & conſentiat, & iudi-

iudicium Romanæ Curiæ ſubeat, in quo videbitur renũciaſſe remedio ſubſidiario, ſicut dicimus in eo qui potuit vim repellere in continenti, & iudicem adijt, per quod iuri ſuo renunciaſſe dicitur, vt dixit Valaſc.conſ.191.n 38.

Nam in recurſu ad Principem duo conſiderantur: vnum ex parte ipſius, alterum ex parte ſubditi. Primum eſt ius regale publicum, ſeu commune, quod à nemine remitti poteſt, cum non ſit in ſubditorũ poteſtate, l.1. §.Huius ſtudij, ff de iuſtitia. Alterum commune priuatum, quod primum in ſubditis conſideratur, quàm ſit in ipſa cõmunitate, & ab illis poteſt remitti quando non fiat cum alterius iniuria, vel niſi tale bonũ priuatum nõ deſtinguatur à communi, quia tunc eſt bonum priuatum minus principaliter, & per quandam conſequentiã l.In tantum, verſ Vniuerſitatis, ff rerum diuiſ. Vnde fit quòd licet ſubditus remittere intendat ius ſuum, & vexationẽ ſubire citationi, ſeu actorum cõpulſioni acquieſcendo tamen eo caſu ius cõmune offenditur, á quo priuatũ ipſius partis non diſtinguitur, & eius conſenſus nihil operatur: ſicq; debet accipi Ord. lib 2. tit.12.§.3 ibi. *Poſto que as partes conſintão*, & lib.2 tit.14. Ceuallos 4.part.quæſt.1. num.276. Rodriguez de annuis reditibus, q 17.n.71. Paz in praxi, 2.p prælud. vlt. in fine, Menoch conſ.322 vol 4.

46 Infertur deinde hanc Ordinationem dum prohibet ne quis ratione ſui beneficij citetur ad Curiam, etiam habere locum in eo quod impetrato beneficio viuẽtis in Curia eum intra Regnum in cauſam trahit, vel coram Ordinario ſit lis motta, vel coram apoſtolico iudice, non enim ex eo purgatur impetrationis vitium, nec pæna quæ ex altero tantùm membro incurritur, de qua quæſt. vide verbo Impetrar, vbi laté

47 Et dubitari poteſt, An hæc Ordinatio habeat locum in ſolis citationibus, quæ beneficiorum occaſione fiunt? An veró cõprehendat etiam alias citationes, quæ fiunt ad Romanã Curiam inter laicos, dum cauſæ incipiunt in iudicio eccleſiaſtico, vel ciuiles ſint, vel criminales, vel inter clericũ, & laicum, & alias quaſcumq. perſonas. Et videtur dicendum legem regiã non cõprehendere, niſi illas citationes quæ ex cauſa beneficij emanant. Nã licet in citationibus quæ ad Curiã ex alijs cauſis fiunt eadem detur ratio diſtantia loci, itineris labores, & expenſæ in litibus in alienis partibus ſubeundis: tamen huius legis diſpoſitio non poteſt extẽdi ad caſus ſimiles, etiãſi in illis maior detur ratio, quàm in expræſsis, ipſa lex vetat extenſionẽ in fine principij, niſi aliàs ſint cõprehenſi in ipſa diſpoſitione, licet nõ expræſſi, vt ſunt plures caſus, de quibus ſupra egimus, & extenſio, ſeu interpretatio nulla eſt contra legis verba.

Veruntamen eſt quòd citationes ad Curiam ex alia cauſa factæ prohibẽtur, ex §.1 eiuſdem legis, dũ generaliter prohibet ne iudices extra Regnũ impetrentur, ibi: *Nem impetrẽ juyzes fora do Reyno, nem requeirão perante elles*, quæ verba cũ generalia ſint omnem citationem cõprehendunt, & maiori cũ ratione eam quæ ad Curiam Romanã fit, cum maiores in ea adſint, & expenſæ & labores, & cõfirmatur ex dicto breui Iulij tertij dũ in prima, ſecunda, vel alia quauis inſtãtia iudices extra Regnũ dari poſſe prohibet Vnde qui comiſsionem impetrauerit, his caſibus naturalitate priuandus eſt, dum videtur directè offendere indulta Regibus conceſſa, & ſubit pænam infra tit.15. de quo ibi vide.

Vltimo quærendum de eã quæſtione, 48
An poſsit poſſeſſor citari coram executore apoſtolico vt beneficium dimittat? Et an hoc caſu ad Principem pateat recurſus? Quia ſæpe ſentẽtiarum, & gratiarũ apoſtolicaru executores mandata ſibi poteſtate abutentes Eccleſiarum poſſeſſores deturbant, & contra ius, faſq; migrandi neceſsitatem imponunt, & violenter expellunt: hi quotidie pro

deſeſione Regis adeũt,ac regiæ Coronæ iudices pro violẽtia pro iniuſta oppræſſione ſuplicibus querimonijs continuò interpellant, quod quibus in caſibus probe liceat videndum eſt,& ſumatim, & iudicum ſæcularium iuriſdictionem extendi palam eſt, quatenus ab eccleſiaſtico violentia, & notoria iniuſtitia dimanat, arg.eſt Ordin.lib 1.tit.9.§.12. Nam ea tantùm Regi, ac Regiæ Coronæ magiſtratibus intenta cogitatio eſt, vi ſcilicet oppræſſos à potentiorum incurſu, & calumniantium manibus vindicent, cap Regum 25.q 3. l.Illicitas, §. Ne potentiores, ff.de offic.præſidis Diximus ſæpè 1.part.& vltimam iudicibus vtrinq; ineſſet animus ſeſe in officio continendi, nec ſublimis eccleſiaſtica dignitas temeritatis, aut petulantiæ ſæculares iudices incuſaret, nec per contrarium hi eccleſiaſticis obſiſterent, eorumq; & ſententiarum impetum retundere conarentur: ſed mutua ſubuentione vterq; ſibi gladius inuicem ſuffragaretur, iuxta cap.Dilecto,in fine,de ſent. excom lib.6.

49 Vt autem aſsignemus caſus in quibus executorum iniuria,& violentia per regios magiſtratus reparari valet,oportet meminiſſe prius qui quotvè ſint huiuſmodo executores. Et licet gloſ. magna. & Doctores cõmuniter in cap. Paſtoralis,§.Quia verò,de offic.deleg.& in cap De cætero, de re iudic. & in cap. Dicenti, verſ. Et ſi non cognitio, 25. quæſt. 2. & in l. à diuo Pio, ff.de re iud. aliter deſtinguant,ex mente Bart in d.l. à diuo pio,& Abbatis in d.§.Quia verò num. 3. rectius dici poteſt tres eſſe executorum ſpecies, alii quibus merum factum comittitur, & facti ſunt, & de his agitur in cap.vlt.§.vlt. de offic. deleg. & in l.Executorem,C.de execut.rei.iudic. Alij meri iuris executores ſunt, quibus merum ius executionis competit, text. in d.cap. De cætero, d.l.à diuo Pio,§.Si ſuper rebus. Denique ſunt alij quos d. gloſ.& Doctores mixtos iuris executores appellant,quibus ſub forma,& figura executionis hoc eſt ſub verbis executionem importantibus comittitur ius,& iuriſdictio, tã ſuper negotio principali, quàm ſuper ipſius executione de quo agitur in l.Etſi non cognitio, C.ſi contra ius, & in d. verſ. Et ſi non. Has ſpecies executorum ex ordine complectitur, Ordin. lib.3.tit 76 in prin.§.1. & 3. 50

Et agendo de executoribus meri facti, ſæpè vidimus in controuerſiam adduci, quo iure ab his pro notoria iniuſtitia ſententiæ, quam execuntur,ad regium Tribunal ſupplicari poſsit,cum ab ipſis non profluat iniuria, ſed potius ab illis qui ſententiam protulere,quibus vt inferiores obedire tenentur,argumento text. in cap. Cum inferior, de maior. cap.Inferior, 21.diſt. cap. Qui reſiſtit. quæſt.3 cap Omnis anima, de cenſ ſiue habentes ordinariam iuriſdictionem,vt in d.§.Quia verò,ſiue non habentes,vt in d. cap. De cætero. Verumtamen eſt ab his executoribus ſupplicationem,ſiue querelam (quam vulgò dicimus *aggrauo*) ad Regem interponi poſſe,nam in violentia primo ſpectamus,à quo ſit illata, arg. l.Cùm à te,ff.de vi,& vi arm.& cum hic executor (ſupponimus namq; ſententiam continere notoriam, nullitatem,vel iniuſtitiam) tanquam priuatus procedat arg l.3.ibi. Si excellerit priuatus eſt, ff offic. præſid. ſi vim inferat illi impune reſiſti poteſt, l. Vt vim,ff.de iuſtitia,& iure, cap Sacro,de ſent. excom. & vrbanius faciet qui pro tuitione ſui, & pro violentia propulſanda ad iudicem recurrat Et vlterius obtinuit huiuſmodi ſupplicationem admitti, & ad illam Curiam deferri, quæ reſpectu executoris competens ſit, licet aliàs reſpectu mandantis incompetens, idq; ſuadetur, ex ſententia Bart in l. a diuo Pio, § Sententiam Romæ, num 6 ff re iudic Barboſ qui plures refert in notis ad Ordin. dict fol. §. Siue ipſe mandans in Regno, ſiue extra comoretur vtroq; enim caſu,ſi æque comode mandantis,

dãtis,ac executoris copia haberi nequeat si Regis magiſtratus adeũdus eſt qui exe cutori præeſt Idq; præterquã in mille alijs caſibus iudicatum vidimus in cauſa fratris mei Lodouici Pereira de Caſtro Collegij quondam diui Pauli Collegæ, nunc veró Supplicationis Senatoris,& grauaminum Expeditoris, qui cũ prouocaſſet ad iudicem Regiæ Coronæ, Curiæ Portuenſis, & conquæſtus eſſet de Executoribus Bracharæ comorantibus, de altero quòd ſententiam Romæ latam abſq; citatione partis exequeretur de altero verò quod ſentẽtiam Collectoris in prima inſtantia latam executioni demandarẽt, tandem vim ab executoribus fieri ſententijs Regij Senatus definitũ eſt, quibus cum rogatoriæ chartæ iuxta ſtylli formã præſentarentur,& ipſi obedire recuſauerint Demùm delata cauſa ad ſupræmos Palatij Senatores negotium retrógeſtum decretis confirmatum eſt, quibus Executores obedire neceſſe habuerunt.

51 Circa Executores iuris ſciendum in primis eſt aliquando ſuperiorũ, & aliorum iudiciũ mandata,& ſententias exequi, ea ſeruata executionis forma, quin partes iudicis aſſumant, vtpote quia nullus contradictor adeſt, qui iuſtè ſaltem colorate executionem oppugnet: & de hoc caſu noſtra non eſt inſpectio, ſolùm enim agimus,& inquirimus, quid dicẽdum ſi aliquis, etiam de facto, ſit in poſſeſsione, & credimus tunc executorem partes iudicis aſſumere, poſſeſſorem in iudicium vocare,& audire debere, arg. text. in cap Licet Epiſcopus, de præben. in 6. Nauarr in cap Cum contingat 3. cauſ. nullitatis, de offic. deleg. Garcia de benefic. 6 p cap. 2. à n. 110.& latè ſeqq. & n. 140 & 143.& 159 poſt Innocenc. Mandoſ & alios Flores Variar quæſt 4. num 22 vbi à 28 latè defendit ita fieri opottere quoties in executione inuoluitur intrinſecum alicuius præiudiciũ. Quòd quidem optima ratione factum eſt vt iudex qui exequendo incipere nõ potuit, l. 1. C except. rei iudic iudicialiter cognoſcendo procedat, ne alias ſua poſſeſsione inauditum,& inuocatũ poſſeſſoré priuet, quem alias tueri tenebatur, l. æquiſsimum, ff. de vſufr. Paul in l. Si ſuper poſſeſsione, C. de trãſact. Carroc. de ſequeſtr 1. p. q. 6. ſextæ princip à n. 2. & 9. Guterr. pract. lib. 5. q. 73. n. 4. Valaſ. conſ. 191 nu. 33. & conſ. 121. nu 38. & de partit. cap 3 art. 4 Azeue. d. lib. 4 tit 12. l. 1. Gail. lib. 1 obſer 5. à n. 6. Valençuel. conſ. 58. à n. 18. iunctis quæ de citatione in primis faciẽda tradit, Guter Canon. lib 2. cap. 16. à n. 2. & late ſeqq & de citando poſſeſſore, & inuocato per iudicẽ non ſpoliando, Caſtillo lib. 3. quotid. cap 24 num 61.& ſeqq.

Non aliter miſsio in poſſeſsionẽ per edictum D Adriani impeditur, ſi legitimus contradictor inueniatur in plenariã cognitionem, mutato executionis iudicio, l. fin. § Sin autem, C. edicto diui Adrian Toll. Menoch. adip. rem. 4. n 12. Caſtill d cap 24. n. 143. Caual. 1 p deciſ 45 in additione n. 13. Grae. diſcept for. cap. 731. à n. 12 Gom. l. 45. Teu. à n 147. & ſat eſt vt legitimus quis contraditor dicatur ſi legitimã cauſam habendi poſſeſsionem alleget, eamq; illicò probare paratus ſit Meno d. rem. 4 n 605.& cõſ. 180 n. 54 cõmunis ex pluribus relatis à Caſtill vbi ſupra n 161. Caualc 3 p. deciſ. 19 n 26.& lib. 4 deciſ. 6. n 18 & 19.

Quamobrem ſi executor gratiæ, ſeu mandati apoſtolici inauditũ poſſeſſoré 52 & omiſsis legitimis exceptionibus priuet vtiq; in Tribunali Regio declarabitur vim fieri, ipſumq; in ſua poſſeſsione cõſeruandum vſq; dum legitime cõuincatur, idq; ob illatã iniuriam, & denegatã defenſionẽ naturalem, Ord. d tit. 9. §. 12. diximus latè 1. p cap. 7. 8 & 9.

Sed quia executores multis modis ſe violẽter ingerere poſſunt vt cognoſcamus quando ad iudicium ſæculare ſupplicari liceat ſequentes caſus diſtinguendi ſunt.

Primus caſus eſt, quãdo iudex apoſto- 53

 licus,

licus, vel alius exequitur ſententiam iuſtam, & mero iure validam, tunc enim ad ſæculare nullus patet recurſus: illa autem erit ſententia iuſta, quæ nullum contineat errorem patenter expræſſum, l. Si expræſsim. ff. de appellat. vel nulla ſit appellatione ſuſpenſa, cap. Quoad conſultationem, de re iud. quia non deſinit eſſe talis, ſi lata proponatur contra ius litigatoris, cap. Cum inter, de re iud. l. Si prætor, in princ. ff. de iudic. vel ſi appellatio interpoſita ſit caſu quo prouocare non licet: veluti ſi tertió prouocatum ſit contra text. in cap Sua nobis, de appellat. totus titulus, C. ne liceat tert. prou. vel in ſpecie, cap. Cum ſpeciali, §. Porrò. eod. tit. His namq; & ſimilibus caſibus iuſtè executioni demãdatur ſententia, nec dici poteſt appellatione ſuſpenſa. Si vero in caſu permiſſo appellatio ſit interpoſita, & nihilominus iudex executorem eligat, cui ſententiæ executionem comittat ab alterutro ad ſæculare iudiciũ ſupplicari poteſt, ob denegatã defenſionẽ, quæ per appellationis remedium oppræſsis iure indulgetur, cap. Omnis oppræſſus, 2. q. 6. Ceuall. de cognit. per viam viol. gloſ. 6. n. 27. & 28. & ſupplicans hac via obtinebit, ni malit cartam tuitiuam appellatoriam á Senatoribus Palatij impetrare, iuxta Ord. in illorum regimine, §. 116. & 2. tit. 10. §. 2. latè diximus 1. part. cap. 22.

54 Secundus caſus eſt, quãdo iudex exequitur ſententiam, quæ notoriam iniuſtitiam, aut nullitatem, vel intollerabilẽ continet errorem. Et quemadmodum hoc caſu tenetur ipſe iudex ſuperſedere, & ab executione abſtinere, vt ſatis probat cap. Inter cæteras, ibi: Nec ei debet ſtari ſi iniquitatẽ contineat manifeſtam de re iudic. gloſ. 1. verſ. Item nota quam omnes ſequũtur, in d. §. Quia veró, gloſ. magna in d. verſ. Et ſi non, cap. Quod culpatur, 23. q. 1. cap. Non ſemper, 11. q. 3. Felin. in d. cap. De cætero, n. 2. Couarr. variar. lib. 1. cap. 1. n. vlt. in princ. Meno. de arbitr. q. 38. n. 21. D. Thom. 2. 2. q. 64. art. 6. ad 3. Nauarr. in manu cap. 25. n. 14. vbi dicit cõmunem, ita etiam ab eodem ſi ſuperſedere nequeat iuſtè ad iudiciũ ſæculare prouocabitur, ibiq; vim fieri declarabitur, vt per Flores d. q. 4. nu. 42. quòd tamen tũc obtinebit, ſi modo ſententia eius notoriè fuerit iniuſta, facti ſcilicet, quæ nullam requirat probationem aut excuſationẽ admittat, quia eo caſu iudici obſequenti licité, & impune reſiſti poteſt, ac ſi tãquam priuatus vim inferret, ex reg. l. vti vim. ff. de iuſt. & iur. probat l. Prohibitũ, vbi gloſ. verbo Reſiſtentibus, C. de iure fiſci, lib. 10. reſoluit gloſ. pen. in cap. Ex literis, de re iudic. vbi cõmunis, vt per Afflict. lib. 1. conſtit. rub. 8. nu. 56. Dueñ. reg. 190. ampliat 8. Meno. 8. rem. recup. n. 9. additio ad Ber. reg. 382. limit. 1. ſic limitata reg. cap. Si quando, de re iudic. & l. 3. §. 1. ff. quod met. cauſ. & nil mirùm, ſi iudex ſæcularis adeundus ſit pro defenſione, quamquiſquã ſibi aſſumere poterat impunè.

Tertius caſus eſt, ſi executor gratiæ apoſtolicæ pro amouẽdo beneficij poſſeſſore quem illius æſtimat intruſum, & illicitum detentatorem excomunicationis, & cæterarum cenſurarum fulgura vibrat, inuocato, ſi opus eſt, auxilio brachij ſæcularis, in quo dicendum eſt cũ Flor. d. q. 4. §. 3. executorem huiuſmodi procedere poſſe aduerſus intruſum, qui de facto, & non de iure contradicat, notoriumq; ſit eidem nullũ ius in beneficio competere, vbi à n. 40. explicat quis dicatur intruſus plures referens D. D. quibus addo Couarr. variar. lib. 3. cap. 16. n. 7. Valaſc. conſ. 76. n. 6. Meno. deciſ. 3. & ratio eſſe poteſt quia notoriè intruſus ſi ſpolietur, nec reſtitutionem meretur, nec ad expulſionem citatur poſt Menoch. & alios, Flor. d. q. 4. nu. 23. & n. 45. Caldas Pereira recept. ſent. q. 23. n. 53. Si modo intruſio nõ ſit intricata, & obſcura, vt per eundem n. 24. & 48. ideoq; nil mirum ſi expelli valeat per executorẽ, qui expulſus reſtitui nequit, quamquam vtroq; caſu poſſeſſorem citandum fore 55

arbi-

arbitrarer cum Flores d. num. 24. Nemo enim tam reſupinus inuenietur qui nullam ſaltem coloratam cauſam alleget ad beneficium obtinendum, quod ſatis erit vt in iudicium voccetur, & inuocatus non expellatur, aliás enim facilimo negocio iudices ſæculares vim ab executore fieri non iniuſte pronunciabunt, Flor d. num. 24. & 47. apud quem plura vide in materia, & eodem lib quæſt 12.

Quartus caſus eſt, An quando exe-
56 cutor iuxta ſupradicta partes iudicis aſſummit, de oppoſitis exceptionibus cognoſcere poſsit? Et videtur dicendum cum Flor. d quæſt 4. num. 35 & 62 & d. quæſt. 12. num. 17. quod hoc caſu ceſſat via executiua, & cauſæ deciſio remittenda ſit iudici ordinario, vt coram eo in prima inſtantia terminetur, obſeruata deciſione, Concil Tridentin. ſeſſ. 24. de reform. cap. 20 & ſi ſecùs fiat per iudices ſæculares vim fieri declarabitur, vt ſæpius iudicatum vidimus quidquid dicat Garcia de benefic 6 part cap. 2. à n. 110.

Quintus caſus eſt, quando executor contendit pro capienda poſſeſsione nomine Cameræ Apoſtolicæ, in quo eandem met obſeruanda ſunt quæ ſupra de reliquis executoribus diximus, vt per Flores d. quæſt 4 num. 40. cum enim iuxta conſtitutionem 24 Gregorij decimitertij breuia huiuſcemodi de capienda poſſeſsione Cameræ ſint ad vtilitatem prouiſi, & impetrantis, ac vt eius prouiſio, & gratia melius executioni demandetur, vt per Garcia d 6 part. cap 3. num. 17. partes iudicis aſſumet quoties legitimus contradictor apparuerit, vt per eundem, num 58.

Vltimus caſus eſt, quando executor ſententiam exequitur latam à iudice extra Regnum impetrato contra Ordin. d. §. 1. & breue Iulij tertij, de quo ſupra latè diximus. Et ſi magis placeat cauſas omnes in prima, & vlterioribus inſtantijs à iudicibus in Regno impetrandis neceſſario terminandas eſſe, planè vis fiet ab executore huiuſmodi & ita in ſæculari obtinebit, ſi ſententiam latam ab extero iudice exequatur. Nec obſtabit conſenſus litigantium extra Regnum, vt dicto breui derogatum cenſeatur, vt alias diximus ad Ordin lib. 2. titul. 1. §. 14.

SVMMARIVM.

1 *An ex pæna ipſo iure incurſa dominium amittatur, & tranſeat in fiſcum?*

2 *In crimine hæreſis ſtatim dominium perditur.*

3 *Poſſeſsio tamen non amittitur á tempore comiſsi delicti.*

4 *Fructus ante declaratoriam perceptos fiſcus vindicat.*

5 *Declaratoria ſemper requiritur.*

6 *An hoc procedat etiam in beneficialibus.*

7 *Cum quis priuatur ipſo iure ſtatim beneficium conferri poteſt.*

8 *Simoniacus, ipſo iure priuatur beneficio. Adhuc tamen lex regia punit impetrantem. ibi.*

9 *Plura ſpecialia ſunt attento iure in crimine ſimoniæ.*

10 *Beneficium illius qui vxorem duxit, conferri ſtatim poteſt.*

11 *Princeps poteſt bona confiſcata donare.*

12 *Cum quid aliquo inuito fieri poteſt, & eo non vocato.*

Licet beneficiũ vaccans ipſo iure conferri poſſit, nõ tamẽ expellitur poſſeſſor. n. 13 & 14.

15 *An pendente accuſatione poſsit renunciari beneficio?*

16 *Si beneficium vaccans ipſo iure impetratum ſit renunciari non poteſt.*

17 *Quando priuatio fit ipſo iure, non poteſt fieri renunciatio.*

Poſt concluſum in cauſa, non fit renunciatio. ibi.

18 *Penſionatus licet non ſoluat, & inſordeſcat in cenſura renunciare nihilominus poteſt.*

19 *Renunciatio tollitur quando Papa confert beneficium quod vaccat ad præſens.*

20 *Renunciare beneficio nullo modo poteſt qui accuſatur.*

21 *Tabellio accuſatus non renunciat officio.*

22 *Reſpondetur ad iura quibus nititur communis.*

23 *Interpretatur cap. Dudum 2. de electione.*

24 *Interpretatur cap. Per tuas, de ſimon.*

25 *Interpretatur cap. Ex literis, de exceſsib. Prælat.*

26 *Interpretatur cap. fin. de exceſsib. Prælator.*

27 *Pœna impetrantium beneficia viuentium ipſo iure incurritur.*

28 *Hæc pœna iam erat iure præſcripta.*

Repellebantur á cetu fidelium per excomunicationem. ibi.

Olim Oſtiaciſmo vtebantur Athenienſes vt ſeditioſos expellerent. ibid.

Gubernatio Reip. eſt armonia quædam conſtans ex differentia, & conſonantia. ibi.

29 *Poſſunt Reges priuare naturalitate perperturbatores.*

30 *Naturales ſolùm habere poſſunt beneficia in Regno.*

Sequaſtratio beneficiorum cur fiat? ibi.

31 *Bullæ Cœnæ verba procedūt in eiectione violenta.*

32 *Forma procedendi contra impetrantes.*

Accuſatus de impetratione non recuſat iudicem per procuratorem. ibi.

33 *Semel priuatus naturalitate, an iterum de nouo priuari valeat.*

Ex nouo bamno nulla pœna additur antiquæ. ibi.

34 *Verius eſt poſſe de nouo priuari.*

Duo accidentia eiuſdem ſpeciei, non poſſunt eſſe in eodem ſubiecto. ibi.

Poteſt quis pluribus legibus prohiberi ab aliquo actu. ibi.

35 *Diuerſis pœnis poteſt delictum puniri.*

Quando plures pœnæ pro eodem delicto infligi poſſunt? ibi.

36 *Bamnitus iterum rebamniri poteſt.*

37 *Bis poteſt quis à naturalitate priuari.*

38 *Exteri beneficia habere non poſſunt in Regno.*

39 *Penſiones, & onera in beneficijs imponi non poſſunt in fauorem exterorum.*

40 *Exemplum Galliæ circa hoc.*

41 *Apud nos dubium eſt, an penſiones aſſignari valeant exteris?*

Penſio non eſt beneficium. ibi.

42 *Exteri in hoc Regno non habent penſiones.*

Penſiones hodie conceduntur adinſtar beneficiorum. ibi.

Reges Portugalliæ Italis penſiones ſolui patiuntur, ex cauſa. ibi.

43 *Interpretatur Ordinatio tit. 13. in § 1.*

Iudices extra Regnum impetrari non poſſunt. ibi.

44 *An hæc lex debeat intelligi de prima inſtantia.*

In nulla inſtantia debent iudices impetrari Extra Regnum. ibi.

Refertur Areſtum Senatus. ibi.

45 *A pœna impetrantibus impoſita ſit eadem quæ citantibus, vel qui procurant pro exteris, &c.*

46 *An pœna priuationis naturalitatis poſſit imponi Epiſcopo, qui non paruit mandato Principis in Senatu Palatij?*

Epiſcopus poteſt naturalitate priuari ſi non obediat. ibi.

Poſſunt eius temparalitates capi. ibi.

Non poteſt tamen inſtitui accuſatio niſi de mandato Regis. ibi.

QVAS

QVAS PÆNAS INCVRRANT IMpetrantes viuentium beneficia? Et an ipſo iure, ad Ordin. lib.2.titul.13.ibi: Por eſſe meſmo feito.

CAP. 64.

PRO vera huius Ordinationis intelligentia aliqua notanda ſunt. Primum quomodo pæna ipſo iure impoſita incurratur,& quos habeat effectus. Secundo, quid dicendum in beneficiaIibus? Tertio, an naturalitate priuatus iterum eadem naturalitate priuari valeat ob nouum crimen?

Controuerti ſolet, an ex pæna ipſo
1 iure incurſa dominium amittatur,tranſeatq; in fiſcum abſq; ſententia? Mouet quæſtionem Dinus relatus à Bart.ibi in l.Imperator,ff.de iure fiſci, vbi reſoluit delicta in rem priuare delinquentem rei dominio ipſo iure in fiſcum tranſfuſo, d. l. Imperator vbi Vlpianus in hæc verba: Imperator noſter reſcripſit fiſcũ in rem habere actiones ex tacito fideicomiſſo, vbi gloſ. notat, & dicit caſum ſimilem in l.Commiſſa, ff de publican & in l.1. §.An bona ff de iur fiſci, vbi Caliſtratus reſpondet ex labeone etiam ea bona quæ ſoluendo non ſunt ad fiſcum pertinere, ipſiq, applicari ipſo iure, vt contra ipſum tanquam cõtra hæredem experiri poſsint creditores, bonus text. in l. vnica, § fin. Cod de caduc tollend. verbo Vidicationem, quem ibi ponderauit, Bald.& Iaſ in l fin.C.de ſacroſ eccleſ. num.7 & eſt gloſ in l.1 verbo Vindicatio,C.de bonis vacant lib.10. Peregrin. de iure fiſci, lib.4. titul.5. num 8. & 13.

Quod quidem procedit in delictis, quæ rem ipſam concernunt, vt ſi delictum rem non concernat puta ſi quis delictum, homicidium, vel aliud delictum committat bonorũ priuatione dignum,neceſſaria eſt ſententia declaratoria,de quo eſt text. in l. Poſt contractũ, ff,de donation. vbi Martianus in hæc verba:Poſt contractum capitale crimen donationes factæ valent,ex conſtitutione diui,veri, & Antonini niſi condemnatio ſecuta ſit. Bene ergo patet delictũ extra rem non adimere poteſtatem donandi,niſi lata ſententia,cum nemo donet,qui dominus non ſit vnde eleganter Modeſtinus in l.Ex iudiciorum ff.de accuſation. reſpondit ex iudiciorum publicorum admiſsis, non alias tranſire aduerſus hæredes pænas bonorũ adeptionis,quam ſi lis conteſtata, & cõdemnatio fuerit ſecuta, excepto repetundarum & maieſtatis iudicio, quia etiã mortuis Reis, quibus cum nihil actum eſt, adhuc exerceri placuit, vt bona eorum fiſco vindicẽtur, adeo vt Diui Seuerus, & Antoninus reſcripſerint,ex quo quis aliquod ex his cauſis crimen contraxit, nihil é bonis ſuis alienare, aut mutare eum poſſe, ſi viuo eo accuſatio mota eſt, licet non fuerit condemnatio ſecuta, & Hermoginianus in l.Aufertur 46. § In reatu, ff. de iure fiſci, reſpondit in reatu cõſtitutum bona ſua adminiſtrare poſſe,eiq; debitorem recte bona fide ſoluere: & hanc ſententiam tradit Picus in d.l. poſt contractum,num 7. Bart in d. l.

d l.Imperator, Tiraq. in l Si vnquam, verbo Reuertatur, à num 17. Felin. in cap fin.de reſcrip. à num 24 Caſtro de lege pænal.lib.2.cap.6.& 7. Peregrinus vbiſupra à nu.13. Eſt apud nos Ordin. lib.3.tit 82 § 3. Barboſ.1 part.l.2.à num. 130. Gomez l 80. Tauri num 96. Greg. in l.3.tit.17.part.7. Guido ſingul.431 & 568, Caldas Pereira, verbo Læſis, n 24. Palat.in rub.§ 74 n.5.

2 Limitant ſupradicta Dinus,& Bart.in crimine hæreſis, & læſæ maieſtatis, in quibus cenſent delinquẽtem ſtatim perdere dominium, per l pen.& fin C. ad legem Iulliam maieſt quia in his propter atrocitatem lex confiſcationem ipſo iure induxit. Ipſe tamen Bartol. ſentit delinquentem ſolam adminiſtrationẽ perdere dominio penes eum manente, donec ſententia ſubſequatur, de quo eſt text.in l.Quæſitum, ff.qui, & à quibus, vbi Paulus ait quæſitum eſt, An is qui maieſtatis crimine reus factus eſt manu mittere poſsit, quoniam ante damnationem dominus eſt, & ſubdit Imperatorem Antoninum Calphurnio Critoni reſcripſiſſe, ex eo tẽpore quo quis propter facinorum ſuorum cogitationem, iam de pæna ſua certus eſſe poterat, multò plus cogitatione, & conſcientia delictorum, quàm damnatione ius dādæ libertatis eum amiſiſſe: quo reſponſo videtur decidi dominiũ ſtatim amiſſum, ac proinde præſtare libertatem nõ poſſe, quod ſatis poſſet ex d. l Poſt contractum. Vnde videtur Paulum ſenſiſſe conſtituendam differentiam inter crimen læſæ maieſtatis,& alia, vt in his delinquens dominium non amittat, ſecùs in crimine læſæ maieſtatis, quia in his à tempore ſententiæ eſt delinquẽs certus ſuæ pænæ, in crimine læſæ maieſtatis certus eſt à tempore ſuæ cognitionis, & vt in illis á tempore latæ ſententiæ perdit dominium, ita in hoc à tẽpore delicti, tanta eſt enim legis indignatio, ac vindictæ acrimonia aduerſus hos delinquentes, vt à tempore cogitationis illorum audaciam vlciſci, & proteruiam coercere æquum eſſe iudicauerit contra l. Cogitationis, ff. de pænis, facit pro hac parte l.fin C.ad l.Iulli maieſtat.ibi: Memoria eius damnetur,& bona ſucceſſoribus eripiantur, nam ex quo ſceleratiſſimum eius conſilium accipit, exinde quodammodo ſua mente punitus eſt, adſtipulatur d. l.Ex iudiciorũ, ff. de accuſation, vbi vtitur verbo Vindicentur, quod ſupponit dominium eſſe apud fiſcum, vt in l Quintus, §.Argento, ff. de aur.& argent. ligat verbo Vindicantes l. Officium, l. Qui reſtituere, ff. de rei vindic, pro qua ſententia eſt text. in cap.Cum ſecũdum, de hæretic ibi: Proprietas fiſco acquiratur, gloſ in l 4.C de hæretic. & eſt bonus text in l Donationes 23. §.fin. ff de donation. facit l.fin. C.de iure fiſci lib.10. §.Per contrarium inſtit. de hæredit. quæ abinteſtat.de fe.

Vnde aduertendum eſt, quòd licet pæna ipſo iure impoſita faciat vt dominium amittatur à tempore delicti comiſsi, tamen poſſeſsione ſua delinquens non priuatur ante declaratoriam, tunc enim etiam poſſeſsio fiſco vindicatur, l.fin.C ad l Iull.maieſtat. l. Quæſitum, ff qui,& à quibus, l Res quæ, § 1 ff de iur. fiſci, l.Cum filius, §.fin. ff. delegat.2. d. cap. Cum ſecundum, de hæret.in 6. Gigas de læſa maieſt. quæſt 25. Gomez in cap.1. de reſcript. in 6. proſequitur Peregrin vbiſupra à num 8. ſicq; debent accipi plures leges regiæ, in quibus pæna ipſo iure impoſita reperitur, vt in d. Ordin lib 2.tit.16.in fin. & tit 17. & tit. 18 ibi: *Por eſſe meſmo feito*, & lib 2.titul. 45. § 42. & tit.48 § 9 & lib.4. tit.73 in fin & tit 71 in princ & lib 5.tit 6. § 10. & lib 1.titul 38.§ 1.& titul.45 §.8 & § 15. & 16. 3

Vnde fructus interim perceptos fiſcus repitit, l 1.C.de his quibus vt indig. Telliusin l 4.Taur. num.45 & in foro poli. procedere dixit Ludouic. Gomez in cap.1. de reſcriptis in 6. num 9. vbi contrarium dicit, ſi bona non confiſcantur 4

cantur ipſo iure, gloſ. verbo Imminere, in auth. de inceſt. nuptijs, col. 2 quam ibi comendat Bart. Bald. Angel. & alij in l. Inceſtas, C. de inceſt. nup. & in cap. Fælicis, de pænis, lib 6. Palla. in rub. §. 72. Tiraq. in d. l. Si vnquam, verbo Reuertatur, num. 268. Rebuf. de pacif. poſſ. num. 263. Licet enim Burgenſis in cap. Ad noſtram, de emptione, dicat contrarium probari in l. 1. ff. de his quibus vt indig. intelligens in caſu illius non confiſcari bona ipſo iure, ſed per ſententiam, ac proinde aſſerit text. illum procedere in hærede habente titulum lucratiuum, quia hoc non credimus verũ, quoniam reuocata donatione per ingratitudinem non reuocantur fructus, gloſ. in l. Generaliter, §. Proinde, verbo Ex ea cauſa, in fine. ff. de fideicomiſ. libert. Iaſ. in l. Cum quis, quam legit cum lege Si hæres, ff. de condic. cauſ. data, Tiraq. in l. Si vnquã, verbo Reuertatur, num 281. licet contradicat Ripa in l. fin. C. de reuo. donatio. q. 66. quamobrem cenſemus in d. l. 1. bona ipſo iure confiſcari, & propterea fructus fore fiſco reſtituendos, ſententiam tamen neceſſariam eſſe, vt de hæredis culpa conſtare poſsit. & negligentia, quæ interpretatio vera videtur, & comprobatur ex l. Hæredem 17. cum l. ſeq. ff. de his quib. vt indig. & l. Prædonis ff. de petit. hæred. ſentit gloſ. in princ. verbo Imminere, ad fin. in auth. de inceſt. nup. col. 1. Felin. in cap. De quarta de præſcript. nu. 33. ſicq. reſoluenda ſunt quæ Couarr. de ſponſalib. 2 part. cap. 6. §. 8. num. 7.

5 Non ignoro gloſ. in l. His conſequẽter, §. 1. ff. fam. hercif. verbo Non pertinere eleganter voluiſſe occidentem teſtatorem, vel non vindicantem eius necem non priuari ipſo iure hæreditate, ſed priuandum per ſententiam, quam ſingularem dicit Iaſ. in l. Si patroni, §. Qui fideicomiſſum, ff. ad Trebel. num. 6. Soarez alleg. 18. ad fin. Boer. deciſ. 25. num. fin. & communem dicit Alex. conſ. 136. num. 5. lib. 7. Contrariũ tamen eſt Bartoli in l. 1. C. ex delict. defun. num. 8. & in l. 1. num. 2. ff. de priuil. creditor. Bald. in l. 1. num. 2. Cod. de his quibus vt indig. Quare dicendum eſt quód licet pæna ipſo iure incurratur requiritur declaratoria, vt colligitur ex l. Indigno, ff. de his quibus vt indig. & ex reg. l. Eius qui, ff. de iure fiſci.

In ſecunda quæſtione, quæ magis ad noſtram Ordinationem accedit, videntur ſuprapoſitæ reſolutiones habere locum in beneficialibus, quando enim crimen tale eſt, quód non impediat retentionem, nec ordinis executionem, veluti crimen ſacrilegij, vel ſimile, ſi in eo impoſita non ſit pæna, ipſo iure, beneficiarios ſuos facit fructus ante ſententiam, ita Innocent. in cap. In noſtris de præben. Panorm. in cap. Item cum quis, de reſt. ſpoliat. Felin. in cap. De quarta, de præſcript. num. 33. & ibi Pariſ. nu. 11. Rebuf. de pacif. poſſeſ. n. 262. Tiraq. in l. Si vnquam, verbo Reuertatur, n. 292. ſecus ſi pæna ipſo iure impoſita eſt, veluti in hæreſi homicidio qualificato ſimonia ſodomia, cap. Mulier, 15. quæſt. 1. falſitate literarum apoſtolicarum, cap. Ad falſariorum, de crim. falſ. non promoto intra annum, iuxta regulam, cap. Licet canon. de electiom in 6. tales enim nõ faciunt fructus ſuos Paulus, & Alexand. in l. 1. C. de his quibus vt indi. Crotus in l. 1. §. Qui præſens ff. de verbor. num. 4. Brecheus aphoriſ. 78 verbo Fructus, ratio eſt quia titulus reuocatur ad non titulũ, Roman. ſingul. 454 per l. Filio, §. Contra tabulas, ff. de inofic. teſtam. quem ſequitur Felin. in cap. Cum cauſa, verſ. Nõ reſpectu, autẽ de re iudic. l. Imperator, ff. de in diem addictio, l. Is qui, §. Si fundus, ff. quod vi, aut clam, l. fin. ff. de iur. fiſci.

Vnde cum quis priuatur beneficio 7 ipſo iure ſtatim conferri poteſt non expectata ſententia, nec citatione poſſeſſoris, cap. Cum incunctis, de electione, ibi: De illis diſponendi liberam habeat facul-

facultatem, & ibi Bal text. ſimilis in cap. de multa, de præb-nd. ibi: Libere conferat, & ibi Bald & in cap 2. & ibi Panormit. notab. 3. de feudis, & in cap. Fūdamenta, verſ. Quod ſi ſecùs, & ibi gloſ. verbo Liberam, de electione in 6. & in cap Licet Epiſcopus, de præbend lib 6. gloſ. recepta in cap. fin de cler. non reſident. quæ loquitur in beneficio vaccāte per contractum matrimonij, & in cap. Ordinarij, verſ. Quod ſi forte, & ibi Doctores de officio Ordin lib 6. & in cap. Ne captandæ in fin. de conceſsion. præbend eod. & in cap. 1. verſ. Sacri, vbi gloſ. verbo Libere, de homicid. lib. 6. & in cap. Fælicis in princ. verſ. Si qua veró & ibi, gloſ. verbo Diſponant, de pænis, lib. 6. volluit gloſ. in cap. Comiſſa, verbo Te nollente, & verbo Iuſto, & ibi Domini. de electione, lib 6. & in cap Is cui de præbend. eod. Bald. in cap. 2. verbo Amittat de feudo ſine culpa non amittend & conſ 133 lib 4 ad fin Cardin in Clem. 1. notab. 15. de pænis, Romanus conſ 212. primo dubio, & conſ 483 n. 17. quia tunc Ordinarius exequitur officium ſuum, nec citatio partis eſt neceſſaria, arg cap. Ex frequentibus, de inſtit. cap. Accipimus, & cap. Cum clerici, de pactis, Roman. conſ. 499. in præmiſſa, num 5 Ripa in cap. Sæpe, verſ. Sed dubitatur, de reſtitut. ſpol. Licet contrarium dicat Lappus alleg. 78. quæſt 4. & alleg. 16. & allegat 101. quod quidem admittendum eſt quando priuatio eſt notoria, aut poſſeſſor vocatus eſt in ſententia declaratiua, vel priuatiua, aut in collatione, tūc enim citra aliam cauſæ cognitionem, & beneficiario aliter non vocato beneficij poſſeſsio auferri poteſt, Primum & ſecundum, probat Panorm. in cap Accepta, de reſtit ſpol. & in cap. Quoniam, de filijs præsbyter aliter poſſeſſor ſua poſſeſsione deijci non poteſt per dict cap Licet Epiſcopus, de præb. in 6 & cap Cum ſecundum, de hæret. eod. Innocent. in d cap. De multa, verb. Conferat, & ibi Hoſtienſ. Ioann Andr. verb. Liberè Collectar, verſ. Quid ſi poſt adeptionem. Panormit 4. notab. Lappus allegat. 89. idē Panor conſ. 67. lib. 2. Domini. conſ. 117 verſ Item ex alio, Alex. conſ. 103. verſ. Vnde dicit vol. 1. Afflict. deciſ. 97. & in cap. Quo tempore miles, & in cap 1. de feud. ſine culpa non amittend. & in conſtitution. Siciliæ, cap. Conſtitutionem, Bal in l Si maritus, C. de donat inter vir; & conſ. 141. lib 2 & conſ. 133 lib 4 in fine, quāuis contrarium teneant alij quoe citat Tiraq. in l Si vnquam, C. de reuocand. dona verbo Reuertatur, num. 338 Ratio eſt quia licet dominium ipſo iure amittatur, aut publicetur, non tamen poſſeſsio Bal in l. Si quis in tantam, C vnde vi, & conſ 35. lib. 4. & conſ 358 eod. & in additio. ad Speculator. titul. de locat. §. Nunc aliqua quæſt. 46 & probatur quia licet legatorum dominium recta via tranſeat in legatarium, l. Si tibi homo, §. Cum ſeruus, ff. de legat. 1. l Cū pater, §. Surdo, ff de legat 2 l Legatum ita, ff eod l à Titio, ff de furt Poſſeſsio tamen non tranſit, vt C. & ff. quorum legatorū: ſic etiā licet dominium dotis, ſoluto matrimonio ipſo iure reuertatur, non tamen poſſeſsio, l. Dotis, & ibi Bald C. ſolut matrim.

Sic pariter ſimoniacus qui ipſo iure 8 priuatur beneficio, ex text. in extrauag. cum deteſtabile, de ſimon inter communes, ibi: Quas contigerit ſimoniaca labefieri, viribus omninò careant, & ibi, nec inde faciat aliquis fructus ſuos, idem conſtitutū fuit in Concilio Conſtantienſi Rebuf. in praxi, rub. de mod. amittend. benefic 3. part. num. 33 & rurſus de ſimon. reſignat. num. 7. Nec refragatur verbum *Amoueas* in cap Inſinuatum, de ſimon. quia denotat executionem, & denotat præcedere priuationem per text in cap Abbate, de re iu ic. lib. 6. ibi: Petit adiudicari eidem monaſterio locum ipſum, & vos exinde amoueri, Rebuf. vbi ſupra tit. de modis amittend. benefic d. nu. 33. Simoniacus (inquam)

(inquam) vim ſolùm titulum, ſed poſſeſsionem amittit, ita quid nec ad impediendum ſequeſtrum prodeſt ei triennalis poſſeſsio. iuxta Clem. vnicam, de ſequeſtra. poſſeſ. dicit Caſſadorus deciſ. 5 de ſequeſtr. poſſeſ. ac proinde, annullato titulo ob crimen ſimoniæ, annullatur quoq; poſſeſsio beneficij, quia poſſeſsio quæ ſine titulo obtineri non poteſt, titulo extincto euaneſcit, l. Locorū, C. omni agr. de ſer. lib 11. Afflict. deciſ. 392. nu. 19. ac proinde ſimoniacus ſpoliatus non reſtituitur, nec facit fructus ſuos, vt poſt alios ſcribit Felin. in cap. Niſi cum pridem, de renũtiat. & in cap. Inſinuata, nũm 5. & in cap Simoniace, num 6. de ſimonia, Decius conſ. 118 n 1 Boer. quæſt 117. num 3. Rebuf in praxi, tit. de pacific poſſeſ num 135. Vnde ſimoniacus eſt intruſus, quia non ingreditur per oſtium, nec titulum habet coloratum, Rota antiq 236 Maſcard. concl. 1305. num 7. Ne tamen decipiaris ſemper intelliges, vt dicis ſupra, verbo *Seus beneficiis*, num 44 quod licet de iure talia beneficia ſimoniacè obtenta impetrari valeant. Tamen hoc non tollit vt lege regia puniatur impetrãs, quia impetrãt certo modo ob crimen, cuius probatio pendet à futuris probationibus: vnde ſine metu legis ſolùm impetrabitur beneficium ſimoniaci iam declarati, & conuicti.

9 Quamobrem plura in huiuſmodi crimine ſpecialiter conſtituta ſunt, quæ in alijs minime ſancita extant, nam renunciatio ſimoniaca beneficij non valet, etiam in præiudicium reſignantis, nec collatio, cap Super hoc, & ibi gloſ. verbo Pecuniæ, de renuntiation. Innoc. in cap Cum vniuerſorũ, de rerum permutat. Archid. in cap Ordinationes, 1. quæſt. 1. Rotta deciſ. 236. in antiq Miles in repert verbo Renunciatio, q 4. & eſt communis Rebuf. in praxi, titul de mod. amitt. benef num. 35. Contraria tamen videtur verior quòd ſi ſimonia fuerit conuentionalis, ſeu realis, renunciatio ſimoniaca tenet in præiudicium reſignantis, etiamſi clauſula in ea fuerit adiecta, non aliter, nec aliàs, quia is reſignans non eſt vſus conceſsione iuris, Clement vnic. de rerum permuta. & ideo reſignans non poterit redire ad ſuũ beneficium, quod ex ſuo delicto amiſit, nec poterit beneficium ita reſignatum, & collatum repetere, nec ille qui ſimoniacè adeptus eſt retinere, cap Inquiſitionis, & cap Mattheus, de ſimon. quia collatio eſt ipſo iure nulla, gloſ & Doctores in cap Conſtituimus, de tranſact. Innoc in d. cap. Cum vniuerſorum, de rerum permut Cardin. in cap. Super, de renunciat. oppoſ. 5. Guido conſ. 172. Tiraq de retract. lignag. § 26. gloſ 2. num. 10. quoniam licet non valeat renunciatio tamen obtinet vim taciti pacti, ne amplius beneficium reſignatum repetat cui renunciauit, cap Quam periculoſum, 7 quæſt. 1. alioquin delictum non puniretur, tradit Pariſ conſ. 143. nu. 12. volum. 4 & conſ 135. in fine, eod. Rebuf vbiſupra num 87. Quinimo poteſt ſuperior illam reſignationem ſimoniacam admittere, & beneficium alteri conferri, conſuluit Domin. conſ. 125. quæſt 1. Staphil de liter. grat. rub. de varijs mod. vacation. verſ Puto tamen, quia ſimoniaci beneficium cum ipſo iure vaccet liberè poteſt impetrari, etiam abſq; alia declaratione.

Vnde aliquando in praxi vidimus 10
Epiſcopum potuiſſe beneficium conferre illius qui vxorem duxit, quia per cõtractum matrimonij beneficium ipſo iure vaccat, ex Bernard. in praxi crim. Canon. cap 74. Capell Tholoſan. q. 239. & tanquam incapax reſtitui nequit cap Ad decimas, de reſtit. ſpol lib 6. & licet videatur quòd ſpoliat poſſeſſorem non citatum, ex reg cap Conquærente, de reſtit. ſpol. Tamen hoc limitatur quando notoriè conſtat aliquem poſsidere iure ſibi reſiſtente, quia tunc à iudice valet ſpoliari ſine citatione, vt ſentit Panorm in d. cap Conquærente, de reſti-

reſtitut.ſpol. num.2. per cap. Quoniam de ofilijs præsbyter. Quo circa notoriè intruſus ſpoliari poteſt, Abb in cap. Quia clerici, num.4. de iure patron. & probat d. cap. Conquærente, ibi: Sine cauſa manifeſta. igitur ſine cauſa notoria poteſt Ordinarius ſine iudicij examine ſpoliare, vt explicat Boertius d. cap. Quia clerici, num.3 quæ interpretatio procedit intelligendo, text. d.cap Conquærente, duo tantùm expoſcere ſcilicet cauſam rationabilem, ideſt grauem, arg. cap.Inuentum 16.quæſt 7.& manifeſtam, ideſt notoriam, quo caſu citra aliam citationem ſpoliare licebit, quoniam in notorijs iuris ordo non ſeruatur, arg cap.Nos in quemquam, 2 q 1. licet Abb iudicium requirat intelligens comprehendi ſub verbo Manifeſta. Intelligo autem notoriè intruſum poſſe impunè ſpoliari, vbi ius vehemēter illi refragatur, quia non ſolet facile diſpenſari, vt d cap. Quoniam, & cap.Conſtitutus, de filijs præsbyter. & d.cap.Ad decimas.

11 Sic pariter Princeps ſæcularis poteſt, ſi vellit, bonorum ipſo iure confiſcatorum donationes facere etiam antequam incorporentur in ſuum patrimonium, vt in l. 1. C.de petition. bonorum ſubl. lib.10. l.Bene à Zenone, C.de quadrie. præſcrip. ſuffragatur communis reſolutio, quæ habet dominum directum rem emphyteuticam, quæ in comiſſum cecidit, & ad ſe reuerſam, etiam inuito primo emphyteuta, & eius ſucceſſoribus alteri in emphyteuſim poſſe concedere, l. Nemini, C locati, & not per Bart in l.1. §. Permittitur, ff de aqua quot.& æſtiua, Alex in l Si mihi, & titio, ff de verborū obligat. qui reſoluunt renouationem, tunc conſanguineis, ſeu proximioribus agnatis denegari, cum emphyteuſis in comiſſum cecidit, tradit Romanus cōſ. 167. num.23 lib.2. Iaſ in l.2. num.21. C.de iur emphyt. Felin.conſ.32 num.9. Decius conſ. 329. ad fin. Ripa in l. 1. verſ. quarto intelligo, ff.de priuil.credit. Pariſ.conſ.101 lib.1 num. 123. Roland. conſ.2. num.172.vol.1. quamobrem in prædicta ſpecie poteſt dominus emphyteuſim ita reuerſam alij concedere poſſeſſori, vel eius ſucceſſoribus ignorantibus, vel inuitis, vt conſuluit Romanus d.conſ.212 in princ.ſequitur Alex conſ. 130. num 2. vol.1. Curtius in l fin. C.de pact.num.14. idem Alex. conſ.6. lib 3. Soccin conſ 4. ſuper quæſtione, nu.25. lib.3 Felin in cap.Cum olim, de re iud. poſt princip Marian Soccin.Iun.conſ. 111. viſo Themate num 8.lib 2.Ruinus conſ 181. pro clara, num.10.lib.1.

Ratio eſt quoniam cum quid aliquid aliquo inuito fieri poteſt, multo magis 12
a ſciente, l. Qui poteſt inuitis, ff.de reg. iur. text. in l. Necnon ignorante, ff de tutor & curator. datis ab his, & l 4. §.1. ff de fidei comiſſar. libert. l.Recuſare. ff.ad Trebel. Secundo, quia in actu extraiudiciali, aut quaſi celebrando nunquam neceſſaria eſt vocatio, & præſentia illius, qui vocatus, & præſens conuētioni contradicere non poſſet, caſus eſt in l.Si eum ſeruum, §.Si quis, ibi Vt ſi præſens eſſet, & in § Ex iuſta cauſa, ibi: Non eſſent vocati, ff.de fideicomiſſ libertа, & cap. Cum olim ſecundùm vnā lecturam, de iudic gloſ. in l. 1 verbo Ratam, Cod. qui admitti ad bonorum poſſeſſ. tradit Oldrad.conſ 95.ex forma ſtatuti, ad fin. Ioannes Andr in cap.2 de noui. oper. & in addition. ad Speculatorem, titul.de ſententijs, § Species, verſ. Habeo, Panormit in cap Cauſam quæ in princip de reſcriptis, & in cap.Bonæ, verſ Item nota, de election & in cap. Auditis, de procurat & in cap.Accepa, de appellation. Paulus Caſtrenſ conſ. 196. ad fin Cumanus conſ 98.ſuppoſito, ad fin Alex.conſ.130.difficultas lib.1. Hipol. congul. 3 Decius in l Si pacto, C.de pact num 6 & in l Si furioſi, ff de regel.iurg & conſ 191.in cauſa, num 8. & conſ 269 conſultus, num.16 & conſ. 390. quoniam ad fin Pariſ.conſ.1.viſa, num 27. & conſ.101. num.120. vol.1. &

conſ.5.

conſ 5. vnio, num 107. lib. 4. licet Barbatia conſ. 51. lib 1. multis conetur probare conceſsionem factam ante declaratoriam ſententiam, per quam pronuncietur emphyteuſim eſſe finitam, nullius momenti eſſe, quod ipſe probat ex notatis, in l. Cum ancillis per Bald. Cod de inceſt. nupti. & in cap. final. de fæudis, vbi aſſerit ita fuiſſe iudicatum, idem proſequitur Curtius in l. Si quis maior, Cod de tranſactio. num. 43. Thomas Grammat. quæſt. 15. numer. 8.

13 Quæ tamen Barbatiæ ſententia intelligi poteſt, non quoad iuris, ſed quoad facti executionem realem, quæ ante ſententiam declaratoriam fieri nequit, quod ita non obſcure oſtendit, text. in cap. Licet Epiſcopus, de præbend. lib. 6. ibi: Illum tamen cui contulerit non debedit te non vocato, cum tibi forſan ius poſsit competere retinendi, in poſſeſsionem ipſius inducere corporalem, &c. Vbi probat conferri poſſe beneficium ipſo iure, vaccans: non tamen poſſe poſſeſſorem non auditum expelli, ſequitur Oldrad conſ. 226. de toto, Bald. conſ. 135. lib 4. Lappus allegat. 101. Marian. Soccin in tractat. de citatione, art. 5 quæſt. 7. Couar. in cap Alma, 1 part. § 2. num 9. ante verſ Supereſt, Grammat. conſ. 47. n. 4. 5. & 6.

14 Quamuis igitur quoad cæteros actus qui magis in iure conſiſtunt, quàm in facto, & quorum interuentu non fit aliqua turbatio facti in poſſeſsione, & occupatione fæudi, ſeu emphyteuſis quam habet dominus progredi poſsit quoad hoc tamen, vt de facto dominus poſſeſsionem fæudi, vel emphyteuſis aprehendere poſsit, & expellere poſſeſſorem, vel eum turbare in poſſeſsione exiſtété, nulla iuris hoc ratio permittit, etenim vt eleganter Papinianus inquit facti quidem quæſtio in arbitrio iudicantis eſt, pœnæ verò perſecutio, non eius voluntati mandatur, ſed legis authoritati reſeruatur, & ita procedunt quæ Iaſon in l. 2. Cod. de iur. emphyt. num. 13. & Curtius in l. fin num. 14. C. de pact. Grammat. quæſt. 15. num. 9. ac proinde ſi propter canonem non ſolutum emphyteuta, ipſo iure priuatus ſit, ſtatim poteſt dominus alij concedere, eumq, verbaliter inueſtire, ſed non realiter, & de facto: niſi citato vetere emphyteuta poſſeſſore, & ſententia declaratoria præcedente, Curtius Iun. in l. fin num. 22. Cod. de pact. Panorm. in cap. 2. de feud. notab. 3. ne aliàs habens iuſtam cauſam excuſationis expellatur.

Ex quibus illud conſequitur vt vi- 15
deamus, an ſic priuatus ipſo iure beneficio, poſsit nihilominus ante declarationem illi renunciare? Antonius de Butrio conſ. 44. caſus quidam præsbyter conſuluit priuandum beneficio, tūc renunciare poſſe, quando bona fide id faciat: ſecùs ſi cum ſciat alteri collatum eſſe, idem Rota antiq 5. tit. de re iudic. deſcrimen conſtituit Gomez in reg. de annal. poſſ. quæſt 42. verſ. Et tamen, Placa in praxi lib. 1. cap. 11 poſt num. 9. Gomez in cap 2. de conſtitutio in 6. poſt num. 42. Geminianus conſ. 105 incipit ad ſupplicationem, dicit periuri renunciationem qui priuandus eſt, tenere interim, etiamſi ſciat prouiſionem alteri factam, tradit Iaſ. loquens in periuro, in l. Si duo patroni, § fin. num 2. verſ. ſexto, ff. de iure iurand. ſequitur Couarr. in Clem. Si furioſus. § 3. quia impetratio tertij renunciationem non impedit, vt probat Felin. in cap. In noſtra, de reſcriptis, num 8. Boer. quæſt. 205. num 8. vbi tamen exigit bonam fidem quam tamen non requiri verius puto, quia qui renunciat non præſumitur doloſè facere, cum vtatur iure ſuo, vt per Placam d cap. 11 n 3. nec impetranti in euentum priuationis ius quæſitum eſt formatum in perſona ipſius, quod per Papam tolli nequeat, quod ius incertum attendi non poteſt,

l. Quod debetur ff. de pecul. licet in literis clauſula inſerta ſit, dummodo alteri non ſit ius quæſitum, quoniam illa clauſula intelligitur de iure puro, & irreſolubili, & non conditionali, vt tradit notabiliter Romanus conſ 256 quem refert, & ſequitur Felin. in cap. Super literis, de reſcript & tradit Gomez in regul. de non tollend iure quæſit quæſt. 3. & 4 ſequitur Pariſ. conſ. 82. num. fin. volum 4. allegat Romanus text in l. Si ita ſcripſiſſet. ff. delegat 2. Nam quando Papa facit mentionem de iure quæſito, debet accipi de iure quæſito purè, & ſimpliciter, & ideo facta renunciatio, tenet cap Si pro te, de reſcrip. lib. 6.

16 Quia tamen ex tali impetratione ius ad rem acquiritur, videtur quòd in ſecunda renunciatione illius, facienda eſt mentio, ne reddatur ſurreptitia talis renunciatio, arg. cap. Ex literis, de reſcriptis, quia ſi Papa agnouiſſet alterius impetrationem vtiq; difficilior redderetur, & ceſſabunt quæ Boer. quæſt. 205. poſt num. 7. vbi dicit hanc renunciationem non impedire, vt impetrans proſeqni poſsit cauſam priuationis, quia hoc non eſſe verum conſtat ex Rotta 491. aliàs deciſio vltim. vt lite pendente in nouiſ ſequitur Gomez in regul. de annal. quæſt 42. Placa lib 1. cap 11 num. 10. licet ex ſententia Probi cap 2. de conſtitution. num 10. ſic priuandus permutare non poſsit, licet valeat reſignare quod in praxi eſt vtile, & probat Boer. dict. decif 205. num 7. Ceſſat enim vtilitas Eccleſiæ, vt notatur in cap. Quæſitum, de rerum permutation.

17 Quando autem priuatio fit ipſa lege videtur quòd poſſeſſor reſignare non poteſt, vt concludit Felin. in cap. In noſtra, de reſcriptis, poſt num. 38 ſequitur Gomez in dict. cap 2. de conſtitutio. num. 41. Boerius vbi ſupra num. fin. idem Gomez in regul. de ſubrogandis collitigant. quæſt. 7. poſt princ, & ita accipiendus Bernard. in pract. cap. 106. dum hæretico denegat reſignandi facultatem, vt ſcilicet procedat poſt impetrationem. Ratio eſt quia hoc caſu impetranti iam eſt ius quæſitum per impetrationem ex ſupra adductis, non enim licebit reſignare poſt concluſionem in cauſa, vt per Felin in cap. Per tuas, de ſimon verſ. Fallit Innocentius in cap Veniens, de renunciat. Domini. conſ. 105 & eſt pro hac parte text. elegans in l Qui pænæ, §. Diuus ff. de manumiſſ. ibi: Quia iam lege Cornelia damnatus eſſet, vel cum futurum proſpiceret vt damnaretur, per quem text dicit, Palat. in rubr §. 63 num. 7. paria eſſe quem eſſe condemnatum, vel de proximo condemnandum. Verùm illi reſponderi poteſt ibi Iuriſconſultum reſpexiſſe fraudem fiſci, & aliorum, quæ fraus ceſſat in reſignatione beneficij, in qua nulla ſuperiori fraus fit, quoniam in eius manibus renunciandum eſt, melior text in l. Si rem quam, §. fin. ff. de Euictio. ibi: Dum tamen non prope condemnationem ipſam id fiat, iuncta gloſ. quæ interpretatur: id eſt, dummodo non ſit renunciatum allegationibus, vel publicatæ atteſtationes, gloſ & text. in cap. Significauerunt, verbo Liquere, de teſtibus, & in cap Cum dilectus, de fide inſtrum. Paria ſiquidem exiſtimatur finitum eſſe, vel concluſum in cauſa, Bal in l. Error quæſt 2. Cod de iuris, & fact. igno. quoniam concluſio eſt terminus deſceptationis, Ioann Andr in cap fin. de in integrum reſtitution lib. 6. Bart. in l. Mater, §. Eadem, ad fin ff. de exceptio. rei iudic Roman. conſ 246. col. 2. Iaſ. in dict l Error, notab 2. & in ſpecie Placa de delict lib. 1 d. cap. 11 nu. 9 verſ. Longe quidem aliter, facit cap 2. de renunciat in 6 vbi renunciatio facta in fraudē expectātis primā vaccaturā factā de pinguiori beneficio nō valet, c. Paſtoralis, de cauſ poſſ. ibi: Si vero renūciatū fuerit, vel cōcluſum, vt iā poſsit cauſa proprie-

proprietatis definitiuæ ſententent iæ calculo term inari, ne litibus inculcentur, & via poſsit fraudibus aperiri cauſa non deciſa poſſeſſorio non erit vtendum cauſa poſſeſsionis, & proprietatis

Verum enim verò adhuc obſtat cap. Dudum,2. de electíon. vbi videtur probari etiam poſt concluſionem in cauſa renunciationi eſſe locum,ibi:Tamen cũ non reſtaret,niſi pro ferenda ſententia, id tamen iuri (ſi quid ei cõpetere videbatur)quam liti ceſsit ſpontanea voluntate,cuius ceſsionem duximus admittẽdam, per quem text.tradit Boer. q. 206. num 3 Placa vbiſupra,verſ.Ipſe tamen, probat Rebuf. de pacif nu 262 vbi ait etiam lata ſententia, ſi appellatum ſit renunciationi eſſe locum per l. Qui á latronibus,§ fin.ff.de teſtam.& ita iudicatum in Parlaméto idem Rebuf.in praxi 3.p.de modo amitend benef.n 52.ponderat Boerius quód in d. cap. Dudum, nihil aliud quam ſententia proferenda reſtabat,& ſic innuit cõcluſum fuiſſe in cauſa,& nihilominus fuit admiſſa reſignatio, & dicit eſſe ſimilem in cap. 2. de in integr reſt ad quæ iura non aduertiſſe Felin. Miratur Boer. nec ad Bart.& Bal. notab.3.in l.Si reus, ff.de procurat. vbi Paulus docet ſingularem cautelam pro vitanda infamia,vt probato delicto reus pænam ſoluat libenter, non expectata ſententia.

Facit quòd Caſſador ſuper regulis Cancellar quæſt 27 num 2 ſcripſit vbi poſt Oldrad conſ.203. reſoluit eum qui infra annum non fuit ad ordines promotus,iuxta cap.Licet canon de electione in 6 & in cap Conuerſa, eod.tit.vltima die illius anni poſſe beneficium quod ſic obtinet, & in craſtinum erat amiſſurus per viam reſignationis, vel aliàs etiam in fauorem p nſione retenta renunciare, quoniam quandiù ille annus durat ille verum habet titulum quem á ſe abdicare poteſt, vt reſoluit Coſmas in pragmat titul.decollation.§. Item verbo diſponere,ad fin. quare etiã poſt concluſionem in cauſa renunciatio admittenda eſt: Nec fraudis ſuſpitio refragratur,quia ſententiam huiuſmodi inculatus appellando ſuſpẽdit,ac iludit, vt per Rebuf. 3. part. praxis , de modo amittend. benefi.n.52.& de pacifi. poſſ. num.262. Soccin.in l 3.§ Si ſeruus, n.7. ff.de acq.poſſeſ. idem ſi ſit intra decem dies ad appellandum conſtitutos, vbi dicit non obſtare,licet poſtea appellatio fiat deſerta, tradit Boer d.q 206. à n.11. Corraſ de Sacerdot 3.part cap.6. nu.15. quæ ſententia valde probabilis eſt durante prima,& ſecunda inſtantia quandiù appellandi facultas erepta non eſt, quoniam tunc cum omne aliud remedium ſublatum ſit, vrgent rationes Felini aſſerentis fieri in fraudem iudicij,& ſententiæ, quare idem erit ſi in prima inſtantia reus contumax ſit, vel aliàs appellans non audiatur Boer. d. quæſt. 206. num 6.

Verùm contraria Felini videtur in puncto iuris verior,nec aliud probat d. cap Dudũ, quo Boerius mouetur, quia ibi non agitur de renunciatione , ſed magis de litis, iuriſq; eiuſdem ceſsione, quàm ſi reus faciat , in quacunq; parte parte litis, ante, vel poſt concluſionem in cauſa admittenda eſt , ſiquidem per eam nulla fraus liti motæ fieri videtur. Ac proindè mirum non eſt illam ceſſionem admitti , per quam omnia litis iurgia ſopiuntur Felinus autem loquitur de renunciatione extra proceſſum, in quo reſignans non fatetur ſe ius non habere, imò contrarium , quo illudere conatur iudicialem condemnationem , quare aceſsione litis ad reſignationem iuſtum argumentum mutuare non licet.

Limitabis ſuprapoſitam reſolutionem non procedere in penſionario, qui licet non ſoluens penſionem , ipſo facto ſit excommunicatus,& elapſis ſex menſibus ipſo iure priuatus , vt tradit Gigas de penſion quæſt 78.illud tamen 18

intelligitur, ſi modo placeat penſionario, teſte Caſſador. de locato, quæſt. 2. n. 3. & q. 3. nu 4. quare quandiu ſuam voluntatem penſionarius non apperit titulum habet, & renuntiare poteſt, quinimo Rotta ſolet tales excuſare, ſi parati ſint penſiones ſoluere, & expenſas, teſte Gomez de ſubrogand. q. 3. facit text. in l. Diligenter, verſ. 1. ff. mandat.

Vlterius reſignare non poterit accuſatus quando impetrans habet clauſulam, quod per ceſſum, vel priuationẽ illud beneficium ſibi debeatur, vt reſoluit Rebuf in praxi, tit de modo amittend. benef. n. 52. gloſ. 5. regul. Cancell. 27. col pen quæ tamen clauſula de ſtyllo Curiæ ſolùm apponitur poſt primã ſententiam condemnatoriam, vt poſt S. aphil teſtatur Couarr. in Clem ſi furioſus, §. 3. ad fin.

19 Sic pariter tollitur reſignatio ſi Papa in literis prouiſionis exprimat ſe conferre illud beneficium impetranti, quia ad præſens de iure vaccat. propter tale crimen à poſſeſsore comiſſum: Hoc enim caſu perinde habendum eſt acſi eſſet priuatus, ipſo iure, licet aliàs ob tale crimen ſolùm foret priuandus per ſententiam, ita voluit Anchar. conſ. 293. quem ſequitur Felin. in cap Inquiſitionis, de accuſatio. Dura tamen res eſt quód ex aſſertione S. Pontificis, ipſo iure priuetur, qui ſolùm veniebat priuandus per ſenteutiam, & ideo contra eam conſuluit Iaſ. conſ. 86. incipit redemptoris lib. 3 Gomez in regul. de annali, quæſt. 42 verſ Limitarẽ: nam verbis Principis non ſtatur enuntiatiuis in tertij præiudicium, notat Felin in cap Cum à nobis, de teſtib poſt Paulum conſ. 46. lib. 2. quem ſequitur Deci conſ. 151. maxime vbi aſſertio Papæ eſt contra ius, l. Nec damnoſa, C. de precibus Imper.

20 Si verum fari licet, animus nullo modo acquieſcit communi illi ſententiæ quæ aſſerit accuſatum de crimine, in quo pæna per ſententiam eſt irroganda lite pendente poſſe beneficio renuntiare, in fauorem amici, à quo iterum poſſit repetere, vel retẽta penſione, etſi pendentis accuſationis nõ fiat mentio, aliàs namq; videtur fieri in fraudem ſententiæ, & ad illudendum iudicium, ſentententiamq; ferendam, quod ſi fuiſſet expræſſum Papa nunquam reſignationem admiſiſſet, ſaltem nõ ita facile, quia forſan ſi hoc exprimeretur poſſet animus concedentis auerti, & ſuccedit reg. cap. Super literis, de reſcript. & quæ de fraudulenta alienatione notatur in l. Si aliquis, ff de donation. cauſ. mort. ibi: Si ſine ſuſpitione pænæ, l. In fraudem, in princ. & l. Aufertur, §. 1. ff. de iur. fiſci, l. Sed ſi maritus, in fin ff. qui, & à quib. l. Quæſitum eod. tit ibi: Iam de pæna ſua certus eſſe poteſt, Bart. in l. Poſt contractum, ff. de donation. Decius conſ 235. & l. Qui pænæ, §. Diuus, ff de manumiſ.

Sic videmus publicum tabellionem, 21 ſeu quemlibet habentem ciuile officiũ accuſatum de crimine capitali, quod ſequitur officij priuatio non admitti ad reſignandum, ſiue officium ipſo iure amittatur, ſiue per ſententiam, vt expræſſé dixit Barbatia conſ. 11. n. 18. verſ. Venio. vol. 1. vbi loquitur in quoddam magiſtratu qui comiſerat crimen propter quod dignitate erat priuandus, & ait non iuſtè fuiſſe admiſſam reſignationem, ſequitur Boer. deciſ 2 num 5. & deciſ. 205. num. 7. & Rebuf in compendio alienationis rerum eccleſ. fol. 2. n. 4. ſicq; obſeruari dicit Tellius in l. 4. Taur. num 66. Probus in addition. ad mona. in c Ad apoſtolicæ, de re iud. lib. 6. n. 12.

Totus labor conſiſtit in ſatisfaciendo 22 iuribus pro communi citatis, in quorũ interpretatione Doctores noſtri perfunctorie videntur loquuti, qualia, pleraq; per manus, ſed illotas tradita, & in ſpeciẽ arridentia in magnos errores, niſi ſcite deſtinguantur deſinunt, quamobrem generaliter accipiendum eſt huiuſmodi accuſatum reſignare poſſe, ſed tantùm quando

quādo mere, & abſolutè abdicat ſe beneficio in manu Ordinarij,& ita expreſſe loquuntur iura omnia quæ de eo qui ſententiam ſua ceſsione præuenit, meminerunt quæ plane oſtendunt,ac probant,pendente accuſatione poſſe delinquentem,coram Ordinario purè,& ſimpliciter renuntiare,ſeu iuri,& cauſæ coram iudice de cauſa cognoſcente cedere,non verò in fauorem tertij, iura autē quæ de hoc agūt ſigillatim percurram.

23 Et imprimis ponderatur pro cōmuni text. in d. cap. Dudum 2. de electione in fine, qui perperam ad hoc citatur à Geminiano conſ 105 colum 1. quia ibi, vt ſupra dixi, non erat quæſtio de crimine o reſignātē, accuſato ad priuationem beneficij, nec de crimine, ſiue criminaliter, ſiue ciuiliter, nec rurſus, ibi de vera reſignatione,ſed de quadam ceſsione,quam fecit alter ea litigantibus in fauorē colitigantis,agnita bona fide agitur: ceſsio autē litis,& cauſæ longe à reſignatione diſtat,cum hæc corā quocunq; iudice qui de cauſa cognoſcit fieri valeat,illa nō niſi corā eo ſuperiore,qui beneficiū conferre poteſt c.Cum ex iniuncto, d. hæret. Ideo perperam hic text. ad reſignationem ponderatur.

24 Secundo offertur tex in cap Per tuas, de Simon 1 in fine, ibi enim corā Sūmo Potifice agebatur ciuiliter tantùm, vt Abbas Simoniacus eiiceretur, ſicq; text loquitur de ſimplici ab dicatione veri tituli beneficialis in manu ipſius ordinarij facta per quam proceſſus qui ad aliud non tendebat finitus eſt; nec ſequuta fuit altera ſententia, item cum talis abdicatio facta fuerit coram Papa de cauſa ipſa cognoſcente, potuit reſignationem admittere, & citra vllā ſententiam beneficium conferre quinimò, ſi bene aduertamus, ille text de ſimplici ceſsione agit vt cōſtat ibi quaſi male conſcius ceſsit.

25 Tertio adducitur tex in cap. Ex literis de exceſſ prælator qui nihil ad propoſitum, nam ibi ciuiliter tantùm agebatur, vt Epiſcopus qui authoritatem,& præſentiam tantùm præſtiterat exequutioni ſententiæ capitalis per iudicem ſæcularem ſuæ temporalis iuriſdictionis in fure læſæ deijceretur Epiſcopatu quaſi indignus, qui tamen non reſignauit, nec ceſsit,ſed cauſa cognita condemnatus fuit ad cedendum,& ſic ille text. impertinens eſt.

Quarto adducitur text in cap fin. 26
de exceſſ prælatorum qui etiam nihil probat,quia ibi agebatur ciuiliter aduerſus Petrum Epiſcopū Conimbricenſem ob nō ſeruatum interdictum à Gregorio nono promulgatum in regnum Portugaliæ vt Epiſcopatu priuaretur, quare ſponte ceſsit,& fuit vera reſignatio in manus Papæ,non vero in fauorem tertij Vnde non negamus reſignationem hoc modo admitti in manibus Ordinarij quia in hac nulla fraus verſatur, ſecus tamen ſi fiat in fauorē alterius Perperàm ergo opinantur interpretes pendēte lite in fauorem alterius fiduciarij reſignatarij poſſe beneficiū dimitti, quia nullo iure hoc probatur Ex ſupradictis patebit quomodo impetrantes viuentium beneficia naturalitatis iura ipſo iure amittunt, quoſq; hæc priuatio pariat effectus, ſicut aliis pluribus locis leges Regiæ pœnas ipſo iure iudicunt, vt eſt in Ord lib.4 tit 38.§ 1. & lib.3 tit 84 § fin.& lib 1.tit 87.§.8.& lib.2 tit.16.in fin.& tit.17.&.18.& tit. 55. § 42 & § 55 & tit 48. § 9.& lib.4.tit 71. in pinc. & lib.2.tit. 73 in fin & lib.5. tit 6. 10.

Quæquidem pœna ipſo iure non à lege Regia de nouo inuenta fuit ſed iuris cannonici prohibitioni & pœnis inhærens tranſcripſit,ex cap.1 de conceſſ. præbend ibi hoc ipſo cui congruit d Ord.ibi. *por eſſe meſmo feito*, conſonat inſuper dum ex deciſione illius text. talia impetrantes à comunione expelluntur & a cœtu reliquorum ciuium per cōmunicationem,& à regno ſpirituali, ſit pariter à noſtra lege à ſua Republ.

arceantur tales pacis ciuium perturbatores, & magis Reges tueri ſuam Rempubl. quàm clericum punire intendũt, ne motus in Rep. fiant, & legũ grauitas immuniatur, omniaq; litibus perturbentur, & comiſceantur.

28 Sic olim ad tollendas ſeditiones, quæ in Rep. ob aliquorum potentiam oriebantur Athenienſes primum oſtraſiſmo vſi ſunt, vbi primus Cliſthenes author fuit qui ſeueram exilij legem tulit, qua qui præpotentes in Republ. erant, vel diuitijs, vel amicis pollebant in exilium relegabantur, non quidem vt hæc caſtigatio eſſet improbitatis, ſed honeſtiori voce elationis, ac grauioris potentiæ moderatio teſtantur, Cælius Rhodeginius lib. 2. lect. antiq. cap. 44 & Ælianus lib. 13 variæ hiſtoriæ, cap. 21. & Ariſtoteles lib 3 politicon. cap. 9 Philoſtratus in vita Apollonij lib. 6. Conradus Brunus in tract. de Seditioſis, lib 6 cap. 4 & Alexan. ab Alexan. lib 3. Genial. cap. 20. & ibi Tiraquel. in addition. Deinde exilio quindecennali, aut decẽnali nouarum rerum molitores mulctare inualuit mos, quod genus exilij, oſtraſiſmon dixere ab oſtraco, ſiue teſtula, per quam ſuffragia ferebant. Oſtraci enim, ſeu calculi viritim in conſilio dabantur, & in eis nomen ciuis indicabant, quem vrbe cedere vellent, calculiſq; ſepoſitis magiſtratus, quibus negocium dabatur eum quem pluribus ſententijs damnatum eſſe agnoſcebant decem annos extorrem fore declarabant, & de conſilij ſententia condemnatus ab aris fociſq; proiectus à ciuium arcebatur aſpectu, & ita damnati Argiuam exullatum ibant, vbi bos erat æneus magnitudine viſenda, quare qui illic exulabant ſeruare bouem dicebantur. Exilium enim apud antiquos pro ſupplicio dari non ſolebat, quia non pæna exilium erat; ſed ſupplicij diffugium, ne pænas iure debitas luerent, extat huius rei teſtimonium apud Ciceronem in oratione pro Aulo Cecina. Exilium (inquit) non ſuppliciũ eſt, ſed profugiũ portuſq; ſupplicij: nam qui volunt pænam aliquam ſubterfugere, aut calamitatem eo ſolum vertunt. Solis Romanis pro maleficio exilium pæna fuit, vt conſtat ex titul ff. de interdict. & releg & in l. Exilium, ibi Deinceps tamen reſcripto diui Traiani relegatorum bona, quæ auaritia ſuperiorum temporum fiſco vindicabantur remiſſa ſunt, & clementia imperiali ſeueriſsimè legis exemplum abrogatum eſt, vt conſtat ex l. 1. ff. de interdict. & relegat. Syracuſſanis etiam Petaliſmus exilij genus fuit quo efferentis ſe, ciuis audaciam comprimerent. Hi enim non teſtula, ſed in oleæ frondibus ſuſpecti, cuius folia plura exiſterent illius conſpicuam magnitudinem quinquennali exilio mulctabant.

Hoc modo ſuam Remp. malis hominibus purgare antiqui conſueuerant, ſicq, pariter lex noſtra à ſua Rep & communi ſocietate exterminandos cẽſet litigatores, & beneficiorum viuentium impetratores: quemadmodũ enim in fidibus ac tibijs, atq; cantu ipſo, ac vocibus concentus quidam modulatiſſimus, ex diſtinctis ſonis certa proportione concinentibus, tenendus eſt atque obſeruandus, qui licet ex diſsimilium vocum ſimphonia, & moderatione conſletur concors tamen, & cõgruens efficietur, & mutata vocum propoitione in eam diſſonantiam, & cacaphoniam tranſmittatur vt auditorum aures exaſperet, atque offendat: Ita pariter ciuitas, & Reſp quæ vt ſonis, moderata ratione conſenſu, & pace diſsimilium concinit, diuerſis ordinibus conglutinata ſi certa inter ſe proportione conſentiat, & coaleſcat omnibus ſuis partibus erit abſoluta, numériſq; conſtabit, vt nihil in ea deſiderari poſsit quod ad bene, fæliciterq, cõſtituendam Remp neceſſariũ ſit. Quod enim in muſicis harmonia eſt, id in ciuitate concordia dicitur arctiſsimum videli-

videlicet, & optimum in Rep. incolumitatis vinculum, quæ haberi non poteſt vbi lites excreſcunt,& iuſticia deeſt: nulla enim concordia ſine iuſtitia eſſe poteſt, vt dixit Plato lib.4. de Rep. à quo mutuatus eſt Cicero lib.2. de Repub. & Auguſtinus de Ciuitate Dei lib. 2. cap. 21 & Alciat. Emblemat 10 & 6. Claudius Minoes in comentarijs, & Conradus, Brunus in tractat.de ſiditioſ. lib.2.cap.7. ſic proinde, Ordin lib 1. tit. 58. §.9. & 18.& lib 2 tit.3. ibi: *Por afaſtar deſy os mal eitores*, & tit 4.

29 Ex quibus inferendo ad propoſitum, de quo agimus Non eſt dubitandum poſſe Reges pro ſuæ Reip. defenſione ſtatuere, denegando priuilegia naturalitatis, his qui in ſuas leges deliquerint, hoc enim magis eſt beneficium naturalitatis non conferre,quam pænam infligere, ita ſolere fieri teſtatur, Cabed de iure patron Regiæ Coronæ,cap.36 n.3. & quòd tales Regno expellantur, & priuentur iure originis, idem diſponit lex Caſtellæ, l.24 titul . lib.3 Ordin.& l.5 tit.1.lib.3. Couarr pract.cap.35 n.3. Salzedo ad praxim,cap 54. num.102 & num.16 Auiles Prætor. cap.3. verbo Iuriſdiction num. 3. & cap.20. verb. Vſurpan, num.9. Gregor. Lopez l.57. titul 6 part 1 gloſ 2. Auendan. de excq. lib.2 cap 6.num 12. facit in ſpecie text. in l.Quicunq, C de Epiſcop & cler vbi Prælatus expulſus fuit propter ſeditionem, & facit text.in l fin ff offic procurat. Cæſ

30 Naturalitatis autem priuilegia ſunt vt ſoli naturales beneficia habeant, teſtatur Couarr. pract cap 35 num 5. & prodita eſt reg. Chancel. de idiomate, vbi Gomez , Rebuffus in forma ſigna fol.136. & ſeq & de pacific.poſſ n 217. ita vt gratia ſit ſubreptitia , non facta mentione originis : deinde officia in Regno alijs quam naturalibus nequeūt conferri,ex Deutorom cap 17. l.In Eccleſiis, C de Epiſcop.& cleric. l 1. C Nō liceat habitator , Metropol. lib.11. cap. Nullus, cap. Obitum , 61.diſt cap Bonæ, 2. de poteſt Prælator. Carolus de Graſſal lib 3.regal.iure 8. Rebuf.in praxi, tit.de reſer.mixt.num.7 & in reg 20. Chancel. gloſ.1. Mandoſ. reg. 17. q.39. Couarr. d. cap 35. & eſt de iure Caſtell. l 1. tit.11. & l.1. tit.18. art.2 & l 3 titul 5. lib.3. nouæ recopil lib 13. titul.3. lib 1 & l.8.titul.7. lib 7 Ordin. Dueñ reg.202. Paz in l.3 Tauri 3 part.num 374 & qui dicantur originarij, dicit Menoch. cōſ. 80. num 10. & conſ 112 num.61. Greg. l.5.titul.24 part.4 idem Menoch. conſ. 329 num.33. & apud nos eſt Ordinatio lib.2.tit.55.

Dum autem lex regia iubet vt ſequæſtrentur beneficia ante habita ex eo procedit , quia cum illis denegentur priuilegia naturalium inde fit conſequens vt redditus beneficiorum non percipiant & quod hæ temporalitates capi poſsint, dixit Guillelmus, verbo Et vxorem,2 num.40. Aufrer. de poteſtat. ſæcul. reg 1 fallent 11 Salzed. d cap 54. num 3. Boſsius in pract titul.de princip. num 218 Cabed d.cap 36.nu 5 Couad. d.cap 35.num.3.

Nec ſupradictis obſtabunt verba Bullæ Cœnæ dum prohibet ne clerici è prouintia eijciantur, vt per Nauarr. in manu cap 27.num.67. Salzed.in praxi crimin. Cano cap.102 quia reſpondetur quòd procedit in electione violenta,non veró in ea quæ fit authoritate iuris ad ſe dandas violentias, ita Nauarr. vbiſupra num 69. ſequitur Couarr. d. cap.35.verſ. Aduerſus, vbi dicit in Regno Caſtellæ receptum, vt hi iudicentur exteri,& eorum temporalia occupentur Bobadilla lib.1.cap.18.num.60.Seſſe § 3. num 104. 31

Forma autem procedendi contra ſic impetrantes, hæc eſt ſi in Regno degūt, citantur perſonaliter ad cauſam, ſi Romæ vocantur per edicta trium menſium & procurator regius criminali inſtituto iudicio libellum porrigit, nec accuſatus auditur per procuratorem, niſi perſonaliter 32

naliter compareat, iuxta formam Ord. lib. 5. tit. 124. §. 15. vel à Principe impetret gratiam comparendi per procuratorem. In aliquibus tamen hoc iudiciũ criminale a reliquis differt. Primo, quod ratione huius criminis non conceditur aſſecurationis charta delinquentibus, iuxta formã Ordinationis lib. 1. tit. 7. §. 2. quia capi non ſolent, hi delinquentes ante ſententiam. Secundo, ſi ſemel accuſatus compareat, & poſtea à iudicio recedat, non ex eo poteſt capi prout iubet Ordin. lib 5. titul. 124. §. 20. ſed in ea proceditur vſq; ad ſententiam, iuxta formam Ordin. in eod. tit. §. 10. ſic ſtyllus obſeruat, licet non ſine colore dici poſsit, quòd accuſati de impetratione beneficij viuentis ſtatim capi poſſunt, iuxta formam Ordin. lib 2. titul. 15. vbi agens de illis qui impetrant contra Regum indulta iubet vt ſtatim capiantur ante accuſationem, quæ pæna etiam eſt incluſa in hoc titul. 13. patet ex verbis Ordinationis in præſenti, ibi: *E encorrerá em todas as penas que ſaõ poſtas por noſſas Ordenações, aos que de noſſos Reynos ſaõ deſnaturados.* Quæ verba referuntur ad pænas in alijs Ordinationibus expræſſas, & cum nulla ſit Ordinatio, quæ pænam imponat præter illam tit. 15. vtiq; illa pæna cenſetur cõprehendi ſub illis verbis: Nam ibi vna tantùm ratio redi poteſt, illa habetur pro expræſſa, ex doctrina Iaſ. in § Omnium inſtit. de actio. num. 38. quia illa relatio fit cum omnibus ſuis qualitatibus, Pariſ. conſ. 25. n. 51. lib. 1. l. In teſtamentis, ff de conditio. & demonſtrat. Non video tamen ſeruari vt capiantur, niſi poſtquam lata eſt ſententia declaratoria: imò adhuc eo caſu monentur vt intra terminum ſibi aſsignatum è Regno exeant, quo tranſacto capiuntur, nec vlla appellatio admittitur, cum ea ſit criminalis, & in Senatu expediatur ſola anchora reuiſionis ſupereſt, quia aliquando concedi vidimus, & dixit Cabed. areſt. 24. 2 p. Ordin. lib. 3. titul. 95. §. 11. Poteſt tamen dubitari: An abſens accuſatus de impetratione beneficij viuentis, poſsit iudicem per procuratorem recuſare, cum in hoc crimine ſola exilij pæna ſit impoſita, iuxta Ordin. lib 3. titul. 7. §. 2. & lib 5. tit. 117. § 20. Sed non puto admittendum cum delictum ſit grauiſsimum & capitale, & naturalitatis iacturam importet, bonorumq; amiſsionem, ſolũq; procurator admitti poterit ad legitimas abſentiæ cauſas proponendas, iuxta Ordin. vbi ſupra, § 3. & circa recuſationis cauſas adeundus ipſe Princeps, qui videat, & cognoſcat, vt in dict. §. 3. in fine.

Tertio, in dubium reuocari poteſt: An ſemel naturalitate priuatus, iterum ob nouum delictum contra legem regiam poſsit eadem naturalitate exui, & iiſdem ſubijci pænis? Et negatiua pars videtur amplectenda. Primò, quòd qui pæna naturalitatis plectitur media ſaltẽ capitis minutione punitur, quia ciuitatem amittit, licet non libertatem, quo caſu taliter capite minutus nullo modo conueniri poteſt, ex l. 2. ff. capite minutis, ibi: Cæterum ſiue amiſsione ciuitatis, ſiue libertatis contingat capitis deminutio ceſſabit hoc delictum: neque poſſunt hi penitus conueniri. Videtur enim naturalitate priuatus alius homo eſſe, cùm ſtatutum mutauerit, arg. l. Qui res, § æream, ff de ſolut. vnde ſi vocaretur in iudicium tempore quo amiſsis bonis, & ciuitate nudus exulat, vt habet text. in l. Tutelas § fin. ff capite minutis vtiq, in tali præcepto daretur iniquitas maxima dum vocaret illum qui in eo loco comparere non poteſt, nec ex tali citatione contumax fieret, cum in eius non ſit poteſtate comparere. Doctores in cap. 1. de iudic. facit deinde reg. l. Hi tamen in fin. ff. de accuſat. vbi reus ab vno delatus, iterum deferri non poteſt ab alio de quo Tiber. Decian lib. 3. cap. 31. l. Sepulchri, ff ſepulchro viol. Neque obſtabit quòd ille ſua culpa exulat, & abeſt, & ſuccedit regula quod ille qui in 33

exilium

exilium mittitur, tenetur procuratorem conſtituere, nec in ali quo releuatur, ex text. in l Papinianus exuli, ff de minor. nam vltra quòd in criminalibus procurator non admittitur, cap. Veniens, de accuſation. cap. Tuæ, de procurator. l. pen. §. 1. ff. de publ. iudic Ord. apud nos lib. 5. titul. 117. §. 20. in fine. Reſponderi poteſt, quód ex nouo bamno, vel noua priuatione nihil antiquæ addi poteſt, & fruſtra fit repetio eiuſdem pænæ, cum ex prima ſatis puniatur exul, ex reg. cap Atſi clerici, §. de adulter, de iudic. in fin. additio ad Specul. de accuſatione, verbo Vt intra certum, l. F. notat. gloſ. pen in l pen. per text. ibi, §. vlr. ff. Nautæ caupon. Tiraq. de re tract. tit. 1 §. 1. gloſ 18. num. 9. poſt alios Maranta de ordin. iudic. 4. part. deciſ 1. à num. 12. Gregor. in l. 12. titul. 1. part. 7. iuuat illud. Non iudicat Deus bis in ipſum, vel vt alij legunt, non inſurget duplex tribulatio refertur in cap. Quæſitum, in fin. 13. quæſt. 2. & in cap. Sceleratior, de pæni. diſt 3. explicat Thom. 3. part. quæſt. 59. ad ſecundum. Facit tandem Ordin. lib. 5. tit 19. in fin. vbi illa quæ ſecundò nubit non torquetur, vt pæna mortis affici poſsit, quando ex adulterio accuſatur, per quod pæna mortis plectenda eſt.

Verùm contrarium verius videtur
34 quod naturalitate priuato poſsit ex alio nouo crimine eadem pæna indici, nam poteſtas & iuriſdictio non eſt extincta per primum actum, & ex parte ſubiecti nulla eſt repngnantia: Nam illa ratio quæ aſsignari poteſt quòd ille qui natu ralitate priuatus eſt omnibus bonis, & ciuitate, nec habet in quo puniri poſsit, non obſtat quominus ex nouo delicto nouum vinculum delinquenti inijciatur, vt ſcilicet illa priuatio ex pluribus cauſis coadiuuetur, ſicut aliàs videmus excommunicatum poſſe iterum ab Eccleſia ex alia cauſa excommunicari, vt habetur in cap Officij, de ſentent. excómunic. cap. Cum pro cauſa eod. ibi: Si vobis conſtiterit ob duplicem cauſam excommunicatum fuiſſe, &c & in cap. Ita quorundam, de iudæis, ibi: Crebra, & ſolemnis in eos excómunicatio proferatur, probat text in cap. Capitulum, de reſcript. & in Clem 2. de ſent excómunic & in extrauaganti vnica, de ſiſmathicis, ibi: Plurium excommunicationum ſententijs innodauit, in criminoſo proſequitur Decianus d. lib. 3. cap. 31 num. 9. l Nunquam plura, ff. de priua. delict l. Libellorum, §. Sed ſi aliud ff. de accuſa. Nam licet videatur quòd duo accidentia eiuſdem ſpeciei non poſsint eſſe in eodem ſubiecto, & perconſequens duæ priuationes eiuſdem numero formæ, & quæ tendunt ad eundem finem: tamen hoc non procedit quando accidentia ordinantur ad effectum aliqno modo diſsimilem, nam ſicut actiones multiplicantur, quibus violantur leges ita & hæc accidentia moralia multiplicabuntur, vt bis ex quolibet eorum pæna infligatur, vt reperitur in eo qui bis ad mortem condemnatur ex diuerſis criminibus, cum tamen ex prima vitæ priuatione non ſit locus ſecundæ, l. Qui de crimine, C. de accuſation. Soarez de cenſur diſp ſ. ct 2 nu. 5. Vnde cum lex pænam amiſsionis naturalitatis imponat ex varijs cauſis, ex impetratione ſcilicet beneficij viuentis, & citatione ad Curiam Romanam poteſt quis pluribus præceptis obligari ad abſtinendum ab illo actu vexandi ſubditos, qui eſt finis à lege prætenſus, vnde peccans in vtroq; priuationem naturalitatis incurrit ex diuerſis cauſis, ex Theollogis dixere Boanuentur. in 4. diſt. 18. 2. part. quæſt. 4. Gabriel, ibi: quæſt. 2. art. 2. concl 5. Richard. art. 5. ibi: quæſt. 2. Soto 2. 2. quæſt. 2. art. 2. concluſ. 3 Gloſ. & Doctores in d cap Ita quorundam, de iudæis, vbi Abb. & in bamnito qui iterum rebamniri poteſt ex alia cauſa dixit Specul, tit. de accuſatione, ſub titul. de contumacia accuſati, num 23. vt qui ſordidus eſt ſordeſcat amplius,

amplius, cap Quantumlibet, 47. diſt. in fin. Tiraq de pænis, cauſ 49 num. 38. Nauarr. in Manu. cap 27. num. 60. & ſequentibus, Soarez de cenſur diſput. 5. ſect 2. num. 5. & in ſpecie Nelus de bamnatis, 1. part. 1. temp. quæſt. 3. dicit communem Boſsius, titul de bamnit. nullit. num. 9. Ioann Andr. in additionib ad Specul. loco ſupra citato, Albert. in rub. ff. de his qui notant infam. poſt num. 8.

35 Quare dic quòd duobus modis poteſt quis puniri, vel diuerſis pænis ob idem delictum, vel eadem pæna ob diuerſa delicta, & diuerſas cauſas Primo caſu intellige quód ſi delictum per pænam ſemel impoſitam eſt ſufficienter punitum, non poſſunt plures pænæ pro eo infligi, ne quis bis puniatur ex eadẽ cauſa Secùs vero eſt quando minutæ, & diuerſæ pænæ pro delicto infliguntur, quia tunc ex omnibus vna, & adequata pæna reſultat, & eo caſu non debet quis puniri diuerſis, ſed vna pæna, ex gloſ. pen. quæ multa iura citat in d cap. Scelerarior, poſt alios Felin. in cap Quod olim, in fine, de iudæis, Maranta vbi ſupra num. 13.

36 In ſecundo autem caſu, quando eadẽ pæna infligitur pro diuerſis delictis, ſi quis talia delicta comittat, omniũ reus eſt, & venit pro omnibus plectendus ne videatur ex priori delicto veniam delinquendi aſſecutus, vnde bamnitus iterum bamniri poterit ex diuerſa cauſa, quia regula quæ habet quôd infamatus amplius infamari nõ poteſt, illud quidẽ procedit ex eadẽ cauſa nõ diuerſa, quia duplici inhabilitate, & vinculo ligari poteſt, maxime quando vtroq, caſu veficantur verba ſtatuti, & in bamnito qui iterum poteſt rebãniri, Bonacoſſa lib. commun. verbo Accuſatus pro aliquo, Clarus in §. fin quæſt 16 nu 4. Faciunt quæ in ſimili de iterato furto dicit Clarus lib 5. § Furtum, num 12. quia iterata delicta grauius, & ſeuerius puniuntur, poſt alios Couarr. 2. reſolut cap. 10. n 2. Clarus vbiſupra num. 13 & facit Ordin. lib 5. tit. 60. § 3.

Ex quibus coucluditur quôd in noſtro caſu agimus de puniendis diuerſis 37
delictis eadem pæna, quia lex naturalitate priuat impetrantes beneficia viuentium, & eadem pæna afficit citantes ad Romanam Curiam. Ex quo fit quód cum delinquens impetrãdo non debeat ex ſuo delicto conſequi delinquendi impunitatem, debet ex citatione poſtea facta iterum eadem naturalitate priuari vt illi duo illa vincula inijciantur, ſicut aliàs poſſunt multiplicari cenſuræ propter diuerſas cauſas, vt inquit Soto vbiſupra, cuius verba ſunt: Excommunicatus poteſt iterum excommunicari nõ ſolùm propter nouum crimen verum, & propter idem aggrauatis cenſuris ad maiorem terrorem, & confuſionem, quod quidem ab eodem etiam iudice fieri poſſe, dixit Soarez vbiſupra, nu 7. in fin. Vnde fit quód licet tempore ſecundi delicti, & citationis iam taliter delinquens exterus ſit quem leges ligare non intendunt. Tamen cum in eo quodam antiqui iuris veſtigium reperiatur & ne comodum ex ſuo delicto reportet, legibus ligatur, ac quilibet exterus qui delinquendo in Regno ratione delicti forum ſortitur vt ibi puniatur ex reg text in Auth. qua in prouincia, C. vbi de crimine agi oportet, cap Vt famæ, de ſentent. excommunic. Petrus Caballuſ. cent. 1. caſ 3. Guido deciſ 202. num. 4. Clarus §. fin. quæſt. 39. num 4. Hipol. conſ. 57. num. 35. facit Ordin lib. 5. titul 117 § 9 Nec obſtant argumenta in contrarium, nam ad l. 2 ff de capite minutis reſpondetur procedere in ciuilibus, quia cum ſtatus mutatur ex media capitis diminutione, vel maxima, omnis obligatio ciuilis tollitur, remanet tamen naturalis, ex qua prætor concedit actionem in factum, ac ſi nunquam capitis minuti ſtatus mutaretur Nihilominus ſi capite minutus delinquit puniri debet, ne ex delicto reportaret premium,

mium, l.Relegatorum,ff.de interdict & relegat. l 1.& 2. C.vt extra certum terminum criminal quæſtio, &c. Ad alia obiecta ex ſupradictis ſatis reſpondetur, ideo in reſponſione non immoror.

Aliàs plures quæſtiones omitto quæ longam diſcuſsionem poſtulant, an tales ſint habendi pro bannitis, an pro deportatis:& an poſsint ſepeliri in Regno;& impune offendi, quas ſtudioſis remitto, cum alijs.

Vltimo noto quòd expedientes citationes ad Curiam provt notarij, & tabelliones, hi ſtatim capiuntur ob factum prohibitum, & in illis loquuntur duo finales verſiculi huius principij, facit Ordin lib.2.tit.43 in fin. dum illos qui falſas impetrationes exequũtur, vel pro impetrantibus agunt pariformiter punit.

Quam pœnam incurrant qui de manu exterorum beneficia acceptant, vel pro illis agunt, citant, & iudices impetrant, vide ad § 1.

Hæc Ordinatio dum tacitè prohibet exteris habere in Regno beneficia, deducta eſt a breue Gregorij, conceſſo Regi Sanctio, cuius meminimus prima parte ad hanc Ordinationem: ſimile habet Regnum Caſtellæ, de quo Couarr. cap 35 num 5. diximus in concordia Ioannis primi, 1.part.n.250

38 Vnde dum lex regia prohibet ne de manu exterorũ beneficia quis accipiat, prohibet ne ipſi exteri talia beneficia obtinere, vel impetrare poſsint, cuius prohibitionis adducit Cated Diploma Regium, de iure patron cap 29 quod emanauit eodem tempore quo lex iſta condita fuit, vt conſtat ex extrauaganti, 4 part tit 1 l.1.anno 1512. Eſtq; huius rei inueterata conſuetudo totius Hiſpaniæ, vt in lege Caſtellæ exprimitur l 54. & l 25. tit.3. lib.1. Ordin & ex his quæ Couarr. pract cap.35.num 5 Salzed.ad Bernard. dict cap. 54. vbi firmat idem Aragoniæ, Nauarræ, Vngariæ, Italiæ, & Venetijs obſeruari in Francia Coſmas in pragmatic. verbo Exterorum, in §.Nam Eccleſiarum; Guillelmus verbo Et vxorem, num.482. Rebuf tit de liter.natural Graſalis lib.2 regal iure 8. Salzed vbiſupra. Quæ conſuetudo etiã remotta omni pontificia conceſsione de iure eſt, ex cap. Hortamur, 71.diſt. cap.vlt de cler peregrin cap. Bonæ, o 2 de poſtul. Prælator. cap.Aphroſ 98. diſt. Gomez de Idioma, quæſt.1. Couar. vbiſupra num 5. Gregor l.1 tit 11. verbo *De los ſuos*, Triden ſeſſ 24.cap.13. Marcus deciſ.634

Vnde cum hæc prohibitio tam legibus Hiſpaniæ, quàm conſuetudine ſit introducta ſatis perſpicue, colligitur hanc Ordinationẽ ſecundũ ius cẽſuiſſe.

Ex quo fit quòd nec penſio exteris 40
dari poteſt Huius rei ſimile exẽplũ eſt in Gallia, vbi extat Caroli ſexti Regia Ordinatio condita anno 1 3 8 5. teſte Guilhel. in cap. Raynuntius, verbo Si abſq; ſub tit de fidei comiſſ ſubſt nu.33. cuius ad propoſitum verba ſunt. Ex ſua certa ſcientia, authoritateq; regia ordinauit, & mandauit omnes penſiones, & cætera quæcunq, onera Eccleſijs Regni in fauorem exterorum, & aliorum quorumcunq; impoſita ad Manum ſuã Regiam poni, & de illis, & earum fructibus Eccleſias reparari &c. Et paulò infra, num 36. habet hæc verba. Ideo nullum onus imponi poteſt aliquo modo ſuper beneficijs, & dignitatibus Regni quocunq, titulo, vel nomine onus illud nuncupetur, aut ex quacũq; cauſa, vel colore, & occaſione, directè, vel indirectè, etiam prætextu cuiuſuis conſuetudinis, priuilegij, vel ſtatuti, etſi contra fiat, totum irritum erit. Ex Archidia in cap Lectis, 63 diſt. volentis Reges eſſe patronos omnium Pontificalium Eccleſiarũ. Multa alia ad propoſitum erudite, & lato ſermone dixit idem Guillelmus, apud quẽ videri poſſunt, & Regibus concedi facultatem annullandi talia onera Manu Regia: Quia (inquit ille) eo caſu ſui imperij Eccleſ-

Eccleſias defendit à ſeruitute impoſita, quia Reges ſunt cōpetentes, vt ſubditos & Eccleſias defendant, vt per ipſum num. 39. & ſequentibus, & ellegantem rationem reddit num 35. ibi: Necnon contingeret vt eorundem Regni, & Delphinatus depreſſo Sacerdotio, exhauſtoq; theſauro Regnum ipſorum redderetur debilius in aduerſis

41 Apud nos autem, non ſine dubio, eſt an exteris penſio poſsit conſtitui, cum lex regia in præſenti ſolùm prohibeat, ne beneficia exteris conferantur. Et punit illos, qui ab eis talia beneficia acceperint: conſtat namq; penſiones non eſſe beneficia, ac proinde non comprehendi ſub verbis huius Ordinationis, quæ tantum de beneficijs loquitur, nec poteſt extendi ad caſus non expræſſos: nam caſus omiſſus habetur pro omiſſo, ſi enim legiſlator voluiſſet, expræſsiſſet, ex tex in cap. Inter corporalia, de trāslatione Epiſ. idem fieri voluiſſet, quod de ceſsione dixerat, & de translatione poterat, &c. Eodemq; arg. vtitur gloſ in cap Ad audientiam, verbo Obuentiones, in fin de Eccleſ. ædifficand. Bald. conſ 202. lib. 1. & conſ. 328. cum in cauſa lib. 3. in fin cum alijs adductis à Tiraquel. in l. Si vnquam, verbo Libertis. Cod de reuocand. donatio. num. 3. cumq; verba legis deficiant, deficit quoq; eius diſpoſitio, ex l. 4 §. Toties, & ibi Bart ff damno infect. & in l. Ita autem, in princ ff. adimiſ. tutor. Tiraq. in d. l Si vnquam, verbo Libertis, nu 2. Quód autem penſio non ſit beneficiū dixere Doctores in cap. Quamuis, 1. de præbend. lib. 6 Mandoſ in reg. 19. Chācel. quæſt. 11. num. 11 Rodoanus de ſimon. 2 part cap 14. num 10. Nauarr. conſ 11. de conſtitutio num. 8 & conſ 8. de iur. patron Hoieda de incompatibil. in præfatione, num 30. Couarr. pract. cap. 36. num 10 Pariſ de reſignat lib. 1. quæſt. 10. num. 96 & lib 2. quæſt. 15 à num. 11. Gonzalez gloſ 5. § 5. Azcued. in l. 1 tit. 4. lib. 1. recopil. num. 5 Garcia de benefic. 1. part. cap 5. num. 5.

Verum his non obſtantibus, adhuc exiſtimo exteros in his Regnis penſiones habere non poſſe, nam licet verum ſit quòd penſio non ſit beneficium illud ita debet accipi vt penſio non ſit beneficium, quando titulo ſæculari conceditur pro labore temporali, vel alio ſeruitio, quæ in laicum cadere poteſt, Gigas de penſion. quæſt. 67. num. 2. Garcia vbiſupra num 8. Atvero penſiones noſtri temporis loco beneficij aſsignantur & ſtante conſtitutione Pij quinti, quam adducit Garcia 2 part. cap. 1. nu 5. quæ obligat penſionarios ad horas, & officium paruum Beatæ Mariæ, iam penſio proponitur annexa officio ſpirituali, ex Nauarr. de reſtitution. lib. 2 cap 2. num. 200. & datur titulo eccleſiaſtico, Enriquez in ſumma lib. 13. cap. 13 § 2. Ac perconſequens adinſtar beneficij regulatur, & ex ſtyllo totius Hiſpaniæ eſt quód exteri in ea penſiones non habeāt, & ipſi in capite cuiuſdam Hiſpani eas conſtituunt, à cuius manu penſiones percipiunt, in quo quidem, & fraus verſatur. Meminit huius ſtylli Gonzal. gloſ 34 num. 119. At in hoc Regno de plano maximæ penſiones conſtituuntur Italis ſine aliqua contraditione, fortè quòd Reges huius Regni maiori obſequio Sedem Apoſtolicam proſequuntur, à qua maximis etiam indultis, & gratijs cumulantur. 42

Habet deinde Ordinatio in hoc §. 1. ibi: *Nem impetrem juyzes fóra de noſſos Reynos, & Senhorios, nem requeira perante elles couſa algũa. E os que o contrario fizerem, ſejão por eſſe meſmo feito hauidos por maos vaſſallos, & deſſeruidores noſſos, & percão todas as honras, & liberdades, &c. E os que aos ſobreditos derem ajuda, & fauor em maneira algũa, encorrerão nas meſmas penas, & ſerão hauidos como aquelles que a noſſos deſſeruidores dão fauor, & ajuda, & acolhimento.* 43

Ex his verbis apertè decidit Ordinatio quód extra Regnum iudices impetrari

trari

trari non poſſunt: audiui aliquando in Senatu aliter intelligentes vt ſupra illa verba: *Nem impetrem juyzes*, referantur ad principiũ huius §. vt ſcilicet, qui ab exteris beneficia obtineant, non impetrent iudices extra Regnum. Sed hic ſenſus appertè confunditur, quia ſola aceptatio beneficij ab extero eſt punibilis ex verbis huius legis, etiamſi quis in Regno, & intra limites paterni laris eius cauſam agat. Ergo non eſt cur conſideretur inſimul impetratio iudicis extra Regnum, quia eſt ſupponere quòd intra Regnum agere non eſt prohibitum, quod tamen eſt appertè falſum. Quare verus ſenſus eſt quòd lex determinat plures caſus, & quilibet verſiculus ſuo caſui inſeruit: & melius hoc deducitur ex Extrauaganti Aqua. Hæc lex deſſumpta fuit lib. 4 tit. 12. edita anno 1512 3 die Nouembris, deſſumpta à diplomate regio, quod habetur lib. Spheræ fol. 71. Vbi poſtquam dixit quòd non acceptet procurationem, ſeu mandatum exteri, nec pro eo in iudicio agat, ſubiungit *Nem iſſo meſmo impetre juyzes apoſtolicos fòra dos ditos ſeus Reynos, & Senhorios nem perante elles requereſſe, &c.* quæ particula, *Iſſo meſmo*, in noua compilatione non reperitur, & facit caſum ſine dubio: appertè enim oſtendit de alio caſu ſentire per ſe conſiderato, & independenti à ſuperioribus.

Dubium tamen eſt valde graue, An
44 dato caſu quod appellatum ſit ad Curiam Romanam in ſecunda, vel tertia inſtantia, ſi quis impetret comiſsionem extra Regnum, incurrat pænam huius legis? Videtur quòd non, quia hæc lex debet intelligi de prima inſtantia, in ſecunda enim, vel alia inſtantia, ſi cauſa poteſt deferri ad Curiam, & ibi agitari à fortiori poterit, & comitti extra Regnum, nam iam illa cauſa extra Regnum eſt poſita, & magis partibus conſulitur dũ committitur decidẽda appellatio in Regno Caſtellæ, quàm in Rotta.

Verum adhuc videtur quòd in nulla inſtantia debeant iudices impetrari extra Regnum, ex d breui Iulij tertij ſupra relato, vbi prohibetur ne in prima, vel alia quacunq; inſtãtia cauſæ ad alios quam in Regno comorantes iudices committantur, & in confirmationem huius aſſertionis vidi naturalitate priuatum clericum qui cùm ad Curiam appellaſſet comiſsionẽ obtinuit in Regno Galeciæ, cuius ſententiæ tenor eſt.

Acordei, &c. Viſto eſte feito, libello do procurador da Corva, autos que o Reo o padre Ioão Gonçaluez, ſendo citado poa editos, & eſperado, não contrariou, & a proua dada pelos autos appenſos, per que ſe moſtra o dito Reo, ſendo Portugues meu vaſſalo, & natural deſte Reyno impetrar reſcripao para o Biſpado de Tui, & por virtude delle citar ao Padre Antonio de Faria de Macedo, outro ſi Portugues, para a cidade de Tui, do Reyno de Galizia, & fòra deſte Reyno dandolhe vexação, & oppreſſaõ, contra forma da Ordenação deſte Reyno, pelo que encorreo nas penas della. O que tudo viſto, & como o Reo por ſua parte não allegaua couſa que o releue, com o mais dos autos: declaro, & hei o dito Reo por deſnatural deſtes Reynos, & que não poſſa gozar das liberdades, & priuilegios, & exempções dos naturaes delles: & tendo nelles algũs beneficios, mando que lhe ſejão ſocreſtados os fruitos delles, & lhe não ſejão entregues ſem minha ordem: & mandado, & condemno ao dito Reo nas cuſtas dos autos. Faria.

An autem pæna eorũ qui beneficia 46
ab exteris acceptant differat ab ea quam incurrunt citãtes ad Romanam Curiã, vel qui impetrant viuentis beneficium? Dubitari poteſt ſumpta dubitandi occaſione ex diuerſitate verborum legis regiæ, quæ agens in princ de impetrantibus, diſponit quòd naturalitate priuati exiſtant, & in §. 1. agens de acceptantibus beneficia ab exteris, vel eorũ cauſas procurantes vtitur illis verbis, *Como aquelles que a noſſos deſtruidores dão ajuda, & fauor, &c.* Sed ex mente legis vtroq; caſu eadem eſſe pæna videtur.

Dubitari etiam poteſt, An hæc pæna 47

amiſsionis naturalitatis poſsit imponi Epiſcopo, qui poſtquam in ſupræmo Senatu Palatij deciſum fuit vt ſententia lata in iudicio Coronæ obſeruetur, iuxta formam Ordinationis lib.1.titul 12.§ 6. ipſe tamen parere iudicatis recuſat? Et videtur quód nõ. Primo, quia nulla lex Regia eſt quæ Epiſcopis talem pænam imponat. Ordinatio enim lib.2.tit 13.in princ. agit de impetrantibus beneficia viuentium, dicitq; illam Ordinationem ad nullos caſus ſimiles extendendã, inſuper Ordin.lib.2.tit.15. agit de illis qui impetrant beneficia cõtra Regũ indulta, & nulla alia lex regia de hac pæna loquitur, non ergo extẽdenda ad caſus nõ compræhenſos. Secundo, ſi caſus occurrat in quo oporteat naturalitatis pænã imponere, hoc ſolet ipſe Princeps expedire, quia recurrendũ eſt al legem viuã, vbi ſcripta lex non reperitur, ſicq; factũ extitit quando Rex Ioannes III. D.Michaelem da Sylua Epiſcopum ſua manu naturalitate priuauit, cuius priuationis dipploma Regium ſeruatur in Senatu Portuenſi, libro Spheræ.

Tertio, quia ſi hoc caſu hæc priuatio admitteretur, vtiq; eijceretur è Regno Prælatus, quod prohibet Bulla Cænæ, cap.10. cum huius priuationis principalior effectus ſit vt exeat è Regno, Cabe. de iure patron.cap.36.n.14.

Verum in rigore poteſt dici, non ſine fundamẽto, quẽcunq; iudicem eccleſiaſticum, vel Epiſcopum qui vltimo Senatus Palatij decreto non paruerit, poſſe naturalitate priuari per Senatum cui cõmiſſa eſt illius mandati executio, quod quidem probant Auend. d. lib 2.cap.6. n.12.ibi: *Se les manda que ſalgan del Reyno*, iuxta l.fin.C. de offic. procur. Cæſar, Salzed. d.cap 102 ibi. Epiſcopos alioſq; eccleſiaſticos nollentes à violentijs deſiſtere Regno ſuo expellere, & cap 54. n.3. Couarr cap.35.n.3 ibi: Et ad amiſſionem rerum temporalium, quas habent in Regno allegat l 5. titul. 1. lib.3. Ordin. ibi: *Obiſpos*, ſubiungit Azeued. l.4.tit.1.lib.4.recop.n.12. idem Azeued. l.11.lib 4 tit.1. n 10. Zorita lib.2.cap 23. & cap.31.& 60. Belluga rub 11 §. Videndum, num.12. Seſe de inhibition. cap.8. §.3.n.202. Ceuall in epiſtol.ad Regem, lib.4.num.46. & q.867. n.208. Bouad. lib.2.cap 19 n.31. & cap.17 n.68. Monteros in pract.Chancel.tract 15. Ponce de Leon ad l.Tolleti fundam 11.2.part. n 47. Seſe de inhibitio cap.4.§.1. n 22. & § 3 n.104. idem teſtatur in alijs orbis partibus ex ratione l. Quicunq; C.Epiſ, & cler. Guil.verbo Vxorem deciſ.2. n, 168. Carol de Graſal.lib.2.cap.7. Franchus deciſ 491 nu.4 vol.4. Clarus in §. fin. q 36.n.24. Olib. de iure fiſ. c.12.n 2.

Nec obſtant argumẽta ad primũ quod non eſt lex, reſpõdetur quòd ſufficit ita de ſtyllo obſeruari apud omnes in Regno Caſtellæ vicino, ex his quæ Valaſc. conſ.51.n 48 & conſ 16 n.5. Meno cõſ. 302.n.13. Maſc concl 1415.n.12 Gama deciſ.16.n 6.Molin.lib.1.cap.2.n 18.maxime cum Regnũ Luſitaniæ ſit pars, & ſequella Regni Hiſpaniæ, á quo ſeparatum eſt, & diuiſum, vbi illud ius inuiolabiliter obſeruatur, vt per ſupracitatos.

Nec obſtat ſecundum, quia illud quod ibi factũ eſt, ſolúm conducit vt Senatus contra Epiſcopum non procedat ad pænam priuationis naturalitatis, niſi prius illud Regi notũ fiat, quia cum Epiſcopi ſint de Regũ conſilio, non eſt iuſtum vt Rege inconſulto procedatur, maximé quando nulla lege expræſſa conceſſum reperitur, ideo iudex regius, vt caute procedat, debet prius Regis auribus caſum intimare & eo annuẽte procedere.

Nec obſtat tertium, quia bulla agit de eiectione violenta, nõ autem ea quæ fit, ſeruato iuris ordine, & ob bonum commune, explicat Nauarr.d.cap.27 n.67. Salzed.d.cap 102.

Illud tamen notandũ eſt, vt nõ poſsit inſtitui accuſatio ſine ſpeciali Palatij, vel Regis licentia, quia ſunt de conſilio Principis, & de eius latere, & conducit Ord.lib.1 tit.12.§.1.Sufficit tamẽ Palatij

facultas

facultas, vt procedatur contra eum vt eiici poſsit, quia hoc apertè probat Ord. d. tit 12. § 6. vbi agit de clericis, & Prælatis, & in fine iubet vt pareatur iudicatis quare illa compulſio conceſſa eſt cum ipſa iuriſdictione, l. 2. ff. de iur. omn.

SVMMARIVM.

1 Secularis Princeps an poſſit prohibere ne inhibitoriæ iudicibus ſæcularibus præſententur.

2 Reges Hiſpaniæ ſolent retinero literas apoſtolicas propter ſcandalum, & reſcribunt.

Hoc idem ius competebat Regibus Portugaliæ, ex concordia hoc tamen Reges remiſerunt. ibi.

3 Verba Bullæ Cænæ non offenduntur hoc cognoſcendi modo.

4 Inhibitiones eccleſiaſticorũ ſi impleantur eſt valde præiudiciale iuriſdictioni regiæ.

5 Inhibitio per ſe violentiam continet.

6 An lex regia loquatur cum ipſis iudicibus ſæcularibus, ne ipſi adimpleãt inhibitorias.

7 Iudex non debet pati ſe inhiberi ſine regia facultate

8 An habeat locum Ordinatio in ipſo iudice eccleſiaſtico?

9 An inhibitio præſumatur ad partis inſtantiam?

10 Literæ requiſitoriæ an ſint habendæ pro inhibitione?

11 An ſufficiat inhibitionem impetratam fuiſſe, licet non exequutam vt pæna incurratur?

12 Si iudex eccleſiaſticus inhibeat in caſu licito, & ſæcularis non paret, an excommunicari valeat?

Iudex eccleſiaſticus ſuam defendit iuriſdictionem ſuis armis? ibi.

13 An debeat ei ſuccurri in iudicio regio.

14 Iudex ſæcularis ſi iuſtè petatur remiſsio, & ipſe non pareat iuſtè excommunicatur.

15 Inhibitoriã impetrãs quomodo puniatur?

Si iudex Regius excommunicatur, cognoſcit Capellanus maior ex breue Leonis.

16 Vt iuſta ſit inhibitio quid ſit neceſſariũ. Debet expediri partibus citatis. ibi.

17 Iudex appellationis inhibere poteſt, & quando?

Si iudex ex officio inhibet, non requiritur partis citatio.

19 Iudex ſæcularis etiam inhibere poteſt eccleſiaſtico ne cognoſcat.

Apud nos ſolus iudex regius inhibere ſolet. ibi.

20 Geſta à ſæculari poſt inhibitionem nulla ſunt.

Iudex ſæcularis non poteſt acquieſcere inhibitionibus. ibi.

21 In cauſa natalium valida eſt inhibitio eccleſiaſtici.

Si quæſtio matrimonij incidit in facto non eſt locus inhibitioni. ibi.

Sic in facto cauſæ decimarum. ibi.

Sic in cauſa clericatus citatus ſi de eo cognoſcit ſæcularis non poteſt inhiberi. ibi.

Iudex ſæcularis illo caſu declarat factum, non ius. ibi.

22 Quando ſæcularis punit clandeſtinè contrahentes non poteſt inhiberi.

Si iudici inhibetur ſæculari ex cauſa, de qua notoriè conſtat contrarium, poteſt illa inhibitione contempta procedere. ibi.

23 In crimine hæreſis valida ſit inhibitio, quia nec circa factum ſæcularis cognoſcit.

Attento iure factũ hæreſis non differt ab alijs vt ſæcularis cognoſcat de tali facto.

24 Interpretatur Ord. lib. 5 tit. 1. § fin.

De apoſtatis ſæcularis an cognoſcat? ibi.

25 Si ſæcularis cognoſcit de exceptione excommunicationis non poteſt inhiberi.

26 Iudex ſæcularis cognoſcit de cauſa, ſeu intereſſe licet cauſa matrimonij in eccleſiaſtico agitata fuerit.

27 Pæna impoſita illis qui inhibitorias impetrant, & publicare faciunt Principe inconſulto valida eſt.

Pæna á clericis exigi non poteſt in ſæculari. ibi.
Dum lex punit publicantes amiſsione bonorum, quæ á Rege habent, ligat clericos. ibi.
Requiritur declaratio voluntatis Principis. ibi.
28 *Citationes expeditæ á iudicibus comorantibus extra Regnum nullæ ſunt.*
29 *Inhibitiones à iudicibus exteris fieri non poſſunt.*
30 *Si procedat iudex exterus, vel ipſius bona quæ in Regno habet capi poſſunt; vel iubere parti, vt tollat cenſuras.*

AN POSSIT PRINCEPS SÆCVlaris prohibere ne inhibitoriæ quæ ad magiſtratus regios mittuntur ab eccleſiaſticis iudicibus promulgentur priuſquam ipſi Principi offerantur, vt de eius facultate publicentur? Ad Ordin. lib. 2. tit. 14.

CAP. 65.

1 HVIVS quæſtionis deciſio eſt valde dubia, in qua Regia Ordinatio ſtatuit, ne inhibitoriæ á iudicibus eccleſiaſticis impetratæ publicentur Regis magiſtratibus, quinprius ipſi Principi præſententur ſub pæna à lege regia ſtatuta quingentorum aureorum, quæ fiſco applicantur, & accuſatori: & ſub amiſsione bonorum, quæ à Rege, & eius Corona habent. Habet inſuper ne ſcholaſtici Salmanticenſis citatoriæ literæ mandentur executioni, vel inhibitoriæ, quinprius Regi præſententur, & quod talium iudicium exterorum excommunicationes minimè obſeruentur. Deducitur Ordinatio á breui Iulij tertij, de quo ſupra egimus, & ex art. 3. ex 40 Romæ oblatis, num. 54. & Ioannis primi art 85 num 258. & Regis Petri art 32. n 172.

Amplam ſegetem diſputandi offert huius legis deciſio, ſed breuiter omnia colligam, & faciliotis intelligentiæ cauſa. Circa hæc erit huius hæſitationis diſcuſsio. Primum diſputabimus, an ex cauſa publica poſsit prohiberi ne mandata iudicis eccleſiaſtici adimpleantur antequam Principi oſtendantur? Secundum, an valeat pænæ appoſitio cōtra facientes? Tertium, an iudicis exteri inhibitiones, & excommunicationes in hoc Regno poſsint impediri.

Et quoad primum, notiſsimum eſt Reges Hiſpaniæ ſolere ad inſtantiam 2
fiſcalis patroni aſſumere Regia Manu literas etiam apoſtolicas antequam ſuæ mandentur executioni, eaſq; remittere ad Regia Tribunalia, vbi prius examinentur: An emanauerint per ſiniſtram ſtram informationem factam ſummo Pontifici contra Regum indulta, & priuilegia, veluti ſi beneficium aliquod extero conferatur contra aliud quod obſeruatur in Hiſpania de antiquiſsima conſuetudine, quam ſatis rationabilem dixit Guillelm in cap Rainuntius, verbo Et vxorem, num. 454. proſequitur Couarr. pract. cap. 35. num 5, Auendañ. Prætor cap 1. n. 32 Roias ſing. 148. Cened. Collect ad decret cap 56 nu 8. late Ceuallos d. 4. part quæſt. 1. nu. 347. 426. & 433.

& 433. Bobad. in ſua Polit 2 part. cap. 18. n. 208 lit. E. Quare his caſibus, & ſimilibus Reges ſe intromittunt non vt impediant executionem literarum apoſtolicarum, ſed ne mandata falſis ſugeſtionibus impetrata citra voluntatem concedentis exequantur, notat Morl. tit 2. de iuriſd. q. 14 n. fin. vbi dicit idem obſeruari in Gallia, ex Rebuf in praxi benefic. 3. part. ſignat. verſ. neque non iure n. 12. & 36. & in tract de nomin q 15. n 2. Non impleri enim ſtatim Principum mandata, ſed reſcribi poſſe, & ſuperſedere iuri conſonũ eſt, quando obſtat Reip. ſtatus, Principumvè ſæcularium priuilegia, vt deducitur ex cap Si quando, de reſcrip cap. Sunt quidam, 25. q. 1. cap. 1. 4. diſt. cap. Manet, 23 q 1. cap Si quis nõ recto, 24. q. 3. cap. Cum apud Theſſalonicam, 11 q. 1. l Si vendicari, C. de pænis & plura alia iura, & authoritates quæ ad hoc citat Couarr d. cap. 35. num. 6. & lib. 2. variar. cap. 8 num. 1.

His caſibus Hiſpaniarum Principibus illud competere ex priuilegio ſummorũ Pontificium, dixit Bañez 22. q 67. art. 1. dub. 2 concl. 6 & Greg. l. 13. titul. 13 p. 2. Ægia de exhibẽdis auxil. fund. 27. col. 6. quód ſi tale priuilegium non extat conſentaneum eſſe vt impetraretur, inclinat Couarr. vbiſupra, in fin & dixit Guerrero de Concil. cap. 12. verſ. *Mas eſto tamen podria ceſſar.* Cened. in collect. ad decretum, fol. 7. n. 4. Viuald. in Candelabro Eccleſ. in explanatione Bullæ caſ. 14 ex n. 102 Et tãdem hunc caſum competere cuilibet Principi prætextu tollendæ violentiæ per viam extraordinariæ defenſionis, dixit Ceuallos d. 4. p. q. 1. n 296. quando aliquod breue à Sede Apoſtolica emanauerit, quod Regni priuilegijs, vel cõſuetudinibus antiquiſſimo vſu, quinimò & concordia vtriuſq; ſtatus ſæcularis, & eccleſiaſtici roboratis obſtat quo caſu Victoria de poteſt. Papæ, in 22. propoſ & dixit quòd ſi mandata Pontificis, & eius literæ offenderẽt publicum ſtatum, & eſſent in deſtructionem Eccleſiæ, quod eo caſu poteſt ei reſiſti, non ſolùm per Gubernatores Eccleſiæ, ſed per Principes ſæculares, idem dicit Simanchas de Cathol. titul. 45 de pænis, à n. 34. ibi: Vnde fit quod ſi aliquid Papa decernat contra publicam vtilitatẽ vt puta contra patronatus laicorum contra ius eligendi beneficia, ſeu ſacerdotia patrimonialia, vel quipiam ſimile Manu Regia retineri, & impediri ſoleat, quia Regum officiũ eſt ab huiuſmodi iniurijs populos ſibi ſubiectos liberare. Hoc idem ius retinendi Bullas eccleſiaſticas ex concordia competebat Regibus Portugaliæ, vt patet 1. part ex cõcordia Ioannis primi, art. 85. quouſq; Reges hoc ius à ſe abdicarunt, vt refert Reſende in Chronica illius Regis, cap. 65. quod an fieri poſſet non ſine colore dubitari poteſt, ex his quæ Abb. in cap. Intellecto, de iur. iur. nota 1. & 3 Couar. in cap. Quamuis, 2. part §. 2. n. 4. Menchaca de ſucceſſ. creat. §. 26 n 45 Caldas Pereira de extintione, q 5. n. 11.

Ex quibus huius cognoſcendi modo nequaquàm obſtant verba Bullæ Cœnæ quæ dirigitur in illos, qui eccleſiaſticam impediũt iuriſdictionẽ, vt explicat Seſe de inhibitio Aragon. cap. 8. §. 3. nu 83. & 88. & punit iniſtas actiones, non verò illas quæ ex iuſta defenſione procedũt, Seſe vbiſupra, n 102 Quod multo magis in noſtro caſu obtinet, vbi Regia Tribunalia non offendunt Apoſtolici mãdati authoritatem: verè enim obtẽperat qui reſcribit, licet interim literæ executioni non mandentur, quouſq; Princeps melius informetur, & oporteat ſæpè ſemel, atq; iterum replicare, quouſq, veritas appareat, quæ multoties latet in obſcuro abſtruſa, quæ argumentis, & reſponſionibus elicienda eſt: & habemus de eo exempla in Sacris Literis, Geneſeos 18. Exod 32. Numer 14 Iob 10 & 13. vbi Abraham, Iob & Moyſes cum Deo cauſas agentes, aliquando videbantur argumentari, aliquãdo reſiſtere, & rationibus quodãmodo cõuenire. 3

Quare dum Regia Tribunalia inſtant, arguunt, reſpondent, non exequuntur, non debet intelligi quod hoc faciant prauo animo, ſed æquo, non ſub prætextu prohibendæ violentiæ, vt Bulla Cœnæ ait, ideſt ſub colore violentiæ palliatæ, ſeu fictæ, ſed ad tollendam veram violentiam, & animo obſequendi.

4 Hæc quæſtio apud nos parùm profert, cum non ſoleant Regia Tribunalia examinare literas, vel mandata apoſtolica, nec vlla lege regia ſit cautum, excepta hac lege, quæ de inhibitionibus agit, quibus regij magiſtratus iuſtitiam exercere prohibentur, ex illis tamen fontibus uidetur poſſe diriuari reſolutionem præſentis quæſtionis, cum non leuis reſultet Reipubl. perturbatio, & violentia, ſi iudicum eccleſiaſticorum inhibitiones impleantur, quibus vetant magiſtratibus ſæcularibus, ne iudicent, ne cognoſcant, ne ſe intromittant in caſibus, in quibus per leges regias iuriſdictionem habent, vel ex natura cauſæ, quæ mixti fori eſt, vel ex vi conſuetudinis immemorialis & concordiæ, maxime cum eadem lege regia caueatur, lib. 2. tit. 1 §. 15 & melius tit. 12 §. 5. quod in caſibus in quibus inter polliticam, & ſpiritualen poteſtaté contentio oritur Iudex Regiæ Coronæ ſit competens ad dirimendas controuerſias: de ſua enim iuriſdictione, & an ſua ſit, ipſe Princeps cognoſcit, & non alius, Ordin. lib. 2 tit 1. §. 15. & lib. 1 tit 12. §. 5 & 6.

5 Ex quibus patet in executione talium literarum, quibus ſæculares magiſtratus inhibentur ineſſe violétiam, & publicarum functionum perturbationem ſi iniuſtè fiant, ratione cuius iuſtiſsimé tales inhibitoriæ ad ipſum Regem deferri iubent, vt ipſe qui pro communi vtilitate creatus extitit, vt habet l. 2 §. Nouiſsime, ff. de orig. iur. l. 3. ff. de offic præfecti vigil. Franciſcus Topian tract. de poteſt. Princip. tempor §. 3 num 12. Sua Manu Regia licentiam eccleſiaſticorum compeſcat, vt ſe intra ſuos limites contineant, nec vna iuriſdictio alteram turbet: tunc enim ipſe tamquam ſuæ pacis cõſeruator ſe ingerit provt eum vocat, Fuſcus in tract de viſitatio. cap 32 nu. 5. ibi: Rex eſt iudex conſeruator ſuorum vaſſalorum, vt nemini iniuria fiat, & ne alijs iniuria inferatur, animam Reipub. Principem eſſe dixit Seneca ad Neronem lib. 1. cap. 12 ibi: Animus Reipubl. tu es. Et idem Franciſcus Topio. de poteſtat. Princ. ſæcul § 5 num. 36. Regem tutorem populi appellauit, cui pupillorum cura incumbit, Marta de iuriſd. 4 part caſ 56 num. 2. Quare meritó dũ ſuam iuriſdictionem, & ſuos defendit, ſicut armis ei licet ſe, & ſuam Rempub. tueri, ſic pariter licebit pænis, & coertionibus, quæ armorum vicem ſubeunt.

Quibus ſic perpenſis, multa incidũt in præſenti, quæ quotidie noſtras aures 6
circunſtrepunt. Et primó quæri poteſt: An hæc Regia Ordinatio loquatur cum ipſis iudicibus ſæcularibus, vt ipſi non debeant inhibitionibus á iudice eccleſiaſtico decretis acquieſcere? Et videtur quòd ſic, quia lex regia dum illas inhibitiones prohibet ex eo eſt, ne forte ex imperitia iudicis ſæcularis generari poſſit præiudicium regiæ iuriſdictioni, eo enim caſu quo quis ſe inhibet ad mandatum alterius ſe inferiorem agnoſcit. Eſt enim inhibitio præceptum, vel prohibitio facta à ſuperiore inferiori, ne vtatur iuriſdictione ſibi à lege competenti, vt per Doctores in cap Romana, § Si vero, de appell. in 6. dixit Retta 3. de appel in nouiſ. vitalis, in tract. Clauſul. clauſul. nihil nouari, num. 23. Maranta 6 part titul. de appellat. num. 195. Couarr. pract. cap. 23. num 1. Trident. ſeſſ 22. de reform. cap. 17. Vnde cum eccleſiaſticus inhibens ſæculari, reſpectu illius cauſæ, ſe ſuperiorem aſſerat, & inhibitus, ſi acquieſcat ſuam non eſſe iuriſdictionem agnoſcit, in quo poteſt verſari Principis præiudicium. Ideo lex regia ſtatuit vt tales inhibitiones Principi

cipi oſtendantur, quia ipſe in iuriſdictionalibus ſuam habet fundatam intentionem, ex Ordin lib.1.tit 12 § 5 in fin. ibi. *Se guardará o que pelos Deſembargadores do Paço, em noſſo nome for determinado*, & lib.62.tit 1.§.15. In quo perconſequens videtur prohibere ſuis magiſtratibus, ne ſe inhibeant niſi inhibitiones ab ipſo aprobatæ proponantur examinata cauſa, an ſua ſit iuriſdictio.

7 Quæ ſententia vſu, & praxi Senatus videtur recepta, ne ſcilicet iudex aliquis ſe inhiberi patiatur ſine regia facultate, & comprobatur ex Ordin.lib.1 tit.9. §. 11 vbi licet prouocare à iudice qui inhibitioni iudicis eccleſiaſtici acquieuit, de qua praxi teſtatur Valaſc. conſ. 159. num.14 cuius rei illa eſt ratio, quia hoc caſu non conſtat notoriè de iuriſdictione inhibentis, cùm vterq; iudex cognoſcere intendat, & ſuper eo lis agitetur, & hoc caſu non poteſt fieri inhibitio, ſicut in ſimili in delegato inhibente ordinario, dixit Rotta deciſ.58. de appellat. in nouiſ.num 75. Surdus conſ 424.nu 35. lib.3. Decius conſ. 460. num 20. lib 3. Mand. in tract. de inhibitio. quæſt 28. num 2. Roland conſ.77.num 26 vol 2. Couarr pract cap. 24 num. 3 Ceuallos 4.part quæſt.1 n755.

Verum adhuc pro contraria parte plura obſtant fundamenta, & videtur quòd poteſt iudex requiſitus ſe inhibere, ſi iuſte illud petatur, & in caſu licito, cum nulla lex ſit quæ prohibeat iudici ſæculari vt ſe inhibere poſsit quoties ipſe viderit cauſam pertinere ad iudicium Eccleſiæ, veluti quia iuriſdictio fuerat præuenta, vel quia articulus de quo agitur, eſt iuriſdictionis ſpiritualis: nam ſi attendimus ad verba huius legis, ipſa diriguntur in ipſos litigatores, ne ipſi inhibitorias publicare faciant contra iudices ſæculares, quibus vellint ab ipſis conſenſum extorquere metu cenſurarum, ipſoſq, pæna afficit, nec eum iudicibus agit, quibus de iure competit facultas remittendi cauſam ad ſe non pertinentem quoties iuſtè, & ſecundùm canones petatur Nec aliud euincit Ordin. d. §.11. Procedit enim illa Ordinatio in ſupplicatione quam pars, ſeu litigator ad regium iudicem defert, & eius verba non ſunt generaliter accipienda, quaſi ſignificet quód ex eo quòd iudex ſæcularis ſe inhibuit, poteſt ad Regem ſupplicari, quaſi in eo deliquerit. Nam verba Ordinationis ſunt: *E aſsi dos inſtrumentos de aggrauo, ou cartas teſtemunhaueis que ſe tirarem dante os juyzes ſeculares que ſe derem por inhibidos polas inhibitorias dos juyzes eccleſiaſticos*, Quæ verba ſupponunt iudices ſæculares ſe aliquando inhibitos eſſe, pronunciare poſſe, & quòd ſi male ſe inhibeant, poterit ſupplicari: eo enim caſu ſe incōpetentē pronuntiat, & à pronuntiatione incompetentiæ, licet ſupplicare, Ordin. lib.3. titul.20.§ 9. Vnde fit quód eo caſu iudex regius non ex eo prouidebit ſupplicanti, quia ſæcularis iudex ſe inhibuit ſine regia facultate, ſed ex ea quia iniuſtè, & iniquè ſe inhibuit in caſu in quo ad eum ſpectabat iuriſdictio Rectius tamen, & maturius faciet iudex qui inhibetur, ſi acta acurate examinauerit, cūq; ſibi conſtet iuſtè inhibitionem decretā fuiſſe, ipſe ſe inhiberi permittat, actaq; & negotium remittat, agnoſcens iuriſdictionem eſſe Eccleſiæ. Puto enim quòd lex ſæcularis prohibere non popotuit vt in caſu licito ſe inhibeat, aliás compelleretur contra propriam conſcientiam de cauſa ſpirituali cognoſcere, quód ſi hoc à Rege eſſet impetratū, officio potius cedere tenebatur, & obedire potiùs Deo quàm hominibus

Secundo quæri poteſt, An huius Ordinationis diſpoſitio, quæ ad partes, & litigatores conuertitur habeat locum in ipſo iudice eccleſiaſtico, qui partis aſſumens vices ex officio inhibet pro defenſione ſui iuris, ex reg tex in cap Venerabilibus, de ſentent. excommunicat. lib.6. ibi: Quia ipſius intereſt defendere cauſam ſuam. Et ſinedubio videtur 8

quòd Regia Ordinatio cum iudice ex officio procedente non loquatur, nec loqui poſſet, cum alterius ſit ordinis, nec eius factum legi ſubſit temporali.

Tertio, dubium tamen eſſe poteſt, An eo caſu quo iudex inhibet ex officio, ſi tamen partes litigent ſuper illa cauſa cenſeatur ad partis inſtātiam inhibuiſſe, itavt pars aduerſa puniri poſsit, ac ſi ipſa inhibitoriam publicaſſet? Et videtur præſumendum fore ad partis inſtantiam publicationem factam extitiſſe in fraudem legis, tacito ipſius nomine, cū talis inhibitio ad eius fauorem expedita fuerit, faciunt quæ de impetrantibus Romæ beneficia viuentium diximus ſupra tit. 13. & de illis, qui nomine Cameræ Apoſtolicæ citationes expediunt, in quorum odium conſiderantur, acſi ipſi eas impetraſſent.

9 Verùm his non obſtantibus contrarium tenendum eſt, nempequòd tales inhibitiones non debeant præſumi ad partis inſtantiam publicatæ, niſi probetur, cum iudex poſsit ex officio ſuo inhibere, ex reg text. in cap. Si iudex, de ſentent excom. lib. 6 Et in caſu ſimili reſoluit Perez lib 3. titul. 1. l. 10. Ordin. verſ. Quæ autem cautella ſit, vbi agit de ſtatuto prohibente ne quis ad iudicium Eccleſiæ declinet, ſub amiſsione officij, vel bonorum, vt diſponit Ordin. Regia lib 2. tit. 3. & reſoluit quòd ſi eo caſu delinquens ab ipſo iudice reuocetur, non incurret pœnam, quæ ſolùm prouocanti eſt impoſita, & fuit ſententia Bald in Auth Statuimus, num. 3. C. de Epiſc. & cler. Angel. in l. Nolle, num. 1 ff. acq hæred. quinque cautellas, inſuper aſsignat Felin. in cap. Eccleſiā, num. 71. Thomas Ferr. cautel. 28 & proſequitur Gomez 3 tom cap. 10 num. 7 ad fin. Azeued. in l. 3 tit. 4. lib. 1 tit. 1. Guterrez in l 4. illius tituli, num 3 Ad illud autem quod ſupra diximus contra impetrantes viuentium beneficia. Reſpōdetur, in illis verſari maius odium, & alias fraudis præſumptiones, atq, inſuper vt contra illos, qui ſub nomine Cameræ citationes decernunt regio dipplomate ſic eſſe prouiſum, vt frandes vitentur.

Tertio quæro, An hæc Ordinatio habeat locum quando ad inſtantiam partis literæ requiſitoriæ, ſeu rogatoriæ emanauerint, & ipſi ſæculari iudici præſentatæ fuerint? Et puto quòd non, quia in his literis nulla conſideratur inhibitio, ſed mera depræcatio, cui obtemperandum eſt, ſi iuſta ſit, Clem. Paſtoralis, § Nos quoq; de re iud. cap. Romana, §. Contrahentes, de foro comp. lib. 6. Capel. Thol 414. Couarr pract. cap. 10. n. 1. Rebuf. ad leges Gall. tit. de liter. requiſitor. num. 1. Menoch. 2. tom. præſumpt. 15. 10

Quarto quæro, An ſufficiat inhibitoriam impetratam fuiſſe, licet ad executionem nou deducta ſit, provt reſoluimus in eo qui beneficium viuentis impetrauit. Et reſolutiuè videtur legem ſolùm agere de eo qui cum effectu inhibitoriam publicauit attendens ad actus executionem, ex l. 1. § Hæc autem verba vbi Bart. ff. quod quiſq, iur. faciunt quæ Couarr. pract. cap. 33. in fine, agens de eo qui declinatoriam ordinum propoſuit: an ex eo ſolùm incurrat pænam à lege præſcriptam, & reſoluit requiri vt cum effectu remittatur, licet aliter ſentiat Guterrez lib. 1. pract. quæſt 11. & Azeued. l 10 lib. 4 titul. 1. ad fin qui rectè procedunt, attenta forma diſpoſitionis legis Caſtellæ, provt pungit Vaz allcg 21. num. 30. 11

Quinto quæro, Quid dicendum quando inhibitoria iudici ſæculari offertur, ipſe verò illi non deferens in cauſa procedit, ſentiens cognitionem cauſæ iudicij ſæcularis eſſe? Hoc enim caſu multa conſiderari poſſunt, quæ quotidie in Senatu agitantur: ſed non ſatis nota ſunt. Et iam primo dubitari poteſt ſuppoſito quod iudex eccleſiaſticus poteſt inhibere ſæculari in caſibus qui ad eius forum ſpectent, ex cap. Tuam, de ordin. cogni. ſi ſæcularis non pareat 12

poſsit

poſsit excommunicari,& an illi ſuccurrendum ſit per iudicem regium.

Et quoad primum, non eſt dubium poſſe iudicem eccleſiaſticum ſuis armis ſuam defendere iuriſdictionem, cap. Intelecto, de ſentent. excommunic. lib. 6. Non enim ad inuicé ſe debent impedire, & perturbare iuriſdictiones eccleſiaſtica, & ſæcularis, gloſ. in cap. 2 de priuil. & quibus armis poſsint ſe defendere, Bobad. lib 2. cap. 17. num 6. Franciſcus Marcus decif. 215. Meno. de retin. poſſ. remed. 3 á num. 365. Quare ſi ſæcularis non differat inhibitioni, & excommunicetur, non poteſt per iudicem regium releuari prætextu notoriæ violentiæ, quæ nulla eſt vbi in forma iuris proceditur, cum potius eo caſu debeat recurſus haberi apud ſuperiorem excommunicantis, Concil. Trident. ſeſſ. 25. de reform. cap. 3. in fin.

13 Verùm obſtat quòd ſi excommunicetur quando ipſe non detulit inhibitioni, debet illi prouideri in iudicio regio contra cenſuram. Primo, quia talis cenſura notoriam videtur continere nullitatem, quod probatur ex eo, quia quando contentio eſt inter Regem, & Epiſcopum ſuper aliquo iuriſdictionis articulo, ad quem eorum ſpectet cognitio, non ſolus Epiſcopus cognoſcit, ſed vterq, inſimul iudex ſæcularis, & eccleſiaſticus, ex Ordin. lib. 2. titul. 5. § 7 vbi ſuper immunitate vterq, iudex pronũtiat & excepto illo caſu in reliquis, qui iuriſdictionem regiam attingunt, ſolus Rex cognoſcit an ſua ſit iuriſdictio, quia in his habet ſuam intentionem fundatam, ex Ordin. lib. 1. tit. 12. § 5. in fin & lib. 2 tit. 1. § 15. Cabed. decif 15 2 part. & areſt. 4. Cum ergo iudex eccleſiaſticus ſolus, & incompetenter ſe iudicem pronuntiet, cenſura ex tali cauſa lata nulla eſt, & talis debet pronunciari. Ad hoc videtur reſpicere Ordin d. lib. 1. tit. 9. §. 11 dum videtur eum ſenſum accipere quòd iudex regius occurat, ſi aliquis iudex per imperitiam ſe inhibitum pronunciet, provt explicat Valaſ. dict. conſ 159 num 14. & in ſimili caſu reſoluit Ceuallos d. 4 part. quæſt. 1. nu. 157. Guillel. verbo Et vxorem, decif. 2. n. 151. vbi habet quód regius procurator eo caſu ſupplicare debet, ſed tam procuratori regio pro regia iuriſdictione, quàm iudici pro ſuo grauamine hoc remedium concedi debet, cum intentio Ordinationis ſit, prohibere ne inhibitoriæ decernantur priuſquam regia facultas obtineatur, & in ſpecie Seſſe de inhibit. cap 9 § 1 num 63 & latiùs cap. 10. § 1. Cenſura enim continet grauamen ſucceſsiuum, & irreparabile, & ab ea ſupplicatur per viam violentiæ prohibendæ, ex Bart. in l 2. C. Epiſc aud & in l. 1. in fin. C. ſent. reſcind non poſſ. Abb. & alij in c. Ex parte primo, de appell Felin in cap. Quoad conſultationem, ex n. 22. de re iudic. Gomez 3 tom. cap 9 nu 10. Pinel. in l. 2. part. 2. cap. 1. num. 27. Pechius de iure ſiſti, cap. 4 verſ pen.

Sed his non obſtantibus, licet ali quando ſic Senatui placuerit contraria opinio mihi videtur verior, & ſecundùm quam iudex ſæcularis inhibitus tenetur cauſam rimittere quando iuſtè petatur, aliàs iuſtè excommunicari poteſt, quòd ſi à iudice regio remedium expoſcat, non aliter illi ſucurrẽdum eſt, quàm ſi inſpecta cauſa, & meritis ipſius cõſtet indebitè excommunicatum eſſe, non ex eo quia inhiberi non potuit, ſed quia iniuſtè, & indebitè inhibetur, & in præiudicium regiæ iuriſdictionis, non non remedio extraordinario, ſed via iuſtitiæ. Nec aliud probat d. Ordinatio in d. § 11. Nam ibi ſolùm lex regia intendit docere quod illis caſibus ſupplicatio ad iudicem regium ſpectat: imò ſupponit ipſum cognoſcere poſſe, an perperam, vel bene ſe inhibuerit: licet aliter explicet Valaſ. qui eius ſenſum eſſequutus non videtur, nec inſuper Ordin d. tit. 5. § 7 Nam illa Ordinatio ideo vtriuſq, iudicis concurſum requirit, quia ſolùm circa factum rei ſpiritualis 14

tualis verſatur quæſtio, an ſcilicet gaudeat, vel non delinquens loci immunitate, vel tale ſit crimen, in quo ſit locus immunitati: non verò agit de diſcuſsione iuris ſpiritualis quia in hac ſolus eccleſiaſticus eſt competens vt cognoſcat; & inhibeat, & expreſsè probat d. cap. tuam, & in hunc ſenſum faciunt quæ Valaſc conſ. 159. num. 14. 2. p. vbi refert iudices excommunicatos quod ſe non inhibuerint, & illis ſupplicantibus non delatum, in quo manifeſtè oſtendit quod tunc ſolum illis ſuccurrendum, quãdo cognita cauſa appareat, ipſos bene; & iuſta remiſsionẽ cauſa denegaſſe, & non aliter nec aliud probat Ord. in hoc tit. 14 dirigitur enim ad ſolos impetrantes non ad iudices.

Vnde fit quòd ſi aliquis impetret inhibitoriam in cauſa ſua, etiã ſi iuſtè illã petat nihilominùs pœnam legis nõ euitabit, quæ in impetrantes dirigitur, potuit enim lex ciuilis illum inhibendi modum inter ſuos prohibere, ne occaſione illius vexatio partibus, & iniuria iudicibus multoties irrogetur, atq; hoc medio vti poteſt, cum aliud non ſubſit ad ſuam iuriſdictionem conſeruandam arg. Ord. lib. 1 tit 9. §. 12. in fine ibi, *por não hauer outro meo para ſe não tomar noſſa juriſdição.*

Verumtamen non omittam quòd in hoc Regno eſt breue Leonis X. quo cõceſſum eſt Regibus quód quando eorum miniſtri cenſura eccleſiaſtica innodari cõtingat, Capellanus maior ipſius Regis cagnoſcat de nullitate cenſuræ ſuſpenſo ipſius effectu, interim dum de cauſa cognoſcit, cuius tenor eſt.

Leo Papa ad inſtantiam Emanuelis Regis exponentis quód cenſura eccleſiaſtica à iure contra laicos, non ad laicorũ offenſam, ſed ad clericorum vni à laicis oppreſſorum patrocinium cõceſſa, perſonæ eccleſiaſticæ iuriſdictionem habentes in Regno, & dominijs illius; & iudices & ciuitatum; & prouinciarũ regimini præſidentes pro leuibus, & minimis quibuſcũq; cauſis laceſſere, eoſq; innodare, & pro talibus publicè nutiare, licentia, & audatia creuerat, ſicq; eorum iuriſdictionis exercitium impedire paſsim præſumerent, & niſi per ipſum Romanum Pontificem de aliquo remedio opportuno, prouideretur neceſſe foret, quod talis tam frequens facilis, & pleruq; in iuſta cenſurarũ promulgatio contẽptui haberetur, quare committit Papa Capellano maiori Cappellæ ipſius D. Emanuelis Regis, de validitate, vel nullitate cẽſurarum, & pænarum eccleſiaſticarum, per quoſcunq; locorum ordinarios iudices, & comiſſarios in ciuitatum, & prouinciarum rectoribus, vel alijs Regis comiſſarijs, foraneis nuncupatis, ſeu eorum miniſtris, tam per viam appellationis, quàm ſimplicis querellæ cognoſcendi, & appellatione remotta eas ſi iuſtè repererit eſſe latas obſeruari faciendi ſin minus, & laxandi, & coram eo cognitione huius modi pendente, nè interim dictorum rectorum in iure dicendo, & iuſtitia miniſtranda officium ceſſet cenſurarum earundem effectum recepta in forma iuris idonea cautione de eius mandatis parendo ſuſpendenda authoritate Apoſtolica plenam, & liberam conceſsit facultatem: ſub annullo Piſcatoris; 12. die Iunij 1518. 16

Aliquos adhuc caſus liceat percurrere in quibus dubitaui an iuſtè, vel iniuſtè ſit inhibitũ: & primo quæri poteſt quomodo procedendum ſit vt iuſta decernatur inhibitio, & ex mente communis opinionis eſt non valere inhibitionẽ, niſi in illis caſibus in quibus iudex eccleſiaſticus iudicialiter cognoſcit, citatis partibus, quorum intereſt, notat Specul. in princ. & nu. 2. in cap. non ſolum, verſ. Illa, de appellatio in 6. Couar. pract. cap. 24 num. 3. Communis Exferreto conſ. 118. num. 3. Rotta deciſ. 58. nu. 2. de appellatio in nouiſ. & deciſ. 75 eod. tit. in antiq. Herculan. in tract. de attẽta cap. 18. col. 1. Lancelotus in tit. de atten-

attentat. poſt inhibitionem cap. 20. verſ. Circa ſecundam deciſ. Pedam.5. num.7. Roland.conſ.77. nu.44. vol.2. plures citat Ceuallos 4. part. quæſt. 1. num. 988. Marta de iuriſdict. 2. part. cap.42. num. 3. idem Ceuallos d. q 1. num.759. Quod quidem procedit non ſolùm quando inhibetur iudici eccleſiaſtico, verùm quando inhibetur ſæculari magiſtratui, vt per text. in cap. Romana, §. Si vero, de appell. in 6. obſeruant federi, & alij relati à Iaſ. in l. Nequicquam, num.30. ff de offic. pro conſul. vbi dicit communem quam etiam agnoſcit, Mandoſ. de inhibitio. quæſt. 18. Grauatus ad Octauian lib. 8 nu. 38. Bernard. & add reg. 376. Grabiel. lib. commun. tit. de citatione, quæſt. 1. n. 77. fatetur communem Alex. in l. 4. §. Condemnatum, ff. de re iudic. num. 19. Iaſ. in l. Si opus, num 6. ff. noui. oper. refert plures Auend. de exequend. mand. 1. p. cap. 22. num. 10.

Verum pro contraria opinione facit text expræſſus in cap. Tuam, de ordin. cogni vbi iudici ſæculari inhibetur ab eccleſiaſtico abſq; vlla partis citatione, quia cum pars non poſsit impedire inhibitionem, citatio, vel præſentia illius non eſt neceſſaria, ex reg. l. 4. poſt prin. ff de fidei comiſ. liber. & in l. Qui poteſt inuitus, 27. ff. de reg iur. cum traditis à Tiraq. in tract. res inter alios, verſ. limita 2. atq; ita ſeruandum dixere Lappus alleg 61 in fin. Abb. in d. cap. Tuam, notab. vlt. vbi Imol. num. 5 Aretin. & alij in d. l Ne quicquam, nu 30. Aufrer. de poteſt. eccleſ. ſuper ſæcul cap. 1. num. 7. verſ Nemo poteſt, Bal. in l. Præsbyteri, C de Epiſc. & cler. Marta vbiſupra num. 4.

17 Componit Ceuallus quæſtionẽ quod iudex eccleſiaſticus poteſt inhibere ſæculari, omiſſa citatione, in cauſis notorijs, in quibus ipſe ſæcularis ſe intromittit indebitè ſequutus Martam. vbiſupra, num. 8. ſed hi patres primis labijs rem nõ attingerunt, quia licet verũ ſit quod in caſu notorio eccleſiaſticus inhibere poſsit ſæculari, non tamen ex eo inhibet ſine citatione partium, & cognitione cauſa ſuper notorietate. Quare vtramq; opinionem cõponendam cenſet vt prior opinio communis procedat, & habeat locum in cauſis quæ per appellationem ad ligitimos deuoluuntur ſuperiores, antequam enim lis pendeat coram eis inhibere non poſſunt, eo enim caſu viget ratio à communi ponderata quod pars citetur cuius intereſt, poteſt enim allegare, ex quibus impediatur inhibitio. Vnde fit quòd iudex his caſibus, antequam lis apud eũ pendeat, inhibere non debeat, niſi parte citata, ex reg. l. De vnoquoq, ff. de re iudic. quod ſi iam cauſa appellationis apud ipſum ſuperiorem ſit introducta, tunc etiam ſine vlla citatione inhibere poteſt, tunc enim cum iam præceſsit partis citatio ad cauſam, & lis pendet noua citatio ad inhibendum non requiritur, Clem. 2 vt lit pend. d. cap. Tuam, de ordin. cogni. vbi Imol. num 5. Alex. conſ. 9. n 2 vol. 4. Auend. vbiſupra.

Secunda verò opinio procedat indiſtinctè quando iudex ex officio procedit, & inhibet ſæculari, abſq; vlla partis petitione, tunc enim indiſtinctè, citatio neceſſaria non eſt, vt in ſpecie cap. Si iudex, de ſententia excommunicationis, lib. 6. ſed præ via ſummaria informatione inhibere, ex Archidiacon in cap. Quia Lottarius, 2 quæſt. 1. Iaſ. d. nu. 30. & in lectura, l. Admonendi, num. 22. ff. de iur-iur. licet contradicat, Auen d. vbi ſupra: quando autem eccleſiaſticus inhibet ſæculari, ne eccleſiaſticam iuriſdictionem vſurpet, vel ne cognoſcat in caſu ſibi non permiſſo, ex mero officio procedit quia ſuam defendere tenetur iuriſdictionem, ex reg cap. 1. de officio de legat. & cogere ad obſeruantiam iuris canonici in materia peccati etiam inter laicos, cap Licet, de iure iur. in 6. iuncta gloſ. vlt. Vnde fit quód non ſolum in cauſis notorijs, quando agitur de 18

de Sacramentis, & ſimilibus poteſt inhibere, ſed etiam ne cognoſcat de cauſa temporali, quæ dependet a quæſtione ſpirituali, quæ in Curia Eccleſiaſtica ad præſens tractatur, & indeciſa pendet, vt per Abb. in d. cap Tuam, vlt. notab. Angel. Paulus, & alij in l. Conſulta, Cod. de teſtam. & in l. Iudiciũ, ff de iudi. Couar. de Sponſ 2. part. cap. 8. §. 12. num. 3. Ex quorum mente ſub cominatione cenſurarum poteſt inhibere ne contra diſpoſitionem iuris canonici admittat iudex ſæcularis præſcriptionem cum mala fide, contra reg. cap. vlt. de præſcript. vel exequatur teſtamentum manifeſti vſurarij contra cap. Quãquam, de vſur. in 6. vel ne excommunicatus in iudicio admittatnr, vt Actor. cap Decernimus, de ſent excom. in 6. In caſibus autem mixti fori, in quibus de iure iudex ſæcularis cognoſcit, ſi forté contigerit vt illo caſu ſit præuenta iuriſdictio in eccleſiaſtico non poteſt inhiberi quinprius citentur partes, & audiantur ſuper præuentione, ſic Marta vbiſupra, nu fin. vbi plures citat.

19 Pariq; ratione ex officio iudex ſæcularis è conuerſo poterit inhibere eccleſiaſtico ne cognoſcat, & ſe ingerat de his quæ ſpectant ad Politicam iuriſdictionem illi interdictam, in cap. Cum aduertum 96. diſt text. in d. l. Conſulta, Bal. in. l. Si teſtamentum, C. de teſtam. Guillelm. in cap Rainuntius, verbo Si abſq; in 2. de ſubſ. de fidei comiſſ. n. 49. Couarr pract cap. 35. num. 3 cap Nouit, de iudic. ibi: Non enim, &c cap. Cauſam quæ qui filij ſint ligit. & quando eccleſiaſticus non deſiſtat, ſed contumaciter perſeueret poteſt per ſubtractionem bonorum, quæ in Regno habet compelli, vel fieri extraneus, vt poſt alios dicit Couarr vbiſupra, Rebuf. in tract. de exceptio. num 5. Azeued lib. 4 titul. 1 l. 11. num 10. Zorita lib 2 cap. 23 & cap. 31. & 60. Belug. rub. 11 § Nunc videndum, num. 12. Seſe de inhibition. cap 8. §. 3. num. 202. Quod tamen apud nos non à quolibet iudice, vel magiſtratu fit, ſed tantum manu iudicis regij, cui ſpecialiter comiſſa eſt regiæ iuriſdictionis defenſio, ex Ordin. lib. 1. tit 9. §. 12. & lib. 2. tit. 1. § 15. & lib. 1 tit. 12. § 5. & 6.

Ex quibus ſequitur quôd geſta per iudicem ſæcularem poſtquam ei inhibitum eſt, ab eccleſiaſtico reuocari debẽt per viam attemtatorum, & cum eodem priuilegio, ex Paulo in d. l. Iudicium ſoluitur, ff. de iudic. per text. in d. cap. Non ſolum, de appell. in 6. & in cap Bonæ, de appell. & in cap. Si cõſtiterit, de accuſat. Inhibitio enim æquiualet decreto irritanti, cap. Cum dilectus, vbi gloſ. de iure patron. Marta vbiſupra, n 19.

Supradicta tamen intelligenda ſunt 20 quando inhibitio eſt canonica, & in caſu licito, vnde iudices ſæculares iniquis inhibitionibus, & iniuſtis acquieſcere non debent, & à negotio rite incæpto deſiſtere, eo enim caſu cenſuræ cõminatæ nullæ ſunt, ex Bal. in d. l. Conſult n 1. C. de teſtam & ibi Sali, num. 3 & geſta in contrarium valent, ex Abb in cap Cũ veniſſent, num. 4. de reſt. in integr. Deci. conſ 460 num 20. Pariſ. conſ. 108 n 11. vol. 1. Rotta deciſ. 58. de appell. in nouiſ. non ligat enim manus iniuſta inhibitio, Rotta dec. ſ 75. de appell. in antiq. Boer deciſ 61. num 4. Ceuall. vbiſupra, num. 991 & iudices qui talibus inhibitionibus acquieſcerent poſſent puniri per ſuos ſuperiores, vt poſt Guillel. reſoluit Auend. d. cap. 22. n 1. & probatur hac lege regia.

Et apud nos minus dubij habet ſi inhibitio fiat in caſibus in legibus regijs expræſsis, in quibus omnibus iudices ſæculares cognoſcunt, vel ex concordatis inter Reges, & clerum celebratis, vel ex immemoriali conſuetudine á S Pontifice, in vltimo articulo ex quadraginta Romæ oblatis cõprobata: quibus caſibus inhibitio nõ datur, quod ſi de facto inhibitũ ſit nulla erit talis inhibitio, & excommunicatio exide ſequuta. Marta vbiſupra num. 14. Vel tandem ſi inhibeatur

beatur ſine regia facultate, iuxta Ord. in præſenti, quia hoc ſufficit vt talis inhibitio iniuſta reputetur.

Secūdus caſus in quo Princeps tenetur inhibitoriam iudicis eccleſiaſtici adimplere, eſt quando agitur de cauſa natalium, quia hæc cauſa Eccleſiæ iudicio reſeruata eſt quaſi dependens à Sacramēto Matrimonij, cuius cognitio priuatiue Eccleſiæ iudicio reſeruatur, quod tamen intelligendom eſt quando de viribus matrimonij agitur, ſicq; procedit text. in d. cap. Tuam, de Ord. cogn. & cap. Latos qui filij ſint legit.

Alioquin, ſi quæſtio matrimonij ſolū in facto verſetur, veluti quādo excipitur matrimonium non fuiſſe celebratū, vel inter hæredes & opponitur de nullitate matrimonij itavt ſolum facti dubiū reſultet eo caſu competens eſt iudex ſæcularis, nec ſuper ea cognitione illi poterit inhiberi, quia nihil proponitur ſpirituale, cuius ipſe ſit incapax, ex Bart. in l. Quoties, C. de iud. & in l. Omni nouatione, C. ſacr. eccl. & in l. 2. n. 4. ff. de iuriſ. vbi Oroſius num. 17 receptum teſtatur Couarr. 2. p. de ſponſal. cap. 8 §. 12. nu. 4. Padilla in l. 1 n. 57. C. de iur. & fact. Vantius de nullit. tit. ex defectu iuriſd. Ord. n. 54. Bobad. lib. 2 cap. 18 n. 125. Ceuall. d. q. 1. n. 974. licet aliter Marta 2. p. cap. 8. n. 16. Far. in q. 8 Franch. deciſ. 312 n. 6. ſic pariter in iure decimandi quod de ſe ſpirituale eſt, nec in laicum cadit tamen ſi quæſtio decimarū ad factum ſpectet laicus rectè cognoſcit, ita Feder. de Senis conſ. 245 ad fin. & conſ. 96 n. 3. quem ſequitur Iaſ. conſ. 93. lib. 1. & eo caſu eſt cognitio mixti fori, ex Rippa in cap. 2. in fin. de iud. Gomez in cap. fin. eod. tit. lib. 6. Guterr. ad leges Regni 1. p. q. 14. n. 4. quos citat Barboſ. in l. Titia nu. 48. Vnde ſi iudex ſæcularis de clericatu cognoſcat illius qui ad forū Eccleſiæ remitti poſtulat, inhiberi non poterit, quia illa cognitio merum factū reſpicit: ſic de milite non notorio qui probare tenetur in ſæculari ſe gaudere foro eccleſiaſtico, & quandiù nō probat ſæcularis fori eſt, vt dixi ſupra ad tit. 12. faciunt quæ Barb. in l. Titia, ff. ſolut. matr. n. 31. Nec obſtabit quod plures Doctores aiunt differētiam eſſe inter factum circa ordines, & factum alterius iuris ſpiritualis, vt de ordinum facto nullo modo ſæcularis cognoſcat, vt videtur ſentire Nauar. in cap. Nouit, notab. 6 num. 44 cuius opinionis fundamenta citat idem Barboſ. in d. l. Titia, num. 28. pro qua opinione facit text. in c. Si iudex laicus de ſentent. excommunication. lib. 6. vbi quæſtio facti circa clericatum remittenda dicitur iudici eccleſiaſtico, vt expendit Abb. in d. cap. Tuam, num. 10. Roman. in l. 2. num. 7. ff. de iuriſd. omni. Anchar. in reg. ea quæ, nu. 10 de reg. iur. qui diſtinguunt inter quæſtionem facti rei ſpiritualis, quæ cadere poteſt in laicum manente ſtatu laicali, provt eſt matrimonij vſuræ, & ſimilium, & inter quæſtionem facti iurium ſpiritualium, quæ in laicum cadere non poſſunt manēte ſtatu laicali, provt eſt ordinum beneficij, & ſimiliū ſequitur Alex. n. 7. Vincentius n. 14. in d. l. Titia, Deci. in d. c. 2 de iud. n. 24. ad fin. add. ad Bar. in d. l. Quoties, C. de iud.

Nam verius eſt nō eſſe differentiā conſtituendam inter facti quæſtionem quæ ab vno, vel altero iure prouenit, quia de omni quæſtione facti ſæcularis cognoſcit, defendit Guido deciſ. 138. Rebuf. in arbore exceptionū, verſ. ſecunda diuiſio, lit. C. Explicat eleganter Barb. in d. l. Titia, n. 29 & cōprobatur ex Ord. lib. 2. ti. 1. §. 21. & §. 25. de quibus ſupra egimus.

Nec obſtabit text. in d. cap. Si iudex, quia ibi agebatur an eſſet clericus ille talis quod priuilegio gauderet clericali, & ſic erat quæſtio iuris, & non facti, vt patet ex litera ipſius textus, Barb. in l. Titia, ff. ſolut. matr. à n. 30. quando autem iudex ſæcularis iuxta formam dict. Ordin. in §. 25. cognoſcit de titulo beneficij, non cognoſcit de viribus tituli beneficij, id enim ad Eccleſiam ſpectat etiam incidenter, dict. cap. Tuam, de

ord cogn. cum beneficium ſit quid ſpirituale, cap. Dilecto 25 de præbend. Sed cognoſcit tantum de viritate quæ colligitur ex ſimplici tituli oſtenſione quatenus fuiſſe collatum probatur, vel ad prenſens obtineri quæ omnia facti quæſtionem concernunt, ſicut aliás quando cognoſcit de ſpolio beneficij, iuxta ſtyllum Regni, ex Ord. lib 2 tit. 1. §. 2. poterit etiã eo caſu cognoſcere de colore tituli eiuſdem beneficij, quatenus in factũ ſonat, ex Aufrer. & alijs quos ſequitur Nauar. in cap. Cum cõtingat, de reſcrip. fol. 149. verſ 4 ſic pariter dicendum eſt quando laicus cognoſcit de titulo clericali, illorum qui ſunt in minoribus ordinibus, iuxta eandem Ord. lib. 2. tit. 1. §. 27. itẽ de habitu, & tonſura, & bigamia, vt ab antiquo ſeruari teſtatur Gama de Sacramentis, q. 5 n. 29. nam vltra reſpõſionem Gamæ, qui agnoſcit quód illa cognitio clericatus, & bigamiæ ſit contra ius, & rationem ſuſtinendam aſſerit ex vi concerdatæ quaſi diſcuſsio illa tituli clericatus, & bigamiæ offendat reg. d. c. Si iudex. Sed videtur poſſe reſpõderi hanc cognitionem, etiam ſemotta cõcordia poſſe ſuſtineri, ſi eam referamus ad factum vt ſæcularis non ſe ingerat, circa tituli cõceſsi validitatem, vel bigamiæ declarationem, ſed ſuppoſito quod de iure canonico ſit prouiſum, in quibus caſibus bigamia incurratur, & in quibus pariter ordinatus minoribus gaudeat fori priuilegio, ipſe factum determinet, provt in caſu vſurarum, eleganter reſoluit Barboſ in d l. Titia, n. 53 in fin. quod iudex ſæcularis cõtractum pronuntiare poteſt vſurarium, non quidem principaliter, ſed per modum cauſæ, quatenus probato facto ſequitur diſpoſitio iuris canonici, ex Bald. in Auth. ad hæc, n. 2. C. de latin. libertat Nauar in cap. Cum continga, 1. remed. de reſcript quia expræſsio iuris ſpiritualis per modum declarationis nunquam cenſetur prohibita, Domín. in cap. vnic. num 5. de iure patron. in 6. Decius conſ. 127. num. 3. Aufrer. de poteſtat. eccleſ. 4. reg. fal. 21. Atq; in his caſibus in quibus ſæcularis de quæſtione facti iuris ſpiritualis cognoſcit non poteſt inhiberi à iudice eccleſiaſtico, ne cognoſcat, ex Canolo. in l. 2. num. 62. C. de pact. inter emptor. cuius rei rationem aſsignat Bald. in l. 1. in fin. C. quomod & quando iud. Hipol. ſingul. 490. & in caſu vſuræ, Ancharr. conſ. 234. num. 2. Felin. in cap. 1. nu 12. ad fin. de iure iur. quicquid ſentiat Gereardus ſing. 69. & Couarr. de ſponſal, 2. part. cap 8. §. vlt. num. 3 ad fin. & nu. 4. Sicut quando iudex ſæcularis cognoſcit de matrimonij clandeſtinitate, vt puniat contrahentes pæna legũ regiarum, quæ apud Hiſpanos ſunt, quia hoc caſu non eſt inhibitioni locus, ex his quæ Ceuall. 4. part. q 1. n. 667.

22 Tertius caſus ſit, quando apud iudicem ſæcularem cognoſcentem de cauſa, vel crimine opponitur aliqua exceptio ſpiritualis, de qua notorié conſtat, vel per partis confeſsionem, vel per notorietatem facti: An eo caſu poſsit in cauſa procedere, acſi talis exceptio non eſſet propoſita ſine inhibitionis metu. Et tali exceptione contempta ad vlteriora procedere poſſe dixit Specul. in l. Quoties, Cod. de iudic. vbi Bald. nu 4. idem Bal in dict. cap Tuam, num. 1 & 2. communis ex Nauarr in cap. Cum contingat, fol. 148. verſ. 5. de reſcriptis quia ex facti notorietate ceſſat illa diſcuſsio exceptionis propoſitæ, cuius laicus eſt incapax. Licet enim talis confeſsio coram laico facta nulla ſit, ex text. in cap. Acſi clerici, in princ. de iudic. nec ipſum reddat capacem cognoſcendi, tamen illud operatur talis notorietas quod iudex poſsit illam contemnere, quaſi malitiosè propoſitam, ex doctrina Bart. in l. 1. C. de ſentent. quæ ſine certa quant. quẽ ſequitur Alex & ibi, Iaſ. n. 17. in l. 2. ff. de re iud. & in ſpecie Decia. lib. 4 cap. 12. n 8. Barb. vbi ſupr. n. 29. Vnde ad effectũ veritatis indagãdæ poterit ſæcularis cogere excipiẽtem, vt ſummariè exhi-

exhibeat capitula, quibus in foro eccleſiaſtico talis exceptio probanda eſt, ex Salicet. quem ſequitur Alex in d. l. Titia n. 9. Felin. in cap. Cum ſit Romana, in princ. n. 3. de appell. ſic percepimus in Senatu, factum in ſupræmo Tribunali Supplicationis cũ quodam capitalis criminis Reo, qui ſe monachũ propoſuit, & de eo aliquos produxit teſtes, vt veritas facilius appareret, porrecto illi breuiario, iuſſum fuit vt horas Canonicas recitaret: Obmutuit ille, & rubore perfuſus fraudis latentis indicia præſtitit quare iuſſus eſt ſuſpendi, cumq; Archiepiſcopus ægre ferret Reũ remiſſum non fuiſſe, miſit clericos qui anteirent condẽnatum, & publicè excommunicatos populo iudices nunciarent: Cumq; his non obſtãtibus ad patibulum accederet, publicè confeſſus eſt ſe fraudulẽter monachatus exceptionem excogitaſſe; quæ omnia adduxi, vt oſtenderem prudẽtiſſimè fuiſſe contemptam exceptionem ſpiritualem: de cuius fraude notoriè conſtitit, nec inhibitioni Archiepiſcopi delatum.

23 Quartus caſus ſit, quando agatur de crimine hæreſis, nã nec circa factũ cognoſcit iudex ſæcularis, & poteſt inhiberi licitè, ex text. in cap. Vt inquiſitionis, §. Prohibemus, de hæret. lib. 6. Alex. in d. l. Titia, n. 22. vbi Vincentius, nu. 16. Simanchas de Catholicis, cap. 36. in prin. Decius in cap. 2. n. 24 de iud. Barboſ. in d. l. Titia nu. 54. verſ. His ita explicatis. Verùm verius videtur quòd iudex ſæcularis de facto hæreſis cognoſcere poteſt, nõ enim differt hæc quæſtio facti circa hæreſim ab alijs quæſtionibus facti circa cæteras cauſas ſpirituales, prout eſt beneficialis cauſa, & matrimonialis, & ſimiles, de quarũ facto ipſe cognoſcit, nec aliud videtur probari ex d. §. Prohibemus, quia ſi eius verba inſpicimus, ſolũ prohibet omnem modũ cognoſcẽdi de quæſtione iuris, ſiue principaliter, ſiue incidenter, vt aduertit gloſ. ibi. Et Sicul. in cap. 1. n. 77. de offic. Ord. & ſuadetur quia cognitio de quæſtione facti non eſt propriè cognitio de crimine, quam ſolũ is textus prohibet. Nec contrariũ ſuadẽt verba text. in ratione quam redit, ibi: Cũ merè eccleſiaſticũ, quia hoc tantũ innuit vt in eo crimine laicus prætendere nõ poſſit cognitionẽ mixtam, ac in reliquis criminibus mixti fori, cùm hoc ſit merè eccleſiaſticũ. Verũ hoc non tollit vt in eo cognitionem facti habeat, ſicut habet in reliquis cauſis ſpiritualibus.

Atq; ex his videtur poſſe defendi Regia Ordinatio lib. 5. tit. 1. §. fin. dum agẽs de apoſtatis quales ſunt illi qui interiũ à Fide recedunt, l. Hi qui ſanctã. C. de apoſtatis, diſponit quòd à ſæculari iudice puniantur, quod ex eo videtur poſſe ſuſtineri, quia eo caſu ſola quæſtio facti verſatur, an talis à Fide receſſiſſet, vel non in totũ, quod ſecùs eſt in hæretico, qui in aliquo à Fide recedit, cuius error diſcuti debet, & in iudicio cõpetenti vẽtilari, cuius diſcuſsionis laicus incapax eſt, ex d. §. Prohibemus, licet lex ciuilis pænas hæreticis addere poſſit in ſuo foro obſeruãdas, Guter. pract. lib. 2. c. 1. n. 6. Verum licet hæc videantur d. legis regiæ diſpoſitionem tueri cũ alijs quæ in eius defenſionem ponderat Nauar. in d. cap. Nouit, notab. 6. corol. 8. ibi: Quin etiam ratio: Tamẽ aliud praxis obſeruat, & eã non receptam dicit Roman. ſing. 680. Cordub. in §. Si mater, nu. 18. Rebuf. in tract. de except. n. 211. & motum propriũ Gregorij adducit Sayro Clauis Reg. lib. 9. cap. 15. nu. 26. in quo hæc Ordinatio reprobatur, quibus addo Barboſam in d. l. Titia, n. 55. qui hãc Ordinationem per diſſuetudinem abolitã eſſe teſtatur vbi n. 54 aſſerit quòd in d. §. Prohibemus cõpræhendũtur apoſtatæ quaſi ſpecies ſub genere, ex l. 7. tit. 24. par. 7. Caſtro lib. 1. de iuſta hæreticor. puni. cap. 23. & num. 55. addit quòd hæreticum, vel apoſtatam etiam manifeſtũ nullo modo puniri, a Sæcularis poteſt, niſi prius per iudices eccleſiaſticos, & dominos Inquiſitores remiſsi fuerint iudicio ſæculari, 24

quod in ſpecie ſequitur Caſtro d. cap. 23. Afflict.lib.1.conſtitutio rub.1.nu.35. & num 51. Ex quibus ſequitur neceſſario quod ſi contingat iudices ſæculares ſe his caſibus velle immiſcere, poſsint à iudicibus eccleſiaſticis inhiberi, ne ad vlteriora procedant

Quintus caſus ſit in exceptione exco-
25 municationis coram laico propoſita, nam de facto ipſius cognoſcere poteſt, DD.in cap.1.de exceptio.in 6.§.Si quis Decius in cap Prudentiã, §,ſexta,de offic. delegat.n 2. Padilla in d. l.1 nu.57. Ord in 3 tit 49.n 3.in fin iuncto §.6.licet Abb.in d.cap Tuam,n 9 ex Alex.in d.l.Titia,n.15.Bal in d.l. Quoties in fin. etiam hanc facti cognitionẽ iudici ſæculari denegent, quare hoc caſu ſi inhibeatur, non tenebitur Princeps talem inhibitionem iubere adimpleri.

26 Sextus caſus ſit: An poſsit eccleſiaſticus inhibere iudici ſæculari, ne finita cauſa matrimonij cognoſcat inter eaſdem partes de intereſſe,vel dãno ab altera parte prætenſo,veluti quando quis promiſit aliquam, ducere vxorẽ,& poſtea contigit quod lite pendente cũ alia cõtraxit,& vult ſpõſa proſequi ſuũ intereſſe in eodẽ iudicio quæritur,an poſsit in iudicio eccleſiaſtico hæc cauſa agitari reo inuito,& quod ratione incidẽtiæ debeat hæc cauſa in eccleſiaſtico iudicio agitari, videtur probare text.in cap.De prudẽtia, de donatio. inter vir.vbi qui cognoſcebat de matrimonio, & dotis, cauſam diffiniri poteſt,multa ſimilia adducit Ceuallos d q 1 n 953 vbi quæſtionem ad longũ abſoluit, & contrariam ſequitur,ex text in cap Tuam, de Ord. cogni. vbi iudex eccleſiaſticus, qui de cauſa matrimonij cognouerat cauſam hæreditatis ſuo iudici terminandam remiſit, quod ſic procedit in omnibus incidẽtijs, quæ ad diuerſum forũ ſpectant, cauſa autem dãnorum de ſe temporalis eſt,& finita matrimoniali cauſa per matrimoniũ de præſenti dãnorũ, ſeu ad intereſſe cauſa ad iudicẽ rei eſt remittẽda.

Secundum dubium initio propoſitũ 27
expoſcit vt videamus an pœna à lege regia præſcripta valeat, & quos ligare debet? Et valere pænæ appoſitionẽ inter ſuos ſubditos nulli dubiũ eſſe poteſt, cũ pœna non ſit appoſita in fraudem iuriſdictionis eccleſiaſticæ, ſed vt inhibitiones Principi oſtendantur priuſquã ſuis iudicibus, & magiſtratibus intimentur, quod de ſe iuſtum præceptũ continet,vt ſupra oſtendi,debet ergo lex iuſta ligare ſuos tranſgreſſores,& in bonum cõmune, lata etiam clericos ligabit, vt ſupra dixi. Dubium tamen eſt non mediocre An obliget clericos ad pœnam ita vt ab illis in foro ſæculari exigi poſsit? Et puto quòd non, quia plus inclinarẽ quòd in hac pœna criminali fiſco applicãda, cum clericis nõ loquitur lex regia quia ſi in clericos pœnale ſtatutum dirigeretur, nullius eſſet roboris,ob defectũ poteſtatis,ex his quæ dixi 1.p. præl.1. n.14.

Quia tamen lex regia dupliciter publicantes inhibitorias punit,& cum pœna fiſco applicanda, & accuſatori, & cũ amiſsione officij reddituum, & panis ciuilis quem à Principe habent: In hac ſecunda parte magis dubitarem, An clerici in hac amiſsione bonorum, quæ à Rege habent,ſint puniendi? Et videtur quód ſic,ex ea ratione,quia eo caſu donata reuocantur à principio, nõ ſub ratione pœnæ,ſed ſub ratione irreuerẽtiæ, vel ingratitudinis,poteſt enim Princeps rebus à ſe donatis modum adijcere, & conditiones apponere, quibus ſi obtẽperatum non ſit,reuocẽtur donationes, vt latè dicemus de ea quæ nubit ſine regia facultate,ad Ord.lib 4.tit 88. Vnde fit quód cum Princeps cẽſeatur donaſſe iuxta formam legum regiarum, in quibus continetur ne tales inhibitiones publicentur ſine eius facultate, aliàs talia bona Coronæ Regiæ in comiſſum cadant, ineſt donationi à iure conditio à parte ante qua clericus priuatur ex facto ſuo, qui ſe legi ſubdidit, qui contrauenicndo legi res à Principe habitas dimit-

dimittere voluit: hæc autem condēnatio his caſibus non poteſt fieri à iudice inferiori, ſed ab ipſo Principe declarante ſe velle vti iure comiſsi, ex his quæ Gama deciſ.17 num.2 & deciſ.83 in fine, & 175. & 240, Valaſ conſ 101 nu.5. Barboſ.in l.2 ff.ſolut.matrim. part.2 in princ num 136. Caldas Pereira forenſ. lib.1 quæſt.20 num.51 Rodericus de annuis reditib. lib.3. quæſt.7. num.67. Aloizius in collectan. par.4. collectan. 1396. Molin.diſput.453. Magon deciſ. 16. An autem hæc condemnatio valeat fieri, ſtatim in ipſo grauamine non ſine dubio eſt, & cogitandum relinquo.

28 Tertiæ quæſtioni innitio propoſitæ reſpondet Ord in præſenti, in § 1.

Prohibet Regia Ordinatio ne à iudicibus extra Regnum cōmorantibus cōtra laicos incolas huius Regni citationes fiant ſentētiæ, & excōmunicationes obſeruentur, tāquam latæ à non ſuo iudice. Inſuper addit, quód ſi rector, vel magiſter vniuerſitatis alicuius inhibeat, vel citet clericum, non adimpleantur eorum mandata priuſquam Regi præſententur, & ipſe videat an expediat adimpleri. Huius aſſertionis prior pars ex eo pendet quòd iudices extra Regnū eſſe non poſſunt vt cauſas naturalium decidāt, & Princeps poteſt ſubditos ſuos in iudicem alterius imperij cōſentienté reuocare, & prohibere iudicium, ne ibi conueniatur, prorogare enim iudicis nō ſui Tribunal intra idē imperium, licet non extra, quia non ſolum prorogant, ſed Principi nocet talis conſenſus, quod ſine dubio procedit in Principe ſupræmo, ex l.2 §.Sed etſi iudex ff.de iud.Bal. in cap Imperialem, §.Præterea, n 19 de prohibit fæud alienatio, deciſ.Peda.31. n 7. Capicius deciſ.9 n 2. Iſernia lib.1. cōſt.rub.50 probat Barbo.de iud.art 3. ad l 1 n 166. vbi citat Nauar.conſ.51 n.4. ſub tit de ſentent excōmun de quo diximus latiùs ad Ordin lib.2.titul 1. § 14. Quod cum ita ſit de iure nō immerito hac lege regia cauetur ne literæ iudicū exterorū contra laicos mandentur executioni, etiamſi litangium prorogatio interceſſerit, quæ Principi nocere non poteſt, ex Ord lib 1.tit.12.§.3.

In ſecunda autem parte quatenus inhibitiones à rectore vniuerſitatis cōtra clericos nō mādandas dicit executioni, niſi prius exhibeantur Principi dubia reditur huius legis diſpoſitio, dū loquitur in citationibus, & inhibitionibus decretis à iudicibus apoſtolicis inter clericos qui alterius ſunt imperij, nec ad Principem ſæcularem ſpectat inter eos ius dicere, nec eorum actiones dirigere, citationeſq; prohibere, vel ſuſpendere, haſq, cauſas per viam violentiæ non poſſe deduci ad Tribunalia Regum, eſt l.8 titul.7. lib.1. Bobadilla lib.2.cap 16. num.90. Ceuallos d q 1 nu.209. Quare ex ea ratione præcedit huius legis prohibitio, quia Regibus huius Regni a Iulio tertio conceſſum eſt ne aliquæ cauſæ extra Regni limites iudicibus cōmittātur apoſtolicis, niſi cū ſpeciali illius breuis derogatione fiat comiſsio manu propria Pontificis, & cū clauſula motus proprij, conſonat Concil.Trid ſeſſ 24 de reform.cap 20. dum in prima inſtantia dicit quòd omnes cauſæ ad loci ordinarium ſpectant, nec ab eorū iudicio auocari poſſunt, niſi tranſacto biēnio, vel cū reſcripto manu Pōtificis ſignato. Quare iuſtiſsimè Reges in conſeruationē ſui iuris ſtatuunt vt omnes inhibitoriæ, & citationes corā ipſis præſententur facta mētione citationis, vt oſtēderent agere de cauſis, quæ in prima inſtantia extra Regnū deferuntur, & de inhibitionibus, vt cōprehenderet cauſas appellationū, in quibus tales inhibitiones decernūtur cap.Romana, §.Si vero, de appell in 6. quia de his omnibus agit d breue Iulij tertij, de cauſis in prima, ſecunda, vel alia quacunq; inſtantia. 29

Cauſa autem ſuſpendendi tales citationes, vel inhibitiones ea eſt, quia ſi fortè contingat vt per importunas preces à S. Pontifice impetratum ſit

vt cauſam extra Regnum comittat, & deroget priuilegijs huic Regno conceſſis, tunc ſpecta qualitate negocij, & perſonarum, poſsit ad Pontificem reſcribi, vt meliori ſumpta cauſæ informatione Regum priuilegia obſeruāda decernat, & cauſam intra Regnum comittat, ex reg. d. cap. Si quando, de reſcript. & in auth de mandatis Principum, § Deinde vbi gloſ. verb. Nuntians, & l. Si vindicari, C. de pænis, Ceuallos dict. quæſt. 1. num 295.

30 Poteſt tamen contingere quòd hæ citaciones ab aliquo conſeruatore extra Regnum comorante expediantur, & dubitari poteſt, an contra regnicolas procedere poſsit, & eius literæ ſint implendæ? Et videtur quód tales conſeruatores extra Regnum conſtitui nequeunt, & quòd ſi citationes decernant quæ Principi exhibeantur, debet iubere ne exequantur, imó & tali conſeruatori inhibere, ne contra vaſſalum ſuum vlteriùs cognoſcant, quod ſi non obediat, poſſunt eius bona capi, quæ in Regno habet, quod ſi non habeat, debet notificari parti vt tales cenſuras tollat, aliàs quòd poſsit capi, & carcerari quouſq; præcepto ſatisfactum ſit, Seſſe de inhibitionibus Aragon. cap. 9. §. 1. num. 63. & latiùs cap. 10. §. 1. num. 14. de quo vide ſupra quæ dicimus ad Ord. tit. 13. §. 1. in fine.

SVMMARIVM.

1 *INterpretantes breuia cōtra Regum indulta puniuntur á lege regia.*

Narratur Phileni Cartaginienſis hiſtoria pro propaganda Republica. ibi.

2 *Reges plura á Sede Apoſtolica priuilegia obtinuerunt.*

Reges ius præſentandi Epiſcopos habent. ibi.

Reges á principio ſolum intereſſebant electionibus Epiſcoporum hodie ius patronatus habent. ibi.

3 *In hoc Regno ab immemoriali Reges patroni ſunt Eccleſiarum maiorum.*

4 *Impetrans Eccleſiam iuris patronatus Regij incidit in legem.*

5 *Quid ſi impetrauit Eccleſiam iuris patronatus mixti Regij, & ſæculare alterius?*

Beneficium iuris patronatus mixti eccleſiaſtici, & ſæcularis, totum ſæculare iudicatur. ibi.

Beneficia Regum impetrari nullo modo poſſunt. ibi.

6 *Si pro minori parte ſit regium beneficiū, & pro maiori eccleſiaſticum, adhuc ſæculare dicitur.*

Sic in re communi Princeps dominus in totum dicitur. ibi.

7 *Si Princeps componit cum compatronis vt alterius vicibus præſentent in omni vice regium ius ineſt.*

8 *In alternatiua conceſſa Epiſcopo non veniunt beneficia communia.*

Præſens ſtatus rei atenditur non futurus.

9 *Ius præſentandi diuidi non poteſt de ſe, licet diuidantur voces.*

10 *Qui præſentat in ſuo turno integrum, ius præſentandi retinet.*

Si impediatur turnus qui non eſt Principis impeditur etiam turnus ipſius Principis. ibi.

11 *Donatarij regij eodem priuilegio fruuntur ac ipſe Rex.*

Quod penſio conſtitui poteſt in beneficio Regiæ Coronæ de conſenſu donatarij iudicatum. ibi.

Sed

Sed verius videtur requiri conſenſum Regis. ibid.

12 *In Regno Caſtellæ tam iuri patronatus regio, quám patronibus particularibus prouiſum eſt ne eorum beneficia impetrentur.*

Ne penſiones exteris conferantur in talibus beneficijs. ibi.

13 *An in pœnam incidat qui indulta conceſſa magiſtro ordinum infringit cum magiſterium ſit Coronæ vnitum?*

Dignitas magiſtri eoquôd vnita Coronæ eſt hodie Regia. ibi.

Augmentum fundi eſſe latens, vel patens, quomodo conſiderandum? ibi.

14 *Impetrans breue contra indulta magiſtri, non impetrat contra Regem.*

Rex, & magiſter in quo differant? ibi.

Magiſter eſt inferior legibus. ibi.

Interpretatur l. Si ex toto, ff. de leg. 1. ibi.

15 *Qui conduxit vectigal vnius prouintiæ. ſi oppidũ accedat quo actum eſt, non cedit lucro conductoris.*

16 *Magiſtri dignitas per ſe conſideratur ſeparata à regia.*

Qui contra magiſtrum impetrat, non incidit in pœnam legis. ibi.

17 *Officia á magiſtro conceſſa non expirant eius morte, & quæ ſit ratio.*

Refertur regium dipploma in fauorem Pauli Mandez. ibi.

18 *Impetrans breue vt admittatur in cathedralibus contra breuia generalia ne iudæus admittatur, incidit in legem.*

Refertur in materia conſultatio facta Principi. num 20. & 21.

22 *Comprobatur à Principe.*

DE IMPETRANTIBVS BREVIA *Apoſtolica contra priuilegia Regibus conceſſa, & quomodo puniantur. Ad Ord. lib. 2. tit. 15.*

CAP. 66.

1 CIRCA impetrantes contra Regum priuilegia, & indulta inſurgit Regia Ordinatio, & meritò nam tales quaſi patriæ proditores habendi ſunt, qui Regum indulta, & priuilegia infringere conantur, ex quo & Regni dignitas, & ſplendor vileſcit, & maxima in Republica oritur perturbatio, cum cuilibet pro ſuæ Reipublicæ conſeruatione, & pro eius honore amplificando occumbere glorioſum ſit: cum olim inter Chartaginẽ, & Cyrenas de margine agri pertinaciſsima contentio eſſet, ad vltimum placuit, vtrinq; eodem tempore iuuenes mitti, & locum in quem hi conueniſſent finem ambobus haberi populis. Verum hoc pactum duo fratres Chartaginenſes nomine Phileni perfidia percurrere, vltra conſtitutam horam maturato greſſu lõgius promotis terminis, quod cum intellexiſſent Cyrenenſium iuuenis diù de ſalacia eorum quæſti: poſtremo acerbitate conditionis iniuriam diſcutere conati ſunt: dixerunt namq, ſic eum finem ratum fore ſi Phileni ſe viuos ibi obrui paſsi eſſent, ſed conſilio euentus non reſpõdit; illi enim nulla interpoſita mora corpora ſua his terra operienda tradiderunt, qui quoniam patriæ quam vitæ ſuæ longiores terminos eſſe maluerunt, bene iacent manibus, & oſsibus ſuis punico dilato imperio, quo facto æternam ſibi memoriam conciliarunt,

nihil eſt enim excepta virtute quod mortali animo, ac manu immortale quæri poſsit, qui enim aliter circa Rempublicam ſe gerunt, iuſtiſsime extermi-nantur, vt lex regia ſancit.

2 Vt autem huius legis materiam aggrediamur, notandum eſt Reges huius Regni quàmpluribus à Sede Apoſtolica priuilegijs ſemper fuiſſe cumulatos, quæ in publico Archiuio ſeruantur, inter quæ illud principaliter obtinent, quod in Epiſcopatibus in Regno vaccantibus ius præſentandi habent à Regni primordijs inuiolabiliter obſeruatum, idē in tota Hiſpania receptum eſt, ex his quæ Couarr. in reg poſſor. 2. part. §. 50. num. 5. idem in Francia obſeruari aſſerit Carolus de Graſſal. de regalib. Fran. iure 3. in fin. & in Nomarnia dixit Rebuf in praxi beneficial 3 part ſignatur. §. Necnon iure patronatus, n 36. Lambert. de iure patron. lib. 1. part. 1. q. 10. princ art. 2. idq; ita in toto orbe obſeruari dixit Matienſ. de Afflict in præ-lud. ad conſtit. Sicil. quæſt. 18 num 2. In Hiſpania autem duo tempora videntur diſtinguenda: primum in quo Regibus ſolum competebat ius intereſſendi electionibus Epiſcoporum, vel ne eligerētur Rege inconſulto, vt probatur in l. 3. tit. 3. lib 1. Ordin. qua cauetur quod ſtatim Rex certior fiat de obitu Prælati, & ne poſſeſsionē epiſcopatus capiat priuſquam ſe Regi præſentet perſonaliter, cuius legis ratio ea fuit, ne Prælati eligātur, qui Regi infenſi ſint: debet enim Rex noſſe ſuos Prælatos, Couar. vbi ſupra num. 5. in fin. vbi multos citat, & ideo talis conſuetudo rationabilis eſt, & obſeruanda, ex text in cap. Cum longe, 63 diſt Innocent. in cap Quod ſicut, de electione. notandum dicit Panorm. in cap 1 col fin n. 5. de conſuetud Guillel. in cap Rainuntius, verbo Et vxorem nomine 2 num 79 de teſtam. Perez in d. l. 3 gloſ. verbo *Hazer ſaber al Rey*, adeo vt aliter factæ electioni Rex ſe opponere poſsit, vt dixit Selua de benefic 2 part. quæſt. 23 num 26 Abb in cap. 1. num 9. de electione, Suarez allegation 8. fol 5. Carolus lib. 2. regalium, d iure 3 d. cap. Longe. cap. Lectis, & cap Adrianus, 63. diſt. citat Caſſan. in Chatalog. 5. part. conſid 34. a quo mutuauit Azeued. l. 1. tit 6. lib. 1 à princip.

Secundum tempus fuit in quo Reges Hiſpaniæ ius patronatus exercere incæperunt in d. Eccleſijs Cathedralibus, quod initium ſumpſit ab eo tempore quo Regijs ſumptibus, & expenſis dictæ Eccleſiæ Cathedrales erectæ fuerunt: tunc namq; in remunerationem illis à Sede Apoſtolica illud priuilegiū conceſſum fuit, quod priuilegium ſæui diſſe refert Guillelm. in additio. ad Specul. tit. de præbend. §. 2. quod etiam cōpetere alij Regibus dicit Boer. deciſ 32. Guillel. Bened. qui loquitur de Rege Franciæ, verbo Et vxorem, deciſ 2. nu. 169. licet l. 1 tit 6. lib. 1. recopil. videatur ſentire quod illud Regibus de iure cōpetit, ibi: *Por derecho, y antigua coſtumbre, y juſtos titulos, y conceſsiones apoſtolicas ſomos patrones de todas las Igleſias Cathedrales, &c.* Videndus Ceuall. d. q. 1. nu. 496. comprobat Couarr d. §. 10. num. 5. ex l. 18 tit. 5 part. 1. & l. 3. titul 3 lib. 1. Ordin. licet Archidiacon. in d cap. Lectis. Bal. in cap. Quanto, de iud col. vlt. & Corſetus in tract de excellentia Regis, q. 34. teneant attento iure Regibus competere ius patronatus in Eccleſijs maioribus: quod ita accipiendum exiſtimo quod in Regnis Hiſpaniæ ius commune cōnſtituatur ex ipſis legibus regijs vt Cabed. deciſ. 160 n 6. & deciſ. 100. n. 13.

Vnde cū ipſi maiores Eccleſias conſtruxerint, & dotauerint, cū illud ius cū ipſis incæperit, poteſt rectè dici, quod attento iure communi hiſpano illud Regibus competit, vt tradit Lancelotus Conradus in templo omni. iudic lib 2. cap 1. §. 4 verbo Dignitates, ex num 9. Gregor in d l. 18. verbo Antigua, Palacius Rub. in præfation. num. 24. de donat. in 6. Spino gloſ. 4. nu. 13. Humada in

in d. l. 18. Ceuallos 4. p. d. quæſt. 1. n. 307. & conceſsiones apoſtolicas poſtea emanaſſe ad tollendas dubitationes, concedendo, & declarando ea quæ de iure erant.

3 Ex quibus in hoc Regno inferri poteſt ad ius patronatus quod Reges obtinent in maioribus Eccleſijs, à tempore immemoriali, vt ſemotta omni conſideratione priuilegij apoſtolici vt in Hiſpania eſſe aſſerit Gregor. d. l. 18. & alij quos citat Azeued vbiſupra, num. 4. ex ipſa Eccleſiarum cathedralium cōſtructione, & dotatione, vel ligitimo temporis ſpatio potuiſſe hoc ius patronatus acquirere, ex Couarr. d. §. 10. nu. 5. verſ. Tertio, communem dicit Padilla in l. Si vnquam, num. 54. C. de ſerui. & aq. Azeued. vbiſupra, num. 4. Quale autem tempus eſſe debeat diſtinguit Cauar. inter Eccleſiam liberam, & patronatam, quæ iam in ſeruitute erat, vt primo caſu requiratur titulus cum quadragennaria præſcriptione, ex Abb. & Bald. ab eo relatis: ſine titulo autem requiratur immemorialis, ex Decſo conſ. 34. nu. 3. Quando veró iam Eccleſiá patronum habeat etiam ſine titulo quadraginta anni ſufficiant cui ſubſcribit, idem Azeued. vbiſupra, num. 4. vbi reſpondet ad Concil. ſeſſ. 25. de reform. cap. 6. Quare cum noſtri Reges hoc ius habeant à tempore quod memoriam hominum excedit, etiam ſine aliquo Pontificis priuilegio, hoc iure potiri poſſunt, ex his quæ Guterrius relatus à Mēcha. controuerſ. Illuſtr. cap. 22. num. 15. ad quod non videtur aduertiſſe Cabed. de iure patron. Regiæ Coronæ, cap. 37. num. 2. vbi tenet credendum eſſe à ſummorum Pontificum priuilegio proceſſiſſe, cum magis Coronæ Regiæ conſulatur, ſi tale ius præſcriptione quæſitum dicamus, quā quod priuilegio obtinetur quod mane reuocari poteſt ad nutum concedentis, reſoluit Soarez contra Regem Angliæ, lib. 4. cap. 34. verbo Priuilegium.

Impetrantes igitur à ſummo Ponti- 4
fice Epiſcopatum ſine regia præſentatione, vel Eccleſiam iuris patronatus regij huius legis pœna minime teneri poſſe videtur, cum illa ſolūm loquatur de his qui contra gratiam, bullam, vel breue apoſtolicum Regi, vel Reginæ conceſſum impetrant, quod non obtinet in his qui impetrant contra Reges, in illis rebus quas ex præſcriptione obtinent, prout ſupra circa ius patronatus maiorum Eccleſiarum reſoluimus, & circa minores Eccleſias: Sed his non obſtantibus, verius eſt poſſe puniri pœna huius legis, quia inter gratias quibus Sedes Apoſtolica Reges Luſitaniæ, & Hiſpaniæ proſequitur illa eſt, ne Regū ius patronatus in generalibus reſeruationibus includatur: imò ſemper illæſum, & ilibatum cenſeatur, ex Concil. Trident. ſeſſ. 25. de reform. cap. 9. ibi: Exceptis patronatibus ſuper cathedralibus Eccleſijs competentibus, & exceptis alijs quæ ad Imperatorem, & Reges, ſeu Regna poſsidentes, alioſq; ſublimes, ac ſupremos Principes iura Imperij in dominijs ſuis habentes pertinent, &c. Quare cum hoc contineat meram gratiam ſummorum Pontificum illud ius patronatus tempore quæſitum Regibus illibatum eſſe ſtatuentiū: ſequitur quod impetrantes beneficia iuris patronatus regij, licet præſcriptione quæſiti comprehendantur ſub illis verbis legis regiæ, ibi: *Que ſejāo contra algūa graça, &c.* Ius enim patronatus in Eccleſijs ex gratia competit in remunerationem laboris, quem patroni in ædificandis, & dotandis Eccleſijs ſubire probant DD. in cap. Quanto, de iudic. vbi Berous nu. 9. & in Rubrica illius tituli, nu. 4. Viuius communium, verbo Ius patronatus, Roland conſ. 47. num. 15. lib. 1. Cornaſ. vbiſupra num. 6. text. in cap. Si quis Epiſcoporum, 16. quæſt. 5.

Arduæ modo quæſtioni campus aperitur, quid dicendum eo caſu quando 5
quis impetrauit à S. Pōtifice Eccleſiam

iuris

Iuris patronatus mixti ſimul Regij, & patroni eccleſiaſtici, vel ſæcularis Cuius quæſtionis deciſio in partes ſcinditur. Primò, quid dicendum quando ius patronatus eſt regium, & eccleſiaſticum proportionibus æqualibus? Secundo, quando Regium pro minori parte, & pro maiori eccleſiaſticum, vel aliorum patronorum ſæcularium? Tertio, ſi cõtingat vt Rex, & patroni componant, vt facilioris præſentationis cauſa alternatim præſentēt, poſſit pro ea vice, quæ ad patronos deuoluitur præſentatio impetrari, qua ſi pro ea vice non ſit regiũ. Quarto, an illud idem ſit quando ius patronatus non apud Regem eſt, ſed apud donatarium Regiæ Coronæ; an eodem iure gaudeat, ac ſi ipſe Rex præſentaſſet?

Et quoad primam quæſtionem, quãdo ius patronatus mixtum eſt proportionibus æqaalibus vltra ea quæ de materia diximus 1. par. cap. 7. licet olim apud Doctores antiquos illa opinio eſſet recepta, vt in iurie patronatus mixto præualeret eccleſiaſticum, vt totum eccleſiaſticum reputetur, ex Rotta antiqua deciſ 49. de conceſſ præbend in antiq. quam ſequitur Staphil. de liter gratiæ, tit. de modo, & forma impetran §. Sed dubium eſt, num. 3. Æneas de Falcon. de reſeruatio. quæſt 4 princ. effectu 18. quos citat Gonzalez gloſ. 18 num. 8. ad fin pro quibus eſt ſententia, gloſ. in cap. Vnico, de iure patronat lib. 6. dum habet quòd illa qualitas eccleſiaſtica dignior eſt laicali, cap. Per tuas, cap. Contingit, de arbitr. Tamen receptius eſt ius patronatus mixtum in totum ſæculare cenſendum eſſe, & ab ea parte denominari, ne laici propter mixturam clerici ſuum ius amittant, ita obſeruari in Curia Mandoſ in reg 1. Chancel. q. 8. num. 6. Hoieda de incompatibilit. p 1. cap. 24 num 114 Rebuf. in tract de nomination quæſt. 15 num 7. Couarr. pract cap 36 ſub num 5. Caſſador. deciſ. fin ante num. 11. de probation. Selua de benefic. 3 part. quæſt. 11 num. 11. Rochus de iure patron verbo Ius, quæſt. 7. princip num. 23. Lambert. lib. 2 part 3. quæſt. 9. art 9. in fin. plures citat Gonzalez d gloſ. 18. num 13. plures Ceuallos d quæſt. 1. num. 546.

Ex quibus fit quòd patronatus mixtum non comprehenditur ſub reſeruationibus apoſtolicis, vt per Gonzalez vbiſupra à num. 8 & perconſequens ad præſentationem patronorũ debet prouideri, nec ab aliquo vallet impetrari intra terminum præſentationis à iure præfixum, ratione enim mixturæ ſemeſtri gaudebit patronus ſæcularis, Flam. de reſignat lib 24 quæſt. 4. num. 50. Rebuf. in tract de nominat quæſt 15. nu 7. Ceuallos vbiſuprà, num. 548. Quod ſi vltra tempus iure præſcriptum Regis præſentatio differatur, adhuc in eo caſu nullo modo poterit tale beneficium tãquam Sedi Apoſtolicæ deuolutum impetrari. Principũ enim beneficia non licet impetrare, nec obtinere, niſi de eorũ conſenſu, & ſemper ad lapſum temporis reſtituuntur adinſtar minorum, nec pænam legis euadet, qui prætextu deuolutionis Regiæ Coronæ beneficium impetrauerit cum in quacunq, reſeruatione non compræhendantur beneficia, quæ ad præſentationem Principum ſpectat, ex d Concil. d. cap. 9. & his quæ diximus ad Ordin. lib. 2. tit. 1. §. 7.

In hac autem quæſtione, quando pro minori parte beneficium regium eſſe proponitur, & pro maiori eccleſiaſticũ: magis dubium eſt cum eo caſu tale beneficium haberi debet pro eccleſiaſtico, ſi plures voces eccleſiaſticas habeat, quia magis digna pars, maior inſimul eſt, & eſt potentior, reliquaſq; partes ad ſe trahi, l. Quod maior, ff. ad munic ip. cap. Sedes, de reſcript. l Quæritur, ff de ſtatu hom. & in ſpecie de qua agimus ſcripſit Gambarus in tract. de offic. lega. lib. 3 de poteſtat leg. in conferend. benefic num. 368. quem ſequitur Couarr. d. cap. 36. num. 5. verſ Quod ſi ius patro- 6

natus,

natus, Crecetius deciſ.3 de iure patron. & eſt deciſ.574 num 7. part.1. diuerſor. quos probat Gonzal. d gloſ. 18. nu 17. Verùm his non obſtantibus, cõtrarium verius videtur, quod etiãſi minor pars ſæcularis ſit, ab ea debet denominari ius patronatus laicale, & non eccleſiaſticum itavt nec per concurſum prouideatur: nec cẽſeatur reſeruatum, licet aliter ſentia Gonzal. vbiſupra. Sicq; vidi iudicatum in Rotta, in cauſa ſuper beneficio de Ribadancora, vbi annullata fuit prouiſio facta per concurſum beneficij, quod pro maiori parte erat eccleſiaſticum: & in noſtro caſu minus habet dubij, cum ex illa parte qua ius patronatus eſt regium, ſuper omnes reſeruationes ſit, cumq; tale ius illæſum ſemper manere debeat Principi, reliquæ partes mixtæ fruuntur eodem priuilegio, cum indiuiduum ius contineant, iuxta text. in l. Si communem, ff. quemadmod. ſer. amitt. Nec mixtura quam Princeps habet cum reliquis patronis illi nocere debet, licet prodeſſe poſsit vt ſemeſtri fruatur eccleſiaſtico ſocio conceſſo, vt in gloſ. fin in d cap 1 n 1. de iure patro. lib. 6. Quare cum receptum ſit in iure patronatus mixto æqualiter ſæcularem partem præferri, nec excellentior pars præferatur, ne patronis nocumento ſit, idem obtinere videtur, etiamſi maior pars ſæcularis ſit. Nam quæ cum alijs priuatis Principi communia ſunt perinde habentur acſi in totum ſint Principis, provt vidimus in Principe rem habente communem cum alio, qui tanquã ſuam vendere poteſt ſocio inuito, l 2. C. de commun rer. alienatio. & l 1. C. de vend. rer. fiſcal. lib. 10. Tiraq de retract. lignagier. § 1 gloſ. 18. num 7. Peregrin. de iure fiſc. lib 6 tit. 4 nu. 23 quod procedit etiamſi partem modicam habeat in re, vel res ſit diuidua, ex Bart in d. l. 1. Felin. & alij in cap. Quæ in Eccleſiarum, num. 73. Sic apud nos eſt Regia Ordin lib. 1. tit. 9 § 16. vt omnes cauſæ quæ ad Principem ſpectant, in quibus regius procurator aſsiſtit, vel agit coram iudice Regiæ Coronæ agitentur, quia ratione qualiſcumq, comoditatis cauſam ipſe in totum auocat, etiamſi extranei collitigatores ſint, quia illa pars quæ Principis eſt dignior, & excelentior reputatur, & reliquas ad ſe trahit

7 In tertia quæſtione non mediocre dubiũ inuoluitur, nam ſuppoſito quod Princeps patronus pro vna, tertia verbi gratia compoſuit cum reliquis patronis facilioris præſentationis cauſa, vt ipſi bis, ipſe verò ſemel præſentaſſent in totum, ne ex diuiſióne naſceretur confuſió, provt poſsit fieri teſtatur text. in clem 2. de iure patron. ibi: De rectore alternis vicibus præſentando, cap fin de præbend. lib 6. facit l Viæ, verſ. Vſus, ff. de ſeruit. Couarr. pract. cap. 40. num. 1. Videtur quod illud ius patronatus, & præſentandi facultas conceſſa patronis efficit vt pro illis vicibus particularium perſonarum cenſendum ſit, & amittat qualitaté principalem quam habet medio illo tempore, quo à Principis præſẽtatione exiuit, acſi Princeps abſtineat pro illis vicibus quo dato reliqui patroni in totum præſentant proprio iure, & non aliquo beneficio. Licet enim dicamus quod patroni eo caſu ſua, & Principis voce vtantur, adhuc non poſſet dicit quòd communi nomine geſtus eſſet ille actus cum illi proprio nomine præſentaſſent, probat text. in l Si ex ea pecunia, C. de rei vindic vbi emptio celebrata ex pecunia aliena, non prodeſt domino pecuniæ, ſed ementi cum proprio nomine ipſius actus geſtus fuerit, idem probat text in l. Si patruus, C communia vtriuſq; iudicij, ibi: Si patruus tuus ex communibus bonis res comparauerit, &c. Et infra, Et ideo rem emptã communicare eum contra iuris formam poſtulas: ad idem eſt text in l Si quis ſocietatem, ff pro ſocio, ibi: Si quis ſocietatem contraxerit quod emit ipſius fit, non commune, explicat Ferretus conſ. 166. Alex. conſ. 48. lib. 1 Alphon in repert.

repert. num.1000. fol. vlt. Pariter ergo dicendum quando vnus ex patronis abſtinet qui rem communem habet, nam reliqui non illius nomine præſentant, ſed proprio, imò etiamſi communicata voce,ſeu iure illum actum faciant, ſibi,& non ſocio faciunt.

8 Pro hac parte facit quód in alternatiua conceſſa Patriarchis, Archiepiſcopis,& Epiſcopis, ſolùm beneficia liberæ collationis comprænenduntur,non verò illa quæ ad ſimultaneam præſentationem Epiſcopi, & capituli ſpectant, ſi tamen contingat quod capitulum, & Epiſcopus alternis vicibus præſentent, & Epiſcopus ſit in turno ſuo, itavt ipſe ſolus præſentare debeat tempore vaccationis alternatiua, tunc locum habet quod ex eo procedit, quia pro ea vice ius, & poteſtas conferendi apud ipſum reſidet, quia confert ſolo iure proprio non communi fuit doctrina Ioan And. in cap. Cum in illis 16 ſub num. 2. de præbend. lib. 6. Anehar. ibi: num. 4. Franchus num.5. Probus num. 60. vbi concludunt quód ſi beneficium habet plures patronos, qui alternis vicibus præſentant ex concordia, & Papa concedit expectatiuam de beneficio ſpectãte ad collationẽ Petri, ſi ille Petrus pro ea vice erat in turno præſentandi intrat expectatiua in illo caſu: licet ille ſuo,& aliorum nomine præſentare cenſeatur, quia ſcilicet re vera pro ea vice iure proprio præſentat,quód ſecús erit ſi ipſe cũ alio ſimul præſentaſſet, ſequitur Rochus de iure patronat. verbo Ius q. 6. num.11. Lambert lib 1 part 2.quæſt.2. art.36 num.7. & deciſum dicit in Rotta Gonzal in gloſ.45.num. 16 Conſonat deciſio 107. Putei lib. 3. & Archiles de Graſsis deciſ.2. de iure patron in quibus reſolutum fuit gratiam fuiſſe ſubreptitiam illius qui ſe nominauit compatronum, cum in illa vaccatione non eſſet in turno,licet á parte rei eſſet compatronus,quia ſolùm attendi debet præſens ſtatus rei, & non futurus: quibus conuincitur quod iure præſentandi exiſtente penes patronos extra Principem gaudere non debent illi priuilegio Regis,nec illud beneficium eo tempore impetrantes incurrere pœnam ab eadem lege regia præſcriptam.

Veritas tamen in contrarium eſt nam 9
ius præſentandi de ſe diuidi numquàm poteſt,cap 1.iuncta gloſ. verb Diuidi,de iure patr.l 1. §. Si vſus fructus, ff. ad leg. falci. Couarr pract.cap fin n.1.Lamber. lib 1. 2 part. quæſt.2. princ.art.36. nu.2. Diuidi autem ſolùm poſſunt fructus iuris præſentandi, qui in ipſis præſentationibus conſiſtunt, itavt alternis vicibus præſentare liceat quod circa ipſum ius præſentandi nullam diuiſionem inducit: ſicut aliàs in ſeruitute prædio inhærente,ſi modus per tempus vſui adijciatur non dicetur ſeruitus diuidi,licet per interualla dierum, & horarum conſtituatur. Semper enim eo caſu ſeruitus perpetua eſt, l. Si ſic 7. ff quemadmodum ſerui.amitt. tantum, ergò vſus ſeruitutis reſtringitur, quod bene fieri poteſt, & ita eſt de mente gloſ. in l. 4. §. Modum,ff.de ſeruit.verbo Ex tempore, licet enim ſeruitus non diuidatur,l Viæ 7 ff. illo titulo Tamen vſus ſeruitutis diuidi poteſt,notat gloſ.fin. in l Si partem 25. ff de ſerui ruſtic.prædior communiter recepta, vt per Gomez 2 tom. fol 58. col 3.in princ quia ſicut ſeruitus ad locum reſtringi poteſt,l. Ad certam, ff illo titulo, ratione de qua ſubtiliter per Bart. in l. Stipulationes non diuiduntur, num.2. communiter receptum ex Iaſ ibi.num.14. ita etiam, & quoad tempus reſtringi poteſt, cum de loco ad tempus valeat argumentum, l. Vinum, cum ibi notatis, ff. ſi cert. petat. quæ conducunt ad intellectum, l Si iter 15. ff commun prædior & l. Si prius 17 in princ ff.aq.plui arcend.

Vnde fit quód cum ipſa præſentandi facultas,ſeu ius non diuidatur integrum manet in quolibet præſentante in ſuo turno,quia ipſum ius ſemper cõmune eſt

omnibus

omnibus patronis, quorũ nomine actus geritur, nec enim dici poteſt quód per compatronum fieri poſsit deterior conditio Principis qui rationes comodioris vſus paſſus eſt, vt præſentationes diuiderentur, l Quodcunq; §. Si quis ita, ff. de verborum oblig l Si vnus, §. Ante, ff. de pactis, l. Cum maritus, §. fin de iure dotium, l. Id quod noſtrum, ff de reg. iur. maximē quia ſi admitteretur hoc caſu poſſe derogari ius patronatus cõpatronorum in ſuis turnis. Generaretur præiudicium turno Principis quia impediretur eius præſentatio ſuo tempore facienda, quare videtur nõ poſſe talia beneficia occupari, nec impetrari Principe inconſulto, etiam in turnis compatronorum: ad difficultates autẽ pro contraria parte citatas ex ſupradictis ſatis reſpõdetur, ideo non immoror, & ex his quæ notat Gonzal. in § 6. proæmij, & gloſ 53. q. 4. vbi dicit alternatiuam eſſe Epiſcopis vtilem, & fauorabilem, & ex his quæ notat d. gloſ 45. § 20.

11 In quarta autem quæſtione parum dubij eſſe videtur: Nam regij donatarij ipſum Principem repræſentant in exercitio iuris præſentandi, quare illa prærogatiua quæ Principi cõpetit, ne eius beneficia impetrentur, debet etiam ad ceſsionarios porrigi cũ pari præiudicio Regia Corona afficiatur vtroq, caſu. Vnde ſi alternis vicibus donatarius præſentet cum alijs cõpatronis pro ſua parte cõmunicato ſocijs ſuo priuilegio, nec in turno donatarij, vel cõpatronorum tale beneficiũ ſine huius legis pœna impetrari poterit, nec in talibus beneficijs penſiones poterunt cõſtitui regio donatario inconſulto, & renuente, in cuius confirmationem prolatã vidi ſententiam, cuius tenorem hîc libuit tranſcribere.

Acordei, &c. Viſto eſte feito, libello do procurador da Minha Coroa, & o Duque de Aueiro, & do Padre Miguel Rebello ſeu apreſentado authores, contrariedade do Reo Dom Ioão Pereira de Meneſes, papeis juntos, & proua dada, & como poſto que a Igreja de ſão Saluador da villa de Moncemôr o velho, da qual o A. Miguel Rebello he Prior ſeja originalmente da apreſentação, inſolidũm, minha, não prouão os A A. que o R. lhes tenha feito força, ou esbulho no dito direito do padroado, em leuar ametade dos fructos da dita Igreja, que leua do anno de 1548. a eſta parte, pela bulla do Papa Paulo terceiro que ſe apreſentar; por quanto conſta elRey D. Ioão o terceiro q̃ Deus tem, conceder o direito do padroado da dita Igreja, no anno de 1530. ao Meſtre D. Iorge, & ſeus ſucceſſores, & de conhecimẽto do Duque de Aueiro ſeu ſucceſſor, o Papa Paulo terceiro conceder ametade dos fructos da dita Igreja ao R. em penſaõ, no dito anno de 49. fazendo menção que era então do padroado do dito Duque, & do conſentimẽto q̃ elle a iſſo deu. Pelo que, enquanto o padroado da dita Igreja eſtà, como hoje eſtà, nos ſucceſſores do dito Meſtre, & por a dita penſaõ de fructos não ſer perpetua, ſenão em vida do Reo, não ſe pode hauer a minha Coroa por esbulhada do direito do padroado da dita Igreja, nem que pelo R. foy cometido força. O que viſto, abſoluo ao R. do eſpolio pelos A A. intentado, & ſeja ſem cuſtas, por ſer antre o meu procurador, & meu vaſſallo. 30. de Março de 604. Sebaſtião Barboſa. Eſcriuão Agoſtinho Rebelo l

Sed dubito de iuſtitia huius ſententiæ, quia ad impoſitionem penſionis videbatur requiri conſenſus Regis, & non donatarij propter ipſius præiudicium.

Hæc omnia quæ ſupra diximus conſtituendo differentiã inter ius patronatus regium, & particulariũ, de iure Luſitano, procedunt ſecundũ quod nulla lege regia defendũtur miſeri patroni, nec prohibetur ne eorũ beneficia impetrẽtur ſub aliqua pæna. Nec inſuper cautũ reperitur ne pẽſiones in beneficijs iuris patronatus imponãtur, vel in fauorem exterorum. Sæpè autẽ contigit vt vbi primum patronorũ vaccant beneficia, impetrentur apud Sedem Apoſtolicã, & præſentati in ſua poſſeſsione quotidie moleſtantur indebitè apud iudices gratiarum executores, qui ſua poteſtate

 abun-

abundantes foros litibus inuoluunt cẽſurarumq; tonitrua imittunt, cum maximo animarum periculo.

Aliter in Regno Caſtellæ obſeruatur in quo abſolutè non licet beneficia cõtra ius patronatus Regum, & laicorum imperare, literæq; detinentur quouſq; reſcribatur S. Pontifici, nec interim mãdantur executioni, vt diſponit l 21. tit. 3. lib. 1. recop & l. 25. ibi: *De nueſtro patronazgo real, ni el derecho de ſu patronazgo de legos*, vt per Greg. d. l. 18. tit 5. p 1. & ibi Humada, Azeued. in l. 1. tit 6. lib. 1. recop. Nec inſuper beneficia exteris conceduntur, nec in eorũ fauorẽ expediuntur penſiones, ex l. 18. tit. 3. lib. 1 ibi: *No puedan eſſo meſmo tener penſion ſobre los dichos beneficios eccleſiaſticos en eſtes Reynos, ni alguno dellos, ſobpena que los naturales nueſtros q̃ conſentieren tales penſiones ſobre ſus dignidades canonigas, preſtimos, ò beneficios a eſtrangeros opueſtas por ellos, ò por otros las gozaren, e redimieren, &c. por el miſmo echo ſean hauidos por eſtraños, y no naturales de nueſtros Reynos, y pierdan todas las temporalidades, &c.* Extat rurſus alia lex regia 22. tit 3. lib. 1. ibi: *Y algunas vezes ſe proueen por Roma, y ſe dan regreſſos, y ponen pẽſiones ſobre alguna dellas, lo qual es en mucho daño, y perjuyzio de nueſtros Reynos*, & l. 25. eod. tit. & lib. ibi: *Para que ningun eſtrangero deſtos Reynos pueda tener beneficios, ni penſiones en ellos, ni los naturales dellos, por derecho hauido de los dichos eſtrangeros, &c.* Quibus legibus grauiſsimæ pœnæ cõminantur tranſgreſſoribus illarum.

Dubitatum in hoc Senatu vidi, An pæna huius legis teneretur clericus qui
13 breue apoſtolicum obtinuit per quod imminuebãtur indulta, ſeu priuilegia à S. Pontifice conceſſa magiſtro ordinis D. Iacobi, uel Militiæ Ieſu Chriſti, quorũ ordinum hodie eſt magnus magiſter inuictiſsimus Philippus Luſitaniæ Rex. Et videtur vt tales impetrantes debeãt pænis huius legis coerceri, cũ hodie illa dignitas magni magiſtri vnita ſit Coronæ Regiæ, ex Pontificis permiſsione, & authoritate, & ſuccedit reg. l. Si ex toto, ff. delegat. 1. ibi, Quia etiamſi adieciſſet aliquid ei fundo augmentum legatario accederet, text. in l. in rerũ, §. Si quis poſt ff. eod. ibi: Quã fundo titiam deſtinaret, & in l. Cum fundus 10. deleg 2. ibi: Sed vniuerſitati fundi adiunxit volens totum eſſe vnum fundum, vt per Alex. in d. l. Si ex toto, Iaſ. ibi, n. 1. Peralta in d l. Cum fundus, n 3. Soccin. in l. 1. n. 10. ad fin. de reb. dub. ad inſtar enim cuiuſdam aluuionis per quodam latens incremẽtũ Regiæ Coronæ, acreuit magiſtri dignitas, cuius dignitatis priuilegia Regem tangunt, & tãquam acceſſoria ſuo principali cohærent ad imaginem illius qui vſum fructũ habet emphyteuſis, quæ ſi ratione comiſsi ad proprietarium deueniat, vſufructuarius in ea habet vſum fructũ, quaſi in quodam augmento, vt in pluribus citatis docet Guillel. in cap. Rainuntius, verb. Cætera bona, n. 33 Caſtrenſ. in l. 2. n 5., C. de vſufru. tale enim augmentũ cenſetur per omnia idem, cũ re principali, & eaſdẽ ſortitur qualitates l. Etiam, C. de iure dot. l Inter ſocerũ, §. Cum inter, ff. de pact dot. Nec obſtabit ſi quis dicat hoc augmentũ non eſſe latens, ſed patens, quod vſufructuario non cedit ex diſtinctione, l. Item ſi fundi 10. §. Huic vicinus, ff. de vſufruct. intelligi enim, debet ille text. in agmento patẽti ſeparato ab ipſo fundo: cæterum ſi augmentũ licet patens ſit coniunctũ fundo, ita vt ex vtroq, vnũ reſultet corpus: tũc etiam in illo augmento vſufructuarius obtinebit vſumfructũ cum militet, eadẽ ratio quæ in augmento aluuionis, ſicq, hos caſus æquiparat d. l. Quod in rerũ, 24 §. Si quis poſt, ff. deleg 1. Quare in noſtro caſu cum comoda diuiſio, ſeu ſẽparatio conſiderari nequeat inter Regem, & magiſtrum, quia vtraq; dignitas magiſtralis, & regalis ſe oſculantur ad inuicem, & amplectuntur, & ſuppoſita vnione æquiparantur in iure, quod circa Regem diſponitur, & in magiſtro obtinebit, & in hanc partem inclinat Gama deciſ 354 n. fin.

Contrarium tamen in puncto iuris 14

verius

verius eſſe dixerim, immò quod licet quis impetret breue aliquod contra indulta magni magiſtri pœna huius legis minimè teneri poſsit, cum illius diſpoſitio ſolum ad regiam celſitudinem dirigatur: nec obſtabit quòd hæc dignitas regali coniuncta ſit ex Pontificis authoritate, quapropter inter ſe ſua ſibi ad inuicem comunicant priuilegia: nam inter Regem, & magiſtrũ licet non detur corporalis, datur tamen intellectualis diuiſio, & realis ratione officij, cõſtat enim Regem quatenus magiſtrum ordinũ Ieſu Chriſti, diui Iacobi, vel S Benedicti eſſe Prælatum, & adminiſtratorem illorum ordinum authoritate S Pontificis, & ipſi inferior cum eius delegata fruatur poteſtate quoad cauſas quæ militias tangũt, & adminiſtrationem ſibi comiſſam, ex Nauar in propugnaculo apologiæ n. 14. aliud eſt ergo eſſe Regẽ, & aliud eſſe magiſtrum ordinum, cum tãquam Rex nemini ſubſit. At verò tãquam magiſter ſit delegatus, & Romano Põtifici ſubſit, vt diximus ſupra ad titul. 12. Tamquam Rex iura concedere poteſt, & cõdita abrogare, vel mutare vt ipſe dicit lib. 3 tit. 75. §. 1. iuncta, Ordin lib. 2. tit. 35. §. 21. At verò tãquam delegatus teneatur obſeruare ius canonicum, cui tãquam delegatus eſt inferior: vnde elegãter reſoluit Cab. deciſ. 61. 1 p quòd Rex tãquã magiſter non poteſt iubere vt cauſa petitorij, & poſſeſſorij ſimul terminetur, cũ illud ſit derogare iuri communi ſecundum quod cauſa poſſeſsionis prius agitari debet quam de proprietate cognoſcatur, cap. Super, de Ordin. cognit. illud enim nõ ad delegatũ, ſed ad ipſum Põtificẽ ſpectat, cuius eſt poſſe tollere, & abrogare ius commune, ex Alex. conſ 54. nu. 3. lib 5 Capicio deciſ 69. nu 13 deciſ. Pedam 15 per tot. Meno de recup rem. 1. n. 300. & ſuccedit quod dicit Felin in cap. Solitæ de maiorit. nu. 4 quod Rex obtinens comitatum cuius reſpectu ſuperiorẽ habet, debet ad illum appellationes admittere, quia reſpectu comitatus regia dignitas quieſcit, l. Si quando, vbi notat Bart. C de appel. cap. Romana §. Debet, de appell. n 6. Quod ſi adhuc quis dicat Principẽ reſpectu magiſterij ordinum non delegatum eſſe, ſed cũ officio perpetuo cõſtitui, & ſic fungi ordinarij vicibus, & eſſe verè, & propriè ordinariũ, prout ſupra diximus ad d tit. 12.

Illud ſolum euincit iuriſdictionem eſſe ordinariã tamen alieno beneficio, ſicut aliàs competit reliquis magiſtratibus inferioribus, qui alieno beneficio iuriſdictionẽ habent, l More, l Et quia de iuriſd. omni iud. & talis iuriſdictio non dicitur propria ipſius, ſed illius à quo habetur auth. de defenſor. ciuit. §. Iuſiurãdum, poſt princ. col. 3. Auend. lib. 1. de exeq. mand cap. 19. n. 21. Afflict. cap 1. §. Iudices, n. 3 & 5. de pace iuram. firm. Ex quibus aliquando vidi dubitatum, an magnus magiſter poſſet cauſam cuiuſdã militis committere appellatione, ſeu ſuſpitione remotta? Et obtinuit nõ poſſe, cũ tollere ſuſpitiones partiũ ſpectet ad ſupræmũ Principem, qui ſuperiorem non recognoſcit, cum ſit derogare iuri communi, Bal. in cap. Cũ omnes, de conſtit. quem ſequitur Felin. in cap. Quod ſuper col fin. de maioritate, & obedient. Ant. Gomez in l 40 Taur. n. 10. Greg in l 13. verbo *Ninguno*, tit. 23 p 3. Roland. conſ. 91. n. 18 Bobadill. lib. 2 cap 16 n. 137.

Quibus non obſtant ea quæ pro cõtraria parte ponderauimus, nam ad text. 15
in l Si ex toto, & l. Cum fundus pro cõtraria opinione citatis? Reſpondetur regulam illorum iurium verſari in diſpoſitione illius qui legem condit, prout eſt teſtator ex auth. de nuptijs col. 4 ibi: Diſponat, & erit lex cumq; illud quod iterum nõ reddit arbitrium liberum ſit ab omni vinculo, dummodo ſecundùm legis præcepta diſponat, l Nemo, ff. de leg. 1. indè fit quòd quando pars aliqua fundo antiquo adijcitur. Et dubitatur, an antiquo legato cedat non de valore diſpoſitionis, ſed de voluntate diſponentis: Quæſtio eſt, an de illa parte

nouiter adiecta ſenſerit, vel non, patet ex l.Cum fundus,ff.deleg 2. ibi: Si modo teſtator eam partem non ſeparatam poſſedit. Cum ergo ex modo poſsidendi poſsit argui, an ipſe vellet vt hæc pars antiquo legato acreſceret,vel non, & circa illud plenam diſponendi haberet poteſtatem, meritò conſtito de voluntate teſtatoris illud augmentum legatario adiudicatur, quod aliter ſe habet in Principe reſpectu magiſtri, quia nec in ipſius eſt poteſtate illam dignitatem coronæ vnire ſæculari. Nam dum Papa concedit Regi dignitatem magiſtri non intendit illam vnire dignitati regiæ vt extinguatur prioris dignitatis ſplendor,vt fit in Eccleſijs vnitis,quæ nomen amittunt,cap.1.ne Sed. vac. ſed vult quòd maneat fundata in laico, ac in miniſtro qui agat, & gerat officium nomine Papæ, cap.Cum apoſtolica, de his quæ fiunt à Prælatis, Staphil de liter. grat. titul.de formis mand.3 forma, num.10.fol 57. Ioann. Andr. in cap.2. de Præbend. lib 6. explicat eleganter Barboſ in l Quia tale.n.96 ff.ſolut mat.

15 An ſecundum de emphyteuſi, cuius vtilis dominij vſufructuario proprietas poſtea acquiſita cedit tamquam augmētum rei. Reſpondetur quód vltra eaquæ de augmenti,& accuſationis materia dicit Ripa,& Ricard.in d. l.Si ex toto,& in l.3.§.fin.ff.deleg.1. Iaſ in l fin.C. de ſacroſ Cepol. de ſeruit. ruſt. cap 50. Mantua.lib.5.obſerua 49.hanc quæſtionem mouet Bart.in l.Seruum filij 9.n.3. ff.deleg.1.vbi deſtinguit,an emphyteuſis legatū conceptum ſit expræſſo nomine meū vt tunc directum dominiū poſteaquæſitum non veniat, l. Si ita ff auro. arg.leg.aliàs verò ſic,iuxta d.l.Si ex toto quæ tamen ſentētia reprobatur per Bal. Angel Salic.& Paul.in l Vxor patrui,C. delegat. Alex & Iaſ.in l.Seruū filij n 26. ſecundū quos eſt receptius,quod in propoſito teneatur hæres legatario nouam emphyteuſim cōſtituere iuxta d.l.quod in rerum §.1.nō verò vtrumq; præſtare. Vnde infert Ripa in d l.Si ex toto,n.4. quod ſi quis conduxit gabellam, vel ſimile vectigal vnius prouinciæ, deinde aliquod opidū accedat de nouo prouinciæ propter quód aucta eſt gabella quod cedit illud augmentū lucro conductionis,provt in aluuione,reſpondit text in l.Item ſi fundi §.Huic vicinus, ff.de vſu fruct. Sed verius eſt non cedere dixit Duaren in d.l.Quod in rerum, ad fin. Decius in cap.Cum M.n.3.de conſtit. facit text in l. Vtilia,69. ff.contrah. emp. & in l. 2 C. de aluuionib. vbi propter augmentū contigens in rebus publicis augetur penſio, Pinel in l 2. de reſcind. 1.p.cap.3.n.35. Gregor in l 36 tit.28 p.6. ex quibus patet in argumentis pro contraria parte adductis contrariū verius eſſe quando illi caſus poſſent applicari vnioni, quæ fit de officio magiſtri ad Regiam Coronam.

Ex quibus ſic conſtitutis reſoluendū 16 eſt quòd dignitas magiſtri vnita Coroæn non mutat naturā antiquā magiſterij,quia conſideratur tāquā duplex perſona,ex l.Si cōſul.ff de adoption. Tiraq. de nobil.cap 28.n.12.& Rex ex ea parte qua magiſter eſt, conſideratus tāquam priuatus,l.Item veniunt,§.In priuatorū, & ibi gloſ verb. In publica, ff.de petit. hæred.Peregr de iure fiſci,lib 4 tit.1.n.2. & 3. Vnde fit quód iudex Regiæ Coronæ qui cognoſcit de cauſis ad eam pertinentibus,etiā inter partes,ex Ord lib.1. tit 9.§.Si cauſæ emergāt patrimonij Regij Regni Caſtellæ, cum modo Rex in vtroq; Regno vnus ſit,non poterit cognoſcere de cauſis quæ aliam tangunt coronam, quia illa perſona cum diuerſis reſpectibus conſideratur Cabe deciſ.112. 2 p. Barb.vbiſupra. Vnde licet videretur quòd bona magiſterij videantur regalia,ex eo quod vnita ſint Coronæ,ex reg l.Cū fundum ff deleg 2 Gama deciſ. 354. n 6 Barb.in l.Quia tale,ff.ſol mat. n 96 itavt in illis ceſſare debeat præcriptio vt bonis Regiæ Coronæ dicit Cab.de iure patr.c.7.n.2.tamē ex ſupra reſolutis

verius

verius videtur, quod præſcribi poterũt, nec quoad hoc bona ordinum pro regalibus habebuntur circa priuilegia ordinum, an incidat in pœnam huius legis qui derogationem impetrauerit? Videtur etiam quód non, licet dicamus impetrationem aliàs eſſe nullam, quia principũ priuilegijs non derogat Papa ſine ſpeciali nota, vt Paulus tertius declarauit ad inſtantiam Caroli Quinti inuictiſsimi, ibi: Neq; in tribus ordinibus militaribus huiuſmodi aliquatenus ſe intromittere poſſe authoritate apoſtolica decernimus.

Verumtamen non omittam ad intel-
17 lectum Gamæ deciſ 354 & quæ Barboſ. d loco num. 69. dum illi doctiſsimi patres exiſtimant, quod officia quæ à magiſtro conceduntur, licet cum eius morte expirare debuiſſent: tamen hodie nõ expirabunt, cum adinſtar donationum regiarum redactæ ſint, ex eo quod magiſtri dignitas Coronæ vnita eſt, ex eoq; tranſibunt ad ſucceſſores, ex reg cap. Abbate, de re iudic lib. 6. quæ doctrina illo modo accepta iuri repugnat: nam ſi officia ante vnionẽ morte magiſtri expirabant, pari quoq; ratione debent extingui, etiamſi Coronæ ſit illa dignitas vnita, nam reſpectu illius Rex cenſetur perſona priuata, & Prælatus, cuius dignitatis natura non immutata eſt. Quare ſi quæramus quæ ſit ratio cur talia officia hodie non vaccant? Ea videtur eſſe quod extingui officia, & vaccare reſpectu Prælatorum, ex eo procedit quod Prælatus ſolùm ad vitã ſuam fruitur dignitate, nec vltra poteſt eius conceſsio protendi in præiudicium ſucceſſoris, cap. fin. ne Prælati vices, qui ex nouo iure, & ex ſua perſona ſuccedit in dignitate, ex notatis per Doctores in cap. Quia V. de iud. quod non ita ſe habet reſpectu dignitatis magiſtri, quæ à Sede Apoſtolica vnita eſt Regiæ Coronæ: nam cum illa dignitas ad Reges ſpectet regia dignitas non moritur, cap. Liberti. 12. quæſt. 1. facit l Iubemus, in fin. C. ſacroſ. eccleſ. Guid. deciſ 355. licet ceſſare dicatur vaccante imperio, & ſuſcitato Rege, non tamquam ſingularis ſucceſſor regiam dignitatem accipit, ſed iure hæreditario cui cum cohereat dignitas magiſtri, non ex perſonali, ſed ex reali conceſsione, quæ ad regiam dignitatem perpetuo ſpectat talem adminiſtrationem accipit, ac proinde officia ab eo conceſſa conſeruantur perpetua hodie, cum pendeant à regia dignitate, quæ numquam moritur, non enim magiſtri dignitas conceſſa eſt Philippo, vel Petro, qui Reges ſunt, ſed dignitati regiæ, quæ à Philippo, & eius ſucceſſoribus perpetuò obtineri debet, & ſuccedunt quæ Doctores in cap. Quoniam Abbas de offic. deleg.

Redeundo ad propoſitum, vnde diuertimus qui impetrat breue contra ea quæ Principi cõpetunt vt magiſter hac legis pœna non coercetur: & in ſpecie in hoc Senatu contigit quod cum quidam Abbas Paulus Mendez accuſaretur quod breue contra magiſtri indulta impetrauerit, naturalitate priuatus extitit, & cum ipſe Regem adiret, propoſita quærella, & iniquitate ſententiæ ſumpta, informatione exactis naturalitati reſtitutus eſt, & omnibus reditibus ſibi per ſententiam ſecreſtatis: & illius dipplomatis tenor ſic habet.

Eu elRey faço ſaber aos que eſte aluarà virem, que hauendo reſpeito ao que nos apõtamentos na outra meya folha deſta eſcritos diz Paulo Mendez Reitor do moſteiro de Souto: & viſto as couſas que allega, hei por bem, & me praz (ſendo aſsi como diz) reſtituilo (como de feito por eſte reſtituo) à natureza de que eſtaua deſnaturalizado por ſentença da Relação do Porto, pelos fundamentos nella declarados, & ſem embargo da dita ſentença, o reſtituo, & torno ao meſmo eſtado em que eſtaua, antes de ſer dada contra elle a dita ſentença, porque goze dos meſmos priuilegios que dantes gozaua. Pelo que mando ao Gouernador da dita caſa do Porto, ou a quem ſeu cargo ſeruir, ao Chanceler, &

mais Deſembargadores, & aſsi às mais juſtiças a que eſte aluarà for moſtrado, & o conhecimento delle pertencer; que o cumprão, & guardem, & fação inteiramente cumprir, & guardar como nelle ſe contem. Antonio Campello o fez: em Madrid, 12. de Feuereiro de 1607.

REY.

Illud tamen ſemper obſeruandum eſt, quod ſupradicta procedunt in his quæ magiſter habet tamquam talis, & iure magiſterij, quod eſt dignitas eccleſiaſtica: nam ſi magiſtro competat ius præſentandi, vel ſimile ius exercendi ex regia donatione, quia ipſe eſt donatarius Coronæ vtiq; inficiari non poteſt, quod reſpectu illius iuris ſit donatarius Regis, & quod Regem repræſentat in eo iure, ex quo ſequitur quòd qui contra hoc impetrauerit, incidet in legem regiam, ſicut alibi diximus de iuribus expectantibus ad Coronam Regiam, licet per manus donatariorum expediantur, ne magiſter fiat deterioris conditionis, quàm ſunt reliqui Regij donatarij.

18 Non omittam quæſtionem quæ in hac materia quotidie in praxi accidere ſolet, veluti quando à Sede Apoſtolica Reges habent ne ſubditi extra Regnum confinia trahantur inuiti, vt eſt breue Iulij tertij, vel ne iudæi in cathedralibus canonicatus obtineant: An his caſibus impetrantes diſpenſationes apoſtolicas vt citent, vel talia beneficia obtineant ſint habendi, ac ſi contra Regum indulta impetraſſent, vt pœna huius legis affici valeant. Et quod impunè liceat à S. Pontifice horum breuium, & ſimilium relaxationem expoſcere oſtenditur. Primò quia in dicto breui Iulij tertij continetur clauſula quòd obtentæ literæ contra formam illius non valeant, niſi manu propria Pontificis ſignatæ ſint, & cum derogatione huius breuis ſpeciali: Ergo ex eademmet concesſione conſtat exceptum manſiſſe ius ſuperioris, quoad reuocationem priuilegij. Vnde qui impetrauerint breue derogatorium, non contra concesſionem Regum petunt, ſed ſecundùm concesſionis formam, in qua illud permittitur. Et ſub illis conditionibus conceditur, ex quo fit, vt concedentis manus, non maneant ligatæ: imò ipſe Princeps pro libito voluntatis ſuæ ſub forma ibi præſcripta priuilegiũ reuocari poſsit quoties voluerit, vel negotij, vel perſonæ qualitas expoſcat. Ex caſu igitur permiſſo, & expreſſo in concesſione, & tenore priuilegij nulla pœna poteſt incurri: In cuius opinionis confirmationem extat epiſtolæ regiæ capitulum noſtro Portuenſi Senatui miſſum, quia tamẽ res eſt dubia Regi reſcribẽdũ cenſuit Didacus Lopez de Souſa illuſtriſsimus Comes Mirandenſis Portuẽſis Senatus Præfectus prætorio integerrimus, cuius mandatis obtemperans ſequentia ſcripſi, & huic operi annectenda curaui.

Carta do Secretario Chriſtouão Soarez.

Sendo ſua Mageſtade informado que no caſo da demanda que neſſa Relação corre cõtra Franciſco Cardoſo de Oliueira, que foy prouido de hũa conezia de Coimbra, por renunciação de Ioão Rodriguez Banha, ſe não pode praticar a Ordenação do liuro ſegundo, que trata dos que impetrão diſpenſações contra as graças concedidas a ſua Mageſtade: houue por bem de mandar que neſta parte ceſſaſſe a dita demanda, de que auiſo a voſſa Senhoria para que tendoo entẽdido, faça ordenar o que ſua Mageſtade manda. Ideſt. 19

Cum Cholica Mageſtas, habita informatione cõſideraret in caſu, & lite quæ in Portuenſi Curia mouetur contra Franciſcum Cardoſo de Oliueira, prouiſum cuiuſdam canonicatus Conimbricenſis per reſignationem Ioannis Rodriguez Banha, non habere locum, nec practicari poſſe Ordinationem lib. 2. quæ agit de impetrantibus diſpenſationes contra gratias Regi conceſſas, ſtatuit, iuſsitq; in hac parte dictã litem ceſſare

ſare oportere, de quo dominationem veſtram facio certiorem vt id percipiés iuſſa Regis obſeruari diſponat

Si quando à Principe mandata dimanant, ex quorum executione, vel graue aliquod dammum timeri deceat, vel Reipublicæ perniciosa, aut ſcandalo eſſe poſsint, datum iudicibus inferioribus eſt in executione ſuperſedere, ne in iuſtitiæ perniciem ruant, & Principi reſcribere vt reformato, ac meliori conſilio bono communi conſulat. Quamobrem non eſt cur vereamur ne catholicæ Mageſtatis auribus non intimemus iuſtas aliquas rationes, & fundamenta ſe ſe vltrò offerentia ad illius decreti executionem impediendum. Videmus namq́; bonum commune Regni magnopere offendi, & ex interpretatione ex verbis illius decreti reſultante grauiſsimum, & deteſtabile iuriſdictioni regiæ præiudicium generari ſiquidem ſopitur extinguiturq́; non contemnendum illud regalis diadematis ornamentum, népe inhibitio qua Regni incolæ veluti træno cohibentur ab impetrandis diſpenſationibus contra gratias apoſtolicas, induitaq́; Regibus, & Regnis conceſſa, digna potius quæ in maximam Reipublicæ tranquilitatem enixè obſeruarentur.

Quoniam vero rei de qua agimus reſolutio omninò pendet ab intellectu Ordin. lib. 2. tit. 15. dum prohibet, ne horum Regnorum incolæ à ſummis Pontificibus Romanis impetrent literas, ſeu vt vocant, bullas quæ aliqua ex parte offenſum eant indultis, literisvè ab eiſdem ſummis Pontificibus Regi, ac Reginæ conceſsis, vt vera intelligentia appareat, & veritas per contraria magis ſplendeſcat in lucem, cap. Graue, 39. quæſt. 5. prius proponam fundamenta quibus ſe ſe huiuſcemodi impetrantes tueri, & à pœnis illius Ordinationis inoxios ſatagunt aſſeuerare.

Primo, impetratio facta à dicto canonico, in qua breui Clementis VIII. derogatum extat pro illa vice, non videtur eſſe illius naturæ, & conditionis illarum in quibus lex Regni locum habet, quoniam vt ex verbis illius clementinæ colligitur, ſemper Summi Pontifici reſeruata facultas, & illabata remanſit, diſpenſandi, relaxandiq́; breuis prohibitionem quoties ſibi ita expedire viſum fuerit, ibi: Niſi in illis de impuritate generis, & ſtirpis, & ſanguinis perſonarum huiuſmodi ſpecialis mentio fiat, quare cum eadem clementina diſpenſationibus aditum relinquat apertum, caſu quo ita iuſtum, & rationabile videatur, immerito dicetur, indultũ huiuſmodi offendere, & lege Regni, qui eiuſdem breuis præſidio, & facultate munitus à ſummo Præſule diſpenſationem impetrauerit, cum hæc eadem facultas ex ipſomet breui profluat, ſi illud intelligamus conceſſum ſub ea reſolutiua conditione, videlicet ſi Papa non reuocauerit, aut derogare voluerit, prout de iure poteſt in quibuſcunq; priuilegijs, quamquam id non exprimat, ex cap. Clericis, § vlt de immunit eccleſiar. lib. 6. ibi Non obſtantibus quibuſcunq; priuilegijs ſub quibuſcunq; tenoribus formis, ſeu modis, aut verborum conceptione conceſsis, & in cap. Quia ſæpe de electione, eod. lib. Soar aduerſus Angli Regis errores, lib. 4. de immunit. eccleſ. cap. 34. verbo Priuilegium.

Secundo eadem Ordinatio d. tit. 15. ſolummodo videtur intendere vt puniantur ſurreptitiæ literarum impetrationes aduerſus indulta regalia citra eorum mentionem, ibi; *O que ſerá pelo ſancto Padre não eſtar lembrado do que nos tem concedido, ou por algũa informação não verdadeira:* Ideſt quód eueniet, vel quia ſummus Pontifex immemor ſit gratiæ nobis conceſſæ, vel propter aliquam falſam ſugeſtionem: quare cum dictus canonicus ſanguinis ſui, ac generis defectum Pontifici reuelaſſet, & ſuper eo diſpenſationem obtinuiſſet amplis, & exuberantibus clauſulis conceſſam, rectè

ſequitur impetrationem ſubreptitiam non eſſe, cum ea ſolùm talis dicatur quando obtinetur tacito, vel expraſſo, quo non æque difficile, vel difficilius concederet, cap Super literis, de reſcrip. ibi: Nullatenus literas dediſſemus, &c. Rebuf. in praxi fol 108. à num. 10 Soar. allegat 12 num 13. Tiraq in l. Si vnquã verbo Reuertatur, num 79 & apud nos eſt Regia Ordin lib 2. titul 43 Valaſc. conſ 72. num. 8 Cabed. deciſ. 38

Tertio, quia ſi impetrantes huiuſmodi diſpenſationes naturalitatis amiſſionem incurrerent, impediretur omnino iuriſdictio apoſtolica, & indirectè libera illa, & abſoluta ſummorum Pontificium poteſtas in peſſum iret, & eneruata ſuccumberet, dum Regis vaſſalli amittendæ naturalitatis metu ab impetrandis diſpenſationibus ſe ſe omnimodo ſequeſtrarentur, quo factum erit vt Ordinatio hæc libertatem eccleſiaſticam offendat, & ex conſequenti ſit inualida. Nam attento iure, vno è quatuor modis offenditur eccleſiaſtica libertas Primo, ſi leges ſæculares obuiam eunt priuilegijs generalibus Eccleſiæ in communi conceſsis per legem Diuinã, Canonicam, aut Imperialem, quale eſt fori priuilegium Deinde quando aufertur priuilegium canonis expræſſum in cap Si quis ſuadente, 17. quæſt. 4 quod perſonæ capturam reſpicit. Tandem ſi lex ciuilis clericis imponat tributa, à quibus ſecundùm iuris regulas ſunt exempti, cap. Quãquam, de cenſib lib 6. Denique quando lex ciuilis clericos metu afficit, ne timore perculſi ſua omnimoda libertate fruantur, vt puta in omni caſu quo iuriſdictio eccleſiaſtica, vel indirectè iacturam patitur, probat text in cap. Statutum ibi: Vel indirectè de hæret lib 6. Bartol. in l 1 § Quæ one randæ ff quar. rerũ actio non detur notant Doctores in cap fin de immunit. eccl ſ. lib 6. Bertachin de gabell 2 part. num. 15 vbi citat Bart in l 1 nu. 3 ff de his quæ pœnæ nom. tenet Bald. in l. 1. nu 3. Cod. de indict. Viduit Toll Martã de iuriſdict. 4 part caſu 1 per totum, & caſu 45. num. 4.

Verùm his non obſtantibus in contrarium ſtat veritas, & Germanus, ac proprius illius Ordinationis intellectus, prout ex ſequentibus diſcurſibus palam fiet.

Catholici, ac potentiſsimi Hiſpaniarum Reges Eccleſiarum Cathedralium ex vetuſtiſsima, & immemoriabili conſuetudine ius patronatus obtinent, quippequi eas patrimonij principalis impẽdijs conſtruxerunt, inſtaurarunt, & munificentiſsimé dotarunt, ita ait l. 1. titul 6. lib. 1. nouæ recopil. ibi: *Por derecho, y antigua coſtumbre, y juſtos titulos, y conceſsiones apoſtolicas ſomos patronos de todas las Igleſias Cathedrales* & priuilegium ſe vidiſſe Guillelm. affirmat in addit ad Speculat. titulo de præbend. § 2. & Grogor. Lop. in l. 18. tit. 5 part. 1. & huius poſſeſsionis veteriſq; Regum iuris patronatus, meminit lex 3. tit 3 lib. 1. Ordin. Couar. in reg poſſeſſor, 2 part. § 10 nu. 5 idem in Francia dicit Carolus de Graſſal de regalib. Franc iure 3 in fin. in Normania Rebuf in praxi beneficiali 3. part. ſignat. § Nec non iure patronatus n 36. Lambert de iure patron lib. 1. part. 1. princ art. 2. & in hoc Cabed. de iurepat. Regiæ Coronæ cap. 37.

Quamobrem Portugaliæ Reges, vltra defenſionem quam generaliter cunctis impertiunt, propenſiori ſtudio pro Cathedralium Sedium, quarum ius patronatus obtinent dignitatis, & ſplendoris propugnatione inuigilare tenentur, id in primis curantes ne hæbrei ſanguinis homines huiuſmodi Eccleſiarũ Sedes itinerariter occupent. Experimento namq; compertum eſt quàm pernicioſum, quàm inſidum, quàm ambitionis plenum, quàm deniq; orthodoxæ Fidei, & catholicis traditionibus; peſsimum hoc genus hominum ſit contrarium, & ſacris legibus inimicum, quibus cum nullus idſit conſcientiæ ſcrupulus, aut Dei

Dei timor continuo per ſordes, per ſuffragia, per ambitum, per argentum, & aurum, eccleſiaſtica beneficia, naſciſcũtur, aucupantur eo præſertim intenti, quo Eccleſiæ ſtatus tranquilitatem exturbent, quo diſciplinam eccleſiaſticam deſpiciant, quo deniq; in Eccleſiam ſanctam nefanda hæreſeos dogmata impudentes imittant: digni plane qui tacti de Cælo fulmine conflagrarent incendio: Et non immerito ius eos à publicis muneribus arcet, cap Conſtituit, 17. q. 4. reſoluit Otalor. de nobilit. 2. part. 3 p. cap. 7. n. 20. Auendan in cap. 19 Prætor. num. 20. & in dictionario, verbo Iudio, Couarr. in Clem Si furioſus, 1. part. §. 2. num 17. Perez in l 4 tit. 3. lib 8. Ordin. Gregor. Lopez in l 4 tit 24 part. 7 gloſ. 1. Bobadill. in ſua polit. lib 1 cap. 4. n 26. vbi refert conſilium illud D. Pauli Epiſcopi Burgenſis, quo Regem Henricum ſuadebat ne vllo pacto Hæbreos, aut nouiter conuerſos ad dignitates, & officia publica admitti pateretur, quod præſertim eſt obſeruandum in Sedibus Cathedralibus, quæ veluti cæterarum caput, & inſtar vndequaq; debent ſacratius præfulgere: quod aliter accidit hac tempeſtate, qua tot canonici Conimbricenſes hæreſis damnati fuerunt curiæ ſæculari traditi, & publicè combuſti.

Secundus diſcurſus eſt, quod cum regia maieſtas à S. Pontifice hoc, & alia breuia Reipublicæ, & communi bono oportuna impetraſſet, & impedire non poſſet ne vaſſalli diſpenſationes obtinerent, quæ Romæ vtplurimum, vel facilimo negotio conceduntur, vel falſis, & ementitis ſuggeſtionibus impetrantur, quaſi præuidens mala quæ huiuſmodi impetrationibus poterant pullulare, perpetuis legibus decreuit, quod vaſſalli deinceps haſce diſpenſationes impetrãtes vti Reipublicæ perturbatores, & Regi inobedientes priuilegium illud naturalitatis, & incolatus quod obtinebant, amitterent. Hoc namq, temporale bonum in manu Principis eſt, qui ſponte ſua naturalitatem alijs concedere, alijs vero denegare, & auferre poteſt. Ita in ſimili diſponit lex Caſtellæ 24. titul. 2. lib. 3 Ordinam. & l. 5 tit. 1. lib. 3 Couarr. pract. cap. 35. num. 3 Salzed. in pract. cap 54. num. 102. Auiles in cap. Prætor. 3. verb. Iuriſdiction. num. 3. & cap 20. verbo Vſurpan, num. 9. Auendan. de exequend. mandat. lib. 2 cap 6 num 2. quæ reſolutiones ortum habent à text. in l. Quicunq; Cod. de Epiſcop. & cleri. & in l. fin. ff. offic procurat. Cæſ. Cabed. de iure patron. cap. 36. num. 3 Magna etenim in Republica perturbatio, & in Cathedrali Sede ſcandalum orietur ſi ad præbendam, & dignitatem illi aſſumãtur, quorum parentes, & aui habitu pænitentiali coruſcantes hæreſim in quam prolapſi fuerant publicè abiuratũt, nulla ratio patitur, vt ſi impunè, & citra Regis permiſſum: imó & renuente diſpenſationes obtineant, Athenienſium oſtraciſmi legem ſæpè laudo, qua protinus à Republica arcebant quos vel luxuriantis fortunæ caſus, vel nimia ambitio petulantiores effecerat; refer Cælius Rodigin. lib 2. lection antiq. cap 44. Elian. lib. 13. variæ hiſtor. cap 21. Ariſt. lib. 3. politicor cap. 9 Philoſtratus in vita Apollonij lib. 6. Conradus Brun. de ſeditionib. lib 6. cap. 4. quod in his Hæbreis locum potius obtinere debet, qui ad eccleſiaſticas dignitates per ambitum anhelant, qui contra legis, & contra Regis voluntatem diſpenſationes extorquent.

Ex quibus infertur verba huius Or- 20
dinationis dum punit impetrantes aliquam prouiſionem contra breue Regibus conceſſum intelligenda fore, non tantùm de his qui directè impetrant omnimodam breuis derogationem: verùm etiam de his qui ſolúm diſpenſationem ſibi procurant cum breuis derogatione, quod plane colligitur ex ampl. ſignificatione verbi *Prouiſaõ alg.*, quod eſt generale indefinitum, & potens omnes

caſus

caſus comprehendere, per quos dictum breue tam in communi, quàm in particulari conuellitur, ex Bart in l. Si pluribus, nu. 4. ff. de legat. 2. Gama deciſ. 354. num 7. Hoc enim pacto indirectè breuis prohibitio infringitur, & directè offenditur; legis mens, & Regis intentio, quæ verſatur in huiuſmodi gratijs, & diſpēſationibus obuiando. Verum nāq; eſt dicere diſpenſationem breue contraire, quod per diſpenſationem frangitur, & eneruatur, prout de iure conceſſio ſpecialis generali derogat, iuxta text. in cap. 1. de reſcript. cap. Quamuis 38. eod tit reg. generi, de reg iur lib. 6. Abb. num. 10. Innocent 5. Decius 4. Felin. 3. Rippa 75. in d. cap 1. idem Decius conſ. 147. vol. 1. Alex conſ. 156. num. 1. lib 6. Rota deciſ. 17. de præbendis, Rebuf. in concordat. titul de forma mand. verbo Data in princ. Vallaſ. d. conſult. 72. n. 2. quod apertè colligitur ex verbis diſpēſationis, vbi fit mentio dicti breuis, & ſic dicitur: ea vice duntexat ſpecialiter expreſſe harum ſerie derogātes, & quamquam verba quibus lex vſa fuit perſpicua omnino non ſint, tamen illius mēs aperta, & clara eſt, & ſuccedit reg. l Scire §. Aliud, ff. de excuſat tutor. ibi, Sed etſi verba legis hunc ſenſum habeant, tamen mens legislatoris aliud vult.

Neq; obſtabit, ſi quis obijciat non poſſe dici facere contra breuem ſupradictum, qui vtitur permiſsione, & facultate in eodem breui conceſſa. Patet namq; ex verbis ipſius licere diſpenſationem expoſcere contra ipſius rigorem, qui ergo eam obtinuerit, non offendit breue, cum & hoc ipſum breue concedat, arg l. Quæro, § Inter, ff Locati, l. Iullianus, §. Offerri ff. de action. emp. & elicitur ex doctrina Bal. in l 1. C. de vſufructu, vt refert Rebuf. in l 102. ff. de verbor. ſignif. in fin.

Satisfit namq; quod inuictiſsimus Princeps in hac lege non impedit diſpenſationes, nec eas punit; ſolumq; punire intendit inobedientiam, verſutiam, calliditatemq; ſubditi, qui contra ipſius votum, & placitum tales diſpenſationes procurauit, eo inconſulto, nec habita facultate ab ipſo, qui mores ſubditi examinans illam facultatem, vel denegaret, vel elargiretur. Et credibile eſt quod ſi impetrantis probati eſſent mores ipſius votis annueret, quamuis enim verum ſit, vt diximus, quòd Hæbrei admittendi non ſint ad munera publica, & beneficia obtinenda, vt dicit Couarr. de homici. d. 1 part. § 1. num 8 Gomez. in cap Statutum, num. 86. de reſcript. lib. 6. Oieda de incompatibilitate, 1 part. cap. 24. num. 5. Surdus conſ. 122. Tamen hoc limitatur quando tam probati ſint hominis mores, vitæq; ante actæ exempla, vt dignus maioribus honoribus, & titulis videatur Nauar. in Manu cap 27. num 205. Oieda vbiſupra num. 4. Salzed. in pract cap. 23. num. 7. Azeued. lib 5. tit. 2 l 1. Cened. 2. part. collectan 15. & collectan 77. pro qua limitatione pugnat, cap Eamte, de reſcript. ibi: Pro eo vero quod iudæus extiterit, eum dedignari non debes, Simanch de Chatol. cap. 47. num. 88 Cumq; Papæ hæ qualitates perſonarū ignotæ ſint, & ſæpius falſis ſuggeſtionibus indigni ad beneficia in Chatedralibus promoueantur huic malo obuiam ire Reges intendebant, ſic ſtatuentes, volenteſq; ligare qui talia breuia diſpenſatiua obtinent non præuia ipſorum Regum aprobatione, & facultate.

Nec huic intellectui obſtabit quòd in principio pro contraria parte ponderabam. Ad primum namq; ſatisfit quód licet videantur verba Bullæ admittere diſpenſationes, tamen licet talis impetratio valida ſit, lex regia non punit niſi vaſſalli impudentiam qui nititur cum Regis renitentia diſpenſationes obtinere vt in Regno degat offendens, ſi non verba mentē Principis quæ colligi, & percipi ſolet, vel ex materia ſubiecta, vel ex ratione quam exprimit, vel ex alijs circūſtantijs, Bart in l. Cōtra

ff. de

ff de legib l In conditionibus ff de condition &: demonſtra cum vulgaribus,ita verba intentioni, non intentio verbis inſeruiat. Vnde cum lex regia prohibeat impetrationem contra breuia obtenta á Sede Apoſtolica, illa verba ex mente proferentis comprehendunt caſum diſpenſationis, & ſuccedit reg d. l. Scire, §. Aliud.

Ad ſecundum fundamentum reſpõdetur, non ſolùm hanc Ordinationem comprehendere qui comittunt ſurreptionem, falſitatemq; in impetrationibus,ſed ſuppoſitiua præſumptione tales impetrationes ſurreptitias, & falſas decernit, quia vbi plurimum qui meritis deſtituti ſunt, ſolicitè procurant ſe ad rerum faſtigia,& culmina euehi, totiſq; neruis in hoc opere incumbũnt, præmiaq; alijs debita nanciſcuntur hos importunæ preces,& adulatio pariunt fructus, virtuſq; ſterilis iacet.

Quod ſi adhuc dicamus hanc legem voluiſſe punire impetrationes ſubreptitias,nulla magis quàm huius impetrantis, qui probatur ab Hæbreis traherẽ originem, qui infamiam publicam in illa eadem ciuitate aſsi ſunt, nec eſt veriſimile quód ſi hæc S. Pontifici eſſent expoſita diſpenſationem concederet, ſicq, ey hoc fundamento in iudicio ordinario vicarij Conimbricenſis illa diſpenſatio, vt ſurreptitia nulla declarata extitit.

21 Vltra quod patet quod hic impetrans breue obtinuit menſe Aprilis 1612. cum iam antea menſe Ianuarij illius annis breue emanaſſe á Paulo V. ne Hæbrei ad ſimilia beneficia admitterentur in Cathedralibus, cuius ipſe nullam fecit mentionem,quare ſurreptitia talis conceſsio cenſeri debet, cum non ſolam concedentem difficiliorem redderet ſi hoc exprimeretur, verum & omnino auerteret, & ſuccedit reg. cap. Super literis,de reſcript.

Nec iuuabitur nullitate breuis ne puniri valeat,quia ex actu nullo pæna non incurritur,vt per Doctores in l. 4. §. Condemnatum, ff de re iudic. Caldas Pereira de poteſta elig quæſt 5. num. 8 & fuit Bart in l Filium, § Si quis bonorum, ff. de legat præſtand, Azeued. in l. 1. tit. 21. lib. 4 num 91. Satisfit namq; quòd ex nulla, & ſurreptitia impetratione pæna comittitur, maximè quando actus validè geri non poteſt,cum reſiſtentia Principis,& legis, l. Non dubium,C. de legib. quia in odium impetrantis ſuſtinetur actus,& valet contra gerentem, Caldas Pereira 4. part de extinctione, cap 10. num 39. 40. & 41. Tiraquel. de conſtit. limit 3. n. 5. vbi citat Decium conſ 247.

Ad tertium quôd hoc modo impiedetur executio literarum apoſtolicarũ, ſi Reges poſſent naturalitate priuare eos cum quibus Papa diſpenſauit. Reſpondetur quód Rex inuictiſsimus non intendit punire impetrantes ob diſpenſationes habitas à Sede Apoſtolica, ſed ambitionem, proteruiam, & fraudes ſic impetrantium citra Regis conſenſum, & aprobationem, atq; ex ea cauſa tales vaſallos nequit habere, nec pati, vt in ſuo Regno degant, ſicq; procedit Ord. lib. 2. titul. 13. ſecundùm quam etiam ex breui non ſurreptitio, ſed valido Princeps naturalitate priuat vaſallum talia carentatitem, & procurantem contra Regis votum, & tamquam ab indigno aufert naturalitatis iura,eleganter Guillelmus, verbo Si abſq; ſub titulo de fideicomiſſar. ſubſtitutione num 47 ad med. vbi dicit puniendum impetrãtem ligitimitatem à S. Pontifice, licet cauſa ſit ſpiritualis, quia regiam poteſtatem introuertit. Quamuis enim ſequatur quod ille ſic naturalitate priuatus non poſsit illud beneficium obtinere, & hoc modo videatur tolli executio literarum apoſtolicarum,quia beneficia non conferuntur niſi naturalibus,ex l 18 titul. 3. lib. 1. recopil. Ceuallos 4 part. quæſt 1. num. 347. & 416 & 433. & 308. Bobad. lib. 2. cap. 18, num 208 & num 243. Tamen illud peraccidens accidit, quia finis

legis

legis ille eſt, ne vaſſalli inobedientes, & audaces in Republica tollerentur, quare cum lex principaliter attendat bonũ commune, in illudq; dirigatur illud quod peraccidens venit contemnitur, ſequiturq; illa priuatio inhabilitatem quæ præceſsit, faciuntq; Soarez de cenſur. diſput. 21. num. 91. Iacobus de Graſſis in explicatione Bullæ 14. cauſ. n. 135.

Hac eadem ratione procedit Ordinatio Regia, lib. 4 titul. 88. §. 1. quæ nuptias filiarum ante 25. annum punit ſine conſenſu parentum, vt dicunt plures quos refert Sanches de matrim. lib. 1. diſput. 34 quæſt. 2. lexq; ideo ſuſtinetur quia reſpicit bonam, & rectam gubernandi rationem, quia non tolit iuſtam libertatem, ſed iniuſtam cohibet, eo modo quo poteſt, explicat Corraſ. lib. 1. Miſcel. à num 9. Barboſ in l. 1. ff. ſolut. matrim. 4 part. num. 35. idemq; diſponit lex Caſtellæ 5 tit. 7. part 6. & titul. 1. part. 4. l. 10.

Ex quibus colligitur hanc Ordinationem ſic fore accipiendam, & explicandam vt in eius rigorem incidant qui diſpenſationes obtinet, vt in Cathedralibus admittantur: eſt enim res mali exempli: & ſufficit quòd in alma ſede Conimbricenſi videmus plures Canonicos hæreſi inquinatos igne combuſtos cum dedecore Regni, & ordinis extitiſſe, aliosq; publicas pænitentias ſubijſſe, quæ omnia debent mouere animum Principis vt gladio vltore inſurgat, tales diſpenſatos intra ſui Regni confinia degere non patiatur.

Nec noſtros auſus fefellit euentus, nam cum hæc & alia quæ à iuris conſultiſsimis Senatoribus ſacra Maieſtas, principaliq; reſcripto præcepit, vt deinceps tales impetrationes tamquam legis regiæ menti contrariæ fieri non poſſent, impetranteſq; legis ſeueritate punirentur, procuratorq; regius inuigilet, vt ſic impudentes impetratores arceantur â præſepibus tamquam ingnaui fuci. Verba ſunt hæc.

Diogo Lopez de Souſa Gouernador amigo. Eu elRey vos envio muyto ſaudar, hauẽdo entendido que ſe não praticou até agora compridamente a Ordenação lib. 2. titul. 15. que trata dos que impetrão prouiſoẽs de Roma, contra as graças concedidas a mim, & que por não hauer feito, ſe atreuerão tantos a pedillas, houue por bem de reſoluer que a dita Ordenação ſe executaſſe daqui em diante, de que me pareceo auiſaruos, porque o tenhais entendido, & o façais ſaber aos Deſembargadores deſta Relação, & ao Procurador, Iuyz da Coroa, que aſsiſte nella encarregareis de minha parte, que ſuccedendo algum caſo dos comprehendidos na dita Ordenação, fação logo tratar do comprimento della, poſto que não haja parte que o requeira, & ſem embaago de qualquer outra ordem, dada antes deſta: & vòs tereis particular cuidado de ſaber ſe ſe executa: & fareis que eſta carta ſe treslade nos liuros da Relação, para que fique ſempre memoria do que por ella ſe ordena. Eſcripta em Madrid, a 20. de Ianeiro de 615. REY.

22

Illud non omittam, quid dicendum ſi forſan Prælatus impetret breuia à Sede Apoſtolica, quibus minuatur, vel aliquo modo offendatur exemptio, & libertas alicui ex ordinibus militaribus conceſſa? Et videtur dicendum quód in breuibus magno magiſtro conceſsis in fauorem ſui ordinis nó loquitur lex regia quæ ſolum dirigitur in eos qui contra Regum indulta impetrant, niſi breue modo impetratum offendat ipſam militiarum conſtitutionem, vel donationes à Rege factas, vel priuilegia quæ ad inſtantiam Regum impetrata fuere: non eſt dubium contraire Regũ priuilegijs, quia primo illa gratia facta eſt Regi, dum tales comendas erigendi facultas elargitur, vel ad Regis preces hæc vel illa priuilegia conceſſa fuere ſecundario ipſas militias concernit, ad quas vtilitas impetrationis dirigitur, & ſemper attendimus originem: Quare hoc caſu legem regiam offendi exiſtimarem.

SVM-

SVMMARIVM.

1 HÆC lex dum prohibet alienationes immobilium in Eccleſias, ex quibus cōcordijs deducta fuit?

2 Quæ fiunt contra Eccleſiaſiarum priuilegia non valent.

3 Ponderatur cap. fin. de immunitat. Eccleſiarum.

4 Statuta contra eccleſiaſticas perſonas facta earum mentione ſunt nulla.

5 Quando Eccleſia manet deterioris conditionis, quam ciues lex efficitur nulla.

Quæ à Principis voluntate pendent, dicũtur impoſsibilia, niſi ipſe ſit ſolitus facere. ibi.

6 Interpretatur cap. Cum cauſa, de re iudi.

De conſuetudine ad legem valet argumentum. ibi.

7 Etiam cum expreſſa prohibitione ne res tranſeat ad Eccleſiam, ſi fiat monachus poſſeſſor tranſit.

8 Ordinatio diſponit vltra concordiam, & ſic nulliter.

Princeps ligatur ſuis legibus, maximè ſi cōtrahit cum non ſubdito. ibi.

9 Semota omni concordia, valet lex quæ prohibet ne immobilia vẽdantur Eccleſijs.

10 Lex poteſt res ſubditorum à comercio omninò eximere.

11 Lex ſæcularis faciens mentionem de Eccleſijs non valet, quando conſtat de publica vtilitate.

12 Reges Regnum à Mauris vindicarunt, & terrarum ipſarum dominiũ acquiſiere.

13 Poteſtas Principis, & particularium in rebus, in quo differant?

Legis prohibitio dirigitur ad ſuos, & peraccidens eſt vt ad alienos porrigatur. ibi.

14 Libertatem Eccleſiæ hæc prohibitio non lædit.

Libertas eccleſiaſtica in quibus conſiſtat? ibi.

An competat libertas in his quæ iure cōmuni reliquis conceduntur. ibi.

15 Si tollantur quæ iure communi competunt, non tollitur libertas eccleſiaſtica.

Potius læditur humana ſocietas. ibi.

16 Interpretatur text. in cap. 1 de immunit. Eccleſ. lib. 6.

17 Cauſæ quæ iuſtificant legem Regiam.

Concordia infringi non poteſt. ibi.

18 Interpretatur Ordin. lib. 1. tit. 2. § 16.

Lex valet ſtatuere quòd clerici pro rebus emptis contra prohibitionem clerici in ſæculari reſpondeant. ibi.

19 Lex Regia non tollit quòd per ſucceſſionem Eccleſiæ bona acquirant.

20 Lex Regia non habet locũ in hipotheca.

Monaſterio ex perſona monachi maioratus vltra annum acquiri non poteſt. ibi.

Lex ſolùm locum habet in alienatione quæ pleno iure fit. ibi.

21 Annus à lege regia præſcriptus de iure eſt.

22 Lex Regia non comprehendit clericos, quia hi emunt ſine regia facultate.

Dum lex diſponit vt bona laicis relinquant in morte, an procedat in patrimonialibus clerici. ibi.

An in bonis ex hæreditate acquiſitis, & non emptis. ibi.

An in dote facta filia moniali. ibi.

23 An habeat locum quando Eccleſia eſt domina directa.

24 In his Regnis non emunt clerici bona regalia.

25 Pro bonis regalibus clericus in ſæculari conuenitur.

26 Sufficit qualitatem hanc in libello exprimere, vt cauſa trahatur ad iudicem regium.

27 Clerici diſponunt de rebus intuitu Eccleſiæ quæſitis, & quomodo?

AN POSSIT PRINCEPS SÆCVLAris ſtatuere ne res prophanæ eccleſiaſticis perſonis vendantur ſub Ordin. lib.2. tit. 18.

CAP. 67.

1 HÆC Ordinatio deprompta fuit ex concordia, in ſecundo articulo ſ, ex vndecim ſecundæ concordiæ, cum Rege Dioniſio, 1. part. num. 94. & ex ſeptimo eiuſdem concordiæ, nu. 100. & ex tertia concordia eiuſdem art. 3. & 5. n. 109. & ex quarta concordia eiuſdem Regis, art. 13. num. 130. & Regis Petri art. 23. n. 162. & Regis Ioannis primi, art. 29. num. 202.

Et in §. 1. eſt deducta ex concordia Ioannis primi, art. 86. num. 260.

Quæſtio eſt valde difficilis, An va-
2 leat ſtatutum ſæculare quo cauetur ne bona immobilia laicorum in eccleſiaſticas perſonas transferantur ſine regia facultate, de quo extat Ordinatio Regia lib. 2. tit. 18. quam eſſe contra eccleſiaſticam libertatem, nec valere tenuerunt plures non mediocris authoritatis viri, primus fuit Bart. l. Filiusfam. §. Diui. 2. de leg. 1. num. 12 vbi comprobat tale ſtatutum non valere tali argumento: Ea quæ fiunt contra priuilegia Eccleſiæ inducta per ſũmos Põtifices, & Imperatores, ſunt contra libertatem Eccleſiæ, ſed priuilegium eſt conceſſum Eccleſiæ, vt poſſit emere, & ex eo ſolùm contractu, ſine traditione ei quæratur dominium: ergo ſtatutum in contrarium factum non valet, Bartoli ſententiam cõprobant plures, temerariumq; dicit ab ea diſcedere Iaſ. in d. §. Diui, n. 8. & 107. lect. 2. Alex ibi num. 12. Rippa 8. idem Bart. in l. Dudum. num. 2. C. de contrah. empt. Paulus conſ. 89. n. 1. lib. 2. Curtius Senior conſ. 62. & 72. num. 13. lib. 3. Angel. conſ 48. Alex. 211. num. 10. lib. 2. Tiraq de iure mariti, gloſ. 8. num 172. Furtunius de vltimo fine iuris illatione 14. Hoſtienſis in cap. fin. de rebus eccleſ. num. 5 & in Summa, de immunit. eccleſ. §. Sed nec illa Abb. in cap. Relatum, num. 5. de reſcript. & in cap. Quod clericis, num. 15. de foro compet. & in cap. A nobis in primo, de ſent. excommunic. Deci in cap Eccleſia ſanctæ Mariæ, num. 55. Doctores in cap vlt. de immunitat eccleſ. lib. 6. Fabianus de emptione, 3 part. quæſt 21. num. 46. Perez l. 7. tit. 2. lib. 1 fol 74. & refert in Curia Valeſoleti, anno 1523. & in Curijs Segouiæ, anno 1532. & in Curijs Matriti, anno 1534. á Regibus petitum vt tale ſtatutum confirmarent, & id obtentum non fuiſſe, quia ſcilicet contra eccleſiaſticam libertatem æſtimabatur conditum, in hanc partem inclinat Frater Emanuel Rodriguez, licet à principio dubitet quæſtio regul. lib. 1. quæſt. 66. art 4. Rodoanus de rebus eccleſ. q. 52. num 121.

Et ne ſola authoritate hæc pars inniti videatur plura pro ea adduci poſſunt fundamenta, primum deductum ex 3
cap fin. de immunit eccleſ. lib 6. vbi expræſſe damnantur laicorum ſtatuta quibus Eccleſiæ obligantur alienare bona immobilia, quæ à laicis obtinent, ibi: ne Prælatis, aut clericis ſeu perſonis eccleſiaſticis quicquã vendant, aut emant aliquid ab iiſdem, neq; ipſis

ipſis bladum molant, coquant panem, aut alia obſequia exhibere præſumant aliquando interdicunt, cum talia in derogationem libertatis eccleſiaſticæ præſumantur, eo ipſo excommunicationis ſententiæ decernimus ſubiacere, facit cap. 1. eod titul. & lib & reg. text in cap. Quanto, de priuileg.

Secundo, quod ſtatuta quæ de Eccleſijs, vel eccleſiaſticis perſonis mentionẽ faciunt ex intentione ſtatuentis, cenſentur facta in odium Eccleſiarum, & fraudandæ iuriſdictionis eccleſiaſticæ occaſione, quo caſu nulla ſunt, & nullius roboris, licet enim aliquando valere poſſint leges generaliter diſponentes inter ſuos ſubditos, vt clericos tãquam ciues, & corporis Rip. partes, vt diximus ſupra.

Nihilominus tamen extra dubiũ eſt
4 non valere facta Eccleſiarum mentione probatur ex text in cap. Bene quidam, 96. diſt. & in cap. Non placuit, 16. q. 7. DD in cap. Perpendimus, de ſenten. excõmui. vbi Abb. n. 10 Dec 27. & in cap. Eccleſiá S. Maria, nu. 48. Clarus §. Emphyteuſim, q. 28. n. 7. verſ. Ne dicatur, in fine, Marant diſp 8. n. 2. & 11. Menoch. conſ. 350 n 5. vbi dicit contra quẽlibet priuatum legem factã non valere, ex doctrina Bart in l Omnes populi, nu. 17. in fin ff de iuſt. & iur. l. Ambitioſa, col pen. ff. de decret. ab Ord faci. Curtius Iunior cõſ. 129. n 4. Boer q. 125. quod maximè procedit ſi attendamus ad Ordinationis verba quæ in fine principij amiſsione præcij venditorem dãnat, & Eccleſiam emptricẽ amiſsione rei emptæ, qua pæna ſic impoſita Eccleſias intimidat, & arcet ab emptione rerum immobilium, quod quidẽ nec indirectè fieri poteſt, ex reg text in d cap Eccleſia, ibi: Nulla ſit attributa poteſtas, quæ negatio omnem caſum cõpræhendit, vt per Abb. nu. 15. Felin 4 Deci. 25. deficit enim in ſtatuẽtibus poteſtas, qui nec in Eccleſiarum fauorem valide ſtatuunt.

5 Et ſequitur manere deterioris conditionis Eccleſias, & perſonas eccleſiaſticas, quam reliquos ciues cũ illis adimatur illud quod omnibus cõmune eſt, ex text. in cap Non minus, de immunit. eccleſ. ibi: Deterioris conditionis cũ debuerit eſſe contrarium, vt ponderat Bal. in l. 1. §. Quæ onerandæ, ff. quarum rerum actio n 3 & ſuccedit, reg cap. Cum terra de electione, Bal. in auth. Caſſa, n. 1 Abb. in d. cap. Nouerint, n. 2. Alex. in d §. Diui n. 12. Neq; obſtabit ſi quis obijciat noſtrã legem nõ prohibere ſimpliciter rerum immobiliũ acquiſitionẽ, ſed quod prius obtineatur regia facultas ad emẽdum, & lex quæ ſolẽnitatem inducit tempore actus, etiã Eccleſias comprehendit, vt elegenti ratione probat Panor. in c. Quod clericis, n. 26 de foro comp & in repet. cap. Eccleſia, n. 43. Tamẽ illud intelligendũ eſt quando ſolẽnitas illa poſſit impleri ſine maxima difficultate, vt limitat Felin ibi n. 86 Conſtat autẽ difficultatẽ verſari quando licentia à Principe obtinenda eſt, ex tex in l Apud Iulianũ, § Conſtat, ff de leg. 1 & attẽto iure reputatur impoſsibilis, Surd cõſ. 90. n. 17. niſi ſit ſolitus Princeps concedere, idem Surd. conſ. 374 n 29 & conſ. 90 n 40.

Tertio, obſtat text in cap. Cũ cauſa, de re iud. vbi nulla conſuetudine intro- 6
duci poteſt, ne bona immobilia in Eccleſiat alienentur & ab eiſdem vltra annum retineri non poſsint, valet enim de conſuetudine ad legem argum. ex Deci. in cap Clerici, n 24. de iud. Cephal. cõſ. 272. num. 139 vol. 2. Fulgo. ſ. 325. Medices de reg. iur verbo Legis n. 65.

Quod adeo eſt verum vt etiam data
ſpeciali teſtatoris prohibitione, ne res 7
ad monaſterium tranſeat, ſi cõtingat legatarium ingredi religionem, vel clericum fieri, quo caſu alius ſubſtitutus ſit, adhuc non impeditur vt non obſtante tali diſpoſitione Eccleſia admittatur ſubſtituto excluſo ex mente, DD in auth. niſi rogati ad Trebel Couarr. 1. var. cap. 19. n. 6. Coſta in cap Si pater, 1. p. verbo Si abſq; liberis, n 68 Goterrez in canon, cap. 32. Cald de nomin. q. 6 n 0.

ſicq; pariter lex ſæcularis, licet ſuæ Rei-publ. conſulat cum text. indirectè lædat iura Eccleſiarum, cum earum præiudicio nequit obſeruari, maximè ſtãte bulla Cœnæ Domini vbi excõmunicantur qui Eccleſiarum libertati, & decori detrahunt, vel cõtra illam ſtatuunt directè vel indirectè eam infringunt tacitè, vel expræſſe Vnde cum detur Pontificis expræſſa derogatio talias ſtatutæ, nullatenus valere poſsũt, conſtat enim S. Pontificem poſſe leges ciuiles tollere, & abrogare quando ita viderit animarum ſaluti, & Reip. eccleſiaſticæ decori conuenire, diximus latè prima parte, præludi 3.

8 Vltimo licet agnoſcamus legem regiam ſuſtineri poſſe, & ligare clericos tamquam ſuæ Reip. partes, illud ſolùm obtineret circa cõparationem rerũ immobilium, in quibus cõſtat olim, & Regem Dioniſium, & clerum conueniſſe coram S Pontifice, cõcordiaq; rem ſoppitam fuiſſe, cuius tenor eſt, vt habetur in ſecundo articulo ex Romæ oblatis

Item quod ipſe Rex non ſolùm inhibet Epiſcopis, & perſonis eccleſiaſticis, quód poſſeſsiones nõ emant aliquas, & non emphyteuticas, nec fæudales, imó & ab antiquo, vel ex nouo emptas ab ipſius, vel eorum anteceſſoribus, vel aliter acquiſitas facit per iniuriã occupari volunt Prælati, & dicti Procuratores nomine Regis quod ſeruentur in hoc leges aui ſui domini Regis Alphonſi, quæ talis eſt Quia poſſet contingere quód monaſteria, & ordines Regni noſtri tot poſſeſsiones emerent, quod in noſtrum, & eiuſdem Regni magnum incomodũ redundaret, & ob hoc oporteret nos aliquid tale facere, per quod Eccleſiæ iactu rani incurrerent, & nos incomodum & grauamen, ſuper hoc adhibito conſilio nobis, & ipſis prouidimus in futurum, & iudicamus quod de cætero nulla religioſa domus poſſeſsiones emat ſine cõſenſu noſtro, eo excepto quód poſsint eas pro anniuerſarijs comparare, & alijs modis poſsint ſine præcio poſſeſsiones, & alias res acquirere. Et auferimus poteſtatem alicui clerico emendi poſſeſsiones, & faciendi de ipſis quicquid voluerit, et ſi aliquis contra hoc fecerit puniatur in perdendo pecuniam quam alij dederit. Vnde apparet quód noſtra Ordinatio Regia dũ ad alia extenditur nulliter diſponat: Patet autem ex ipſius contextu ampliaſſe in multis, ea quæ in hoc capitulo ſunt diſpoſita, quæ omnia tamquam contra legem contractus videntur non poſſe ſuſtineri: Princeps enim licet legibus ſolutus ſuo contractu ligetur etiam ciuiliter, Ordin. lib 3. tit. 75. §. 2 maximè ſi eum exteris contrahit, qui ſubditi eius non ſunt, diximus 1 part. cap 5 num. fin. & cap 6. num 7. & 8.

Quo fit vt licet agnoſcamus vt quoad ea que in hoc capitulo continentur, ligentur clerici non tamquam lege regia, ſed lege Papæ confirmantis, cui illa lex tribuenda eſt, l. 1. §. Omnia, C. veter. iur. enucle. Tamen quoad alia quæ non fuerunt expræſſa clericalis libertatis immunitas illæſa cenſeri debet.

Verúm his non obſtantibus quæ nõ leuiter vrgent cõtraria ſententia verior eſſe videtur, licet contra communem Bartoli in d. §. Diui, quæ ſequenda foret in iudicando, ex Ordin. lib. 3 titul. 64 niſi contrarium ipſa lex regia diſponeret, cuius diſpoſitio noſtrum ius commune eſt, & ſilere facit ea quæ de iure communi traduntur, & ne hæc pars fundamentis diſtituta videatur pro huius ſententiæ defenſione conſiderari poteſt primo. 9

Quod ſemotta omni concordia in puncto iuris noſtra lex regia in ſua diſpoſitione nihil contra ius ſtatuit inculcati enim iuris eſt principiũ quod ex ratione publicæ vtilitatis poteſt legiſlator prohibere ne bona ſæcularium in eccleſiaſticas perſonas quouis titulo transferantur, citat plures de more ſuo

Tiraq.

Regni vires euaneſcerent, & poſſet faciſſimo negotio a Mauris, & Sarracenis occupari in magnum Fidei detrimentum; quare pro bono communi oportuit prohibere ne immobilia in Eccleſias transferantur, non ſimpliciter, ſed ſine Regis licentia, qui prius videbit, an indigeant redditibus, vel non, & an Reipubl. ſtatus illam alienationem patiatur, quæ omnia non odium Eccleſiarum reſpiciunt, ſed Reipubl. fauorem primo, & principaliter, licet peraccidés aliquod incommodum Eccleſijs generetur, dum eas arcet ab acquirendis ſolis immobilibus, eleganter Guillel. verbo Et vxorem, nu. 249. vbi habet quod ſtatutum ſic diſponens non nocet clericis dum prodeſſe non vult arg. l. Si quis curialis C. de Epiſcop. & cler. quia licet clericis non poſsit auferri quod iure communi quæſitum eſt, poteſt tamen auferri profectio ſtatuti.

Quod, ſine dubio, procedit apud nos conſiderata dicta concordia inter clerum, & Reges celebrata authoritate S. Pontificis roborata, quæ vinculum eſt indiſſolubile, & perpetuũ continet robur cui partes derogare nõ poſſunt, nec ab ea reſilire, ex Rebuf. in concord. tit. de collatio in præfatione, §. Inſuper quæro, an autem ipſe S. Pontifex poſsit illi derogare? Dubitat Soarez cap. 34. lib. 4. aduerſus Anglican. ſectæ errores, & num. 24. reſoluit quod rebus in eodem ſtatu permanentibus talem concordiam non poſsit licité infringere, maximè cum Papa eo caſu nõ confirmet ſimpliciter cum alijs geſtum, ſed cum ipſo res agatur tamquam cleri capite: maximè cum hæc Regum Portugaliæ priuilegia & cõcordiæ factæ proponantur tempore quo ipſi Regnum á Mauris ad Fidem vindicarunt: quod cum ita fuerit vtile Fidei Catholicæ, & ad illius ſplendorem non oportet hodie imminui, cum tot ſæculis ſint obſeruatæ, & nulla poteſt cauſa ſuperuenire, quæ talium priuilegiorum reuocationẽ ſuadeat cum omnia Regni tranquillitati inſeruiant, imó ſi hodie mutarentur omnia in peius ruerent, & ſtatus Reip. confunderetur.

Ex his ſic præiactis ad contraria fundamenta petet reſponſio ex ſupradictis, ideo conſulto reſponſiones omitto breuitati conſulens.

Infertur ex ſupradictis, primó intellectus ad Ord. in lib. 2. tit. 1. § 16 dum ſtatuit quòd ſi perſonæ eccleſiaſticæ bona immobilia contra huius legis interdíctum acquiſierint ad amiſsionem & pœnam á lege præſcriptam coram ſæcularibus iudicibus conueniantur, & videtur quod lex ciuilis hoc ſtatuere non poteſt, quia priuilegium fori clericalis imminuit, & ſic eſt contra libertatem eccleſiaſticam, vt ſupra dixi. Nam licet clericus lege ciuili aliquo caſu obligetur validè. Tamen pro pœna ab ipſa lege inducta in ſuo foro conueniendus eſt: aliud eſt vim ligari lege, & aliud forum ſortiri, ex doctrina Innocent. in cap. Non minus, verſ. Quamuis, de immuni. eccleſ. Palatius in cap. Per veſtras, fol. 88. Hoſtienſ. in ſũma, de immunit. eccleſ. § à quibus, verſ. Materia. 18

Verum ſatisfit quòd hæc pœna quam Eccleſia incurrit faciendo pretij iacturam fiſcalis eſt, & vt talis debet in iudicio ſæculari exigi, vt in hac Ordinatione cauetur, licet enim ſententia declaratoria adhuc ſperetur, tamen iam condemnatoria ipſo iure lata eſt, ibi: *Por eſſe meſmo feito*: quæ verba ſunt latæ ſententiæ, & continentur d. tit. 18. in fine principij: vnde fit quod in ipſo actu vendẽdi dominium illius rei amittitur cum adhuc laicalis ſit, & dominium non tranſiuit in emptorem, & vt facilius ab Eccleſia vindicari poteſt coram iudice regio, ex cap. 9. ex 11. art. Romæ oblatis, vbi concordatũ fuit, vt in cauſis motis ſuper bonis Regiæ Coronæ coram iudice regio conueniantur.

Infertur ſecundo, quòd non tollit hæc lex vt per donationem, vel ſucceſſionem 19

ſionem Eccleſiæ bona acquirãt, vt probat Ordin. lib 2. d. titul. 18. § 1. deducta ex ſecundo articulo concordatæ, ibi: *Que não sòmente não quer elRey que comprem herenças, mas que ainda por força lhes occupa as que de muito tempo a eſta parte poſſuem.*

R E Y.

Conſentem os Prelados, & procuradores delRey que neſta parte ſe guarde a ley delRey Dom Aphonſo ſeu avò, que he eſta. Porque poderião comprar tantas herenças que foſſe em grande perjuyzo da Coroa, & vaſſallos della: Peloque julgarão que nenhũa caſa de religioſos poſſa comprar herança alhũa, ſem licença delRey, excepto que as poderão acquirir por aniueaſarios, & outro modo ſem preço: E tiramos poder aos clerigos de comprar heranças, & fazer dellas o que lhes aprouuer: E ſe algum o contrario fizer, ſeja caſtigado, perdendo o preço.

Vnde hæc Ordinatio non habet lo-
20 cum in hypotheca facta Eccleſiæ, ex his quæ D. Caldas Pereira de reſolutione emphyteuſis, c. 5. n 62. nec inſuper in nominatione emphyteuſis cũ ſit donatio: poteſt enim nominari ad emphyteuſim dũmodo intra annũ emphyteuſim alienare teneneatur, D. Caldas Pereira de poteſtat. eligend. cap. 1. num. 16. ſic in emphyteuſi do Armazem, reſoluit Cabed. areſt. 56. 2 part. licet repugnet Valaſc conſ. 101. num. 8. Cuius quidem legis argumento videtur poſſe dici quòd in hoc Regno Eccleſia non poſsit poſſidere maioratum ex perſona monachi ſibi acquiſiti, niſi intra annum, ibi: *Ou hauendoos por ſucceſſão podeloſha poſſuir hũ anno.* Sed vt fauori Eccleſiæ conſulamus, videtur illa lex ſolùm agere de bonis quæ quoad vtrumq; dominium, & pleno iure Eccleſiæ fiunt, non verò de illis quorum ipſa fructus capit ad monachi vitam, in quibus ceſſat ratio legis, cum illo mortuo deferantur ad proximiorem agnatum argumento text. in l. Statius, § Cornelio, ff de iure fiſci, & l. cum ita, § In fideicomiſſo, ff leg 2

21 Dubitari tamen poteſt de validitate legis in hoc § 1. dum annum Eccleſijs præſcribit ad dimittendas res emptas, vel titulo donationis acquiſitas, cum ſit contra cap. 1. de immunit. eccleſ. & ex concordatis non conſtet illud ita fuiſſe concordatum inter partes, cum de illo anni ſpatio nulla ſit facta mentio. de iure tamen ita eſſe dicit Alex. lib. 1. conſ. 120 num. 4. vbi citat Specul. tit. de locat. § Nunc, verſ 7. vbi allegat text in cap. Longinquitate rei, 12. quæſt. 2. Imol. in cap. Potuit, in gloſ verbo Prohibetur, num. 17. Faciun quæ Mencha. Illuſtri. cap 32. num. 3. vbi ait quòd ſtatim vendituros non dicitur acquirere: & poteſt vſus, & conſuetudo priuilegium extendere, & interpretari Mona. Ioan. Andr. & Domi. in cap. Cum perſonæ, § Quod ſi talis, de priuil. in 6 Buttius in cap. Si diligenti, in fine, de præſcript. Aufreit. reg 1. fal. 12. Felin. in cap. Cauſam quæ de præſcriptio & in cap. cum ex officij, offic. Ordin. Rippa in cap. Decernimus de iud. num. 75.

Infertur tertiò quód bona ab Eccleſijs poſſeſſa ex titulo habili permutare poſſunt cum alijs bonis, quæ ſubrogabãtur in locũ permutatorum, & pleno iure Eccleſiarum fient, dummodo ſeruentur leges permutationis, & ſub palio permutationes non fiant donationes, arg. Ordin. lib. 4. tit 12 ibi: *Troca que deſigual ſeja,* Ord. hoc noſtro titu. § 4. ibi: *Poderão trocar & eſcambar.*

Infertur quarto hanc Ordinationem 22
non procedere in clericis, hi enim emere poſſunt abſq; regia licentia, vt habetur in ſupradictis concordatis, & diſponit Ordin hoc tit 18. § 15. ea tamẽ cõditione vt vel in vita, vel tempore obitus tania bona ſæcularibus relinquant, quam conditionem in dicta concordia non video expræſſam ſed de iure defendi poteſt, ex eo quod ipſi in Eccleſias talia bona tranſmittere non poſsint ex teſtamento, quia prohibitus alienare in extraneum prohibetur, etiam extraneũ hæredem inſtituere, ex text. in l Peto, § Fratre,

§ Fratre, ff.de leg 2. vbi prohibitus alienare extra familiam prohibetur etiam extraneum inſtituere, gloſ. eſt ſingularis in l.Pater, §.Iullius Aggripa,ff de leg. 3. quod etiam videtur voluiſſe Bal. per text.ibi,in l Si quis prioris,§ Certum,C de ſecund.nupt. quod, ſine dubio, procedit quando prohibitio facta eſt in fauorem Reipubl. proſequitur per quinque declarationes Fabianus de monte, in tract de emptione,4.quæſt.principal. quæſt. 22. num. 23. & denegata hac acquiſitione teſtamentaria, videtur etiam deneganda præſcriptio,vt in ſimili dixit Balb.3 part.quæſt.4

An autem Ordinatio habeat locum in bonis patrimonialibus,& paternis ſibi ex patris hæreditate delatis? Videtur quòd non, ex §.5 qui loquitur in emptis,& receptis inſolutum. Vnde in alijs videtur quòd libera diſpoſitio clericis competit & illa Eccleſijs relinquere poſſunt. Cõtrarium ſentit Gama deciſ.141. vbi prohibet clerico ne capellam ex patrimonialibus faciat, conſtituendo clericum adminiſtratorem.

Et dubitari poteſt, An hæc Ordinatio procedat in donatione, vel legato relicto monaſterio per dote filiæ? Et videtur quòd hunc caſum non compræhendat Ordinatio Regia,cùm quotidie videmus monialibus dotes conſtitui in rebus immobilibus: faciunt quæ Curtius Senior conſ 27 num.8 Sed dubito de hoc articulo, ex generalitate huius Ordinationis

An autem hæc Ordinatio ſibi locum
23 vindicet caſu quo monaſterium dominus directus alicuius emphyteuſis, iure prælationis ſibi emit vtilitatem emphyteuſis cuius habet directum dominium? Facit dubium quia illud dominium vtile iam eſt ſeparatum: & quid ſæculare, & temporale.

Verùm videtur certum, quòd ceſſat hoc caſu ratio legis, quia illa bona iam ſunt Eccleſiæ, quoad dominium directum,& conſolidatio nihil de nouo addit circa rei dominium, & facit Ordin. lib.2.tit.1.§ 6. vbi Eccleſijs permittitur agere pro conſolidatione huius vtilitatis: Ergo non habet in hoc locum hæc prohibitio. Et quòd non poſſit hoc ius prohiberi, vide per Doctores in cap. Cũ cauſa,de re iud & Concil. Trident. ſeſſ. 22. cap.11 de reform.

Infertur quinto, non poſſe clericos 24
in his Regnis emere bona regalia, ſeu de Regia Corona,ſine facultate Principis,ex ead Ordin.§.6 tit 18 cuius prohibitionis fundamentum videtur eſſe in 35. articulo latine Romæ oblatorum, quatenus in fine ita habet. Super cauſis verò quas clerici,vel fiſcales notorias fæudatarias, & realengas poſſeſsiones excolunt occaſione ipſarum habuerint: facta eſt inter Prælatos,& procuratores prædictos compoſitio ſpecialis. Et ſemotta omni concordia potuit Princeps ſuis rebus talem legem imponere, ne à clericis emi valeãt: nam in his Princeps tamquam Rex diſponit, ſicut alias particularis perſona, quam nemo negat poſſe hanc prohibionem ſuis rebus iniungere,ex text in l.fin C.de pact. inter emp.& ſupra latius probauimus.

Vnde fit quòd ſi habita Regis facultate clericus emat bona regalia pro illis in foro ſæculari conueniendus ſit, probat Ordin.lib.2.titul.1.§.17. ibi: *Poderá ſer demandado perante noſſas juſtiças, aſsi por eſſes bẽes como pelos fruitos nouos, & rendas,foros, tributos que nos deua pagar.* Et probatur in 9. articulo concordatæ, in hæc verba. *Que elRey & ſeus juyzes vſurpão para ſy a juſtiça eccleſiaſtica, & os não deixão vſar liuremente della.*

Rey. Que vſem de ſua juſtiça eccleſiaſtica, 25
mas que o coſtume antiguo deſte Reyno he, q̃ toda a peſſoa, aſsi eccleſiaſtica como ſecular, que tiuer bẽes da Coroa, que ſobre qualquer demãda que ſe mouer,por cauſa dos taes bẽes, reſponda diãte dos juyzes, & juſtiças delRey: & que o dito ſenhor quer que aſsi ſe guarde em ſeu tempo,& dos Reys ſeus ſucceſſores. A qual reſpoſta os Prelades approuarão, & a

conce-

concederão, & confirmarão. Ex hoc articulo res videtur poſita extra omnem difficultatem, & intra verborum proprietatem comprehenduntur etiam iuriſdictiones regiæ licet enim verba concordatæ ſolum ad poſſeſsiones, & bona de Corona Regia referri videatur, tamen apta ſunt comprehendere iura incorporalia à Rege poſſeſſa, vt in l. Interdum, & ibi Alciat ff de verbor. ſignif. l. Poſſeſsiones, & ibi gloſ. C. de probat. Loquitur enim concordia per verbum Realengas, quod omnia patrimonialia includit, cap Generali, verbo Regalia, de electione, in 6. Curtius de fæud. q 6. & 8. Atq; ideo meritò Legislator in d. §. 17. expræſsit vt habentes iuriſdictionem à Rege in ſæculari iudicio conueniantur, ſi illa abutantur, & excedant.

26 Illud tamen notandum eſt obiter quod his caſibus ſufficit in libello exprimere hanc qualitatem, quod res eſt fiſcalis, & de Corona Regia vt iuriſdictionem tribuat, dummodo de veritate in contrarium non appareat, poſt alios dixit Felin. in cap Si clericus, de foro compet num. 3. Bart. in l. 2. ff. Si quis in ius vocatus, explicat Barboſ. in l. Si quis ex aliena, num. 143. Quo caſu ſi reus negat propoſitam qualitatem, debet fieri ſummaria cognitio per quam conſtet de qualitatis veritate, ex Goſred. in d cap. Si clericus: debet enim iudex eſſe certus de ſua iuriſdictione, l. Si quis ex aliena, ff de iudic cap. Cum perſonæ, de priuil. in 6. l. 2. ff. ſi quis in ius vocatus, vbi Roman num 10. Gramat. conſ. 1. poſt deciſ. 105. num. 53. & dixit Innoc. in cap. Cæterum, de iud. firmans quòd quando reus negat rem eſſe fæudalem, debet priùs cognoſci, an ſit fæudalis, Bal. in eadem l. g. præſcriptione, Cod. ſi contra ius, & propterea gloſ. in cap. 1. de de offic. delegat. in 6. eleganter reſoluit conſeruatorem qui tantum de manifeſtis offenſis poteſt cognoſcere reo negante, offenſam eſſe notoriam, debere priùs cognoſcere, an illa ſit notoria, ex Archidiaco. in cap. Romana, §. Notoria. de cenſib lib 6 per text ibi: Vbi Archiepiſcopus viſitando prouinciam poteſt punire crimina notoria, cap. 1 de cenſib. lib 6 & ſi ea eſſe notoria negetur, poteſt de hoc priùs Archiepiſcopus cognoſcere ſummariè ad fundandam iuriſdictionem, firmant communem plures quos citat Felin. in d. cap. Si clericus, ante num. 4. Alex lib. 5. conſ. 1. num. 8. dicit communem Vantius de nullit. proceſſ. fol. 112. ante num. 54. Capela Tholoſ 210.

Quomodo autem clerici diſponere 27
poſsint de bonis intuitu Eccleſiæ quæſitis, ex generali Hiſpaniæ conſuetudine tradunt Doctores in cap. Relatum 2. de teſtam. vbi Couarr. idem eſſe in Francia dicit Guillelm. verbo Et vxorem, num. 264. idem Couarr. in cap. Cum in officijs de teſtam. nu. 9. Gama. deciſ. 313. num 6. Auend reſponſ. 19. num. 8. Sarment. de reddittib 2. part cap. 6 & 4. part cap. 1. num 8 Molin. lib. 2. de primog cap 10. & noſter Valaſ. de partit. cap 35. vbi num. fin dicit eam conſuetudinem non vigere in Epiſcopis Hiſpaniæ, apud quos vide, & ideo non immoror: & conſule quæ diximus ſupra circa clericorum ſpolia ad Ordin. lib. 2. tit. 1. § 1.

SVM-

Tiraq. de retract. lignag. gloſ. 13 §. 1. nu. 5. cum legem rebus ſuis imponere liceat, tradit Caldet. in titul. de conſtitu. conſ. 7. Soccin. Senior. conſ. 45. lib. 2. & conſ. 14. lib. 4. Menoch. lib. 4. præſumpt. 83. num. 16. Aymon de antiquit. tempor. 4. part. §. Circa, n. 9. & colligitur ex text. in l. Dudum 14. ff. de contr. emp. & ex l. 1. C. Non licere habitator, lib. 11. & eſt cõmunis in d. §. Diui, vbi Bart. & Rippa n. 79. & plures quos congerit Tiraq. de retrac. in præfation. n. 14. explicat Soarez alleg. 18. n. 3. Cabed 2. part. deciſ. 115.

10 Conſtat autem poſſe legem ſubditorũ res à comertio omninò eximere, vt in l. Si in emptione 34. in §. 1. ibi Mores ciuitatis, ff. contrahen. empt. l. 1. & per tot. C. quæ res vendi non poſſ. l. 1. C. quæ res exportar. non debent, ſicut & præſcriptionem prohibere, l. Vbi lex. ff. de vſucapio. Gomez l. 40. n. 90. Molin. lib. 4. de primog. cap. 19. in princ. Barb. in l. 1. ff. ſolut. matr. 1. p. à nu. 83. à fortiori ergo prohibere poteſt ne ſine licentia Principis alienentur, cũ hoc caſu non detur abſoluta prohibitio, ſed ſecundùm quid.

Quod autem lex regia ſolùm vtilitati ciuium conſulere intendat deducitur ex Ordinatione antiquiſsima, ex qua hæc noſtra Ordinatio deſſumpta fuit, vbi ea reddebatur ratio prohibitionis, quia ſcilicet in hoc Regno Eccleſiæ erant locupletes, ſubditi autem pauperes qui non poterãt defendere Regnum & ſubire onera, ſi omnia Eccleſiarũ efficerẽtur plane propoſita paupertate laicorũ ab vna parte, & clericorũ Eccleſiarũq; abũdãtia ex altera, lex iuſta cẽſeri debet, & hũc ſenſum amplectitur idem Bart. in l. Reſcripto, §. fin. ff. de muner. & honor. eo enim caſu conſtat legem, nõ in odiũ Eccleſiarum conditam fuiſſe, ex Deci. in d. cap. Eccleſiã, num. 52. ad fin. Valaſ. de iure emphyteut. q. 17. nu. 7. ad fin. & omninò viden. ius Aymon de antiq. d. 4. p. vbi latè proſequitur Tiraq. in d. præfation. num. 14. in fin. nec obſtat tex. in d. cap. fin. de immun. eccleſ. procedit quia ex ſtatuentium intentione in odium eccleſiaſticorum lex illa condita fuit.

11 Nec obſtabit quòd in hac lege de Eccleſijs mentio fit, quo caſu cenſetur in eius odium, & ſuccedit reg. cap. fin. de immunitat. Eccleſ. lib. 6. quia vtiq; illud procedit in dubio quando aliunde non cõſtat de publica vtilitate, qua ſtante lex ipſa proceſsit ſtatuendo non incontemptum, nec negando ſuperioritatem, ſed eam agnoſcendo, quia eo caſu, licet de Eccleſijs fiat mentio, & exprimatur illud quod à iure ineſt, cum aliter quàm ineſt à iure non exprimatur non irritat ſtatutum, ex Fortunio de vltimo fine illat. 14. Couar. 2. p. de ſponſal. cap. 6. in prin. nu. 2. Menchac. vſuſ. ecq. cap. 5. n. 9. Guterr. 4. tom. cap. 38. nu. 25. vbi dicit quòd illa communis opinio quæ habet legem ciuilem non valere facta mentione clericorum non procedit quando talis lex fundatur in ratione naturali, & quæ publicæ conueniat vtilitati vbi citat Afflict. Mench. & alios.

12 Secundo, pro noſtra lege facit quia hæc Regna ab infidelibus Regum ſanguine, & ſumptibus liberata fuere, ac proinde in illis non ſolùm gubernationis dominiũ, ſed terrarum ipſi acquiſiere, vt in Regibus Hiſpaniæ dixit Auen. de exeq. mand. cap. 4. fol. 29. concordat Mench. lib. 1. ſucceſsio. creat. §. 3. num. 3. verſ. Ergo: & Regi Franciæ tribuit Carolus de regal. lib. 2. priuil. 20. col. 5. in fin. qua ratione in l. 1. tit. 11. part. 2. terra Regni dicitur propria ipſius Regis, atq; propterea potuiſſe quando immobilia militibus donarunt pactum apponere, ne in Eccleſias emptionis titulo vel alio quolibet tranſmitterentur, quam legem poſſe priuatum quempiam ſuis rebus apponere omnes agnoſcunt in l. Lucius 2. ff. de hæred. inſt. & probatur in l. fin. Cod. de pactis inter emptorem, tradit gloſ. vltim. & Doctores communiter in l. Itaq. §. Ea, num. 15. de verbor. Decius, & Bal. in d. cap. Clerici, de iudic.

Rippa in d. § Diui, num. 32. Palatius in repetit. rub. §. 16. num. 12. ſicut aliàs dominus directus in conceſsione emphyteuſis, illud pactum licitè apponere poteſt, gloſ. verbo Prohibetur, in cap. Potuit, de locato, Palatius vbi ſupra, nu. 13. Guterrez conſ. 12. num. 1. Beſsianus in conſuetud. Aluerniæ, art. 34 col. 3. Arias in l. 15. Tauri num. 64. Clarus §. Emphyteuſis, quæſt. 22. & 33. Iaſ. in l. vlt. C. de iure emph. num. 91. Guillel. in cap. Rainuntius, verbo Et vxorem, nu 558. Palaci. in rub. §. 16. nu 14. Couarr. lib. 1. reſolut. cap. 19. num. 11. Gomez in l. 40. Tauri, num. 66. dixit dominus Franciſcus de Caldas Pereira 3. part. de iure emphyt. cap. 11. num. 14.

Nec obſtabit ſi quis dicat longè dif-
13 ferre poteſtatem Principis à poteſtate particularium, nam Princeps non eſt dominus rerum particulariũ, atq; ideo non poteſt per legẽ illud ſtatuere, prout aliàs quilibet priuatus in ſuo teſtamento prohibere poteſt ne res ſua ad Eccleſiam perueniat, auth. de nuptijs col. 4. Nam reſpondetur vltra quod Reges Hiſpaniæ ſunt perfectè domini terrarum, ac ipſi poſſeſſores, vt ſupra dixi, quod eſſe magis, vel minus dominos non mutat naturam actus, nam illa prohibitione res ad Eccleſiam perueniant intrinſecè mala eſt, & ita reijcienda eſt à lege generali lata à Principe, qui ſolam gubernationem habet, & dirigit per leges actus ſubditorum quam ab ipſa diſpoſitione particulari, quæ etiam lex eſt, ex d. auth. de nuptijs, ibi: Diſponat, & erit lex imò quò potentior eſt prohibitio cuiuſuis hominis particularis, eo magis conuenit vt ab eâ reijciatur talis prohibitio, quæ lædit Eccleſiaſticam libertatem, ne dicamus licere particularibus quod legi in communi non licet. Quare (ſine dubio, vel neutro caſu valet prohibitio, vel in vtroque. Inſuper verius eſt quod circa prohibitionem non alienandi bona ſubditorum maior eſt legis poteſtas quàm ſingulorum: nam lex formam præſcribit, ſub qua ſubditorum diſpoſitiones dirigantur, & à quibus recedere nequeant, l. Nemo poteſt, ff. leg. 1. ſequitur ergo quod ſi ex prohibitione hominis impediatur alienatio in Eccleſiam à fortiori à lege ipſa quæ potentior eſt, Benedictus Gil in l. Titiæ, 3. part. n. 30.

Quod autem in vtroque valere debeat, ſuadetur quia lex ciuilis illo caſu diſponẽs loquitur inter ſuos ſubditos, & illis præcipit nè illa bona alienent, cum oporteat retineri, & conſeruari pro defenſione Reipub. & pro ſubeundis tributis, quæ eccleſiaſticis perſonis nequeunt imponi, cap. Non minus, de immunit. eccleſ. Valaſ. quæſt. 17. num. 7. & 2. com. conſult. 131. Couarr. pract. cap. 31. num. 3. Nauarr. in Manu. cap. 27. n. 115. Cabed. 1. part. deciſ. 17. Ord. lib. 2. tit. 16. ibi: *Pagamentos de foros, & tributos*. Ac proinde licet inde aliquod incomodum generetur eccleſiaſticis, illud vtiq; prouenit præter legis intentionem, & per accidens, & ſic attendi non debet, ſicut aliàs non imputatur operam danti rei licitæ illud quod præter intentionem accidit, qui enim vtitur ſuo iure, nemini facit iniuriam, ex gloſ. in l. Fluminum 24. § fin. ff. damn. infect. Duen. reg. 31. limit. 1. Menoch. caſ. 156. Barbo. in l. 2. in princ. ff. ſolut. matrim. 2. part. num. 56. quapropter iuſtè Alex. conſ. 56. conſuluit poſſe teſtatorem alienationẽ interdicere etiam ob cauſam dotis, vel alterius cauſæ piæ, quod idem voluit lib. 2. conſ. 165. Iaſ. in auth. res quæ, nu. 24. in fin. cum ſeq. C. cõmun. de leg. & in l. Filiusfam. d. § Diui, num. 59. & 70. plures citans Pariſ. lib. 2. conſ. 63. num. 38. concordat Rippa d. § Diui, num. 73. & ibi: Loazes, num. 141. concl. 3. Tiraq. & eum ſequutus, Pinel. 3. part. l. 1. Cod. de bon. mater. num. 102. fol. 159. & Gomez in l. 40. Taur. num. 87. ad fin. & eſt communis teſte Meneſ. in auth. res quæ, n. 116. idq; in bonis maioratus ex multis reſoluit Couarr. lib. 1. reſol. cap. 19. nu. 8. Molin. lib. 2. cap. 4. num. 56. & eleganter

reſoluit Guterr 4.tom.quæſt 38.n 30

14 Tertio facit quia ſi ex aliquo capite non valeret talis lex eſſet,ex eo quia læderet libertatem Eccleſiæ. Et tamen conſtat quòd remotta praua legislatoris intentione quæ ſtatutum nullum reddit nulla libertas eccleſiaſtica læditur in tali prohibitione ergo &c. Patet quia libertas eccleſiaſtica,vt ſupra dixi,in quatuor conſideratur Primo,circa priuilegium fori clericalis, vel à lege diuina, vel humano conceſſum, de quo in cap. 2. de foro comp. cap.Decernimus, de iudicijs, cap.Clerici cap. ſi diligenti, de foro compet. Secundo, circa priuilegiū canonis,de quo in cap Si quis ſuadente 17. quæſt. 4. quod concernit perſonæ capturam, vel iniuſtam detentionem, c Nuper de ſententia ex. om Tertio,circa tributa à quibus clerici, & Eccleſiæ ſunt immunes,c Tributū,23.q.8.Quarto, quando tolluntur clericis ea quæ cū alijs ciuibus illis ſunt communia, vel iure naturali,vel gentium,cap Cum terra, de electione,& circa hoc vltimum,maxima inter Doctores eſt controuerſia, aſſerunt enim alij in his quæ iure communi clericis competunt offendi libertatem eccleſiaſticā magis quàm in alijs, quæ ſpeciali priuilegio illis competunt, prout conſiderauit Alex.num.12 in d.§. Diui, Iaſ. num.74. 1.lectur. & 2.lectur. num.108. Rippa num 82. Iacob.de repræſalijs,2.part.num 7. cuius rei eſt ratio quia fortius eſt illud quod competit iure communi, quàm quod iure ſpeciali,ex reg. text. in l. Ius publicum ff. de pact. Nec obſtat quòd ea que ſpecialiter competunt veluti ex priuilegio firmiora videntur cum tolli nequeant, niſi facta eorum ſpeciali mentione.

Quia reſpondetur illud procedere ex defectu intentionis, vt ſcilicet intelligamus legem,vel Principem non tollere ea quæ ſpecialiā ſunt, niſi de illis mētionem faciat, quia cum facti ſint ignorata præſumuntur,quod ſecùs eſt vbi de ſcientia ſtatuentis conſtat, quia tunc facilius tolluntur, quæ ex priuilegio competunt, quàm quæ de iure communi. Alij diſtingunt inter prohibitionem factam clericis,vel Eccleſijs, vt dixit Angel. conſ.48. cuius meminit Tiraq de retract.lig gloſ 13.num.5.in fin. Alij cōſtituunt differentiam in acquirendis, vel acquiſitis, vt per Menoch lib. 4 præſumpt 83 num 16. alij aliter diſtingunt, vt per Abb. & Doctores in cap. Nouerint, de ſententia excommunicationis, & in auth.caſſa, C Sacroſ Eccleſ. Bart in l 19.Quæ onerandæ,ff quarum rerum, actio. Bal.in rep. l.Cunctos populos C. Summa Trinit

Sed verius eſt,& longe probabilius in hoc vltimo caſu quando ſcilicet tollūtur clericis ea quæ tamquam ciuibus illis competunt non tolli libertatem eccleſiaſticam, quæ ſolùm verſatur in his quæ omnibus clericis,vel Eccleſijs competunt, quatenus tales ſunt: non verò quatenus ciues, vel partes Reipubl. ex Imol.in d cap Nouerint,num.2 & 3. recepto vt per Abb.ibi,num.2 Felin in d. cap Eccleſiā,num 69. vbi Deci num 2. Nauarr. in Manu. cap.27 num. 119 & 130.tradit Couarr 2.reſol cap 2.in prin. quando enim tolluntur ea quæ cum reliquis ciuibus ſunt communia, non libertas eccleſiaſtica tollitur,ſed humana ſocietas politica,& ciuilis libertas, quòd ſi adhuc obijciatur ad immunitatē clericorum pertinere vt non fiant peioris conditionis quam reliqui ciues, etiam in his comodis temporalibus,vt videtur inſinuare,cap.vlt. de immunitat.eccleſ. lib.6.ibi:Quuidquā vendant,vel emant ab ipſis, &c. Quæ omnia non ſunt cōtra ſpecialia priuilegia clericorū, quatenus clerici, ſed contra communem ſocietatem ciuilem,& tamen reprobantur quia ſublata hac ſocietate vileſcit quodammodo clericalis ſtatus Tamen reſpondetur quòd fatemur quòd circa ea quæ ad ciuilem ſocietatem ſpectant poteſt dari caſus quod ſtatuta non valeant quod non contingit niſi ex praua in- 15

tentione diſponentis, dum præſumitur tale ſtatutum in odium eccleſiaſticorum celebratum, quia ordinarie talia ſtatuta procedunt ex odio: ſicq; pondero verbum Præſumuntur, in d. cap. fin. quatenus indicat Pontificem illud ſtatutum reprobaſſe, ex præſumpto odio, quod apertius deducitur ex ipſo textu, ibi: Quicquam vendant clericis, quibus verbis omne comercium clericis adimebatur, quod non niſi in odium poterat procedere, &c Quare vbi odium nõ detur, ſed ſub ratione boni publici ſtatuatur, licet in aliquo minuatur ciuilis ſocietas, vel libertas clericorum, non ideo ſtatutum deſinet valere, cum non libertati eccleſiaſticæ, ſed ciuili obuiet: hunc ſenſum ſequitur Soarez aduerſus Anglicæ ſectæ errores lib.4.cap.22.n.19. & ſeq dum habet quód huiuſmodi grauamina clericorum regulariter procedunt ex odio, idem Soarez cap.33. n 8. in his verbis ibi: Non eſſe proprie contra libertatem eccleſiaſticam, ſed contra humanam ſocietatem, quia verò in odium Eccleſiæ fiunt præſumi contra libertatem eccleſiaſticam fieri, licet ipſe contrariam amplectatur, & aliter explicet num.11.

16 Nec huic intellectui obuiat text in cap.1.de Immunit.eccleſ.lib.6. quia textus ille agit de temporalibus dominis qui cogebant Eccleſias ſoluere tributa impoſitá pro domibus emptis, in quo violabatur eccleſiaſtica libertas, quæ clericos eximit a tributis, cap.Nõ minus illo titulo, l.Placet. C.Sacroſ.Eccleſ. nec ad rem facit l.1.Cod Sacroſ. Eccleſ vbi nullum priuilegium Eccleſiis cõceſſum proponitur circa bona quæ illis relinquuntur Sed tantũmodo ibi Conſtantinus remouet impedimẽtum quo olim nihil poterat relinqui Eccleſiis tamquã Collegiis illicitis, & inter Romanos nõ aprobatis, iuxta l Collegium, C.hæred. inſt. Vt hodie liberè Eccleſiis bona relinqui poſsint, non tamen ex illa lege tollitur vt ex alio capite ſi Eccleſiis bona relinquantur intelligantur relicta cum eo onere vt intra annum alienentur, iuxta d.Ordin § 1. videndus Fulgoſ. in d.l.1. Onus enim illud vendendi intra annum appoſitum eſt rebus ſubditorum dum adhuc eſſent in eorum dominio, & quando ad clericos perueniũt, iam ſunt affectæ onere reali, ad quod clerici tenentur, ſicut ad ſoluenda quælibet tributa rebus impoſita, arg text. in cap. Cum capella, de priuil. gloſ. verb. Bonorum in cap 1. de immunit. eccleſ. lib 6. facit text in l.Si conuenerit 8.§.Si fundus, ff de pignor action. & in l Si debitor 12 C.de diſtract.pignor. Bart.in l. Reſcripto, §.Sciendum, num.5. ff.muner. & honor. & in auth. ad inſtructiones, C.de Sacroſ Eccleſ Iaſ. in l.Placet, C.de Sacroſ.Eccleſ num.71. Guillelm. verb Vxorem, deciſ 5.num.470. Auen. lib 2.de exequend. mand.cap.14. nu 19. Valaſc quæſt 17.num 7.& num.28. Tiraq.de nobilit. cap 20 num.167. Dueñas reg.100. fal.16. Boer.deciſ.246.

Nec obſtabit dicere quod hoc modo indirectè fraudatur eccleſiaſtica libertas, dum diſponitur circa perſonas laicas, & ordinatur grauamem ad clericos, vt pungit Soarez d.cap.33. n 6. Nã ſatisfit quod fraus quæ reſultat ex legibus que inter ſuos ſubditos diſponunt eſt præſumptiua, quæ ex coniecturis, & forma diſpoſitionis colligenda eſt, patet ex textu in d cap vlt ibi: Præſumuntur, vnde quando lex, vel ſtatutum ex cauſis in eo appoſitis iuſtificetur, ceſſabit odii ſuſpitio, & valebit, quæ rationes in d.cap fin.non conſiderabantur cum abſolutam contineret prohibitionem comercii, quod de iure gentium competebat, & reſultabat vehemens odii præſumptio.

Ex quibus rectè noſtra lex defenditur, etiam attento iure communi, conſideratis cauſis & rationibus ipſius, ciuiũ 17
paupertate religioſorum, & monaſteriorum copia, & redditibus, quæ omnia annis labentibus poſſent eficere, vt penitus Regnis

SVMMARIVM.

1 LEX Regia dum prohibet ne capiatur poſſeſsio beneficij ſine Ordinarij facultate ex concordia deducta eſt.

Videtur contra ius canonicum. ibi.

2 Retardaretur executio breuium, & gratiarum.

Authoritas executoris ſufficiat quæ maior eſt ordinaria. ibi.

3 Hæc Ordinatio non comprehendit clericos.

4 Lex tria capita habet.

Duobus modis prohiberi poteſt ne capiatur poſſeſsio, vel inconſulto Ordinario, vel Principe. ibi.

Beneficij ſibi collati nemo poſſeſsionem ſua authoritate capit. ibi.

Qui ſententiam habet debet requirere iudicem pro executione. ibi.

Vacua poſſoſsio capi poteſt à ſe ipſo. ibi.

Lex Regia prohibet illud idem quod prohibet ius canonicum. ibi.

5 Poteſt Princeps ſæcularis prohibere ne eo inconſulto beneficiorum capiatur poſſeſsio.

6 Maximè ſi habet ius prohibendi ne executoris beneficia conferantur.

7 Lex Regia dum pœnas adiungit, non loquitur cum clericis.

8 Lex item prohibet ne armata manu capiatur poſſeſsio.

Comprehendit in hac parte clericos qui armis ſpoliari poſſunt. ibi.

9 Poſſeſsio propria authoritate capi non poteſt, etiã habito titulo á ſuperiore legitimo.

10 Qui ſine titulo ingreditur, cenſetur ſuraſſe quæ ablata ſunt.

11 Lex Regia per Præſidem ſuccurrendum dicit.

12 An Vicarius poſsit, mortuo Abbate, poſſeſsionem beneficij ſua authoritate capere.

13 Hæc lex ligat ſæculares, & clericos quia generalis.

14 Princeps contra occupantes Eccleſias poteſt iubere fieri inquiſitiones.

15 Clericus capi poteſt hoc caſu, & ad ſuum iudicem trahi.

16 Annullari nequeunt inquiſitiones in eccleſiaſtico iudicio.

Vtrum Princeps poſsit prohibere ne quis beneficiorum aprehendat poſſeſsionem ſine facultate Ordinariorum? Ad Ordin. lib.2. titul. 19.

CAP. 68.

1 DEducta fuit lex regia in præſenti ex articulo 77. Regis Ioannis primi, num. 250. & dependet hæc reſolutio ex articulo 19. ex 40. Romæ oblatis, num 68.

Diſponit itaq; Regia Ordinatio ne beneficiorum vacātium poſſeſsio aprehendi, poſsit abſq; ordinariorum licentia ſub pænis à lege regia propoſitis.

Inter alia illud primum ſe offert circa hanc legem, an validè diſponat prohibendo beneficiorum poſſeſsionem? Et videdetur ſuſtineri non poſſe, cū diſponat circa rerum ſpiritualium acquiſitionem, & poſſeſsionē, quæ nullo modo ſubeſt legi temporali, probat text in cap. Tuam, de Ordin cogi. cap Lator, qui fil. ſint ligit cap Deniq, cap Cum ad verū, 96. diſt. & in contrarium ſtatuentes excommunicantur, cap Nouerint, de ſent. excommun cap. Generali, cap Quia ſæpè, de electione, immittunt enim falcē in meſſem alienā, cap. fin. de rebus eccleſ. hanc opinionem ſequitur Abb in cap. Literas, de iuram. calum. verſ. Mere ſpiritualis, Selua de benefic. part. 1. q. 1. & quæſt. 7. nu. 38. Hoieda de incompatib. in præfatione n 2. idem Abb. conſ 83. p 1. Felin. in c. Eccleſia, n 96 de conſtit. Dec. ibi n 185 Boſsius de Principe n 218. multis proſequitur Marta de iuriſd 4. p. cent. 1 caſ. 1. diximus ſupra ad tit 18.

2 Obſtat ſecūdò quód ſi hæc lex admittatur maximū reſultaret impedimētum circa executionem gratiæ à Romano Pontifice cōceſſæ, qui dum gratioſe alicui beneficium confert per impoſitionē pelei eum verum efficit poſſeſſorem, & cōceſſo iudice executore in partibus ipſe poteſt prouiſum à Sede Apoſtolica in veram, & corporalē poſſeſsionem beneficij immittere abſq; alia requiſitione Ordinarij: ſufficit enim authoritas executoris, quæ maior eſt ordinaria, ex text. in cap. Sane ſecundo, de offic. deleg. nec poteſt dici eo caſu ſine Ordinarij licentia poſſeſsionem captam fuiſſe, cum de mandato Papæ fiāt qui Ordinarius eſt omnium Ordinariorū, cap Cuncta per mundum, cap. Per principalē, 9. q 3. Staphil. de liter. gratiæ in prælud. n. 7. Franciſcus Marcus q. 249. p. 2. n. 1. Gomez in proæm regul. q 4. verſ. Conſidera ſub n. 7. Moedan. deciſ 1 n 4. de cōceſſ. præbend. Hieronym. Gabriel. conſ 187. n 2. lib. 1. alij quos citat Gonzal. in proæm. §. 2. nu. 51 quare Ordinatio videtur intelligenda de eo ſolùm qui propria authoritate, ſine titulo poſſeſsionem capit: nam ſi aliquis authoritate apoſtolica prouiſus in poſſeſsione reperiatur, & oſtendat titulum præſidi, ille de iuribus cognoſcere non poteſt, nec amouere de facto poſſeſſorem, qui licet iniuſtè poſſideat, tamen verè poſsidet, & in ſua poſſeſsione tuendus eſt quandiū à ſuo ſuperiore non priuatur, gloſ. recepta in cap. Licet Epiſcopus, de præbend. lib. 6. diximus latè ſupra. Faciūt verba Ordinationis ibi: *Sem authoridade da juſtiça a que pertence*, quæ admittere videtur prouiſum à Sede Apoſtolica, ad quam collatio ſpectabat, & de mandato ſuperioris ligitimi poſſeſsio aprehenſa eſt, cum ab executore gratiæ conceditur, qui repræſentat Papam, qui eo caſu erat ordinarius Collector, Flamin. de reſign. benef. lib. 8 q. 11. Faciunt deinde verba eius legis ibi: *E o que aſsi ſe meteo na poſſe,*

ter

ſem ter alqum titulo. Agnoſcit ergo quód poſſeſsio titulata non cōprehenditur ſub hac prohibitione, ſed illa quæ ſine vllo titulo de facto cōprehēditur: aliàs enim daretur occaſio fraudandi prouiſos apoſtolica authoritate, qui ſi ad Ordinarios recurrere deberent pro obtinēdo mādato de capiēda poſſeſsione, fortè poſſent impediri, ſeu retardari executiones, maximè cū Ordinarij partes ſint, & de eorū agatur præiudicio, quare hoc caſu legē non habere locū videtur reſoluendum, nec abſolutè intelligendam legē regiā in omni caſu, ſed reſtringendam ad laicos, qui de facto beneficiorum occupāt poſſeſsiones, ad quos pæna à lege impoſita dirigi poteſt.

3 Tertio, in confirmationē huius ſententiæ eſt, quod ſi hæc Ordinatio loquēs de poſſeſsione beneficiorū non capienda clericos comprehenderet, eſſet ex eo quia generalis lex eſt, & lata ob cōmunem vtilitatē, ne ſcilicet de facto intruſus aliquis beneficiū occupet, cum aliud non ſit medium adæquatū ad has fraudes vitandas, niſi quòd literæ ordinarijs Collatoribus oſtendantur, qui tāquam Sedis Apoſtolicæ filij obediētes exequēda mandata, ſine dilatione exequentur. Hoc enim caſu dicunt Doctores leges ſæculares ligare clericos ſub ratione boni cōmunis, ex tex in l Ad inſtructiones Cod. ſacroſ. & ex cap. Peruenit, de immunit. eccleſ. & eſt l. 52 tit. 6 p. 1. Dueñ. reg. 100 n. 12. Vulpelius in tract. de liber. eccleſ. p. 2. n. 30. Auend. de exeq. mand. p. 1 cap. 14. n 30. Mexia in tract. taſſa pa. concl 5 n 43. Ignatius Lopez in addit. ad practicā Ber Dias cap. 55 verſ Sed vt libere dicam, Mench. de ſucceſſ creat. lib 1 §. 10. n. 648. Remigius in tract. de charitati ſubſid q 62 n 36. & ita ſæpè iudicatum in diuerſis partibus Cacheran. deciſ. 181. Franchus deciſ. Neapol. 9. n. 3. Guido deciſ. grationopolit 7 dixit Alex. conſ. 312. vol. 3. & 221. vol. 2. nu 2. Pariſ. conſ. 25 n 74. vol. 1. Rippa conſ 1. ſub tit. de muner. & honor. Bertran. cōſ. 122. incipit ponitur vol. 1. Decian. conſ. 14. vol 1. Menoch conſ. 800. & conſ. 1000. Reſpondetur enim quòd fauor publicus quem ſupradicti Doctores conſiderant non iuſtificat legem nulliter latam, cum eius inualiditas dependeat à defectu iuriſdictionis quā conferre non poteſt publicæ vtilitatis ratio, ex his quæ Surdus conſ. 2. vol 1 & conſ. 1. vol 3. Sum. Angel. verbo Immunitas, n. 37 verſ Et ideò dic pluribus confirmat Mart. 4. part. cent. 1. caſ. 1. num. 23 ad fin.

Ex quibus, & alijs quæ contra hanc 4 legē poſſunt excogitari dubia redditur illius interpretatio, quia tamen vſus cōprobauit, quā vtilis ſit huius legis deciſio bono cōmuni non eſt credendū Reges libertatis eccleſiaſticæ ſtudioſiſsimos voluiſſe illius decorē in aliquo infringere: imó potius piè credendū eſt in eius auxilium ſtatuiſſe, vt prohibeantur vicioſi ingreſſus in Eccleſias Dei inconſultis earū Ordinarijs Pro cuius legis defēſione ſequētia ponderāda ſunt. Primo quòd lex continet tria capita in primo ordinē præſcribit, ne quis poſſeſsionē beneficiorū vaccantium ordinario inconſulto capiat. In ſecundo, pænas comminatur criminales exilij, & pecuniarias trāſgreſſoribus. In tertio, prohibet ne beneficiarij qui authoritate ordinariorū poſſeſsionem capere intendunt armata manu id faciant, ſed præſidem prouinciæ adeant qui intruſum amouebit ſine titulo & de facto poſsidentem.

Et circa primum caput notandum eſt quòd duobus modis poteſt prohiberi ne capiatur poſſeſsio beneficiorū vaccantium, primo vel inconſulto ordinario loci, vel inconſulto ipſo Principe ſæculari: de primo caſu agit Regia Ordinatio, & ratione boni communis poſſe ſuſtineri, comprobatur à Doctoribus ſupra tertio argumento citatis, cuius receptæ opinionis fundamenta in noſtro caſu corroborātur, quia hæc lex ciuilis in ſua diſpoſitione nihil contra ius canonicum de nouo induxit, imó videtur

deducta, ex cap.Paſtoralis, de priuilegijs,faciũt quæ dixi ſupra ad Ord. tit.13. verbo *Seus beneficios*,n.50 in eius auxiliũ diſpoſuit ſecundùm quod nemo poteſt propria authoritate beneficij ſibi collati poſſeſsionem capere, ex Anchar. in reg. ſine poſſeſsione lib. 6. quam opinionem amplectitur Archidiacon. in cap. Eum qui de præbend. eod. lib. vbi tenet quód ſi quis propria authoritate apræhẽdat prælaturã perdit ius quod ad ipsã habet per illũ text.in §.1.argumẽto, Ord. lib.4 tit.58. cuius rei illa eſt ratio, quia cõfirmatio habet vim ſentẽtiæ diffinitiuæ, iuxta notata in cap.fin de elect. quare pariter,ac ille qui ſententiam habet,non poteſt poſſeſsionem capere, niſi requiſito iudice qui illam poteſt concedere, cap. Veniens,de teſtibus, l.Qui reſtituere, ff.rei vindic.l.Miles,§.Iudicati, ff.re iudic. plures quos citat Valaſ. d. conſ.191.num 18. ſicut nec emptor poteſt rei emptæ poſſeſsionem capere, l.Si ex ſtipulatione, ff de acq. poſſ. Bart.in l. Prædia,& l.Fundi venditor eod.tit. aliàs pœnis afficitur illis iuribus expræſsis: ſic pariter cõfirmatus poſſeſsionem ingredi non poteſt, niſi àddito iudice. Nec obſtabit quòd ſupradicta habent locum quando poſſeſsio erat ab alio occupata, nam ſi vaccua ſit ille qui titulum habet Ordinarij poterit eo caſu eam propria authoritate apræhendere ſine noua licentia, vel mandato iudicis, ex Innoc. Hoſtienſ Ioann. Andr. & alijs in cap. Transmiſſa, de electione vbi dicunt quòd poſt cõfirmationem ſine alia poſſeſsione poteſt per aunullum inueſtitus adminiſtrare in temporalibus, & ſpiritualibus per text.ibi: & in cap. Auaritiæ illo titulo, lib 6 Capel Tholoſ.444 vbi additio. Nam ſatisfit quòd hæc opinio agit de eo qui iam ab Ordinario approbatus,& confirmatus eſt cui facultas capiendi poſſeſsionem data fuit,nec mirũ ſi eam propria authoritate capere poſſit: Nos verò agimus de eo qui nunquã ab Ordinario cognitus, ſed Romæ prouiſus poſſeſsionem capere intendit,quo caſu talem poſſeſsionem capere nõ poſſe inconſulto Ordinario etiam prætextu executorialium dixit Felin. in cap. Ad probandũ,de re iudic. & Gomez in reg. de triennal q 27.verſ.Sic etiam, vbi ſic eſſe de ſtyllo Rottæ teſtatur, quos citat, & ſequitur Valaſc.conſ.191. n.31. quare cum his caſibus lex ſæcularis ſequendo Curiæ ſtyllum,& iuris canonici præcepta,quæ intruſos abhorreat,qualis eſt qui per ſe poſſeſsionem capit, ex Valaſ. d. conſ.191 n.25 prohibet illud quod ius cononicum prohibet,& ſic nihil obſtat quominus eius deciſio valeat,& debeat obſeruari, ſicut de legibus prohibẽtibus clericis arma quæ illis iure canonico prohibita ſunt, diximus ſupra: Fauet enim iuri canonieo,vt dixit Bal.in l.fin. num 3.in fin. C.de edictio.diui Adrian. Ozaſcus deciſ.30 n.15 Theſaur.deciſ.131. & deciſ.206. Azeued in l.2.verſ.Item,& l.14 tit.6 lib.1. Nec vlla mora ex eo inducitur in executione literarum apoſtolicarum,cũ executor in illis datus poſsit Ordinariũ requirere,vt in poſſeſsionem immittat prouiſum,aliás ipſe implorato præſidis offcso illud efficiet iuxta Ord. lib.2.tit 8.

Poteſt etiam prohiberi hæc poſſeſsio- 5
nis aprehenſio Principe ſæculari inconſulto ob bonũ publicum,ne ſeditiones in Rep.excitentur,& licet circa hoc dubiũ ſit, an lex ciuilis validè diſponat ex his quæ Boſsius de Principe,n.218.Mart. de iuriſd. 4. p.cent.1 caſ. 46. Tamen ſine dubio eſt poſſe Principem ſæcularẽ prohibere ne poſſeſsio beneficiorum in ſuo Regno aprehendatur pluribus caſibus. Primo,quando ipſi Principi ex priuilegio aliquorum cõpetat beneficiorũ collatio,& inſtitutio,vt cõpetit Regi Apuliæ,ex gloſ.verb Eccleſiás,16. q. 7. & de alijs Regibus ſimile priuileũ habentibus ſcripſit Marta de iuriſd.2 p.cap.14.Nam ex eo quód Regi competit facultas conferendi beneficia conceduntur, etiam omnia quibus ad illud peruenitur, & prohi-

prohitis quæ impedimento eſſe poteſt collationi ſibi competenti, Igneus in rep. l. 5. § Non aliàs, nu 331 ff ad Sylanin. quia quando Rex confert dicitur ſubrogatus loco Epiſcopi, vt ait Probus in tract. iure regaliæ quæſt. 12. n. 5.

6 Quintus eſt caſus, quando ex priuilegio Pontificis, vel alio ſimili titulo cõpetat Principi ius prohibendi ne in ſuo Regno beneficia exteris conferantur, provt Regibus Hiſpaniæ antiquiſsimo vſu acquiſitum dixit Ceuallos 4. part. quæſt. 1. num 347. & num 426. Bobad. lib. 2. cap. 18. num 208. Azeued l. 14. lib. 1. titul. 3 per tot. Teſtatur gloſ. in reg. chancel. 19. & in Francia teſtatur Rebuf. de liter. natural gloſ. 2. nu. 2. & in pract. beneficial tit. de reſcrip. mixtis gloſ 1. & in tract. de pacific poſſ. num. 216. Boer. deciſ. 31. num. 18. Couarr. pract. cap. 35. num. 5 & apud nos eſt Regia Ordinatio lib. 2. tit. 13. § 1. quia expræſſe cauetur ne exteris concedantur beneficia. Vnde fit quôd ſuppoſito tali priuilegio, poſſunt Reges temporales prohibere ne in ſuo Regno beneficiorum poſſeſsionem quis accipiat Rege inconſulto, cùm de eius agatur præiudicio, qui debet eſſe certus de perſona beneficiati, ne exterus in Regno poſsit beneficiari prætextu literarũ apoſtolicarũ, quæ ſibi, aut Ordinario non fuerint intimatæ, dixit Diaz in pract. cononi. cap. 54.

Vnde apparet quàm modeſte Reges ſe geſſerint in hac prohibitione, qui cũ poſſent omninó prohibere ne prouiſi ſine regia facultate poſſeſsionem accipe rent, noluerunt ſuo iure in totum vti, ſed tantùm diſpoſuere vt de Ordinariorum facultate ad poſſeſsionis apræhenſionem accederent, quæ diſpoſitio ex ſupradictis, ſine dubio, valida eſt, ex Marta d. cap 46. num. 14. Felin. in cap. Eccleſia, de conſtitut num. 96. Deci 48. Alex in l. 1 num 7. ff. de acq. poſſeſsione, Bart in l. Cunctos populos, num 29 C. de ſumma Trinit Ozaſcus deciſ. 30 n 15 Theſaur. deciſ 131. & 206. num 6 Suſſe de inhibition. cap 8 § 1. à nu. 28. Valaſc conſ. 191. num 15. Cabed. deciſ. 172 p. 1. & p. 2. areſt. 54.

In ſecundo autem capite Regia Ordinatio pænas cominatur tranſgreſſoribus, in quo non videtur poſſe loqui cũ ipſi ſint clerici, qui nullo modo poſſunt ſubeſſe pænis legis temporalis, ex his quæ diximus ſupra ad §. 17. & ſub titul. 18. 7

Quare dum de pænis criminalibus infligendis agit ad laicos debet referri qui tales poſſeſsiones occupant de facto, vel ad clerici alicuius inſtantiam, vel ad patronos Eccleſiarum, qui cum vaccant beneficia illorum poſſeſsionem vaccantem ſolent armis defendere, cum quibus loquitur conſtitutio Bracharenſis titul. 18. conſt. 5. ibi: *Defendemos que nenhũa peſſoa, de qualquer eſtado, grao, & cõdição que ſeja, q̃ diga ſer padroeyro de algũa Igreja, ou beneficio, tome poſſe, ou guarda de tal Igreja, ou beneficio quando vagar ſem noſſo eſpecial mandado: & qualquer que o contrario fizer, aſsi peſſoa eccleſiaſtica, pertendolhe o padroado por razão do patrimonio, como ſecular, ou der a ello ajuda, ou fauor, pomos em cada hum delles ſentença de excomunhão, ipſo facto. E ſe os verdadeiros padroeiros forem os que tomarem a dita poſſe, pelo meſmo feito os hauemos por priuados do direito de apreſentar, & o hauemos por eſſa vez por deuoluto a nós.* Quæ cõſtitutio loquitur in iure patronatus ſæculari quód clericus habet, ibi: *Por razão do patrimonio,* Aliàs enim ſi ageret de patrono eccleſiaſtico eſſet iuri contraria, per ea quæ Decius in cap. Bonæ, de appell. num. 21. & in cap pen. de præbend. n. 11. Quare pænæ vt ligent clericos, debent imponi à Prælato eccleſiaſtico, ad quem cuſtodia Eccleſiarum ſpectat de iure, cap Cum vos, de offic Ordin. cap fin. eod. titul. vbi dicit Abb non eſſe alium text. meliorem in iure.

In tertio tandem capite prohibet ne armata manu capiatur poſſeſsio quando alius de facto poſsideat, ne rixæ 8

oriantur in Reipublicæ præiudicium, & interitum, ex l. æquiſsimum, ff de vſu fruct. Valaſ. d. conſ. 191 num. 34. Hic tamen caſus à ſuperioribus differt, quia licet in illis non comprahendatur clerici tamen in hoc cum clericis agit lex regia, ſaltem vt illis arma capi poſsint tempore delicti, ſi reperiatur in Eccleſia, vt eam armis defendant vulgo, *encaſtellar*, quod de iure prohibitum eſt, Rippa in l. 1. n. 5. ff. de interdictis, Decius in cap. Eccleſia, num. 48. vel quando conuocatis amicis, vel conſanguineis armis intendunt alium qui intra Eccleſiam eſt depellere, his enim caſibus, & ipſos capi, vt ad ſuum iudicem defferantur, videtur poſſe, Bobad. lib. 2. cap. 18. num. 50. facit Ordin lib. 2. tit. 1. § 29. & ex his quæ Gomez 3 tom. cap 4 n. 5. Auend. de exequend. 1. part cap. 22. n. 2. Salzed in pract cap. 122. num. 3 Azeued. in l. 9 num. 4. tit. 3. lib. 1. & l. 15. num. 9 & tit. 3. lib 4. recopil. Farin. in praxi, 1. p. quæſt. 21. num. 141. Marta de iuriſdict. part. 4 caſ 42.

9 Ex quibus venit explicanda Regia Ordinatio vt prohibeat poſſeſsionem Eccleſiæ ſine authoritate Ordinarij, etiamſi titulus habeatur à legitimo Collatore, vel à S. Pontifice. Nam is ſi ſine licentia Epiſcopi, vel eo irrequiſito poſſidet, ſi alius cum mãdato Epiſcopi poſſeſsionem prætendat, debet præſes illum qui cum mandato Ordinarij agit in poſſeſsionem mittere, amotto exinde alio poſſeſſore qui citra Ordinarij facultatem talem poſſeſsionem capere nõ potuit, nec illa debet illi opitulari, quia, vt ſupra diximus, lex ob commune bonum prohibere potuit ne eo modo poſſeſsiones capiantur, ibi: *E os que tiuerem prouiſão do Ordinorio para a tomar, não ſerão aſſuada achando outros que eſtão em poſſe, ſob as ditas penas, mas requererão ao Corregedor da Comarca que lha dè; ao qual mandamos que leuando a prouiſão ſobredicta, lhes faça dar a poſſe, ſegundo na prouiſão for contheudo.* Quæ verba ſupponunt expellendum propria authoritate poſsidentem, & admittendũ manu Præſidis, qui authoritate ordinaria poſſeſsionem petit. Nec obſtabit quod hæc Ordinatio ſolùm videtur agere de illis, qui ſine aliquo titulo occupant beneficia, patet ibi: *Sem authoridade do Ordinario*, & ibi: *E ſe o que aſsi ſe meteo na poſſe ſem ter algum titulo.* Quibus verbis oſtẽdit tantum ſentire de illis qui intruſi ſunt, & ſine aliquo titulo poſsident, pro vt videtur explicare Valaſ. d. conſ. 191. num. 23. 24. & ſeq. Sed Valaſcus non bene mentem legis percepit, nam Ordinatio tam agit de illis qui cum titulo poſſeſsionem accipiunt, quàm de illis qui ſine illo. Et priori caſu ait quôd nemo capiat vaccantis Eccleſiæ, vel monaſterij poſſeſsionem ſine authoritate Ordinarij: quæ diſpoſitio cum illis agit, quibus aliàs competebat de iure facultas capiendi: his enim, & non alijs potuit prohiberi vt requiſita authoritate Ordinarij id faciant: nam ei qui titulũ non habebat inepte imperaretur vt Ordinarij facultatem obtineat. Põdero illa verba *Tomem poſſe*, quæ ſolùm verificantur in eo qui mediante titulo poſsidere intẽdit, reg. beneficium, de reg iur. in 6. aliàs enim non diceretur poſſeſsio, ſed inuaſio, ſeu intruſio, Caſſador deciſ. 4. de reſt. ſpol. Felin. in cap. In noſtra, num. 12. de reſcriptis, non poſsidetur enim beneficiũ ſine titulo. Deinde pondero illa verba *Sem authoridade do Ordinario*, quæ referuntur ad licentiam, facultatem, ſeu authoritatem faciendi, nõ verô ad titulum, quaſi oſtendat quòd præcedente titulo habili debet inſuper obtineri Ordinarij authoritas, quæ non eſt titulus, ſed eſt quid extrinſecũ, quod debet interuenire pro validitate actus: vbi enim requiritur alicuius authoritas ſi illa abſit actus nullus eſt, l. Si curatorem, C. de integrum l. 1. ff. de auth. tutor. & debet præcedere ex Bal. in l fin. § Neceſsitatem, num. 16. C de bon quia liber. & in eo differt à conſenſu qui poteſt ſubſequi,

ſubſequi, vt in l.fin. C.ad Macedoni. l. Ratum, C de ſolutio. Gonzal.gloſ.48. num. 57. Quarè in præſenti dum authoritas Ordinarij deſideratur, non de titulo agit Ordinatio, ſed de authoritate, prout in facultatem ſonat.

Dum vero Ordinatio in verſ.fin.agit de eo qui ſine titulo poſſeſsionē accepit non cōtinuatiue legēdus eſt ad præcedentia, quaſi diſponat circa caſum de quo in principio egerat, quia in eo verſ. loquitur de diuerſo caſu, ſcilicet de illo qui propria authoritate poſſeſsionem cæpit, qui ſi ſine aliquo titulo id fecit, & aliquid ab eo loco abſtulit pæna furti teneatur, patet ibi: *E ſe o que aſsi ſe metea na poſſe ſem ter algum titulo, tomar algũas couſas do dito moſteiro, ou Igreja, hauerá as penas que por noſſas Ordenações merecer, como o que forçoſa, ou furtiuamente toma o lheo.* Quæ verba non referenda ſunt ad priorem caſum, prout ſonant: *E ſe o que aſsi ſe meteo na poſſe ſem ter titulo,* quaſi explicatiua præcedentis caſus quando aliquis cum titulo poſsidebat, licet ſine authoritate Ordinarij. Sed in vim nouæ deciſionis, quaſi dicat quòd ſi ille qui propria authoritate poſſeſsionē accepit, de quo ſupra dixerat, *ſem ter*, ideſt, *ſe não tiuer titulo*, tunc pro fure habeatur, talis enim magis animo furandi, quàm poſsidendi inuaſiſſe credendus eſt, qui ſenſus, & legi regiæ, & eius menti conſonus videtur.

11 Explicabis ſecundo, quód dum Præſidis manus imploratur vt in poſſeſsionem immittat ab Ordinario prouiſum nudum factum explicat impartiendo auxilium ſine vlla cauſæ cognitione. Dubium tamen eſt, quomodo ſe gerere debeat caſu quo ille qui in poſſeſsione exiſtit titulum oſtendat á Sede Apoſtolica habitum, & coloratũ ſine apparenti vitio, cum madato ſui executoris virtute, cuius poſſeſsionem ingreſſus eſt, cum poſsidentem etiam raptorem audiri oporteat, priuſquam ſuo priuetur beneficio. Et videtur ex mẽte legis eſſe quòd ſi oſtenſo titulo non appareat de authoritate Ordinarij, qua poſſeſsionem aprehendit poſsit à beneficij poſſeſsione repelli, quæ manutentionem nō meretur ſumpta, contra formam legis iuſte illum poſsidendi modũ prohibentis ex cauſa iuſta, & cōmuni, maximè in hoc Regno, in quo Reges habent ne exteris beneficia conferantur, & expediat prius tales prouiſiones examinari, ne exteri ſecreta Regni in magnam eius perniciem reuelent, vt Ponderauit Marta d.caſu 46. num.15. in fin quæ lex in communi lata omnes caſus ligat, etiãſi in aliquo caſu particulari eius ratio deficere poſsit, l. Proſpexit, ff qui & à quibus.

Amplia, vt ſic capientes propria authoritate poſſeſsionem beneficij cadant à iure ſuo, maximè ſi abſq; titulo occupant, ſunt enim inuaſores, cap Eum qui, de præbend. & dum dominos, ſeu beneficiatios non admittunt, & repellũnt vim comittũt, l Clam poſsidere, §. Qui ad nundinas, ff.acq. poſſ. & ex tali violentia occupatiuè fiũnt incapaces illius beneficij, Aufrer.ad Capel.deciſ 443. 12

An autem poſsit Vicarius Eccleſiæ cui congrua portio aſsignata nõn fuit in forma Concilij Trident. ſeſſ. 25. de reformat. cap.16. mortuo Abbate poſſeſsionem beneficij capere propria authoritate, & in ea tuẽdus ſit vidi in Port. Senatu dubitari in caſu Antonij de Anta Vicarij ſancti Micaelis de Prado.

Quare quatuor quæſtiones ad hanc legem mouentur. Prima eſt, an liget ſæculares ſimul, & clericos, quia lex eſt generalis? Et dicimus quód ſic, Guterrez 4.part pract.cap 38.num.29. & ex concordia Regis Ioannis art.11. 12. & ſequentibus, & in puncto iuris defendit Theſaur.deciſ.131 Ozaſcus deciſ.30.n 9. quia eſt poſſeſſorium beneficij quod eſt res temporalis, Valaſ. conſ.93. num.5. Couarr. pract. cap. 35 num. 1. Guterr. Cano.lib 1.cap.34 ex num.22 & pract. lib.1, cap 20. à prin. Deinde quia Reges 13

habent priuilegium ne exteris dentur beneficia, quo caſu prohiberi poſſunt, Marta 4. part. cent. i. caſ. 46. num. 14. de quo iam ſupra diximus.

14 Secunda, quód poteſt Princeps iubere inquiſitiones fieri de aucupātibus beneficia, & fructus vſurpantibus, ex his quæ Theſaurus vbi ſupra: ineſt namq; violentia cui Reges occurrunt, etiam in beneficialibus, Cabed. deciſ. 82.

15 Tertia, an poſsit capi clericus ſi eſt præſens? Et videtur quòd poteſt, quia facit vim, & poteſt capi & tradi ſuo Ordinario, Boba. d. lib. 2. cap. 28. num. 50. & 327. vt ſupra dixi.

16 Quarta eſt, an poſsit annullari inquiſitio in iudicio Eccleſiæ, ex regula cap. Atſi clerici, de iudic. ibi, Aliquatenus puniendi, vbi vide, & tenendum nō poſſe, quia ille textus loquitur de eo qui præſumptuoſe cognoſcit, non veró habet locum in eo qui eſt competens ad cauſam violentiæ, & rapinæ, Aufrer. de poteſtat. ſæcul. reg. 1. vbi vndecim caſus refert, Clarus in pract. §. vlt. quæſt. 36. â Caſſan in conſuet. rub. 1. § 5. gloſ. pen. â num. 38. additiones ad Bernar. in pract. cap. 55. vide Corream in dict. cap. Atſi, verſ. 7. intellige in priuatis ſcholijs.

Vnde videtur quòd ſi in eccleſiaſtico iudicio annulletur inquiſitio, quod patebit ad Regem recurſus, quia denegatur Principi poteſtas cognoſcendi de violentijs inter ſubditos. Si enim hæc violentia non tenderet ad punitionem criminalem Princeps ſæcularis eſſet cōpetens ex ratione Ordinationis, lib. 2. tit. 1. §. 2. & quæ ibi dicimus.

SVMMARIVM.

1 *LEX Regia prohibet ne notarij inſtrumenta inter ſæculares conficiant.*

2 *Tabelio extra territorium non facit validè inſtrumenta.*

3 *Solùm tabelliones inſtrumenta conficiunt.*

4 *An ſufficiat quòd partes conſentiant?*

5 *Non ſufficit quòd notarius ſit etiam tabellio ſi vt notarius fecit?*

6 *Ampliatur etiamſi non detur copia tabellionis.*

7 *Amplia etiamſi ſcribat ad pias cauſas.*

8 *Poßunt notarij facere donationes iuris patronatus.*

9 *Mandatum ad cauſas agitatas in ſæculari non ſufficit factum eſſe á notario.*

10 *Inſtrumenta emphyteutica non faciunt notarij.*

11 *Lex regia non extenditur ad promotores, vel aparitores, & ſimiles.*

Appellatio ſuper pœna exceßus ſalarij pertinet ad iudicem Chancellariæ. ibi.

AN POSSIT STATVTO CIVILI caueri ne Notarij apoſtolici, vel eccleſiaſticorum Scribæ inſtrumenta conficiant inter ſæculares, & ne fides in iudicio illis adhibeatur. Ad Ordin. lib. 2. titul. 20.

CAP. 69.

REgia Ordinatio habuit originem ab articulo 24. Ioannis primi, de quo in prima parte, n 215.

Quæ Regiæ conſulens iuriſdictioni
1 ſtatuit ne Vicariorũ ſcribæ, monaſteriorumvè, & ab Apoſtolica Sede Notarij creati inter ſæculares ſcribant, contractuſq; conficiant, vel inſtrumenta exceptis his quæ ad res ſpirituales ſpectãt, quarum cognitio ad illum forũ priuatiue pertinet ſub pœna pecuniaria ibi præſcripta, & nullitatis inſtrumẽtorum. Obſtat huic deciſioni quod licet circa Scribas Prælatorum valida ſit hæc Ordinatio, quia debet inter vtramq; iuriſdictionem dari diſtinctio, ne miniſtri, ſeu officiales eccleſiaſtici inter laicos qui alterius fori ſunt, inſtrumenta conficiant: habentur enim in hoc tamquã officiales, & tabeliones forenſes, quibus nulla fides adhibetur, ex Bart. in l. Cunctos populos, 7. quæſt. C. de ſumma Trinit. & in l. 1. ff. de offic. proconſul. Bald. in cap. Cum dilectus, de fide inſtrumen. inquit quòd ſi rogatum ſit vt fiat inſtrumentum extra territorium illud nõ faciet fidem niſi inter ſubiectos illius qui creauit tabellionem, Felin. in cap. Cum P. Tabellio de fide inſtrum. Abb. in cap. Sicut, num 14 C. ne clerici, vel monachi, dixit Marta de iuriſd. 4. part. cent. 1. caſu 87 num. 12. & ſequentibus, Couarr. pract. cap. 19. ad fin. Boer. deciſ. 242. Carolus lib. 1. iure 8. Curia Phi. 1. part. §. 17. nu. 29. Paz in praxi tom. 1. part. 4. cap. 1. num 8. Cabed. part. 2. areſt. 54. Flores variar lib 1. quæſt 1. n. 13. & apud nos eſt Ordin. lib. 1 tit. 80. §. 6. & lib. 1. tit. 79 §. 14. & tit 78. §. 8

Circa notarios autem apoſtolicos, 2
de quibus lex regia agit: maius dubium eſt, An lex ciuilis illis prohibere poſsit ne inſtrumenta conficiant in hoc Regno inter laicos. Ratio dubitãdi eſt, quia cum hi Notarij à S. Pontifice cui omnes Reges ſubſunt, creati poponantur, non poteſt ſtatutum inferioris tollere ea quæ ſuperioris ordinis ſunt, & fuit Bart. in l. 2. ff. offic. proconſul. quem ſequuta eſt Rotta Rom. deciſ 5. de fide inſtrum. in nouiſ, & eſt communis ex Roland. conſ. 91 num. 18. vol. 3. Surd. conſ. 257. nu. 11. Lucas in l. fin 4. quæſt C. de loca. prædior. ciuil. lib. 11. cum ex tali poſſeſſione videatur lædi pontificia iuriſdictio, & quodammodo limitari per ſtatutum ſæculare, vt multis comprobat idẽ Marta d. caſu. 87. nu. 6. maximè ſi actus ſint voluntariæ iuriſdictionis, quæ per contrahentes poteſt prorogari, cum de ſolo eorum præiudicio agatur vt multis comprobat Boer. deciſ 242. n 1.

Verùm his non obſtantibus, noſtra 3
Ordinatio eſt iuri conformis cenſenda & eſt lex Caſtellæ 8. tit. 18. lib. 2 Ord. ibi: *Que los Notarios, y Eſcriuanos de las Igleſias Apoſtolicas no fueßen ozados de fazer contratos,*

tratos, ni otras cartas ſobre coſas temporales, idem diſponit l.19. tit.25. lib.4. recopil. vbi Azeued. & ita apud Gallos ſeruari, & in Ducatu Sabaudiæ dixit Boer. deciſ. 242. num.4. cuius magis receptæ opinionis fundamentum eſt, quia cum notarij apoſtolici ſint creati quoad negotia tantùm, quæ eccleſiaſticam tangunt iuriſdictionem, non poſſunt circa extranea, & quæ temporalem cõcernunt iuriſdictionem ſe intromittere, ne in meſſem alienam manum immitant, ne turbentur officia, l. Repetita, C. de Epiſc. & cler. Inſuper quia redundaret in præiudicium regiorum tabellionum, & iuriſdictionis regiæ, cum hi notarij ſint clerici, etſi falſa condant inſtrumenta non poſsint à Rege puniri in ſuo foro, & alia poſsint reſultare, quæ in maximam Reipubl. perturbationem redundarent ſicut in corpore humano eſſet indecorum, ſi alterum membrum alterius fungeretur officio. cap.1. 89. diſt. Azeued. dict. l.19. num.4. Atque ex his hæc opinio tamquam verior ab omnibus comprobatur teſte Rebuf. in tract. quando ſæculares, num.56. & ad leges Gal. tit. de liter. obligator. 1. tom. art. 2. gloſ. 1. num. 43. Carol. de Graſſal. lib.1. regal. Franc. iure 8. in princ. Boer. d. deciſ. 242. Couarr. pract. cap.19. num. fin. Afflict. deciſ. 245. nu.2. Valaſ. conſ. 9. 1. part. & meliùs Mench. de ſucceſ. reſolut. lib. 1. §.9. nu.110. & 111. Crauet. de antiquit. tempor. fol.6. n.82.

4 Ex quibus patet noſtram Ordinationem iuri eſſe conſonam, & ex ea ſic cõprobata ad aliquas infero quæſtiones. Primo, an ſit ſtandum inſtrumento facto à notario apoſtolico, ſi partes non opponant? Et cõ ſentiant, & tenendum eſt quòd non. Nam peccat ex defectu poteſtatis notarij qui extra territorium ſuum ſcribens nihil agit, cum eius nudũ ſit miniſterium & improrogabile extra locum, ex Abbate, & alijs in d. cap. Cum P. tabellio, de fide inſtrum. nec priuatorum conſenſus aliquid operatur, in his quæ habent rationem defectus ex parte notarij, & fauorẽ publicum, licet aliud ſit in his quæ reſpiciunt comodum contrahentium, pungit Valaſc. d. conſ. 9. ex quibus cauendum eſt à Boer. d. deciſ. ad fin. dum tenet quòd iudex cognoſcet de contractu à notario apoſtolico geſto inter ſæculares, ſi pars non opponat, quod noſtræ legi repugnat, & iuri ex ſupradictis, & fuit ſententia Oroſij in l. 1. num.15. ff. offic. præfect. vrbis, tradit Pal. in rub. num.21.

Secundo, ampliatur hæc Ordinatio, 5
licet notarius apoſtolicus ſit inſimul regius tabellio ſæcularis, quia licet mixtã fidem habeat adhuc ea quæ vt notarius fecerit apoſtolicus corruent in ſæculari, niſi tamquam tabellio faciat, licet contrariũ reſoluat Boer. d. deciſ. 242. in fine. Non valet enim ille actus, vt geſtus eſt, licet aliter valere poſſet, ſi fieret ab eodem notario tamquam tabellione. Nam nomen Notarij, vel tabellionis palàm, & explicitè debet declarari in inſtrumẽto, vt appareat quis ille fuerit, vt notauit Vnzola de arte notarij, num.51. fol.254. vol.12. arg. eorum quæ notantur in §.1. inſtit. de empt. & vẽdi. & in l. Contractus C. de fide inſtrum. & in l. Quidam referunt, ff. de codicil. Ioann. à Graſsis titul. de ſubſtantia procuratoris, vol.1. fol.52. & apud nos eſt Regia Ordinatio lib. 1. titul. 80. §.7. ibi: *E aſsi os nomes delles tabelliães que as fazem,* & eſt gloſ. l. Tauri 3. verbo *Del eſcriuano*, fol.24. col.1. Bertrand. conſ. 21. lib.2. num.7. Quare cum contractus appareat ex ipſius contextu à notario ſcriptus, nulla ei debet fides adhiberi ex verbis huius Ordinationis quæ inſanabilem nullitatem inducunt.

Amplia tertio, etiamſi deficiat copia 6
tabellionis, quia nec eo caſu geſta per notarium inter ſæculares valebunt, ex decreto huius legis, quæ omnes ſcripturas his caſibus abrogat. Obſtat tamen quòd in caſu neceſsitatis lex obligare non debet, cum eo caſu oporteat rigorem legis relaxari, quæ ex eo ſic ſtatuit, quia copiam tabellionum ſæcularium adeſſe

adeſſe ſupponit, vt pro hac parte ponderat Perez in l 26.tit,3. lib.1 Ordinam. citans legem 4. tit.18. lib.2. Ordin. quæ nihil probat,& meritó ab eius opinione recedit Azeued. d. l. 19 num fin quæ opinio in hoc Regno,ſine dubio,tenenda eſt in ſpectis legis regiæ verbis,& multitudine tabellionum,quibus tribunalia ſcatent, qui publici, ſeu Reipubl. ſerui ſunt ad contractus,provt exponit Marta 4.part caſ 116. num.17. Nec obſtant quæ Cabed. areſt.24. 2 tom. vbi præſes poteſt per tabellionem ſæcularem poſſeſsionem beneficij tradere, ſicut & teſtium examinatio in cauſa ſpirituali facta per ſæcularem ſcribam ſuſtinetur,ex Gonzalez gloſ.9.in annotatio.num.114. vbi citat Deciſ Caputaq.265. 3.part & Puteum deciſ 258.quia reſpondetur nil mirum ſi illis caſibus,qui nudum miniſterium inuoluunt ſæculares admittantur ad faciliorem cauſæ expeditionem, cum non reperiantur ſpecialiter prohibiti: Nos veró agimus de Notarijs Apoſtolicis qui à lege ſpecialiter prohibentur illos actus gerere ex rationibus ſupra ponderatis.

Amplia quarto, hanc legem procedere etiamſi Notarius Apoſtolicus adhibeatur in diſpoſitione ad pias cauſas, quia adhuc talis diſpoſitio non ſuſtinebitur, vt publica authoritate munita, vt inquit Auend.cap.10.num.6. verſ Vbicunq, lib.1 & Gomez l.3.Tauri nu.46. & Couarr.in cap Cum eſſes,num 1 & 2. de teſtam. Nec obſtant verba Ordinationis ibi: *E outros ſemelhantes*, quibus videtur poſſe admitti,vt in cauſa pia ad imaginem cauſarum ſpiritualium notarij apoſtolici admittatur: Nam illa verba debent intelligi de cauſis ſimilibus expræſsis in eadem lege, ſcilicet de his quæ priuatiuè ad forum Eccleſiæ pertinent, cauſa autem piæ diſpoſitionis téporalis eſt de ſe,licet quoad executioné illius aliquando ad iudicium Eccleſiæ ſpectare poſsit,atq; in hac quæſtione ſic in ſpecie reſoluit Azeued.lib.5 tit.4.l 1. 7

num.30. Perez lib.3.tit 8 l.4.verſ Quæritur, vbi aſſerit quód teſtamentum factum à Notario Apoſtolico ſuſtinetur tamquam ſcriptura priuata,in qua Notarius adhibetur,caſu quo teſtamentum vt nuncupatiuum valere poſsit.

Vltimo circa huius legis verba notâdû eſt quód Notarij Apoſtolici poſſunt omnia inſtrumenta facere, quæ ad cauſas ſpirituales ſpectant, inter quæ dubiû eſt, an comprehendantur donationes iuris patronatus, quia licet ius patronâtus ſit ſpiritualibus annexum, tamen à laicis tale ius poſsideri poteſt,& præſcribi,& cedi,& donari,& ad hæredes tranſit ſicut reliqua iura hæreditaria, & inter hæredes diuiditur. Debet ergo eius trâſlatio fieri per tabellionem,non veró per Notarium:aliud tamen praxis obſeruat, & merito nam tale ius patronatus tamquam annexum ſpiritualibus eodem modo debet regulari,ac ipſum ius ſpirituale cui coheret. 8

An autem procurationes factæ à Notarijs faciant fidem in ſæculari? Dubitari poteſt veluti quando Abbas ſancti Benedicti, vel Prælatus per Notarium mandatum ad negotia confecerit,an illi fides adhibeatur? Et videtur legi regiæ locum eſſe,ſi in ſæculari lis agitetur 9

Vltimó non omittam quod in praxi vidi dubitatum, An hæc Ordinatió,dû prohibet Notarijs ne inſtrumenta emphyteutica conficiant, procedat ſolùm in iudicio voluntario? Ratio dubitandi eſt, quia ſi emphyteuticatio fit in iudicio contentioſo, & per modum ſententiæ expeditur, auditis partibus, illa acta conficere potuit Notarius, & talis ſententia debet adimpleri in ſæculari,iuxta text. in cap vlt. de except.lib 6. Valaſc. conſ.48 num 9.& conſ 65.num.1. Decretum enim illud prouiſoris qui iubet vt fiat inueſtitura eſt quidem ſententia, ex gloſ.verbo Tractatus,in cap 1. de rebus eccleſ. non alien. lib 6. Sed adhuc videtur quód ſi hac via emphyteutici contractus admitterentur fieret fraus legi 10

legi regiæ, nam omnes Prelati per viam ſententiæ, vel ſimulata cauſa, & lite iuberent fieri inueſtituram vt Notarij tales contractus conficerent, quod non eſt admittendum. Satis enim eſt vt ſententia ſuum operetur effectum, vt ex illa compelli poſsit dominus inueſtituram renouare: inueſtituram autem, ſeu inſtrumentum faciat tabellio publicus, cum ad acta iudicij iam non ſpectet.

Si autem Prælatus ſit in poſſeſsione immemoriali per ſuos ſcribas talia inſtrumenta conficiendi non dubitarem quód poſſet ea vti, vt per Flores Variar. quæſt.1. num.14. ſicut & in procuratorijs mandatis, de quibus Maſcard concl. 1005. num.1 & in teſtamentis, de quibus Capicius deciſ. 201. Flores d quæſt. 1. Debet tamen hæc conſuetudo probari iuxta formam Ordin. Regiæ lib.2. tit.9. §.1. vbi diximus.

Limitāda, & reſtringēda eſt Ordin. ad ad notarios, & ſcribas, de quibus loquitur, nec extenditur ad Promotores eccleſiaſticos, & cū incomitijs anni 1525. petitum eſſet vt lex ad Promotores porrigeretur. Sic reſpondit Rex cap. 35. *Encomendarei aos Prelados que o fação aſsi, & ſendo neceſſario ſupplicarei ao Papa que queira prouer ſobre iſto*

Nec etiam extenditur ad apparitores, & alios officiales, nec ad alios errores ſcribarum propter exceſſum taxæ in ſalarijs, de quo lex agit, vt ſemel, atq; iterum iudicatum tradit Cabed deciſ. 202 per totam, quia pertinet ad Eccleſias, Trid. ſeſſ.22 cap.10.

Notandum, & quod appellatio ſuper pœna in exceſſu ſalarij pertinet ad iudicem Chaneellariæ, Cabed. deciſ.14. num.17.

SVMMARIVM.

1 *Iugationis tributum vnde ortum habeat?*
2 *Ius reale eſt.*
3 *Clerici an ſint immunes à iugationis tributo?*
4 *Onus reale rebus impoſitum an comprehendat res clericorum?*
5 *Quando res deuenit ad Eccleſiam illo onere affecta.*
6 *Eccleſia obligatur pro collectis impoſitis perſonis pro rebus.*
7 *Clerici quomodo ſint immunes ab omni tributo?*
8 *Clerici in hoc Regno an à iugata ſint immunes?*
Interpretatur Ordin. §.25. ibi. & n.10. ibi.
9 *Clerici qua tales non ſunt exempti?*
10 *Ordinatio in §. 25. non concedit priuilegium, ſed á iure conceſſa interpretatur.*
11 *An clerici ex tempore immomoriali poſſint exemptionem acquirere?*
Interpretatur Ordin. tit.27. §.1. ibi.
In tempore poteſt forale interpretari vt vnum pro altero ſoluatur. ibi.
12 *An clericus præſcribere poſsit iugata obligatiouem?*
Donatartus contra colonos vltra contenta in forali non præſcribit. ibi.
13 *Allegatum priuilegium poterit probari immemoriali.*

AN

AN CLERICI IN HOC REGNO *à tributo iugationis, vt vocant, ſint exempti? Ad intellectum Ordin. lib. 2. tit. 33. §. 25.*

CAP. 70.

1 REgia Ordinatio explicatur ex articulo vltimo, ex vndecim Romæ oblatis, n. 105. & ex articulo 18. quartæ concordiæ, num. 135.

De iugationis tributo in legibus Imperatorum extat veſtigium in l. 1. C. de imponend. lucratiua deſcript. lib. 10. ibi: Quas ex lucratiuis iugationibus, vel animalium cenſibus, neq; mobilibus rebus iubemus indici, vbi gloſ. verbo Iugationibus explicat de poſſeſsionibus immobilibus, vel quia ad iugera metiũtur, vel quia iugo arantur. Et in l. Immunitates, verbo Iugatio, de agricol. & cenſ. lib. 11. immunitates ſpecialiter datæ: & iugatio, & capitatio libris publicis, &c. Et in auth. de mand. princ. col. 3. §. Coges, ibi: Aut iugorum, aut iugaliorum, aut quolibet modo per regiones nuncupantur: Quod noſtris iugationibus maximè conuenit, quia illæ antiquæ tributũ ſignificare videbãtur quod pendebatur pro animalibus, quibus terra colebatur, vel pro ipſo iugo, vel iugorũ corrigijs, cum quibus capita bouum ligabantur, ſicq; explicat verbum Zigocephalum, quo vtitur Imperator in d. §. Coges, gloſ. ibi: verbo Zigo cephalorũ, quaſi zigos iugum ſignificet, Cephas verò exput. Sed adhuc videtur melius explicari poſſe quod Imperator pro zigo cephalum, iumentorum, vel bouum capita iugo alligata ſignificare intenderit, quaſi ponantur pro eo quod iuncti boues, vno die exarere poſſunt, vt ex tali poſſeſsione, & terræ parte tributũ exoluatur, quod ipſis prædijs impoſitum cenſetur, patet ex text. ibi: Et pro quibus hæc, & quælibet prædijs exiguntur, l. Vnica. C. col. tracenſib. lib. 11. ſolumq; in eo differẽtia creditur eſſe poſita, quod olim iugatæ ſoluebantur, pro eo quod vna die arabatur: hodie verò pro eo quod toto anno arrari poteſt, gloſ. in d. cap. Coges, Vetrutius de verborum ſignific. verbo Iugatio.

Qomodocunq; ergo hoc tributum ſumatur, illud indubitabile eſt ius reale 2 eſſe rebus ipſis inhærens, reſultareq; ex tali iugata tributũ, quod Principi exoluetur, ſeu publica pẽſitatio functio collatio, ſeu cenſus, ex gloſ. in rub. de cenſib. & cenſetor lib. 11. & in titul. C. ſi propter publicas penſit. & in tit. ſi ſine cenſu, vel reliquis, & quia cenſus pro tributo aliquãdo capiti imponebatur dicebantur, qui illud ſoluebant, cap. Cenſiti, & tributum illud capitatio, l. fin. ff. de cenſibus, l. Cum poſſeſſor, & tit. de cenſib. l. 1. C. de annonis, auth. de collatoribus, § Eos, col. 9. l. Cũ antea C. de agricol. & cenſit. lib. 11. exactores verò huius tributi cõſitores appellabãt licet aliquãdo capitatio ſit tributum, quod pro vno hominis, vel animalis capite ſoluitur, de quo in l. vnica, C. de colonis traſenſib. & qui huiuſmodi capitationis cauſam exigebant per æquatores dicebantur in titul. de cenſib. lib. 11. Rebuf. de verbor. l. 27. verbo. Tributum, Valaſ. de iure emphyt. q. 32. n. 4. differentiã tributorum, latè proſequitur Mart. 4. p. cent. 1. caſ. 11. Vaſ. q. 17. n. 27.

Ex quibus primo quæritur, an clerici 3 ab hoc iugatæ ſeu iugationis tributo ſint immunes, quod reale ſupponimus, quæ

quæſtio per partes diuiſa in ſequentes ſcinditur. Primum, An clerici ſint de iure exempti ab omni tributo? Secundum, Quid de iure regio? Tertium, Quid circa tributum iugationis, de iure regio ſit?

4 Prima quæſtio ſubdiuiditur, quid de iure ſit in onere reali rebus impoſito, an comprehendat res clericorum? Secundum, quid in onere impoſito antequàm res fiat clerici, an poſtea tranſeat in eum cum ſuâ cauſa? Et quoad primam partem, quæſtionis ſine dubio eſt clericorum res ab omni tributo eſſe immunes, vel illud reale, vel perſonale, vel mixtum proponatur: de iure Diuino patet Numer cap 3 & 8 Regum 3 cap.8. Exodi 19. Geneſ. 46 & 47 vbi omnis Ægypti terra tributaria effecta terra ſacerdotalis immunis remanſit. Æſdræ etiam lib 1 cap 7 & lib 3 cap.8. Couarr. lib. 2. variar. cap.20. Natta conſ 203 vol.1. Burſatus conſ. 42. vol.1. num.1. quos ſequitur Ius Pontificium in cap. Quamquam, de cenſib cap Non minus de immunit eccleſ.cap.1.eod titul. lib.6. & probatur in l 1. lib.1. tit 3. Ordinam. vbi Perez, & ampliatur ad clericos in minoribus, ex l 23 titul 4 Ordin & l 13. d.titul 3 ſi beneficium habeat, vt explicat l.2 titul 4 lib 1. nouæ collectio- probat Authen item nulla, Cod.de ſacroſ. eccleſ. Bal conſ 246 vol 3 Bart. conſ. 180 1 part. Burſatus conſ 42 num 3 & non valere ſtatutum quo cauetur vt omnia prædia ſint tributaria ad hoc, vt in Eccleſiam tranſeant cum eo onere, dixit Valaſc de iure emphyt quæſt.17. num 7 verſ Quo circa, reprobata Bartoli opinione, in l, Reſcripto, §.vlt. ff.de muner & honor., quem vltra eum confutat Guterrez pract. lib 2 quæſt 132. num.5 & Bobadilla lib 2 cap.18.n.205. pluribus de more citatis Marta 4. part. centur.1. caſ 11. à num 14 & ſequentibus, Perez in d.l.1 in gloſ verſ.Hoc intelligo.

5 In ſecunda parte huius quæſtionis maius ineſt dubium, quando ſcilicet res ad Eccleſiam deuenit illo onere affecta, & etiam eo caſu debere onus antiqum remitti, quia mutata perſona, conditio rei mutata cenſeri debet, dicit citãs plures Marta dict caſ.11 n.28. eius tamen opinio nec vera, nec à Doctoribus, quos ipſe citat, bene probatur, citat enim Bal. in l Placet Cod.de ſacroſ.eccleſ qui contrarium dicit expreſſe, aſſerẽs quòd ſi onus erat impoſitum rei quando ad Eccleſiam tranſit, tunc Eccleſia teneatur illud ſubire, in hæc verba. Tu dic quòd ſi tributum procedit ex ordinatione Principis, agnoſcit Eccleſiã ad quã tranſit res tributaria, &c. Citat deinde deciſ. Pedamont. Antonij Theſauri 234. qui num.8 contrarium dicit ibi: Falit tertiò, opinio Bart. vt non procedat quando collecta eſſet impoſita ante acquiſitionem factam ab Eccleſia, reprobato Ruino conſ 117. num 6 & 7. ſicq, cæteri Doctores ab eo citati loquuntur, quare magis pro contraria opinione citari poſſent, quàm vti veriorem, amplectitur dict.l.1.Ordinam ibi: *E otro ſi,que la heredad que fuere tributaria, en que ſea el tributo apropriado a la heredad, qualquier clerigo que la tal heredad comprare tributaria, que peche aquel tributo que es apropriado, i annexo a la tal heredad*, hanc ſequtus fuit Bart in l.Is cum quo, nu.2. ff aq pluui, & habetur in l.11.tit.3.lib.1. nouæ collect. Gregor.in l 55.verbo *Clerigo*, titul 6 part.1. Hoſtienſ.in ſumma de iure immuni. § à quibus, ad fin Iaſ. in dict.l Placet, num.20 Otalora de nobilitat. 2 part. cap. 1. num 9 & 10. res enim tranſit cum ſuo onore, vt probat Ordin.lib 2.tit 1 § 16. 17 & 18 & tit.11. §.4 & 6. & titul 18 §.6.in fin. & tit 52. §.4 & melius § 5. ex noſtris dixit Gama deciſ 145 & deciſ 13, Valaſc. dict. q 17 à nu.7. & in penſione emphyteuſis quæſt.4 num & quæſt 32.num 23 & intrepide dict quæſt 17 num 7 Molin. Theolog diſput 383.§.Ex his, Felician. de cenſibus lib.1.cap 10.num 3. Garcia de ex-

de expenſis, cap 4 num. 32. Cuterrez pract. lib.2. quæſt. 167. num. 4. & 132. per totum.

6 Quod adeo eſt verum vt non ſolùm in obligationibus realibus, quæ rei ipſi inhærent, & ipſam comitantur Eccleſia obligata maneat, ſedetiam pro collectis perſonalibus perſonæ propter res impoſitas, quando in fraudem iuris fiſcalis fiat in Eccleſiam translatiò ex l.11.tit.1.lib.5. nouæ collectio. Petrus de Antiboli in tract de munet. § 4 n 69. Matienſo in d.l.11.gloſ.5.nu.6. Auend. Prætor. 2 part. cap.14. nu.30 quo caſu poterit ſæcularis compellere huiuſmodi clericum vt ſoluat ex Greg.in l 51 tit.6. part.1. Azeued.in l.11.titul.3.lib 1.nouæ collectio. Hoc tamen caſu verius puto quòd nec clericus, nec Eccleſia in foro ſæculari conueniri poterunt, ne talia tributa perſonalia videantur à clericis exigi,qui ab illis ſunt immunes, d l Placet, ſed poterunt peti tributa à primo poſſeſſore,acſi non alienaſſet, cum ipſe adhuc hodie cenſeatur poſsidere, vel poterit res ipſa tamquam ſæcularis capi à iudice ſæculari: in quem ſenſum ſunt accipienda quæ Guterrez d. quæſt. 132. nu.fin ſicq; cautè legenda ſuntquæ in propoſito adducit Bobad lib 2 cap. 18.num.204 vbi in cenſu principi exoluendo dicit ex mẽte Innocentij,& aliorum, quos ibi citat quod clerici nõ poſſunt cogi apud ſæculares iudices, illud enim procedit in tributis perſonalibus, vel mixtis, reſpectu rerum,non verò in mere realibus rebus ipſis impoſitis,antequam eſſent Eccleſiæ, ſic loquitur Burſatus conſ.42 lib.1. Dueñas reg 100 lim. 2 Azeued in d.l 11 num 8. Guter pract. quæſt 4 n.2. & melius q.132 n.fin.& alij quos ipſe ibi citat.

7 In ſecunda quæſtione, an clerici ſint immunes ab omni tributo de iure regio dicimus in titulo 9. circa gabellas, portoria, & alia tributa, à quibus ex legis indulgẽtia eximuntur, de quibus agit Ordinatio lib.2. tit.11.& tit. 22. vbi diſponit quòd Eccleſiæ quæ continentur intra limites fundorum patrimonialium tributum Regi non excluant. Quando verò poſsident fundos, vel terras Regiæ Coronæ, de quibus debeatur Regi cenſus, vel tributum ipſi tale onus ſubeunt, & ſuper eo conueniuntur in foro Regum iuxta Ordin.d.lib.2 titul.1. §.16.17. & 18 & titul.18 § 6. & dixit Cabed areſt.4. 2 part.& areſt.74. Caſtaneus rub 1.fol 52.num.51. Cenedo in Collectan fol.53.n.5. Guterrez d.q 132 n.9. Rebuf in tract Quando ſæculares num 79 Et in hoc Regno ſpeciali concordia facta cum Prælatis continetur vt pro tributis Regi debitis de terris, & poſſeſsionibus fiſcalibus clerici cultores in foro Regum reſpondere teneantur.

De Iugationis tributo.

8 An in hoc Regno clerici à iugationis tributo immunes ſint? Valde controuerſum eſt, ita vt hic nodus Gordianus potius reſecari, quàm diſſolui poſsit. Affirmatiuam partem fulciunt fundamenta ſupra relata quod clerici ab omni tributo de iure immunes ſunt,quando illud perſonale, vel mixtum quod perſonis reſpectu rerum imponitur,prout videtur eſſe iugationis tributum, quod propriè dicitur à iugis animalium,quibus poſſeſsiones Cæſaris excoluntur,l.1. C.de quibus munet. vel præſtatio, lib.10.l 4 de indulgen debitis in Codice Theodoſ.l 6. de extra ordin. munet in eodẽ C. ita iuga, & iugationẽ accipiunt in l.3. C de Epiſ. & Cler. ſicq; patet quòd hoc tributũ à perſona exoluitur pro eo quod vna die duobus bobus arare poteſt, ex Varro lib 1. de re ruſti cap.10 in Hiſpania vlteriori ſeruatum dicit Cicero 5 in Verrẽ, teſte Vetrutio, de verbor ſign.verbo Iugatio, ex quo fit mixtũ eſſe,& vt tale clericos nõ ligare, in quã ſententiã inclinat Cabed. deciſ 64. 2 p n 7. in fin vbi nu 11. Commendatarios ab eodem tributo excuſari

dicit,ex eo quod beneficiati ſint,cũ commendæ ſint beneficia regularia. Eãdem ſententiam velut indubitabilem proſequitur Valaſc de iure emph q 17.n.7.& n 16.ad Ordin.d.lib.2.tit.33 §.25.in quo ita claré diſpoſitum videtur clericos á tali tributo immunes eſſe, eamq; ſic interpretatur ibi Valaſc. & indubitatum ſupponit, & corroboratur Ordin. in d. titul.22. vbi diſponitur Eccleſias, licet in terris tributarijs ſitæ ſint ad nullum tributum adſtringi: patet enim inter bona realenga, ſeu Regiæ Coronæ terras iugationi ſuppoſitas contineri, ex Ordin.lib.2 tit 18. §.6. ibi: *Noſſos reguengos, ou terras jugadeiras*, ſicq; oſtendit nullum diſcrimen eſſe inter hæc bona, & probat, Ordin. dict. 33. titul. 23. ibi: *E os lauradores que laurarem outros reguengos que ſaõ encarregados doutros mayores tributos do que he a jugada*, faciuntq; Cabed. areſt 21 2 part. Vltimó pro hac parte facit ineuitabile argumentũ quod ſi verba Ordinationis,in d.§.25 Dubia ſunt nec aperté docent quód clerici in ſacris, vel beneficiati â tributo iugationis ſint immunes, ſatis ab vſu, & tempore interpretationem recipere poſſunt vt dicamus ita ſenſiſſe, cum longus, & inueteratus vſus ſit optimus legum interpres,cap 1 de eo qui mittitur ibi Niſi aliter de conſuetudine habeatur, Alber. Paulus, & Doctores in l.1. Cod quæ ſit longa conſuetudo, & quæ requiſita ad talem conſuetudinem interuenire debeant, Dueñ. reg 133. Roland conſ 13. lib 4. Maſc.lib 1 concl 424.Valaſ.conſ. 162 n 9.Crauet conſ 258 n.8.vbi tenet quòd etiam ius diuinum conſuetudo interpretatur,de qua conſuetudine Cabe. & Valaſc.ſupradictis locis teſtificantur, ſunt enim Doctores teſtes iuris, vt ex Pomponio deducitur in l.2 ff orig. iur. Aiciat. conſ.22.lib.8 num.1 vbi allegat l.fin. Cod.de his qui in Eccleſ.manumittuntur.

9 Verùm contrarium videtur verius de iure regio eſſe quód clerici, qua tales in hoc Regno à iugationis tributo exempti non ſint, niſi quando ſpecialiter per ipſum forale a tali truibuto exempti proponantur: patet ex ſupradictis in prima quæſtione,quòd hoc tributum eſt reale rebus ipſis impoſitum, & prædijs, non veró perſonis; patet ex Ordin.d tit 33 & probatur vltra ea quæ de iure communi ſupra adduximus, ex Cabed. areſt 25 2.part. & areſt 90 & ex Valaſc conſ 84. num, 14. vbi tenent quòd hæ poſſeſſiones, ex quibus iugationis tributum ſoluitur, ſi ad oliueta redigantur, quod ex oliuetis ſoluitur, ſicq, agnoſcunt terræ inhærere obligationem iugationis, cum eo caſu nullum cultoris, vel aratoris munus exerceatur perſonale,& probet expræſſe Ordin.lib. 2 titul 18.dict §.6.ibi: *E comprando eſtes tais bẽes com noſſa licença, paguem a nós, ou ao Conſelho onde os comprarem os encarregos que por elles pagavão aquelles que os aſſi venderão*: Quibus verbis manifeſté oſtẽdit lex regia hoc onus reale eſſe, cum rem ſequatur,etiam penes clericum exiſtentem,qui pro nullo onere perſonali, vel mixto obligatur.

Ex qua ratione clericos indigere ſpeciali priuilegio exemptionis ab hoc tributo dixit idem Valaſc.conſ 166. nu 11. 2. part idem Cabed. deciſ.188. & areſt. 74 2 part vbi hæredes clerici defuncti pro ſolutione iugatæ conueniri poſſe deciſum refert: quæ omnia comprobantur ex Ordinatione lib.2 titul.57. §.1, vbi manifeſtè ſupponit clericum non aliter ab hoc tributo eximi,quâm ſi ſpeciali priuilegio munitus ſit, vel ex verbis foralis illud conſtet,ibi: *E pelo foral dado à dita terra o caualleiro, ou clerigo he iſento de pagar jugada, em tal caſo deue cada hum dos ſobreditos gozar de ſeu priuilegio, aſſi como ſe o tiueſſe antes que a terra foſſe dada ao fidalgo,& he expreſſo o artigo onze dos de Roma, que manda que paguem, não ſendo priuilegiados.* Cabed.deciſ 188 n.8. in idem facit Ordin.dict.lib.2 tit 33 §.8. vbi dicit quòd à iugationis tributo aliquæ

quæ Eccleſiæ,& monaſteria per priuilegia ſibi conceſſa eximuntur, ſic oſtendens non eſſe de iure vt tales perſonæ exemptæ ſint, niſi quando á regula communi ſpeciali priuilegio exemptæ proponantur prout alias in bombardarijs dixit Cabed. areſt 17. & 18 & in Senatoribus deciſ.213. num. 5 & areſt. 22. 2. part. & areſt. 101 ead. 2 part. & circa Gubernatores ciuitatum, areſt.7. 2 part & circa pauperes areſt.75.

Totus ergo labor eſt in vera interpretatione Ordinationis d. titul 33. §. 25. vbi videtur apertiús quàm alibi probari quod clerici in ſacris,& beneficiati ab hoc onere ſunt exempti, prout Valaſc. d. num. 6 & 7. & Cabed. vbi ſupra intellexere. Sed probabilius videtur illos legis regiæ ſenſum non aſſequutos, & quia verba obſcura ſunt, quæ viros aliàs peritiſſimos decipere potuerunt, illud aduerto.

Quod alio tendunt verba huius §. 25. quàm vt priuilegium clericis concederent, nam cum ſupra in d. § 8 dixiſſet quod aliquæ Eccleſiæ,& monaſteria habebant exemptionis priuilegia ne videantur ſibi aduerſari hæ Ordinationes non debemus intelligere clericis illud priuilegium in d. § 25 induſiſſe, cum illud monaſterijs,& Eccleſijs denegaſſet, exceptis his quibus eſſet ſpecialiter conceſſum, cum clerici non maiori quàm Eccleſiæ fruantur priuilegio, imò,& monaſteria ex clericis, & inſimul monachis componantur, quibus maiori cum ratione illud idem concedi debuiſſet, quando clericis ſimplicibus eſſet conceſſum. Quare verus ſenſus eſt quod hæc Ordinatio nemini priuilegium concedere intendit: ſed ſolùm torquetur circa interpretanda priuilegia, illorum quibus conceſſum eſt ne tale tributum iugationis exoluant, quod à foralibus, vel priuilegijs petendum eſt, non ab hac Ordinatione: incipiendo itaq; in §. 8. interpretari priuilegia Prælatorum, vel monaſteriorum, vel particularium circa iugationes, declarat quòd tales priuilegiati illud tributum non exoluant, quando per ſuos famulos, vel colonos terras colant: additq; in § 9 quòd terræ dicantur propriæ ipſorum, quando ſaltem ad vitam eis concedatur quoad vtile dominium, nec ſufficiat decennium, licet aliud eſſet de iure per l. 1. §. Quod autem, ff. de ſuperficieb. Valaſ. q. 29 n. 5. ſequentibus paragraphis, modo orationem conuertit ad colonos priuilegiatorum qui terras aliorum non priuilegiatorum excolunt, vt in §. 11. modo ad ipſos priuilegiatos qui ſuas, & alienas terras excolunt, an iugatam debeant, vt in §. 12. tandem per varios, an fractus & explicationes accedit ad §. 25. vbi alius caſus diuerſus à ſuperioribus explicatur, ſcilicet quando clericus in ſacris, cui ex forali côceſſum erat priuilegium non ſoluendi iugationis tributum excolebat fundos monaſterij ſimiliter priuilegiati: Nam cum ſupra dixiſſet late quando priuilegiatus terras non priuilegiatas excolebat; & cum inſuper dixiſſet in § 21. quòd coloni priuilegiatorum ſi alterius priuilegiati terras excolerent, ipſo facto ſuum priuilegiũ amitterent. Reſtabat docere quid dicendum foret quando ipſemet priuilegiatus alterius ſimilis priuilegiati poſſeſsiones excolebat,& in hoc verſatur in d. §. 25. vbi aliqua ſpecialia conſtituit. Primum quòd talis clericus priuilegiatus monaſterij pariter priuilegiati poſſeſsiones colês ad certos annos, vel pro certa quota fructuum á iugatione eximatur, cum tamen ſcilicet §. 9. contrarium dixiſſet in monaſterio priuilegiato, qui terras priuati excolebat, vbi requirit quòd ſaltem ad vitam, non veró vt per certos annos rem poſsideat.

Qui ſenſus ſuadetur ex aduerſatiua, ſeu exceptione quæ habetur in verſ. *Porem*, ibi: *Porem ſe as ditas herdades forẽ de pães ou peſſoas não priuilegiadas*, vt ergo exceptio ſit de regula, intelligêdum eſt quòd in principio agebat de monaſte-

rijs priuilegiatis vt iam dixerat in §. 19. ſupra, vbi ſupponit monaſteria eſſe priuilegiata.

Quod autem pariter ſenſerit de clericis priuilegiatis qui colēdas terras ſuſcipiunt patet, quia in d. verſ. *Porem*, dicit quòd ſi à non priuilegiatis tales poſſeſsiones accipiant, tunc non ſoluant, quando ſaltem ad vitam poſsideant, in quo ſupponit agere de clericis priuilegiatis, quia ſi hi tales non eſſent recipiendo res à non priuilegiato, ſemper ſoluere tenebantur iugationem, ex reg. l Imperatores, ff. de public. & ex l Placet, C. Sacroſ. Eccleſ. Cum ergo diſponat quod ſi dominium habeant vtile nō ſoluant, agit de clericis quibus tale priuilegium perſonale erat cōceſſum, quia aliter nemo priuilegiatus eſt, nec de iure clerici tale priuilegium habent.

Quare hic videtur ſenſus huius Ordinationis vt caſum magis dubium explicet inter priuilegiatum colentē terras alterius ſimiliter priuilegiati; & alterius non priuilegiati cum diſtinctione ibi præſtita: & ſuadetur ex §. 26. ſequenti, vbi continuando ea quæ dixerat ibi: *E ſe dous, ou mais ſenhorios priuilegiados*, vt cum ſupra dixiſſet de duobus priuilegiatis, modó de pluribus agit, vt alias dubitandi cauſas amputet, ne aliquis caſus maneat ſine deciſione. Quibus omnibus ſatis cōprobatur clericos in hoc Regno priuilegio non ſoluendi iugatam minimè gaudere, niſi illis ſpecialiter ex forali, vel priuilegio competat.

11 Quæri modo poteſt, An clerici qui alias exempti non ſunt à iugationis tributo in hoc Regno poſsint ſaltem ex tempore immemoriali acquirere exēptionem? Et videtur quòd non, quia cōtra verba foralis nulla præſcriptio prodeſt etiam immemorialis, propter reſiſtentiam ipſius, quæ de ſe malam fidem in præſcribente inducit, ipſamq; inficit poſſeſsionē, ex reg cap fin de præſcript. Palat in rep. cap. notab. 1. §. 1. num. 7. Couarr. in reg poſſeſſor 2. part §. 8. num. 4 Balb. de præſcript 1. part. 3. prin. quæſt. 26. & in ſpecie quod ad imaginem iuriſdictionis quæ immemoriali curſu non præſcribitur, ex Ordin lib. 2. titul. 45. §. 10 ſic pariter reliqua iura regalia non præſcribantur, dixit Cabed. deciſ. 65. 2 part num 5 probat Ordinatio d titul. 27. §. 3 & in ſpecie Cabed. de iure patronatus Regiæ Coronæ, cap. 7. num. 2 ſicq; ſæpiſsimè iudicatum teſtatur, & quia de materia latiùs diximus, ideo hic non immoror.

In quo articulo plures ſunt caſus diſtinguendi, Primus eſt quando clericus, vel alius prætendit exemptionem ſoluendi iugatam, non reſpectu obligationis, ſed reſpectu rerum, ex quibus ſoluitur, veluti quādo ex forali ſoluere ex tritico deberet, tamen vſu, & conſuetudine receptum eſt, vt in millio fiat ſolutio: & hoc caſu non eſt dubium præſcribi poſſe, quia vnum pro alio ſolui poteſt ex tēpore, cū directo forale non offendat præſcriptio, ſed potiús interpretariue vnum loco alterius ſubrogetur. Sicq; debet explicari, & intelligi Ordin d tit. 27. §. 1. verſ. *Nem iſſo meſmo*, vbi aduerſatiue loquitur ad caſum, de quo ſupra egerat, vbi docuit quòd donatarij non vltra contenta in forali exigant, niſi quando vſu immemoriali ſit receptum quod de rebus in forali non contentis, nec expreſsis aliquæ peti poſſint, veluti quando forale de tritico loquitur, non de ordeo. Et è conuerſo ſubiungit, quod ſicut donatarij contra colonos illa interpretatione iuuari poſſunt, ſic pariter, & coloni contra donatarios iuuentur, vt licet aliqua ſint expræſſa: tamen poſsit ex tempore immemoriali fieri ſubrogatio, vt aliud pro alio ſoluatur: quem ſenſum non videtur aſſequutus Valaſc. conſ. 166. nu. 20. dum ſentit quòd tributum iugationis immemoriali tempore præſcribi poteſt, quod quàm aduerſetur legi nemo non videt. Quare melius explicat Cabed. conſ. 65. num. 6. nec obſtant verba dictæ

ſtæ Ordinationis, quæ continuatiue videtur loqui cum ipſis donatarijs, ibi: *Nem iſſo mesmo tenrão*, vbi ſupponit quòd quando aliter de conſuetudine habeatur, poteſt præſcribi contra forale, nam mens illorum verborũ ex vltimis verbis colligitur, vbi lex agit de ipſis colonis, ibi: *De não pagarem*, & debet exponi retento ſuperiori tenore, quando aliud pro alio ſoluitur, non quando in totũ libertas non ſoluendi prætẽditur quia hoc tempore acquiri non poteſt, vt infrà dicam.

12 Secundus eſt caſus, quando clericus prætendit ſe eximere virtute præſcriptionis immemorialis a ſolutione iugatæ: & hoc puto non poſſe fieri in puris terminis præſcriptionis, nam lex damnat poſſeſsionem ſine titulo quod facere poſſe nemo emunctæ naris dubitabit Menchaca ſucceſsio. creat. 1. part. lib. 1 §. 10. num. 22. & § 26. num 140. lib. 3. Lazarte de decim. cap. 19. num 5. Otalora de nobilit. 3 part. cap. 7 nu 15. adeo vt nec donatarius à pari ratione contra colonos vltra contenta in forali tributa exigere poſsit, ex Ordin. d. titul. 27 § 3. ex reg. l. Non eſt ferendus, ff. de tranſactio. Balbuſ. de præſcript. 3 princ quæſt 10 num 26 Purpu. conſ. 172 n 3. 1 part Ordin lib. 4 tit 79 in fin. princ & lib. 1 tit. 62. § 38 Nec obſtat Ordin. illo titul. § 1. in verſ. *...ſto ſomente*, dum ibi videtur admittere quod per tempus immemoriale aliquid extra forale percipi poteſt, explicat Cabed. deciſ. 109 num 5. & 6. dum non percepit ſenſum legis, aduertere enim debuiſſet quod illa Ordinatio loquitur quando forale non extat, & eo caſu immemoriale tempus admittit, à quo ſumatur indicatio, quando autem forale adeſt non admittit ibi plus exigi, ſed per viam comprehenſionis declarat ſimilia expræſsis contineri in forali, quando ita immemoriali vſu ſit receptum, cum enim ad ſimilia facilis ſit tranſitus, idem quod de nucibus dixit de caſtaneis diceret, ſi interrogaretur Princeps, ideo ſumitur à tempore voluntatis, & comprehenſionis interpretatio.

Vnde fit quód clerici contra expræſſa verba foralis nulla præſcriptione acquirere poſſunt liberationem, cum titulo indigeant ad poſsidendum, Ordin. lib. 2. tit. 1. § 17. Cabed. deciſ. 41 n 1 & 5. 13
Si autem clericus, vel clerici vnius deſtrictus priuilegium alegauerint à Rege obtentum, in cuius probationem adducatur temporis immemorialis curſus non dubitarem eo modo poſſe illud ius acquiri, nec obſtant quæ Cabed d. cap 7 nu 2. de præſcriptione immemoriali dicit, agit enim de præſcriptione quæ ad acquirendum non eſt ſufficiens per ſe, non veró de præſcriptione, quæ in probationem tituli adducitur, quia tunc habet vim conſtituti, & ſpecialiter conceſsi, & illud probat l. 3 §. Ductus aquæ, ff. aq quotid. Valaſc de partition. cap 35. num 10 conſ. 41 num 9 & 10 qui contrarium dixerat de iure emphyt. quæſt. 8 num 21 quem ob id reprehendit immeritò idem Cabed. deciſ. 41 2 par n. 8. ſapientis enim eſt mutare conſilium.

Nec obſtabit, ſi quis dicat differentiam eſſe conſtituendam in poſſeſsione 14
habita percipiendi tributum contra forale ex parte donatarij, & ex poſſeſsione ex parte coloni in præſcribenda libertate ſeruitutis: nam priori caſu non eſt locus præſcriptioni, quia cũ donatarius habeat apud ſe forale, & veriſimilem illius notitiam non eſt ferendus, vt contra ipſius tenorem noua exactionum genera inducat, l Non eſt ferendus ff. de tranſaction Bald. d. 3 part quæſt 10. n 26. Cabed deciſ. 109. num. 4. quod ſecùs eſt reſpectu coloni, qui libertatem acquirere prætendit: nam hic nullam malam fidem præſumptam habet, cum ipſe apud ſe inſtrumentum non retineat, & quæcunq; reſultauerit, ex veroſimili ſcientia longiſsimi temporis curſu purgatur, ex l. Sicut, l. Omnes, C. de præſcription. 30.

Reſpon-

Reſpondetur tamen quòd cleticus, vel quilibet qui libertatem ſeruitutis præſcribere intendit hoc caſu vtiq; agit de præſcriptione negatiuæ ſeruitutis, quæ præſcriptio non incipit, niſi conſtet ſemel à præſcribente illud ius negatum fuiſſe cũ exigeretur, gloſ. in l. Qui luminibus, ff. de ſeruit. vrbanor & in l. 1. C. de ſeruit. & in cap. Abbete, de verbor. ſignific. Soarez allegat. 26. Maſcard. concl. 1215. vbi latè Balbuſ. de præſcrip. 4. part. 5 princ. quæſt 5 Gail. pract. lib. 2. cap 69. nnm 7. Otalora de nobilit. 2 part 3 princ cap. 2 num 6. idem Marſcard. concluſ. 1330. diximus deciſ. 24. num. 9.

SECVNDÆ PARTIS FINIS.

DE

DE
MANV REGIA
MRACTATVS.

TERTIA PARS.

Includens Ordinationes quæ agunt de materijs eccleſiaſticis, lib. 3. 4. & 5. legum regiarum.

SVMMARIVM.

Clerici non admittuntur in iudicio ſæculari ſine fideiuſſoribus.
Statutum eſt nullum ſi negat clericis quod reliquis ciuibus concedit. ibi.
De iure, clerici non obligantur ad cautiones. ibi.
Lex debet intelligi vt ſufficiat cautio iuraroria. ibi.
2 *Fideiuſſorem inuenire eſt valde difficile.*
3 *Ratio cur lex introduxerit ne clerici ſine cautione audiantur.*
4 *Reprobatur opinio Barboſæ, dum ſentit acta eſſe nulla ante fideiuſſionem datam.*
5 *Explicatur opinio Valaſci, dum ſentit milites Chriſti excuſari à cautione.*
6 *Fideiuſſores debent dari vbi cauſa agitatur.*
7 *Fideiuſſores in prima inſtantia dati, an teneantur pro vlteriori inſtantia.*
8 *Explicatur Ordin. lib. 2. tit. 7.*
9 *Ille cui data eſt poteſtas cognoſcendi exequitur ſuam ſententiam.*

QVOD CLERICI, VEL FORENSIS non poſsint admitti in iudicio ſæculari, vel ad agendum, vel ad quærelam, niſi dato fideiuſſore de iudicato ſoluendo. Ad Ordin. lib. 3. titul. 20. §. 6. & lib. 5. titul. 117. §. 8.

CAP. 71.

LABORE fracti accedimus ad tertiam huius tractatus partem, qua legum regiarum, quæ in materijs eccleſiaſticis diſponunt, ſenſum, veramq; decidendi rationem aperiemus, quibus explicatis cyclopediam non immeritò abſoluiſſe arbitrabimur. Primo, ſe ſe offerebat Regia Ordinatio lib. 3. titul. 5. §. 9. de qua diximus in ſecunda parte ad Ordinationem lib. 2. titul. 1. §. 20. Statim ſe ſe offerebat Ordinatio lib. 3. titul. 6. §. 5. cuius explicationem proſequuti fuimus, ad Ordin. lib. 2. tit. 1. in principio.

Quare ſubſequitur Ordinatio Regia lib. 3. tit. 20. §. 6. quatenus diſponit quod forenſes non admittantur in iudicio ſæculari, quinprius idoneos fideiuſſores præſtent de ſoluendis expenſis, quæ Ordinatio concordata reperitur in art. 31. Ioannis primi, num. 204. & Regis Petri art. 17. num. 157. huius tractatus parte prima. Similis eſt altera Ordinatio lib. 5. titul. 117. §. 8. vbi querela à clerico non recipitur priuſquam fideiuſſores offerat.

1 Et licet Ordinationis verba in d. §. 6. de clerico non meminerint, ex intentione tamen legislatoris videtur eſſe, vt de clericis ſentiat, ne audiantur in ciuilibus, aut criminalibus ſine fideiuſſoribus, vt in d. §. 8. quod quidem offendit libertatem Eccleſiæ, dum clericis denegantur ea quæ reliquis ciuibus permiſſa ſunt, & ſuccedit reg. cap. Non minus de immunitat. eccleſiarum, ibi: Deterioris conditionis, cum debuerit eſſe contrarium, &c. Bart. in l. 1. §. Quæ onerandæ, ff. quarum rerum actio. num. 3. Bal. in Auth. Caſſa, num. 1. Cod. de Sacroſ. Eccleſ. Abbas in cap. Nouerint, de ſentent. excommunic. num. 2. & diximus ſupra ad Ordin. lib. 2. titul. 18. num. 5. Vnde ſuccedit reg. cap. fin. de immunit. Eccleſiarum, lib. 6. vbi ſtatutum reprobatur ex praua intentione diſponentium inter ſuos ſubditos, vt ligarentur clerici, & fraudarentur communi rerum vſu, Paulus de Caſtro in Auth. Generaliter, Cod. de Epiſcop. & cler. dicit quòd in pluribus locis ſimilia ſtatuta reperiuntur ne clerici admittantur in iudicio, niſi ſatiſdent pro expenſis, additq; quod eo caſu iuratoriæ cautioni locus non erit, quia per eam non erit ſatisfactum ſtatuto. Sicq, videtur eſſe ex forma legum regiarum, quæ dum fideiuſſores deſiderant, iuratoriam cautionem excludunt, ſicq, illas leges accipit, Barboſ. in l. Diuortio, §. Interdum, num. 30. ff. de ſolut. matrim. Vnde dum iuratoriam cautionem excludunt tales leges duo continent iniquiſsima. Primum, dum obligant clericum forſan ad impoſsibile, vt fideiuſſores quærat, quos non facile inueniat. Secundum

quod

quod eos præſtet etiamſi bona immobilia poſsideat eo loci: in quibus contra libertatem Eccleſiæ ſtatuunt, & diſponunt contra regul. l. Omnis qui, §. Præterea, Cod. de Epiſcop. & Cleric. vbi diſponitur quôd obligare clericos ad cautiones, eſt pertinax, & auſtera proteruitas, & cõtra l Cum clericis eod. tit. vbi ſancitum eſt cum clericis mitius agendum eſſe, & meritó dubitat Angel. conſ. 161. an talia ſtatuta valida ſint, verſ. Super eo autem, cum clericus non poſsit ſe obligare coram iudice ſæculari litigare ſuper expenſis, quo caſu lata ſententia Reus futurus eſt, & apud ſuum iudicem pulſandus. Vnde fit quòd paria ſunt denegare clericis additum, iudicij expræſſe, ac ſub palio fideiuſsionis quam pauper, vel forenſis non inueniet arrepta exinde occaſione á laicis ipſos offendẽdi, vel ſpoliãdi, & ſuccedit, hoc fieri eccleſiaſticis perſonis graue, & iniquum, & non valere legem quæ ſic ſtatuit, Auth. Statuimus, Cod. de Epiſcop. & cler. Card. in cap. Perpendimus, de ſentent. excommun. Felin. in cap. Eccleſia, de conſtit. quæſt. 8. 2. notab. ad fin. Bal. in l. Mater, verſ. Deinde quæro Cod. de reiuendic. Quare vel lex eſt iniuſta, vel ſaltem lenienda, vt iuraratoria cautio admittatur, ex d. Auth. Generaliter, tritum namq; eſt in iure in omni iudicio vbi cautio requiritur admitti poſſe iuratoriam, ſi aliter non ſuppetit, gloſ. & omnes in l. 1. ff. qui ſatiſd. cog. gloſ. mag. ad fin. & ibi Panormit in cap Ex parte, de verborum ſignificat. gloſ. in cap. Odoardus, verbo Idonea de ſolutio. cap Per veſtras, cum gloſ. de donation inter vir. Alex poſt commun. in d. l. 1. nec obſtabit ſi dicamus quôd lex requirit cautionem à clerico, quia eſt ſuſpectus de fuga, quia ſatisfit quód ſi lex exprimeret quòd â ſuſpecto de fuga cautio peteretur, ceſſante hac præſumptione in clerico diuite vtiq; talis admitteretur, cum tamen lex regia non diſtinguat, & abſolutè omni caſu cautionem requirat etiam á non ſuſpecto, & diuite, ſicut ab eo qui pauper, & forenſis eſt, cum ſit res difficilis fideiuſsio. vt dicit Paulus in l. Orphanitrophos, illo titulo, l. 2. §. Etſi dubitetur, ff de iudic. l Cum non facile, cum gloſ. & l. Niſi, §. Quamuis, ff ſi cui pluſquam per. l. Falcid & ideo illis iuribus cautio remittitur ob difficultatem, & iuratoria admíttitur ne partium iura pereant, quare ſufficere debuit vt generaliter ſe, ſuaq; obligent clerici, vt admittantur dict. l. Omnes, §. In hac autem, dixit Alex. in l. Si fideiuſſor. §. Si neceſſaria, ff. qui ſatiſdare cog. ſolumq; ad iuratoriam non admittitur qui ſemel fidem fregerit, Marſil. in praxi criminal §. Diligenter, num. 103. & in tract. de fideiuſſor. á num. 169. & 181. Vnde cum clericis ſua priuilegia ſeruanda ſint in ſæculari, Auth Clericus, & in corpore, Cod. de Epiſcop. & cleric. eos adſtringere ad talem fideiuſsionem eſt vtiq; eos timidos reddere ſæculareſq; tumidos, & audaciores ad delinquendum, in quo eccleſiaſtica ſumoperè læditur libertas, ſicut aliàs eadem toleretur, ſi illis diminueretur priuilegium, circa iuramentum calumniæ, cap. 1. de iuram. calumni. & priuilegium fideiuſsionis de iudicio ſiſti, & ſportularum, Auth de ſanctiſsimis Epiſcop. §. Si quis autem pro pecuniaria, & § Sportularum, col 9. & Auth. ſed hodie, Cod. de Epiſcop. & clericis, ex quibus rationibus clericos admitti ſine fideiuſſoribus, ſi immobilia poſsideant, dixit Paulus in dict. Auth. generaliter, & ſimpliciter cum iuratoria cautione admittendos, dixit nouiſsimè Maſcard in praxi ciuili part. 3. gloſ expenſis, à num. 4.

Sed vt motæ difficultates conquieſcant, notandum eſt quòd cum in iure eſſet controuerſum, an poſsit iudex ſæcularis, qui de cauſa clerici cognoſcit, in caſibus à iure permiſsis, in ipſum clericum executionem decerneie pro expenſis, & alijs à ſententia dependentibus 4

tibus, eoquòd clerici exempti proponantur à iudicio ſæculari, ex reg cap Si diligenti, de foro compeceint cap. Clerici, de iud. cap Si iudex laicus de ſentent. excommunic lib 6. etiam reſpectu executionis, vt in cap Significaſti, de offic. delegat. Palat. in cap. Per veſtras, verſ. Sed eſt pulchra, fol. 80 quia realem executionem ſæcularis non facit in bonis clerici, quia ſæpe datur facultas cognoſcendi, & non exequendi, & ideo ſuo iudici executio reſeruanda, & fuit Inno. in d cap Significaſti, vbi Hoſtienſ. Card. Ioann. Andr Collect. Bal. Angel. in l. fin Cod. de Iudic Cardin in Clem. 1 de officio Ordin quæſt. 5 & bona Eccleſiæ, & propria clerici non differunt, cap Si clericus, de foro compet. Panor. in cap. Poſtulaſti, de foro compet. & ideo. Videbatur quod ſemper pro tali executione erat reuertendum ad iudicem eccleſiaſticum, cum inciperet ex ſententia lata agi contra clericum, vt per Doctores in d cap Significaſti, de officio deleg. Palat. in d. cap. Per veſtras, §. 48 Caldas Pereira de emptione, cap 33 num 39. Per cõtrarium verò videbatur quòd iudex qui ſententiam protulit poteſt eam exequi, etiam in bonis clerici condemnati, vt in l. 3. § Cognitio, ff. de offic. præfect. vigil Alex in l. 1. n 51. ff. de officio eius, Iaſ in l à diuo pio, n 14 ff. de re iud. proſequitur Caldas Pereira vbiſupra d nu. 39. ad fin. ſicut aliàs diſpoſuit Regia Ordin. lib. 2. tit. 7. & dixit Barboſ. in l. Qui prior, n. 93 cum ſequentibus, ff. de iudic. Bobadilla in ſua politica lib. 2. cap. 18 à n 209. Cabed part. 2 areſt. 74. Graſſus lib. 1 commun. lib 3 tit. 1. n. 117. Aufrerius in tract de poteſt. ſæcular. ſuper eccleſiaſtica reg 2 n. 22 Palat in repet. cap § 1. notab 2 n 4

In hoc opinionum conflictu vt dubia
3 conquieſcerent, concordia innita fuit inter Regem, & Prælatos quod his caſibus vt ceſſarent dubia, & facilis daretur modus executioni, nec in eccleſiaſtico iudicio ſæcularis, nec ſæculari clericus audiretur, niſi præſtita de iudicato ſoluendo cautione, vt ceſſaret imploratio brachij, & alia iuris remedia, quibus foret vtendum, quando non repertis bonis debitoris perſonam capi oporteret. Ex his patet noſtrã legem iuſtè ſanxiſſe vt fideiuſſores detur quare hac deciſione ſic ſtante nullo modo iuratoriæ cautioni locus eſſe poteſt, ex Alexand. in l. Si fideiuſſor, §. fin ff. qui ſatiſd. cogantur, num 6 Soccin. conſ 120. num 4. lib. 2. Rebuf. 2 tom ad leges Gal. titul. de ſententijs executor. art 1 gloſ 16 n. 6. Azeuedus dict l 2 titul. 21. lib. 4 Ordin. num 25. & vltra omnes, Aymon. conſ. 31. num 41 Latè Barboſ. d § Interdum n. 30. ad fin ff. ſolut. matrim. Semper tamen exiſtimarem quòd ſi magnus caſus offeratur, in quo iudici iuſtum videatur iuratoriam admittere adhuc poſsit in caſu d. § 6 quia lex illam non repellit, & hoc habet ortũ à l. Si fideiuſſor. §. fin ff. qui ſatiſd. cogant, ibi: Si hoc iudici ſederit, quia eſt iudici arbitrarium, vt per Menoch. lib. 2. centur. 1. cap. 87. n. 10.

Ex quibus non videtur ſequenda 4
opinio Barboſæ dict. num 30. dum ſentit proceſſum geſtum non præſtita prius hac cautione eſſe nullum, quàm ipſe confirmat, ex ſententia Alex. conſ 37. lib. 2 num. 1. & Azeued. in l. 2. titul. 21. lib. 4. num. 14. quia verius videtur contrarium, quod proceſſus interim factus validus eſt, dum à conuento cautio non petitur, quia quoties lex requirit cautionem in aliquo actu ſemper intelligitur ſi petatur, l. 1 §. Quod ait prætor, ff quorum legatorum, l Peto, §. Fratre, ff. delegat 2 l. Vniuerſa, cum gloſ. Cod. de precib Imperator. offerend. Bald. in l Generaliter, num. 15. Cod. de Epiſcop & Cleric. Deinde quia, vt inquit Paulus, in dict. § Fratre, num. 3 ſi ſtatutum annullet proceſſum, non data fideiuſsione adhuc intelligitur ſi petita fuerit, idem Paulus in l. 4 C. de precibus Imperat. Miſsing. centur. 1. obſeruat 6.

Soarez

Soarez in l.Quoniam,ampliat.10.nu.1. C.de inoffic.teſtam. Perez ad leges Ordinam.lib.1.titul 8. lib 4.col.1272. Guterrez in l Nemo poteſt, num.433 ff.de legat.1. Roland.conſ.71 lib.1. qui omnes in fortioribus terminis loquuntur, & omnes dicunt cautione non præſtita non valere proceſſum, quod intelligi debet, petente parte, in cuius fauorem illud decretum additum fuit, quando autem forma inducta eſt in fauorem partis ea conſentiente actus ſuſtinetur, l. Filio præterito. ff de iur. iuſto rupto cum vulgaribus, conſtat autem partem poſſe expenſas remittere,& conſentire, vt aduerſarius ſine cautione experiatur, quia in eius fauorem hæc ſolemnitas inducta fuit.

Sic ſimiliter exponenda eſt opinio Valaſci, conſ.66.nu.31. dum dicit quód milites ordinum excuſantur à cautione præſtanda de iudicio ſiſti, quod non habeat locum in noſtro caſu, ſi contingat militem comendatorem eſſe clericum, & agere in ſæculari, quia etiamſi bona habeat,& redditus,adhuc tenebitur cautioné præſtare, Surdus deciſ.295. nu.13. Cotta in memorabi.verbo Cautio,quia huius cautionis præſtatio, non ex eo quod actor ſit ſuſpectus de fuga,inducta eſt,ſed vt vitentur circuitus executionis, & ambages, & multa quæ circa hoc incidere poſſunt, cum clerici conueniri nequeant, vltra quam facere poſſunt, cap.Odoardus,de ſolutio.

6 Sic pariter explicabis hanc Ordinationem quód fideiuſſores non poſſunt præſtari in loco domicilij actoris, vel alibi quam in loco, & ambitu, vulgo *comarca*, vbi cauſa agitatur,d.l Si fideiuſſor, §. fin ff qui ſatiſd. cogantur dixit Farin in praxi quæſt.33. num. 41 & ſeq. Surdus d deciſ 295.nu 12. Afflict. deciſ. 137. vbi ait quod debet dari in loco iudicij cautio nanq, idonea etiam ex loco reputatur Ord lib 3.tit 86 § 1.& lib.1. tit 62.§ 38. Vnde dubitari poteſt,an hic fideiuſſor poſsit petere vt ſuis expenſis fiat executio in ſuo principali,ſicut aliás de iure licet, vt per Bart. in l.Si vt certó § Si duobus, ff.comodati, Dueñas reg. 335. Gabriel, lib 3 communium de fideiuſſor.concl 2 num.5. Hipol.in rubr. de fideiuſſor. num.1. Soarez titul *De los emplazamientos*, num 25. Mantica de tacitis,tit 25.núm 11. facit Ordin lib 3. tit. 92. & tit 59. § 3 & quidem cum hoc caſu cautio præſtita ſit propter difficultatem executionis in perſona condemnati, ſi hoc admitteretur incideremus in eadem difficultatem,quære hi fideiuſſores hoc caſu principales fiunt debitores, nec gaudent priuilegio excutionis proſequitur D. Caldas Pereira dict. cap.33. num.88. de cuius tamen doctrina dubito,d.num 38.dum ſentit poſſe fideiuſſores laicos offerri in iudici eccleſiaſtico,qui ratione ſuæ fideiuſsionis fiunt illius fori, quia hæc doctrina mihi ſuſpecta eſt,ex Ordin lib.2.titul.1.§ 14 & quæ ibi diximus, non poſſunt enim laici ſe ſubmittere foro Eccleſiæ, etiam prætextu fideiuſsionis.

Dubitari itidem poteſt,an hi fideiuſſores dati in prima inſtantia ſubeant periculum expenſarum ſuperioris inſtantiæ? Et videtur quód fideiuſſor. in primo iudicio, ſi cauſa, vel comiſsione, vel auocatione in aliud iudicium mutatur,non tenetur ad expenſas litis ſoluẽdas, l.3 ff. iudicatum, ſolui Imol conſ. 47. Hipol.in rub de fideiuſſor.num.90. Franchis deciſ. 344. num 4. Theſaurus deciſ 202 num.13.quod ſi cauſa pendet, & per appellationem ab interlocutoria appellatur ad ſuperiorem, apud quem cauſa manet iuxta terminos Ordinationis lib.3 tit.68.in §.2 Maranta de ordin. iudic. 4 part diſtinct 6.num.25 tunc fideiuſſor in prima inſtantia, acceptus adhuc manet in ſecunda,l.Qui proprio, §.Item quæritur, ff.de procurat. Franchis deciſ.208.num.vlt.& deciſ 344 n.3. & 4 qui iudex appellationis ſubrogatur in locum prioris iudicij, fideiuſſor veró in vna inſtantia quæ finitur per 7

ſententia non tenetur ad id quod in ſecunda fuerit iudicatum, l. Cum apud, ff. Iudi ſolui. vbi Bart. Boer. deciſ. 315. communis vt per Franciſcum Marcum deciſ. 357. num 2. part. 2. Gabriel de fideiuſſor. con l. 4. num 3 & 2. tom. commun. lib. 8. tit. 25. num. 69 licet contra teneāt multi relati a d. Gabriele d. concl 4. n. 2. Bacca de inope debitore, cap 5 num. 7. Thoſaur deciſ 202. num 11 ſi appellatio habetur pro deſerta, tenetur fideiuſſor acceptus in prima inſtantia, Bart. dict. l. Cum apud, Franciſcus Marcus vbiſupra num 2. Theſaur. vbiſupra num 12 vel ſi ipſe fideiuſſor appellationem proſequatur Gabriel d concl 4 n 10.

8 Ex quibus apparet explicatio ad Ordin. lib 2 tit. 7. quatenus permittit quòd iudex ſæcularis faciat executionem in bonis clerici pro ſententia lata contra eum in ſuo iudicio. Obſtat quòd executio debet peti à iudice eccleſiaſtico, tam reſpectu perſonæ clerici, quàm bonorū, quæ priuilegio perſonæ fruuntur; cap Si clericus, de foro compet ibi: De rebus ſuis, vel Eccleſiæ impetierit, &c. Guillel. in cap. Rainuntius rub 2. § 1 num 4. in executione autem reali in perſona clerici non eſt dubium requirendum eccleſiaſticum iudicem, Federi de Senis conſ 93 col pen Lapus allegat. 41. Ripa lib. 1. reſponſor. cap 13 num. 12. Doctores in l. à diuo pio, § Sententiam Romæ, ff. de re iud. Menoch conſ 1000. nu 78. Barboſ in l. Qui prior, ff de iudic. num. 290. Si tamen ſit ſuſpectus de fuga videtur quod capi valeat, ex his quæ Abbas in cap Cum non ab homine, de iudic. num 12 niſi dicamus quòd debet fieri à ſuo iudice ad requiſitionem ſæcularis, vt latè per Anchar. in cap Significaſti, d. offic delegat quæ executio perſonalis ratò locum habere poteſt, cum clerici non teneantur vltra quam facere poſſunt, l. Miles, ff. de re iudic. Palat. in cap. § 18. fol 67. Aufrer. in clem. 1. de officio Ordin. reg 2 num. 5.

Quibus non obſtantibus, contraria 9 opinio à pluribus probatur in d cap Significaſti, vbi Innocentius ex reg quæ habet quòd cui cognoſcendi poteſtas data eſt, ille poteſt exequi, l Si prætor, ff de iudic communis in l. à diuo pio, §. 1. ff. de re iudic. & in d. cap. Significaſti: immobilia namq, clerici dicuntur bona ſæcularia, vt per Guillelm. verbo Et vxorem, num 332. Caſſ. rub. 1. § 5. num. 81. Oldrad. conſ. 17. à num 2. Cumq; hoc dubium olim apud Regem Ioannem primum propoſitum eſſet cum Prælatis concorcordatum fuit vt iudices ſæculares ſuam exequerentur ſententiam in bonis clerici Vt igitur æqualitas obſeruetur pariter, & iudex eccleſiaſticus cognoſcens de cauſa ſæcularis in caſu permiſſo debet poſſe exequi ſuam ſententiam in bonis ipſius, vt inſinuat, d Ord. ibi. *Se podera fazer nos bees dos leigos, &c.* Et an hoc caſu capi valeant à iudice eccleſiaſtico diximus ſupra ad Ordin. lib 2. titul 9. § 1. & lib 2. tit. 1. § 13. vbi videri poteſt, & pro complemento materiæ conſulendi ſunt, Graſſus contra cōmun 1. lib 3 tit. 1. num. 117. Bobad. lib 2. cap 18. à num 209. Marta de iuriſd. 4. p. caſ 151. & 160. Caldas Pereira de empt. d. cap 33 num 39. Barboſ. in d l. Qui prior, à n. 93 ad arg. verò initio propoſita, ſatisfit quòd inter has diuerſas ſentētias, & communes opiniones, iuſtiſsima fuit concordia, quæ litibus obuiat, & ciuium tranquilitatem conciliat.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Frumenti venditio dilata ſolutione, an ſit vſura?*
Credita pecunia quomodo olim ſtipulari licebat vſuram? ibi.
2 *Dilata ſolutione quando fiat vſura?*
3 *Vſura ceſſat propter incertitudinem.*
4 *Quando venditor non eſſet venditurus non committitur vſura.*
5 *Intellectus cap. In ciuitate de vſur.*
6 *Plures ſunt cauſæ ob quas cum dilata ſolutione non committitur vſura.*
7 *Ob futuram litem licet carius vendere.*
Licet conuenire de certo ſalario dum durauerit exactio. ibi.
8 *Dubietas valoris tollit vſuram.*
9 *Intellectus legis regiæ lib. 4. tit. 20.*
Lex Regia non decidit contractum illum eſſe iuſtum. ibi.
10 *Explicatur Ordin. lib. 3 tit. 67 § 1.*
11 *Fructus pignoris pro dote dati licite percipiuntur etiamſi excedant onera.*
12 *Ordinatio non approbat vſuras.*
Romæ licet pretio anticipato vilius emere.
13 *Explicatur Ordinatio lib. 4. titul. 67. § 4*
Fructus emphyteuſis quomodo dominus acquirat ſine vſura. ibi.
14 *Cõmunis quæ conſolidationem vtriuſq; dominij conſiderat, non eſt vera.*
15 *Dominus facit fructus ſuos pro æſtimatione ſeruitij exhibendi.*
16 *Reuertitur ad dominium emphyteuſis poſſeſſio, & ideo fructus facit ſuos*
17 *Lex Regia non procedit in cenſurario.*
18 *Non procedit lex regia in fructibus perceptis ex melioramentis.*
19 *Confutatur opinio Imolæ, & Panormitani.*
20 *Pactum de retro cum modicitate pretij quando faciat vſuram.*
21 *Quod ſufficiat pactum de retro, & modicitas pretij hoc caſu.*
22 *Lex Regia ſolùm requirit modicitatem pretij, & pactum.*
23 *Quomodo minuatur valor rei ob pactum.*
Lex Regia in d § 2. videtur loqui in pacto reſolutorio, non veró de retro. ibi.

De Ordinatione lib. 4. titul. 16. quòd clerici non emant ad reuendendum, dixi ſupra ad Ordin. lib. 2. titul. 1. § 19. cap. 38.

Ad Ordinationem lib 4. titul. 73. circa contractus iuratos diximus in prima parte ad Ordin. lib. 1. tit. 78. § 13. cap. 19.

DE FRVMENTI VENDITIONE *facta dilata ſolutione, an ſit vſura? Ad explicationem Ordinationis lib. 4. titul. 20.*

CAP. 72.

1 QVID vſura ſit variāt Doctores, ſeptē deſcribit diffinitiones, Marian Soccin in rubr. de vſur. num 1 aliter diffinit Couarr lib 3 variar. cap. 1. aliter per Didacum Perez ſub rub. tit. 2. lib. 8. Ordin Azeuedus diffinit aliter quam ſupradicti in l 1 titul. 6. nouæ recopil. Molin de iuſt. diſput 303. verſ. Vſura diffinit breuius quod ſit lucrum ex mutuo, Donel. in titul Cod. de vſur. dicit eſſe acceſsionem, ſeu aditamentum pecuniæ quod ſupra ſortem pro eius ſortis vſu præſtetur, ſic enim vocat vſuram acceſsionem, l. Si non, l. Si ea lege, l. Frumenti, C de vſur pugnent illi quæ ſit melior diffinitio, illud certum eſt vſurā eſſe acceſsionem æſtimabilem, quæ vltra ſortem ex mutuo ſperatur, & recipitur, & ad hoc accedunt Couarr lib 3 vari. cap. 1. Azeued vbiſupra ad d. l. 1 Molin. d. diſput 326. Donel in titul C de vſur fol 213. Cuia. 3 tom. fol. 1722 & 4 tom. fol 849. & 1169 Faber. decad 10 errore 1. & decad 11 errore 1. Burſatus conſ. 153 & conſ 320. Gama deciſ 194. Rebelo de iuſtitia 2. p. lib. 9. quæſt 11. Surdus conſ. 184. num 9. Barboſ in l. Titi, ff. ſolut matr. à n. 49. Cenedus in collectan 30. 1 part. & collectan 47 idem Surdus conſ 269 nu 7. cum alijs quos omitto, dixi acceſsionem quia ſic vſuram dicit text in l. Si ea lege & l. Frumenti, C. de vſur Dixi ex mutuo qui ſi formale eſt mutuum vſura aperta eſt ſi paliatum virtuale, quia paliatam vſuram appellamus, qua ex virtuali mutuo lucrum intenditur, Molin. vbiſupra, in fin. Dixi ſperatur, & recipitur vt realem, & mentalem vſuram includam cum Molin. vbiſupra, verſ Diuiditur. Dixi æſtimabilem, quia munuſcula parua non conſideratur, ſi non recipiunt æſtimationem aliquam, vel donatio liberalis, quæ ſi fiat debitis circunſtantijs, valida erit ſine labe vſuræ. Olim credita pecunia ſtipulari licebat vſuram centeſsimam, l 4. §. Pro operis, ff. de nauti. fænor l. 8. C. ſi cert. petat Qualis eſt illa quæ centeſsimo mēſe æquat ſortem, non quæ in duodecimo, vt ſentit Acuitius, & Cuia ad l 4 ff. de nautico fænor. lib 4. fol. 849 quæ ligitima dicitur, l. Si pro mutua, C. Si cert. pet. credito frumento, & frugibus omnibus quatuor centeſsimas, l. 1. C. Theodoſ. de vſur. probat l Oleo, C. de vſur. vbi dicit fruges recepiſſe immodicas vſuras. Hodie credita pecunia ſtipulamur beſſes, aut ſemiſſes, credito frumento, cæteriſq; frugibus centeſsimas, l. Eos, C illo titulo, cauſa differentiæ inter pecuniam, & fruges poſita eſt in incerto, & inconſtanti frugum pretio, quæ etiam efficit vt frugum vſuræ pacto debeantur, pecuniæ non niſi ex ſtipulatione, l. Frumenti, C de vſur. ibi: Frumenti, vel hordei mutuo dati, acceſsio etiam ex mudo pacto præſtanda eſt, vt in frugibus ius eſt commune creditorum, & dedebitorum omnium vt admittant centeſsimam vſuram, in pecunia ſeparantur viri illuſtres, á cæteris creditoribus ruſticant á cæteris debitoribus: nam hi promittere illi ſtipulari tātùm trientem

poſſunt,

poſſunt, creditor qui plus exigit credito cadit miles, hoc amplius exautoratur, crimen exaſperatur in militem, l. Quædam, ff. de pœnis, hæc Cuia. in nouella 32 tom 3 fol. 1723.

Vt igitur cognoſcamus, an ex dila-
2 tà ſolutione pro venditione frumenti fiat vſura, oportet vt prænotemus vſuram non reperiri, niſi vbi mutuum datur reale, vel virtuale, ſeu paleatum, de materia agit text. in cap In ciuitate, de vſur. vbi negatur vſuram eſſe ſi quis chariori pretio rem vendat propter dilationem ſolutioni adiectam, ſi modo eiuſdem rei pretium, poterat interim augeri, & minui, eo enim caſu ceſſat vſura, nam ex ſimplici dilatione non licet quid extorquere, ex his quæ Decius conſ 119 quem ſequitur Caſſan. rub 4 §.23. num 26 contra Soccin. conſ. 176 tradit Nauarr. de Cambijs nu. 14. idem Caſſan. num 46. probat d. text in cap In ciuitate, ibi: Niſi dubium ſit merces illas plus, minuſvè ſolutionis tempore valituras Nec obſtabit quòd illum text. aliqui intelligunt ex eo improbare ex dilatione aliquid recipere, quia ibi grauis vſura exigebatur, vltra centeſsimam facta vera cõputatione, quia hoc non placet, quia ſi hoc eſſet verum Papa ad congruum modum vſuras reduceret, nõ omninò, & indiſtinctè exactionem negaret, etiam in minori quantitate, quod etiam in cap. fin. de vſur. In ſecundo reſponſo comprobatur, & deducitur ex l Cum allegas, C. de vſur l Iulianus § Idem Papinianus, ff de action. empt. vbi deciditur quòd improbum fœnus eſt ad modum legitimum reducendum.

Qua ratione retenta quod ceſſat
3 vſura propter incertitudinem pretij futuri. Andr. ad Specul. tit. de vſur ad fin. reſpondet vſuram non comitti, ſi quis alimenta, aut redditus ad vitam plus æquo vẽdat, aut minus æquo emat, probat Alberi. in l Iubemus nulli, col pen. C. de ſacroſ. eccleſ. Caſſan in rubr. §. 43. rubr 4. nu. 36 Hipolit. de probat. n 408. Alex. in l Labeo. §. Idem Iullianus, n 3. ff de pact. & ibi Iaſ. num. 11 idem Iaſ. in l. 1 C de ſum. Trinit. num 41 in repetit. & in l. Si pater puellæ in fin. C. de inoffi. teſtam. Tiraq. de retract. ad fin num. 133. Pinel in l 2 num. 3. qui reſoluit huic contractui non obſtare, ſi forſan res pereat, ceſſat enim fraus, & dolus, vbi contractus poteſt ſe habere ad damnum, & lucrum, l de fideicomiſſo, C de tranſact. l. Si ea lege, C. de vſur. Ceſſat ergò vſura in caſu d. cap In ciuitate ſi res vendita eius naturæ ſit, quòd eius pretium poſsit augeri, & minui, & plenè per Deci. conſ 111. Couarr lib 2. variar. cap 3. poſt num. 6. Molin Theolog. vbi ſupra, Guterr lib 1. canoni cap. 39 num. 11. Soto lib. 6. de iuſt. q. 4. art. 1 verſ. 2. dicit communem Cordub. in ſumma q 84. in ſecunda opin. facit text. in cap Conſuluit in fine.

Vnde text. in d cap In ciuitate, dum 5
vſuram dicit non comitti ex dilatione; tunc procedere debet quando venditor non erat tum temporis venditurus, ſed ſperabat tempus illius maioris careſtiæ, ne videatur damnum pati non expectato tempore quo pluris eſſet venditurus, tradit Gaetan. 2. 2 quæſt. 78 art. 2 ad fin. Soto lib. 6 quæſt. 4. art. 2. ita probat cap. fin. illo tit per quod debet explicari d. cap. In ciuitate, vt per Sotum vbi ſupra: nam ſi erat pro pretio communi 6
vẽditurus, iniquiſsimum erit, vt maiori pretio vendat, cum eſſet omne periculum ex parte venditoris, qui pro illo iuſto pretio, & eo tempore communi erat venditurus, quo circa ſi quid pluris exegit propter dilationem videtur exegiſſe, & ſic vſuram comiſiſſe: nec bene excuſabitur ſi dicat ſe mercatorẽ, & poſſe interim ſua intereſſe, ex Neuiſan. conſ. 74. num. 2. Rubeo conſ. 88. ad fin. quia nihilominus taxare intereſſe certum non potuit, vt per Ioan Andr. in cap. Salubriter, de vſur. Anchar. & alios quos citat Decius d. conſ. 111. ante verſ 4. & conſ.

& conſ 183 num.3. Thom 2.2.quæſt. 78. art. 2. idem Decius conſ. 116. poſt num.3. Cagnolus in l.Curabit, Cod.de action empt.n 35. 40. & 44.

5 Debet tamen intelligi d. cap. In ciuitate in vendente res conſtantes pondere, numero & menſura, vt dixit Bald. in rub C.de vſur quem defendit Burgenſis in cap. Ad noſtram, de empt.num.18. & probat Alex vol 5 conſ.121 num.5. & videtur acquieſcere Couarr. d. lib. 2. cap 3. ante num. 8. Menchaca vſufrequentium, cap.50 nu.5 & cap.60 n.119. proſequitur Guterrez vbiſupra num.17. qui tamen contrarium numero ſequẽti amplectitur, & dicit magis communem contra opinionem Bald. eamq; ſequitur Laurentius in cap. Conſuluit, de vſur. oppoſ 4. & Annania in dict cap In ciuitate, col.2. Decius conſ 119. num.5. de qua ſententia contra Bald. maximè dubitari poteſt viſa diffinitione vſuræ iniquitas namq, venditionis rerum ſoli, ex alijs principijs petenda eſt, quare non ſatis percipio quomodo vſurarius ille contractus dici poteſt, niſi mutuum eo caſu verum, vel paliatum conſideremus.

De emptione verò lanarum pretio anticipato conſulendus Guterrez vbiſupra, Molin. diſput 360. Cenedus collect.47.

6 Plures nãq, ſunt cauſæ ob quas licet dilata ſolutione carius, vel anticipata minius vendere. Prima eſt, quando qui vendit mercator eſt, cuius pecunia non eſt occioſa, & quando pecunia præſenti venderet, ex illa pecunia alias res comparaſſet, in quibus ſecundùm ſolitam prudentiam veriſimiliter eſſet lucraturus, quare æſtimato illo lucro cum ſuis circunſtantijs, & expenſis, & periculo mercium, poteſt venditor ratione talis lucri carius vẽdere, dixit Medin 2. tom. tit de rebus per vſu acquiſitis, quæſt 33. caſ 2. verſ Pro ſecunda, & caſu 6. verſ. Hoc dixerim, Couarr. vbiſupra cap 3. num. 6. dicit communem Scacia de cambijs, §.1. quæſt.7. num.77. verſ. Prima cauſa, Garcia de contractib. cap.19. num.2. Ludouic. Lopez de contractib. lib.1.cap.3 verſ. Igitur. Molin 2. part de iuſtit. diſput.225. verſ Quo loco: proſequitur ex ſententia Palatij, & aliorum Guterr.d.cap.39 num.26. 27. & 29. videtur namq, eo caſu locare ſuæ artis inſtrumenta, vt diximus deciſ.84. Ludoui. Lopez lib.1.cap.3.verſ. Igitur, Molin. 2. p de iuſt. diſp 325 verſ Quo loco: Licet cõtra inſurgãt Archiepiſcop. Floren. in tract de vſur. cap.3. §.2. ſub nu.5. tom 7. Soto de iuſtitia lib.6. quæſt 4. art.1. verſ. At quia, Azor. inſtit. Moral part 3 lib.8. titul de emptione, & venditione cap 8. quæſt.5.

Deinde ſecunda eſt cauſa vt iuſtus ſit timor futuræ litis, duræq; exactionis vt carius dilata ſolutione vẽdi poſsit. Med. d. quæſt.38. cauſ 4 verſ. His tamẽ, Scacia vbiſupra num. 38. licet contrariam ſequatur Guterrez vbiſupra num 30. ex ſententia Methinæ de rebus per vſuram quæ ſit, cauſ 3. & 4. quam etiam comprobat Nauarr. in Manu cap.17. nu.139. aſſerentes talem metum contemni debere, nec poſſe in pactum deduci, vel æſtimari, ſequitur Soto de iuſtitia lib.6. quæſt 4. art 1. ad primum cuius etiam opinionis fuit Corduba in ſumma de caſos quæſt. 84. verſ. *Tan poco.* Sed ego magis opinioni Scaciæ accedo quando ex debitis circũſtantijs conſtet vafrũ, & calidum eſſe emptorem, moroſumq, in ſoluendo, nam ex illa eadem cauſa licita eſt conuentio de certo ſalario præſtãdo quãdiu exactio duret, Guterrez vbiſupra num 32. & de iuram. confirm. 1. p. cap.36 num 10. Vnde non inconuenit quòd nulla lis motta ſit, quia debet illius iuſti timoris à principio fieri æſtimatio, ſecundùm prudentis arbitrium, Medin d quæſt 38 caſ.3. verſ. Poſtremo, quia etiamſi lis ceſſet, non ceſſat ipſius periculum, Scacia vbiſupra num 38. verſ. Extende, quod ſemper debet intelligi ſi nudam fidem emptoris ſequatur 7

vendi-

venditor, nam ſi pignora accipiat quibus ſecurus reddatur, tunc exigui periculi ratio haberi poteſt quãdo pignora, & debito, & expenſis ſufficiant. Nemo enim emunctæ naris negabit in venditionibus pericula latere, nam ſi à nobilibus emptio fit hi ſi ocumbunt eorum maiotatus ad ſucceſſores differuntur, qui debitorum onus recuſant ſubire, ſi à mercatoribus hi quotidie decoquere ſolent, quare iuſtius videtur admitti periculi æſtimationem, ſicut aliàs videmus nomina debitorum dura, & acerba, quæ non facile exigentur viliori pretio emi poſſe pecunia præſenti, ex Caietan. in ſum. na, verbo Vſura cap. vlt Nauarr in Manu. cap 17 num 231. verſ. Nobis tamen, Michel Sal ad D. Thom. 2 2 q. 78. art 1 controuerſ. 1 ſub num. 12. latiſsimè Scacia vbiſupra num. 8. verſ. Comprobatur Guterrez dict. cap. 39. num 33. Genuenſibuſq, ita conceſſum à Caliſto 3 & Sixto IIII. dicit idem Scacia, verſ. His etiam.

8 Tertia cauſa eſſe poteſt dubietas valoris rei in futurum, & tempore ſolutionis faciendæ, vel quando ſtatim datur pecunia, & res poſtea tradenda eſt, quia his caſibus dubius euentus pretij contractũ iuſtificat, vt ſupra diximus ex ratione gloſ. capitis in ciuitate, late Scacia vbiſupra nu. 84 vbi n 85 dicit intereſſe licitum his caſibus æſtimandum, non ex partium voluntate, ſed ex regionis, & perſonarum conſuetudine, & ex alijs argumentis, de quibus iudici conſtet.

Ex his patebit intellectus ad legem
9 regiam vbiſupra, dum ſtatuit quód ſi frumentum vendatur ob dilatam ſolutionem, non maius pretium exigi valeat, quàm frumentum valeat, vſq; ad diem Dominæ noſtræ mẽſis Auguſti illius anni, vt ſcilicet illa Ordinatio non iuſtificet, nec aprobet licitum eſſe riguroſum pretium pro illo tempore exigere, ſed tantùm intendiſſe prouidere ne pretiũ conuentum, vel tacitum dicti frumenti excedat valorem illius temporis, ideſt illud commune pretium loci: non tamen aprobat ſemper illud pretium in pactum deduci poſſe tamquam iuſtum, quia illud metiendum eſt à contractibus geſtis, á partium cõditione à regionis conſuetudine, & moribus patriæ, patriſq, familias, an dilata ſolutione vendere potuiſſet ſine vſuræ labe, & an pretium conuentum ſit iuſtum per ſe, vel à iudice arbitrandum, & taxandum ne contractus ſit vſurarius Vnde negatiue cẽſetur lex regia diſponere, ne pretium conuentum excedere poſsit commune terræ, vel loci, an autem illud iuſtum ſit à contractu, & conditionibus ipſius, reiq; venditæ conditione petendum eſt.

Quo ſenſu ſic accepto lex regia non vſuras fouet, imó certo modo deſtruit, quía non patitur vltra modum augeri pretia quinimó cum in frumento attento iure ligitimæ vſuræ, ideſt centeſsimæ peti poſſent, vt diximus in principio, eas reduxit ad pretium commune illius anni, tempore in ea lege deſsignato pecunia præſenti, vt quocunq; modo frumẽtum vendatur, vel pretio taxato, vel dilato in longius tempus, vel in breuius quàm vnius anni reſtrictum, pretium verum cenſeatur illud ſummum quod pecunia præſenti frumentum venditum fuerit illo anno, vſq; ad diem Dominæ noſtræ Auguſti: vt hoc modo ſi carius conuentum ſit reducatur ad pretium commune, ne grauiori pretio opprimatur emptor, quam cæteri qui pecunia præſenti emerunt: an autem adhuc vſura detur quia venditor non erat frumentum ſeruaturus ad illud tempus, ſed pecunia præſenti vendebat, & dilatio temporis appoſita fuit, vt augeretur ſine timore aliquo dubietatis, quod plus, minuſvè frumentum eſſet valiturum hoc non decidit, ſed diſcutiendum reliquit: itavt talis contractus vſurarius cenſeri poſsit, ſi debitis circunſtantijs celebratus non fuerit, quæ limitatio, ſeu reſtrictio á lege regia inducta tantũ abeſt vt foueat

vſuras

vſuras quinimó eas oppugnat, contractus declarat pretium augeri immodicè non patitur, tempus longius conuentū, vt vſuræ duplicari poſſent reſecat, & ad pretium primi anni reducit, quare non pugnat cum ſupra traditis reſolutionibus.

10 Similis eſt altera Ordinatio, quæ de materia vſurarum diſponit eod. lib. 4. titul 67. §. 1. quæ ſupponit quód ex pignore dato pro ſecuratione dotis, poſſunt capi fructus ſine labe vſuræ, vt aliàs diſpoſitum eſt in cap. Salubriter, de vſur. quod intelligendum eſt à tempore moræ, ſi dos ſoluta non ſit, quia gener fructus lucratur propter onera matrimonij, l. Pro oneribus, C de iure doti. tradit Gomez l. 50. Taur. num. 30. vnde dubia videtur reddi lex regia dum videtur requirere pactum ibi: *Com tal conuença, que o que caſaſſe pudeſſe hauer todos os fruitos*, Pacto namq; ceſſante idem eſt dicendum, ex Boer. conſ. 6. tres ſpecialitatis ponit Ambroſ. in d. cap. Salubriter, notab. 1. vol. 9. tractatuum in antiquis, fol mihi 244. col. 4. Palatius in repe. rubric. cap. 3. num 44. Soto de iuſti lib 6. quæſt. 1. art. 2. in fin. Ceuallos contra communes q 394. Rodriguez de redditibus lib. 3. quæſt 7. à num 49. Trentaſinchius tit. de pignor. reſolut. 2 à nu. 39. Caſtillo lib. 3 quotidian cap. 23. num 8. Molin. diſput 321. Cened. ad decretal. collectan 14. num. 1. Valaſ. conſ. 8. Barboſa in l. Diuiſione num. 2. ff ſolut matrimon. Caldas Pereira Forenſ. conſ. 14. num. 15.

11 Vnde etiamſi fructus excedant onera licitè percipi poſſunt, Caietan dict. art 2 ad 6. Soto de iuſtia d lib. 6. quæſt. 1. à num. 2. ſicut & valet pactum, vt certum quid pro oneribus ſoluatur, vt per Palatium in cap Per noſtras, §. 87. col 1. poſt num. 3. Vnde non videtur bene ſentire Ambroſ in dict cap Salubriter, nu 57 vol. 9. tractatuum, fol. mihi 243. dum dixit taxationem hoc caſu inducere vſuram, quem plures ſequuntur, vt per Deci. conſ. 116. poſt num 3. & cum illis tranſit Ioan. Andr. & Butricar. ibi Laurentius in repet cap. Conſuluit 2. part q 53 Alex conſil. 27 vol. 4. & conſ. 74. & 141. vol. 5. Soccin. conſ 88. lib. 4. Corneus conſ. 164. vol 3. col 2. Campezius de dote 2. part. quæſt 6. num. 2. quia illa ratio non ſatisfacit, quoniam taxatio intereſſe ſolet reprobari, quia quando agimus de ſoluendo intereſſe intelligimus de vero, & probato non de taxato a partibus, quia quoniam eorum taxationi minimè ſtandum eſt, vt declarat Decius vbiſupra, & quos ipſe citat, ideoq; illa taxatio vitiatur, quod in caſu dotis non procedit: Hæc enim pro oneribus matrimonij conceditur, & cum quid vltra ſortem datur, legitimè percipitur, quaſi in dotis augmentum, pro oneribus ſuſtinendis, ita Nauarr in cap. 1. tit. 14. quæſt. 3. quod ſi dixeris non poſſe taxari, quia manet intereſſe certū quid nullo caſu exegi poteſt, ſatiſfit hoc caſu non exegi proprie vt intereſſe dotis non ſolutæ, ſed in vim alimentorum: inſuper licet taxatio ſit immodica reſpectu præſentis familiæ, tamen in matrimonij oneribus conſideratur quædam ſucceſsiua laborū ſeries, catenatiq; labores, & onera quæ ſubſequuntur maiora prioribus, & ideo rei pignoratæ, etiam maiores fructus percipiuntur, vt ſupra dixi, licet onera excedant, quare cum illa ratio taxationis ceſſet in dote recedendum à ſupradictis Doctoribus: ſicq; recedit Pallati. dict. §. 87. poſt num. 87. & vana redditur ipſius cautella ibi, verſ. Sed vt omnis, vbi conſulit quod dotans promittat interim onera matrimonij ſuſtinere, non veró certum intereſſe, quia vtroq; caſu eadem eſt ratio, dixit Syluan conſ. 10. num. 46. Mexia taxa panis concluſ. 2. num 76. Surd de alimen tit. 1. quæſt. 42. num. 23. Rebello lib. 9. part 2. quæſt 11. n. 7. Gaſpar Rodrig. de annuis redditibus, lib. 3 quæſt. 3. à num. 43. Ceuallos q. 394. Felician de cenſib. lib. 2. c. 1. n 19.

Licet

licet extra caſum dotis vſuraria ſit talis conuentio, vt in cap. 1. cap. Conquæſtus, de vſur. ideoq; à Ioanne Andreã recedũt Paulus de Leâſar, Calder. Anchar & Panorm in d. cap. Salubriter, Roman. Imola, & Alex. in l. Inſulam, § Vſuras, ff. ſolut. matrim. Alex. conſ. 31. & conſ. 200. vol. 6. Corneus conſ. 145. & conſ. fin. vol. 2. & conſ. 164. vol. 3. Nouellus de dote 7. part. 3. ſpeciali Rubeus conſ. 118. Matheſilan quæſt. 102. Corraſ quæſt. 35. Gabriel in 4. ſentent. quæſt. 15. Angel. verbo Vſura, §. 24. & hæc eſt magis communis, ex Couarr. vbi ſupra, ſicq; text. in dict. cap. Salubriter, non debet reſtringi vt fructus percipiat, qui reſpondeant doti non ſolutæ; vt videtur intelligere Couarr. dict. cap 1 num 3 quaſi conſiderato damno emergenti, & non aliàs, quia verius videtur quod illa datio pignoris pro dote non ſoluta ſubit vicem dotis, vt interim percipiantur fructus non in recompenſam, ſed in dotem, quia adhuc conſideratur proles, & quod onera excreſcunt in futurum, Molin. de primog lib. 4. cap. 5. num 6. licet aliter dicat Cognolus in l Curabit, Cod de actio emp num. 11. & Couarr. vbi ſupra num 4. pro qua parte eſt Regia Ordinatio, ibi: *Sem deſcontar couſa algũa do principal, &c.* Quia verba indefinita ſunt, & æquipollent vniuerſali, Pallaci. dict. § 87 col. 3 in princ. alias quæſtiones ad hanc legem, an procedat in extraneo dotante, vel in ceſsionario, vel ſi maritus per decem annos tacuit, vel quando non dum ſocer eſt in mora ſoluendi, vide per ſupradictos.

12 Atq; ex his apparet Ordinationem hoc caſu non inducere vſuras, nec eas admittere quæ omni iure reprobatæ ſunt, Villagota de vſur. quæſt. 3 à num. 13. Couarr dict cap. 1 num. 3. Morla in empor. part. 1. titul 1. in prælud num. 47. Pradil in ſumma legum pænal. cap 1. num 13. Azor. inſtit Moral part 1. lib 5. cap. 17. Reginal. in praxi lib. 23. num. 48. Salas de contract titul de vſur. lib 3. art. 1. quia nec ſummus Pontifex poteſt permittere vſurarum vſum, nec ſuper illis diſpenſare; licet Alex. conſ 1. 2. & 107. lib. 2. conetur contrarium defendere, contra quem eſt text. in cap. Super eo, de vſur. latè Andr. in reg peccatum, de reg. iur in 6. Angelus verbo Vſura 2. & latiſsimé Alexander de Neuo in ſuo conſilio contra iudæos, fænerantes Conrad 2. tract. quæſt 25 26 & 27. verùm obſtat quòd in Italia percipimus ex diſpenſatione Pontificis licere anticipato pretio emere vilius, vt colligitur ex Scacia, dict §. 1. quæſt. 7. verſ. His etiam, deinde in montibus pietatis Italiæ vſuræ permittuntur ob bonum publicum, de quo Sotus de iuſt lib. 6. quæſt. 1. art. 6. Nauarr. de vſur. num. 64. Caſſan in conſuet. rub 4. § 23. num 38. latè Laurentius in cap Conſuluit, 3 part. de vſur. à num. 12. vol. 9. tractatuum, idem Nauarr. in cap. fin de vſur. nu. 15. in illis namq; montibus acceptis pignoribus pro ſecuratione capitalis mutuum ſub vſuris datur, & accipitur ſciente ſummo Pontifice; faciunt quæ Corneus conſ. 159. volum. 3. vbi agit de legato de latere, qui vſuras iudæis permiſit, ſimiliter in Gallia Collegia Eccleſiaſticorum extorquent vſuras, defenduntq; exactiones fauore Eccleſiarum: ſimiliter ergo & montes pietatis valebunt conſtitui fauore pauperum; ex quibus facilè percipitur dictam Ordinationem ſequutam veram iuriſprudentiam declaraſſe non eſſe vſuram illicitam caſu quo ex dotis pignoribus illa percipitur, quæ reſolutio melioribus traditionibus conſonat ex iam ſupradictis.

Sic ſimiliter altera eſt lex regia dict. titul. 67. § 4. dum agit de fructibus emphyteuſis domino in pignus datæ quod poſsint à domino colligi ſine vſura, 13

 duran-

durante pignore, quæ quidem reſolutio in fæudo recepta eſt ex cap. 1. de fæud. cap 1. & cap. Conquæſtus de vſur. quam reſolutionem lex regia extendit ad emphyteuſim, cum illa reſolutio ſit recepta in fæudo Eccleſiæ tantùm, quare videbatur quôd Papa conſulendus erat, cum excedat poteſtatem ſæcularis Principis ſuper his ſtatuere, & ideo in Aluernia contrarium lege cauetur, vt per Baſſan. in conſuetu. Aluer. fol. 170. verum pro defenſione legis regiæ eſt notandum quòd amplexa fuit communem opinionem, de qua per Scribentes in cap. Conquæſtus, de vſur. vbi Panormit. & alij Cagnolus in l. Fructus rei, ff. de regul. iur. vbi dicit eam rationem eſſe quia hoc caſu dominus illos fructus magis ex re propria, quàm aliena capit, quaſi vtili dominio cum directo conſolidato, quæ eſt communis opinio in dict. cap. Conquæſtus, & in cap. 1. de fæudis, tenuit Angel. in ſumma, verbo Fæudum, §. pen & fin. & verbo Vſura 1. num. 11. Syluester verbo Fæudum ad fin plures quos refert Couarr. dict. num. 4 lib. 3 reſolut. cap. 1. Iacobus de Fæudis, verbo Quiqui inueſti. præſt. veræ fidelit. cap. 4. verſ. Quarta diſparitas, & in verſ. Promiſerat eidem, quæſt. 25. verſ. quarto excuſatur, Romanus ſingul. 325. extendens ad omnem dominum directum, qualis eſt emphyteuta, Hoſtienſis, Abbas, & Doctores communiter in dicto capite primo, idem Abbas in capite Acſi clerici, num. 23. de iudicijs, & in capite Licet ex ſuſcepto, num 26. de foro competenti, ſequitur Caſſan in conſuetudinibus Burgundiæ, rubrica 3. §. 1. Sylueſter verbo Fæudum, num 29. & Nauarrus in Manuali cap 17. num. 218. Romanus in l. Diuortio, § Ob donationes, ff. ſoluto matrimonio, Neguzantius de pignor. 5. part. 5 memb nu. 14. Valaſc. de iure emphyt quæſt. 38 num. 29. Rodericus de annuis redditibus lib. 3. q. 7. num. 50. Molin. de iuſtitia diſput. 323. dominus Caldas Pereira de extinctione, cap. 4. num. 53.

At ſi hoc conſideremus, hæc communis nullatenùs vera eſſe poteſt, quoniam vt ſentit Couarr. dict num 4. ratio illa decidendi ad text. in dict. cap. 1. de fæudis, & dict. cap. Conquæſtus, de vſur. vera eſſe non poteſt, nullo enim iure cauetur, aut defendi poteſt dominium vtile conſolidari, cum directo, eo ipſo quod fuerit datum in pignus ratione debiti, ſeu mutui, quo circa iuri non conuenit illa communis ratio, & intellectus ad dicta iura, quod dominus fructus faciat ſuos virtute conſolidationis. Inſuper quamuis dicamus hoc caſu ſpeciali dari conſolidationem, negare non poſſumus eam eſſe cauſatam à mutuo, ac proinde fatendum eſt eſſe vſuram, ad ſimilitudinem alterius lucri, qualecunq; ſit, in quo ſemper verſatur vſura ex ſupradictis. 14

Quare rectius videtur cum Couarruuia illa iura eſſe intelligenda, vt dominus faciat fructus ſuos pro concurrentia ſeruitij interim remiſsi, ad quod Vaſſalus tenebatur, ita Valaſc. dict. quæſt. 38. num. 29. quo caſu magis compenſantur fructus cum ſeruitio, quam lucrantur, vt in materia l. Curabit, Cod. de actio. empt. adnotatur, & hoc videtur probare text. in dict. cap. 1. quatenus ſe fundat in ea ratione finali, & potiſsima, quod dominus interim remiſit ſeruitium ex forma inueſtituræ debitum, cum igitur ea ratio ſit expræſſa, ab ea debet ille textus interpretari, quod dominus faciat fructus ſuos quatenus commenſurantur cum ſeruitio debito, ſiquidem aliter intellectus violat communes regulas, adeo quod fateri cogemur in illis iuribus Papam permiſiſſe vſuras, quod neutiquam credimus, eſt igitur reſoluendum in illis iuribus ſolùm permitti quod dominus faciat fructus ſuos quatenus non excedunt 15

dunt valorem, & intereſſe ſeruitij interim faciendi, quod voluit Innocent. dict. cap. 1. & Adrian. in 4. ſentent. in tract. de vſur. verſ. Occurrit, quos ſequitur Couarr. dict. num. 4. & tenuerunt alij, de quibus per Immolam dict. cap. 1. lectur. 3. & Panormit. lectur. 2. & apertè firmat Pyrrus in conſuetud. Aurel. titul. de fæud. cap. 3. vbi intellexit dict. cap. 1. dummodo fructus non excedant, æſtimationem ſeruitij præſtandi, & non multum deuiat Syluester, verbo Fæudum, quæſt. 30. vbi habet illum textum intelligendum quando fæudum non eſt omninò Francum hoc eſt liberum ab omni ſeruitute dominicali, quaſi eo caſu nulla poſsit dari compenſatio, Almain. 4. ſentent. diſt. 15. in art. de vſura, quæſt. 9. Vnde Couarr. loquens d. num. 4. de emphyteuta dicit quod dominus hoc caſu ſolùm poteſt fructus facere ſuos pro modo penſiónis ſoluendæ, & non vltrà quod planè impugnat noſtra lex regia, quæ in omnibus communem ſententiam amplexa eſt.

16 Nos veró aliter communem defendi poſſe, noſtramq; legem regiam arbitramur, ſcribitur namq; in dict. cap. 1. de fæudis ſimpliciter dominum facere fructus ſuos ſi fæudum detur in pignus: & in ſecunda parte eidem præcipitur ne interim ſeruitium exigat à vaſſalo, quo circa communis intellexerit ratione directi dominij hoc procedere, quod & nos verum credimus, quod autem communis dicit id ratione conſolidationis fieri falſum eſt, ſed ea ratione ſingulari defendi poteſt, quia res de facili reuertitur ad ſuam naturam á principio enim niſi res illa fuiſſet in fæudum data, fructus domini erãt, hoc quia propter naturalem poſſeſsionem in emphyteutam, ſeu vaſſalum translatam à ſe abdicauit, eidemq; dedit pro ſeruitio impendendo: ergo illa naturali poſſeſsione ad dominum reuerſa conſequens eſt ad illum reuerti fructus quaſi ceſſante cauſa ſeruitij, interim impendendi, ad quod vaſſalus, aut emphyteuta non tenetur per regulam, cap. Cum ceſſante de appellat. & ex illo quod res de facili reuertitur ad ſuam naturam, etiam in odioſis, vt per Quintalian. reg. 3. quæſt. 10. in fine, & hoc apertè voluit lex regia in ſui ratione, ibi: *Porque não ha de hauer apenſão*, & hæc fuit mens vera Pontificis in dict. cap. 1. quod ſuadetur ſi conſideremus emphyteutam tantùm naturaliter poſſidere, & propter hanc naturalem poſſeſsionem fructus facit ſuos, illoſq; adquirit propter domini conſenſum, & voluntatem, ex his quæ Gomez l. 45. Tauri num. 106. verſ. Limita iuncto, num. 100. quo circa ceſſante illa poſſeſſione, & domini voluntate conſequens eſt, ceſſare fructuum acquiſitionem, ac proinde re ad priſtinam naturam reuerſa fatendum eſt dominum interim fructus facere ſuos, ex re propria, non aliena, quaſi interim vtili dominio dormiente, licet non omninò extincto, quod non poteſt haberi pro conſolidato, quoniam dominus pignoris nomine non proprio vtile dominium retinet.

Ex quibus confunditur illorum intellectus, qui dicunt rationem dict. cap. 1. ſpecialiter procedere in fæudo Eccleſiæ, quia æqualiter procedit dicta ſententia in emphyteuſi, ac in quocũq; alio directo dominio, tam eccleſiaſtico, quàm ſæculari, ac proinde cum Romano Cagnolo, & alijs idem dicendum eſt in fructuario reſpectu proprietatij, ſic extendit Barba. in dict. cap. 1. col. 2. ad fin. num. 3. Valaſc. dict. quæſt. 38. num. 29. Caſſan. in conſuet. rub. 4. §. 23. num. 49. Laurentius in dict. cap. Conſuluit, quæſt. 49. fol. mihi 218. dict. volum. 9. tracta. num. 32. conſtat enim fructuarium ſolum poſsidere naturaliter, ac emphyteuta, qua poſſeſsione ceſſante dicendum eſt fructus ad dominum pertinere.

Vnde dicta lex regia non procedet 17

 in

in cenſuario, quoniam is dominus plenus eſt, & in eo differt ab emphyteuta ſuperficiario, & ſimilibus, vt per Doctores in cap. Conſtitutus, de religioſis domib & in l 2. C de iur. emphyt. vbi Iaſ. n.44. & in Auth Qui rem, C. de ſacroſ. eccleſ n 10. quamobrem ſi cenſuarius rē cenſuariā dat pignori, ei cui cēſus debetur, rem propriam non alienam dat, iſq; rem alienam accipit non ſuam, & ideo conſequens eſt non poſſe fructus facere ſuos, ſed magis tenetur illos compenſare cum ſorte ad ſimilitudinem alterius extranei, vt in l.1. C. de pignorat. actione, ſicq; videtur ſentire lex regia, dum de emphyteuſi agit.

18 Deinde infertur legem regiam non procedere in fructibus perceptis ex melioramentis, rei emphyteuticæ, ab ipſo emphyteuta factis, quoniam hos fructus dominus ex re aliena percipit non ſua: Conſtat enim meliorationem factam in re emphyteutica eſſe ipſius emphyteutæ, eiq; ſoluendam finita emphyteuſi, vt notant Doctores in dict. Auth. qui rem, Valaſc de iure emphyt. quæſt 2. num.20. & 21. ergo in his fructibus ceſſat ratio, d cap 1. de feud. & legis regiæ.

Deinde lex regia habebit locum etiāſi ex emphyteuſi nulla eſſet ſoluenda penſio, quia lex regia non conſiderat ſolutionem penſionis, vt eius loco dominus fructus recipiat, ſed ex eo quod res reuerſa ſit ad ſuam naturam, vt diximus, quæ ratio militat ſiue ſit ſoluenda penſio, ſiue non: quamuis Sylueſter verbo Fæudum contrarium intelligat, q.30. non enim lex regia meminit penſionis ſoluendæ, quaſi ſit ratio finalis, ſed vt dubium tolleret quod penſio ſoluenda non erat.

19 Ex quibus patet inepte loqutum Immolam in dict. cap 1. de fæudis, dum habet communem intellectum procedere ex obligatione antidotali, qua emphyteuta tenetur reſpectu domini qui emphyteuſim conceſsit, quia loquitur contra aliam communem, qua docemur obligationem ad antidora, deductam in pactum vſuram efficere.

Deinde apparet non benē ſenſiſſe Panormit. in illo text. quod dominus poteſt recipere fructus, & inſuper ſeruitium, dummodo dum fructus percipit proteſtetur ſe non intendere ex fructuum receptione, renuntiare ſeruitio, vel penſioni, quod ſequitur Sylueſter verbo Fæudum, quæſt 29. in fin. Nam hoc omninó improbandum eſt, veriuſq; credimus penſionem, vel ſeruitium nullo modo dominum exigere poſſe, ſi fructus percipiat, ex his quæ Decius conſ.58. ad fin. vnde ſi ad penſionem dominus agat audiendus non eſt, vt non obſcure decidet noſtra lex regia.

Similis eſt altera Ordinatio eod. lib. 4. titul.67. § 2. quæ decidit contractum eſſe vſurarium, ſi fiat venditio cum pacto de retro, & modicitate pretij, iuncta Ordin. lib. 4. titul 4. §. 1. vbi diſponit quòd ſi læſio ſit in quarta parte iuſti valoris contractus ſit cenſendus vſurarius. Videtur Ordinatio contra ius Canonicum, ſecundùm quod tria requiruntur vt contractus ſit vſurarius pactum de retro modicitas pretij, & quód venditor ſit ſolitus fænerari, vt in cap. Ad noſtram, de empt & vend cap. Conquæſtus de vſur. hæcq; ſententia frequentiori calculo recepta eſt, vt poſt Cynum, & Salicet in l. Emptione, C. plus valere, quod agitur Alex. conſ. 109 in fin. & 119. num.4 vol 4 & conſ. 28 num. 4. vol. 5. Soccin. conſ. 248. vol 2 Paulus conſ.74 vol.2 col 3. Corneus conſ.224. & 241. & 346. vol.1. ad fin. Iaſ. conſ 150 vol.4. Conrad. de contract. quæſt 84. concl.3 & 4. Afflictus q.40. ad fin Cagn. in l 2. C. de pact. inter emptor. nu.19. Boer q.102. qui dicit magis communem & eſſe Legiſtarum, & Canoniſtarū, cōmunem dixit Cepol. de ſimula verſ Secunda cōcluſio firmat cōmunē, Corr. Miſſel. lib.3. c.8. n.7 Capellam 20

lam. refert.& ſequitur Deci.conſ.167. & conſ.308 n.5 & conſ.648 n 3. ſequitur Iaſ.in l. Quoties,C.de iud.n.7 & cōmunem dicit Fabian. de emptione,Burgenſis in cap Ad noſtram, de empt col.14. ad med. Tiraq.de retract.Conuētional. in princ. n 5. vbi plures citat authores, plures in vtramq; partem Couarr.lib.3. reſol cap 8 n.4. vbi concordiā vtriuſq; opinionis arbitrio iudicis comittit,Cotta verbo Pactum de retro, fol.386. & in praxi probari dicit Corneus conſ 224. vol 1. & vt veriorem probat Neuiſan. cōſ.87. n.25 & quòd illa cōiectura quòd ſit ſolitus fœnerari maximè conſideranda ſit,dicit Curtius in l.Interpoſitas, C.de tranſact.nu.2.& 3. Alex. de Neuo conſ 95.n.21. Meno.lib.2. ſententiarum caſu 217.n 3. Burſatus conſ.117.nu.2.& 12. Tres opiniones refert Reder.de annuis reditib.lib.2.q.3.num.8. Stephanus Gracian diſceptat.forenſ. cap 258.nu.1. Farin de falſitat.& ſimula.q 163 nu 40. Mantica de tacitis lib.8.tit.20.à num.5. Maſcard.de probat. concluſ.447. Valaſc. conſ 70.n.3. Caldas Pereira ad l.Si curatorem,verbo Sua facilitate,n 88 & de reſolut.emphyt.cap.13.num.26.& de emptione,cap 8. n 25. Ceuallos contra communes,q.224.vbi plures citat.

21 Contrariam plures amplectūtur Doctores, quod illa duo ſufficiant, & pactum de retro,& pretij modicitas: vnde illa concordia ſolet aſsignari quod hæc ſecunda opinio procedat quoties magna læſio in pretio, cum pacto de retro datur, veluti ſi in tertia parte pretij ſit læſio, vt per Pariſ.vol.1.conſ.55 nu.49. alij quartæ partis læſionem conſiderāt, vt per Gozadin. in l.2. de pact. inter emptorem, n.155 vbi Cagnol n 14.

22 Quibus ſic conſideratis, reſoluēdum quód lex regia dum ſentit ſufficere pretij modicitatem, cum pacto de retro ad inducendam vſuræ præſumptionem, hoc quidem non ex ſe introduxit, ſed ſequuta communem Doctorum ſentētiam,eorum quos citat Ceuall. d.q 224. in princ.cum alijs citatis à Tiraq. Roderi. Gratian. Mantica ſupra citatis locis: nec poteſt dici quód lex eſt contra ius canonicum,dum non ſequitur magis cōmunem, cum ſufficiat cōmunem ſequi,quæ optimis nititur fundamentis, maximé quando ſequitur illorum opinionem, qui vtramq; opinionem conciliant,quia ſtatuit quòd pretij modicitas ſufficiat ad præſumendam vſuram, iuncto dicto pacto de retro, non quacunq; læſione intercedente, ſed ea quæ quartam partem iuſti pretij aſcendat, quæ quarta pars fere aſcendit dimidiū valoris rei, quia ex tali pacto minuitur valor rei venditæ,vt per Panor in cap. Cum in aliquibus de decimis, Iaſ. laté in l.1.§.Si hæres, ff ad Trebel.num.9.& ibi Ripa nu.26. Tiraq de retract. conuentional à prin.nu.20.cagnol.in d.l 2. n.15. & ibi Gozadin nu 8 & gloſ.l 28. lib.6.titul.8. p.5.verſ Sed quid dicit minuendam quartam partem veri pretij, conſiderató tempore retractui aſsignato, veluti ſi ad biennium conceſſum ſit ius retrahendi,vel ad decēnium,Medin. de cenſu redim. lib 1 col 6. faciunt quæ Couarr.vbiſupra cap.10. vbi dicit tertiā partem diminuendam, licet Valaſc. d. conſ 70 nu 10 ſentiat ex pacto de retro non cenſeri poſſe rei pretium diminutum, ex ratione quam ibi reddit, quæ non videtur probanda.

Vnde diminuto valore rei ob pactū, dum lex regia quartā partem deſiderat pretij veri diminutam, iam illa quarta pars aſcendit ad dimidium rei valorē ne dicā tertiam tātùm,vt Couar & alij dicunt. Vnde cum ſuppoſita præſumptione fraudis,mutuiq; palcati diſponat, illa præſumptio ſuppoſitiua efficit, quod pro vera habeatur, nec contrarium probari poſsit,quia iam lex ſuper ſuppoſitiua diſpoſuit diffiniendo contractum non licitum vtiq; ſecundùm receptiores traditiones diſpoſuit, quam dic. etiam procedere in datione inſolutum, quia ſubit vicem venditionis, 23

 licet

licet aliter dicat Fulgoſ. conſ. 134. Decius conſ. 18 num. 5. quos ſequitur Cagnolus in d l 2 num. 12. & Tiraq. de retract. conuentio. num. 29. Notabis tamen quód hæ Ordinationes non videntur loqui in pacto de retro, ſed in pacto reſolutorio, quòd res pretio ſoluto reuertatur ad venditorem, vel ſit res inempta, qui contractus magis accidunt pignori: & ideo nil mirum ſi in his facilius indicatur vſura, vt pũgit Corneus conſ. 1 vol. 4. quòd autem de illis loquatur lex regia patet ibi: *Foſſe a venda desfeita*, & ideo non infæliciter poteſt dici quòd lex regia non decidit caſum ſuper pacto de retro.

SVMMARIVM.

1 *LEX Regia prohibet ne filiæ nubant ante 25. annum ſine parentum conſenſu.*

2 *Parentum conſenſus requiritur in filiorum nuptijs.*

Quæ ſit ratio? ibi.

3 *Dupliciter lex imponit pœnam filiabus, vel abſoluté, vel vſq; ad certam ætatem.*

4 *Quando prohibitio ſit vſq; ad 25. annum, vel aliud ſimile tempus valet.*

5 *Matrimonium eſt contractus naturalis.*

Ligitima filijs eſt quaſi debita, non veré debita, ibi.

6 *Nuptiæ ad tempus prohiberi poſſunt.*

7 *Viduitas temporalis ex cauſa dari poteſt.*

8 *Filia contrahendo ſine patris conſenſu eius ius lædit.*

9 *Conditio arbitratus in matrimonio reijcitur.*

10 *Conditio arbitratus in extraneis remittitur non in parentibus.*

11 *Ex conſtitutione Concilij omnimoda libertas in matrimonio deſideratur.*

12 *Filiæ ſine patris conſenſu nubentes peccant.*

13 *Legatum ad illud tempus collatum in patris conſenſum valet.*

14 *Interpretata l. Filiæ, ff. de conditio, & demonſtratio.*

15 *Reſpectu patris pendebit conditio vſq; ad 25. annum reſpectu extranei remittetur.*

16 *Interpretatur l Hæres meus, §. fin. ff. de conditio. & demonſtr.*

17 *Ampliatur etiamſi filia cum patre non habitet.*

Si digno nubat quod non poteſt exhæredari, fuit opinio Canoniſtarum. ibi.

18 *Amplia etiamſi emendetur filia quæ peccauit in corpus ſuum.*

19 *Amplia etiamſi cum ſola matre commoretur.*

20 *Si filia exemplo matris ſe proſtituit non meretur pœnam.*

21 *Neptis ex filia eadem pœna punitur.*

22 *Amplia in filia emancipata.*

Quid in vidua? ibi.

23 *Amplia in filia naturali.*

Obſtant plura. ibi.

Interpretatur l. Naturali, ff. de confirm. tutor. ibid.

Interpretatur l. fin. ff. de iure de liber. ibi.

24 *Filias naturales apud nos tunc ligabit lex regia quando ſuccedendi ius habeant.*

25 *Filia naturalis tunc ligabitur quando in poteſtate patris ſit.*

26 *Filia naturalis æquitis poteſt alimentis priuari.*

27 *An tempus completum requiratur?*

28 *Filia nubens contra legem, non ſolum hæreditate parentum, ſed donationibus priuatur.*

29 *Quid in donatione cauſa dotis?*

30 *Quid in remuneratoria?*

Remuneratio in parentibus quomodo conſideretur? ibi.

Alimenta

31 *Alimenta tali filiæ, pater non præſtat.*
Alimenta naturalia ſemper præſtanda. ibi.
In quo differat legitima ab alimentis? ibi.
32 *Alimentorum debitum dupliciter conſideratur.*
33 *Lege ciuili formalia alimentorum toli nequeunt.*
34 *Pœna legis incurritur etiam ex nullo contractu matrimonij.*
35 *Lex Regia limitatur in maſculis.*
Limitatur in ſponſalibus. ibi.
36 *Quid ſi pater moriens filiam admiſit, eamq; inſtituit hæredem.*
37 *Filius qui conſentit inſtitutioni ſororis non dicitur in fraudem filiorum conſentiſſe.*
Tertia filiæ excluſæ relinqui poteſt. ibi.
38 *Explicatur Ordin. lib. 2 tit. 37.*
39 *Mulier habens bona Regia Coronæ non nubit ſine Regis licentia.*

AN VALIDA SIT LEX TEMPORalis qua ſtatuitur ne filiæ ſine parentum conſenſu matrimonium contrahant ante 25. annum, ſub pœna exhæredationis. Ad explicationem Ordin. lib. 4. titul. 88. §. 1. & ad Ordin. lib. 1. titul. 87. §. 19. & de Ordin. lib. 5. titul. 22.

CAP. 73.

1 LEX Regia prohibet ſub exhæredationis pæna filiabus, ne ante 25. ætatis annum matrimonium contrahant ſine parentum conſenſu, ſimilis eſt legi Caſtellæ l 5. titul 7. part 6. & tit. 1. part. 4 l 10 vbi gloſ verbo *Puedela*. Maximè cùm lex videatur nimis rigoroſa dum fæminas cogit vſq; ad 25. annum non nubere, quod quàm difficile ipſis ſit, & quomodo libido eas torquet, vide Guillem. in tit Qui cum alia matrimonium contrahit, num. 6. & ſequentibus.

2 Iuuat hanc partem quód attento vtroq; iure parentum conſenſus in matrimonijs filiarum neceſſarius eſt nã de iure ciuili, parentum votum deſideratur in filiorum nuptijs, ex l. 2. ff ritu nuptiar. principium inſtit. eod. cuius rei eſt ratio ne contingat vt naſcantur auo inuito ſui hæredes, ex Bart. in l. In bello, §. Medio, ff. de captiu. pungit Coſta in §. Si arbitratu amp. 9. num. 4 eandem ſententiam tenuit Guibertus lib. 1. quæſtio. cap. 12. Hieronymus de Monte in Miſcelan. iur. quæſt. 6 Othoma Illuſtr q 9. Rodericus Soarez ad leges fori nu. 21. Menchaca de ſucceſsionum creat. §. 10. num. 63. Gail. in pract obſeruat 94. n. 19. Paleotus de nothis cap 8. De iure autem Canonico conſtat idem conſtitutum eſſe, vt firmauit Paleotus vbi ſupra d. cap. 8. Caſſaneus Cathalog glor mun. part 12. conſid. 36. Corraſ lib. 1. Miſcel. cap. 17. num. 9. vbi ait iura canonica, quæ ſolùm conſenſum contrahentium requirunt, vt eſt text in cap Sufficiat 17. quæſt 2. debere intelligi de ligitimo. nõ verô furtiuo, & clanculario cõſenſu Ligitimus autem conſenſus eſt quando ſimul paternus in filiarum nuptijs intercedit cap Aliter, 30. quæſt. 5. cap Non omnis, §. fin 32. quæſt. 2. adeo vt filia peccet contrahendo ſine patris conſenſu, Barboſ. in 4. part. l. 1. num 36. in fin Azor. inſtit. moral. lib. 2, cap. 2 lit. E.

Verùm fortiter obſtat quòd in matrimonijs de iure Canonico omnimoda ríquiritur libertas, cap. Gema, de ſponſal. cap. Cum locum, eod. facit Conc. ſeſſ. 24. cap. 9. de reform. vbi directè, nec indirectè Principes ſæculares nuptias prohibent, cumq; iuri Canonico in hac materia ſtandum ſit, cap. fin. de ſecund. nup. leges ciuiles circa hoc inualidæ cenſeri debent, Meno. conſ. 69. num. 20. Nam receptius eſt in nuptijs ſolum contrahentium conſenſum ſpectari, ex gloſ in d. cap Sufficiat, & in cap. 1. de deſpōſa. impub. vltra alios, Decius in l Nuptias, num. 8 & receptiſsimam dixit Couarr. de ſponſalib. cap 3. §. 8 n. 1. & confirmatur ex S. Concil. Trid. dict. ſeſſ 24. de reforma. matri cap 1. Barboſ. d. 4. part num. 36. verſ. Sed his, Coſta in §. Si arbitratu, ampl. 9. num. 5. ex quo fit quòd leges ciuiles aliter diſponentes debent hodie cenſeri abrogatæ, provt cenſuit Soarez tit. *De les caſamentos*, l. 2. á num. 18. Decius in d l. Nuptias, nu 36. ff reg. iur. Neuo. in cap. 1. num. 23 de ſponſalib. Curtius Senior. cōſ. 27. Guill. in cap Rainuntius, verbo Dotem, n. 42. Campegius tract. de dote 1. p. quæſt. 13. Couarr 4. decretal. 2 part cap 3 §. 8. n. 5. Olanus in concordia iuris, num. 71. Nauarr. in ſumma cap. 14. n 15. Molin. lib. 2. de primogen. cap 16. num 6. Cucus lib. 5. inſtit. maior titul. 12. num. 182. Clarus in pract. quæſt. 82. Guterr pract. part. 2. quæſt 5. & quæſt. 1. n. 6 Azeued. lib 5. recopil. titul 1. l. 2. num 5. Pacianus de probatio. lib. 2. cap 3. num. 108. Sanchez de matrimon lib 4. diſput. 25. n. 2. Barboſ. in l. 1. ff. ſolut matr 4 part. n. 35. in fin Azor. inſtit. moral lib 2 cap. 2. part. 2. litera B. Benedictus Gil in l. Titiæ, 3. part. num 2.

3 Quibus tamen non obſtantibus, legis noſtræ deciſio cōuelli non poteſt, & ad faciliorem ipſius declarationem noto ſequentia Primó quod dupliciter poſſant leges ciuiles pænā imponere cō trahentibus filiabus, ſine parentū, conſenſu, vel abſolutè ne contrahant ſpræto patris cōſilio, aut cōſenſu, vel vt ne contrahant patre renuente vſq, ad 25. ætatis annum, inter quos caſus longa debet conſtitui differentia. Primo enim caſu non dubitarem quòd lex politica, ſeu ciuilis robore careat, cum circa matrimoniales cauſas ſe intromittat, in quibus nullam habet poteſtatem, ex reg. text. in cap. Tuam, de Ordin. cegni cap. Cauſam qui filij ſint legim. cap. 1. de ſponſal. Sanchez dict. diſput. 25 num. 2. nam cum ad validitatem matrimonij conſenſus patris neceſſarius non ſit, cap. Super eo, de conditio apoſ. d. cap Sufficiat, & gloſ. ibi, 27. quæſt. 2 oportet filiam non decipi legis authoritate, qua cum contrahat impune nubit, nec exhæredari poteſt, l Grachus, C de adult. vt pungit Corraſ d. cap 17. Barboſ. dict. 4 part. num. 35. ad quæ reducendi ſunt Doctores, quos pro contraria parte citaui, vt intelligantur ſenſiſſe leges exhæredationem filiarum permittentes, ob non petitum patris aſſenſum, vt procedant quando ſcilicet abſoluta eſt prohibitio non temporalis, vel ad 25 annum reſtricta, poteſt enim lex Politica viles nuptias filiorum prohibere, ex Azor. inſtit. moral. part 2. cap. 2. litera C. verſ. Si autem ſpeciatim, &c Pariter ergo ſicut viles nuptias prohibere licet, valebit etiam nuptiarum prohibitio, quas lex ſupponit viles eſſe ad illud, vſq; tempus quæ ſemper ex impudicitia naſcuntur, & ſolent diſsidia, & odia parere, familiamq; deturpant.

In ſecundo autem caſu, quando in vigeſsimum quintum annum ſolum filiorum nuptiæ interdicuntur validæ tales leges cenſeri debent, quia illud idem de iure eſt, vt diſponitur in auth. ſed ſi poſt, C de inoffic teſt. & in auth. vt cum de appell. § Si vero quis, col 8. quæ iura ſupponunt ſemper vilia eſſe talia matrimonia, & cum dedecore parentum, & familiæ, quo caſu cum Reip. quieti conſulant, rectè ſtatuunt, maximé cum 4

verum

vetum ſit filios contrahentes ſine paréntum conſenſu peccare, ex cap Honeratur, 23 quæſt.3 cap.1.de deſponſa.impu. Veracruce in Specul.coniug 3.part.art. 20. col.4. Nauarr.in Manu cap 14 n.15. Menoch.conſ.69 num.23 lib.1. Azor. d cap.2 lit B. verſ.Mihi imprimis videtur, vbi tenet quòd conſuetudo patriæ, & mos óbligat, & quód tranſgreſſores legis, vel conſuetudinis peccant, Barb. d 4 part num 37. Ex quo fit quód validæ debent cenſeri leges ciuiles, quæ actum prohibitum de iure Canonico puniunt ad conſeruandam filiorum honeſtatem, cum canonum prohibitioné adiuuent, qui non permittunt filiabus, ſine peccato nubere, quód magis obtinet quando ſtatutum in filias dirigitur, quarum maior debet eſſe pudicitia, quarum mores magis expedit probatos eſſe, quas lex politica exhæredationis pœna potuit canones adiuuando punire, ex Clement. Ne Romani, de electione, verbo tolli, Barboſ.d.4 part.num 37. dixit Guterrez pract.lib 2 cap 1 á n 16.

5 Quod quidem maximè ſuadetur quia cum matrimonium ſit contractus naturalis, & licet circa Sacramentum lex politica valide non ſtatuat, tamen quatenus contractum inuoluit Principi ſæculari incumbit ſtatuere modum cõtrahendi, præcipuè cum pœna exhæredationis concernat lucrum acquirendum: non veró inducat pœnam, vel dãnum cum amiſsione bonorum iam acquiſitorum. Nam ligitima filiis debita de iure ciuili, ſeu municipali eſt, ſaltem quatenus excedit alimenta neceſſaria: licet autem dicatur illa hæreditas filijs debita, ex l.fin verſ pen. C. de Codicil. adeo vt quodammodo viuis parentibus domini reputentur, l In ſuis, ff lib. & poſthum hæreditatemq, nouam acquirere non dicantur, ſed priſtinum continuare dominum, Tiraq.in præfatione.l.Si vnquam, C.de reuocand n.19. Cephal.conſ.186.nu 56 lib 2. Camillus Gallinius de verbor.ſignific.lib 9 cap 9. fol. 227. Vaconius lib. 3. declarat 50. Graſſus receptarum, §.Suitas, quæſt.7. num.1. Ex qua ratione videtur pœnam induci, & perconſequens valere non poſſe, cum circa ligitimam filij videantur agere de damno vitando, cum rem ſibi iure debitam petant. Verius tamen eſt ligitimam filijs non eſſe debitam, ſed quaſi debitam & perinde habendam ac ſi lucrum ſit, docet Gloſ in l.Si emancipata, in fin. C.de iuris, & fact. ignor. ex pluribus quos ibi citat Padilla num 32. vltra alios Tiraq in d.l.Si vnquam, verbo Suſceperit, num.113. & ſequentibus, cum ergo hoc caſu agatur ſolùm de lucro quærendo lex ciuilis valida debet cenſeri, ex l Titio, centum. § 1. ff. cond.& dem. Aymon. conſ.11 num.3. Menchach.de ſucceſſ.creat.§.10.n.629. Gama decif 314.num.1. Coſta in d § Si arbitratu, ampliat vlt num 12. cum eo caſu filia tali lucro priuetur ob ſuam culpam, & iniuriam patri illatam, cuius officium eſt quærere filiabus ſponſos, l. Qui liberos. ff ritu nuptiar. Benedictus Gil in d. l.Titiæ, num.23 ad fin & deducitur ex cap Honorantur, 32 quæſt.1. cap Noſtrates, 30.quæſt.1. latè Barboſ.d. 4.part. num 36. citans Cuiacium lib.3. obſeruat. cap 5.

Vltimo noto quòd nuptiæ dummodo non prohibeanturperpetuo, ad tempus tamen rectè prohiberi poſſunt, vel reſpectu certarum perſonarum ſolummodo probatur ex text in l.Sed ſi hoc, § fin ff.conditio & demonſtr ibi: Cum vir vxori, ſi à liberis ne nupſerit in annos ſingulos aliquid legauerit quid iuris ſit, Iullianus reſpondit poſſe mulierem nubere, & legatum capere, quod ſi ita ſcriptũ eſſet, ſi à libertis impuberibus ne nupſerit legem locum non habere, quia magis cura liberorum quàm viduitas iniungeretur, idem probat text. in l Hoc modo, & l.Hoc genus, eod.tit. l.Quæſitum, ff.qui & à quibus, vbi cõditio ne libetta vſq, ad pubertatem filiorum nuberet non dicitur eſſe contra legem 6

legem Æliam Sentiam, Doctores in in l. Mulieri, ff. conditio, & demonſtratio, & eſt communis in l. fin. C. de indicta vidui tol. Alex. in l. Turpia, § 1 ff. legat 1. Areti conſ. 67. Xuarez ad leges Regni, fol 69. col. 2 Coſta in § Si arbitratu, limitat. 8. Sanchez de matrim. lib. 1. diſp. 34. quæſt. 2. n. 36 Gabriel 1. tom. commun lib 10. verbo Legatum, fol. 19. num. 6. Mantica de coniectur. vltim. volunt lib. 11 titul 6. Enriquez lib. 11. de matrim. cap 6. num. 6. vltra quos videndus Nouellus de nuptijs, cap. 44. Bald. conſ. 339. lib. 4. Gomez lib. 1 cap. 12. num 78. Garro de ſecund. nuptijs, ad Rubr. Graſſus receptarum, § Legatum, quæſt 50. num 4. Sintagm. iuris Tholoſ. lib 6. cap. 26 num. 12 Alciat lib. 2 Parergon. cap. 21. Menoch. lib. 4 præſumpt. 184.

7 Licet enim aliquibus placuerit quod nec viduitas temporalis iniungi poſſit, nec valeat, vt verius dixit Acoſta in d. limit. 8 nu 3. per text in l. Inteſtato, § Si quis libertam, ff de ſuis, & ligitim. hære. & ex text in l. Titio, § Serui vſusfructus, ff conditio, & demonſtratio, quæ iura cum alijs pro hac ſententia citat Acoſta vbiſupra, adſtruens diuerſum eſſe, vel nuptias prohiberi reſpectu certarum perſonarum, quia tunc illa prohibitio valida eſt, ex l Cum ita, & ſeq ff. de conditio, & demonſtratio. l. Hoc modo eod. Coſta in d § Si arbitratu, amplia. 8 vbi tenet reſpectu certarum perſonarum, & certi loci, ne Vlyſippone nubat prohibitionem valere, Molin. de iuſt tract 2. diſput 207. Mantica lib. 11 tit 19. nu 6. Meres de maior. 1 part quæſt. 51 num. 1. Sanchez de matrim d. diſput. 34 nu. 38. & 39. Vel prohiberi ad certum tempus, quia hoc caſu prohibitio non valet ex Croto in repet. l Nemo poteſt. num 43. ff de leg 1.

Tamen etiam ſequendo hanc opinionem tunc erit reprobanda contrahendi prohibitio ad tempus, quando abſolutè nuptiæ prohibeantur pro illo tempore, vt dixit idem Coſta dict. limit. 8 num. 7. non tamen habet locum in prohibitione ad tempus non abſoluta, ſed de non contrahendo ſine parentis conſenſu, quo caſu viduitas non inducitur, nec temporalis, ſed magis conſenſus patris pro honeſtis nuptijs comparandis adhibetur, & adhuc licet contrahere cum prædicto conſenſu. Imò idem Coſta d. limit. 8. in fin. ex iuſta cauſa temporalem viduitatem abſolutam, vt nullo caſu contrahatur admittit ex authoritate, Alber. de Roſatis in l. Adoptiuum, § Patronum, num 2 ff. de in ius vocand. ex Cumano in dict. l. Sed ſi hoc, § fin. verſ. Poteſt ergo, quod probatur in d. § Si vir ibi: Quia magis cura liberorum quàm viduitas iniungitur Gil. d. 3 p n 28.

Cum ergo ex iuſta, & approbata cauſa à teſtatore conſiderata temporalis viduitas poſſit iniungi, nulla maior cauſa excogitari poteſt quàm vt lex prohibeat filiarum nuptias patribus inconſultis, ne præcipiti iudicio copulentur indignis, quare illud quod teſtatori licet à fortiori legislatori debuit licere, Gil. vbiſupra num. 30 cum in eo magis munus paternæ obedientiæ comendaſſe, quam pœnam irrogare vele videatur, vel viduitatem inducere: Nam iuri naturæ quo parentes in liberos funguntur, ſub quorum ſunt poteſtate conuenit, ne citra patris cōſiliū aliquod de re tam graui, vt eſt matrimonij vinculum, à quo totum vitæ inſtitutum pendet filius deliberet, & ipſa perpetuitatis ratio, & amoris nexus, quo debent coniuges vinciri, per quam maturum conſiliū in paciſcendis, conſiliandiſq; nuptiis expoſcit, ne facti quod leuiter contractum eſt diu contrahentes pœniteat, verba ſunt Menochij conſ. 69. num. 27.

Ex quibus ſic præiactis elicitur verus 8
ſenſus huius Ordinationis, vt ſcilicet valida lex ſit exiſtimanda, quia filia cōtrahendo ſine patris conſenſu lædit ius patris, Palud in 4. diſt. 28. quæſt 2 n. 10.

Alciat,

Alciat de patria poteſt.effectu 6 fol.109. & ob grauem iniuriam patri irrogatam propter modum contrahendi reprobatum in d. Auth. licitè valet exhæredari, modus enim ille contrahendi (licet matrimonium valeat) à lege non aprobatur, imò præſumitur ſemper in familiæ luctum, atq; conſanguineorum dedecus, explicat Cuiac lib.3 obſeruat.cap.5. & in terminis tenet gloſ. in cap De raptor. verbo Excuſata 36.quæſt 1. & gloſ. 1 in cap. fin.32. quæſt.2. Alciat.in l. 2. §.Quod ſi in patris, num 28 ff. ſolut. matrim. Palatius in repet 3 notab. § 5. fol 198.Coſtanus tractat de dotib.cap.3. num 19. Duaren de nuptijs cap.2. ad fin. Maticenſo l. 2. titul.5. lib.5 Ordin. gloſ. 4. num 1. Dixit Felin. in cap Eccleſia, num.59 de conſt. Nouellus de dote 6.part priuil 16. num. 6. Ioannes Lupus in d.cap Per veſtras, notab.3.§ 3. num 9. Montaluus lib.2 titul. *De los caſamientos*, lib 3 fori, Menchaca ſucceſ. creatio.part.1 lib 1.§.10 num.628. Perez lib.Ordin tit 15.lege 1. fol 284 verſ. *E ſi qualquier*, Sarmiento lib. 1. ſelectarum, cap 11. num. 8. Molin lib.1. de iuſtitia, tract 2 diſput.176 fol.1043. Barboſ dict. 4. part.num. 36 & ex Theologis aliqui quos citat Sanchez de matri.lib.4. diſp. 25. n 1 ad fin.

Nec obſtabit quòd ſupra pro contra-
9 ria parte ponderauimus, nempe matrimonij contrahendi libertatem ſaltem indirectè reſtringi ex tali lege, vt in terminis dixit Afflictus lib 3.conſtit rub 19. num.13. Maticenſo d.l.2.tit 1. lib 5. gloſ. 4. num 4. Satisfit enim quòd dum lex principaliter intendit ſuæ Reip conſulere prohibendo nuptiarum modum peccaminoſum, & reprobum non eſt dicendum quod aliquid circa matrimonia diſponit, quæ per ſe firma & rata habentur, Barboſ d. 4.part. verſ Sed his tantumq; attendit ad modum inordinatum contrahendi, & licet peraccidès aliquo modo videatur offendere libertatem eccleſiaſticam illud non impedit, quominus iuſta reputari debeat, cum illud peraccidens, & citra legis intenſionem accidat, maximè cum iuri Canonico obuiare lex ciuilis non dicatur, quæ ad tempus nuptias prohibet; non abſolutè, ſed cum reſpectu ad conſenſum patris, quem filia ſine delicto non omittit, & in ſpecie aduertit Bal. in l. Omnem, ad fin.Cod ad Tertul Syluan. conſ 2.num 43.Caſſaneus in Cathalog. 12.part conſ 36. Gama deciſ.334 Barb. vbiſupra, num.37. Imò dum cohibet filiæ inobedientiam metu exhæredationis, non contra ius diſponit, ſed potius ampliat ipſum ius Canonicum, quo attento filia peccat nubendo, vt per Menoc.d cõſ.69.vbiſupra & lex ciuilis quæ circa ſubſtantialia matrimonij ſe non intromittit, validè poteſt addere pænam in his quæ lege canonica prohibentur, explicat eleganter Guterrez pract.lib 2. cap 1. num.16. 17.& ſeqq. Gomez l.49. Tauri num.fin. licet Azeued. ad l.1. *De los caſamientos*, num.53 in fin. opinetur legem illam ſublatam eſſe per S.Concilium Tridentinum.

Nec obſtabit ſupra reſolutis quòd dũ lex prohibet ne filiæ ſine parentum cõſenſu nubant, vtiq; diſponit quod arbitratu parentis matrimonium eligat, quæ conditio arbitratus à matrimonijs remittitur iuxta vulgatas traditiones, in l. Cum tale, § Si arbitratu, ff.de conditio. & demonſtrat. ibi: Sine arbitrio titij eam nubentem legatum accipere. Reſpondendum eſt, eamq; legis ſententiam videri, ne quod omninò nuptijs impedimentum inferatur: remittitur enim arbitratus conditio per legem Æliam Sentiam, quia à liberis procreãdis auertat, & pro legato ſic relicto remiſſa arbitratus conditione competunt actiones, acſi tale legatum præſens eſſet, iuxta l.1. C.commun.de leg.ex Alex. in l.1. §.Lex Falcidia, ff ad l.Falci, num pen.

Quod cum ita receptum ſit in legato concepto in arbitratum alterius, à fortiori debet obtinere in diſpoſitione con-

concepta in conſenſum alterius, provt Ordinatio dicit ne ſine conſenſu patris nubat: nam conditio arbitratus honeſta de ſe videtur, & obſeruanda, arg l. Cum ita, ff. cond. & demonſtr. ibi: nec videri tali conditione viduitatem inductam, cum alij cuilibet ſatis comode nubere poſsit, & ita arguit Cuman. in l. Turpia, § 1. ff. de leg. 1. & in d. §. Si arbitratu pungit Coſta in ampliat. vlt. num. 2. maximè cum in arbitratu nulla ſit mora cum ad boni viri arbitrium referatur; & nulla mora ſit in boni viri arbitrio, arg. l. 1. ff. leg. 2. l. Si filiæ, ff de leg 3. In diſpoſitione autem collata in conſenſum alterius longa eſt differentia, quia omnes agnoſcunt non valere conditionem requirendi conſenſum alterius, cum maxima mora in nuptijs inducatur contra dict. §. Si arbitratu, vbi prohibetur ne quod omninò impedimẽtum nuptijs fiat quod ad minimum impedimentum refertur, l Mulier §. fin. de conditio. & demonſtratio, Gomez in §. Pœnales nu. 4 inſtit. de action. cum ergo arbitratus conditio remittatur, quia dum mulier cogitur arbitrium requirere à nuptijs retardatur, idem à fortiori debet recipi in conſenſu, in quo eadem mora eſt, dum voluntas titij exploratur, & conſulitur: & inſuper in eo plus grauat, & moram inducit, quod talis conſenſus ſequi debet, dixit Coſta limit. 11. num. 5 ad fin. in eo enim differt conſenſus à conſilio, quod obligatus alterius conſenſum requirere illud ſequi tenetur, atq; ideò conditio remittitur, Matica de coniect. lib. 11 tit. 18. num. 11. qui verò iubetur de conſilio alterius nubere conſilium obligatur expoſcere, quod tamen ſequi nõ obligatur, & ideo valet conditio petendi, nec viduitatem temporalem inducere dicitur; Doctores in cap. Cum olim de arbitris, Bart in l. 1. § Si plures, ff excercitor: & eſt communis ex Aymon. conſ. 1 num 3. Guillel. in cap Raimuntius, verbo Qui cum alia, n 88. Coſta d limit. 11. Molin. de primog. cap. 13. lib 2 num. 35. Pelaes de mai. lib 1. quæſt 50. licet ipſe contrariam ſequatur, vt ne conſilij conditio valeat, cum moram in contrahendo inducat, & aliquando difficile eſſe poſsit conſilium requirere, vt ex num. 4. & ſequentibus, ex eodem Coſta videri poteſt.

10 Reſpondetur enim omnia ſupradicta nobiſcum non pugnare, licet enim dicamus legatum colatum in conſilium, vel conſenſum, vel arbitratum titij valere, & remitti conditionem, ne nuptijs impedimento ſit, illud quidem procedit in legato relicto ſub arbitratu conſilio, vel conſenſu extranei, non verò in legato relicto filiæ, vt de conſenſu parẽtis nubat, licet enim in extraneis conditio remittatur fauore matrimonij, vt in d. § Si arbitratu cũ ſimilibus vt per Molin de primog. cap. 13 à num. 35. lib. 2. Menchac. Illuſt. lib. 3 cap 94. num. 14. Caſſus § Ligatum, quæſt 50. num. 9. Mantica lib. 11 tit. 18 num 8. Antonius de Prato conſ. 136 num. 17. 1. tom. inter Conc Zilet Nihilominus tamen ſi cõditio arbitratus, vel cõſenſus ad patrem ipſum dirigatur vtiq, valere debet, & obſeruari, cuius rei illa eſt ratio, quia in extraneis, vel conſanguineis ille arbitratus, vel conſenſus à puela explorari iubetur à teſtatore, in eo caſu, in quo filia conſenſum extranei requirere de iure non tenetur vt matrimoniũ contrahat: & aliquo modo libertas matrimonij impeditur, dum mora fit, in tali conſenſu exigendo: & propterea talis conditio remittitur, Coſta d. ampl. 11. num. 13. in fine, & limit. 11. num 2. At verò quando in arbitratum conſilium, vel conſenſum patris legatum confertur, ſi attento iure ciuili loquimur, illa conditio honeſtiſsima eſt, nec vllam moram parit: certum enim eſt eo iure matrimonium á filia contrahi non poſſe ſine parentis conſenſu, ex d. l 2. dum ergo legatum relinquitur filiæ ſub conditione, quæ ineſt á iure, nihil exprimitur quod

naturam

naturam actus immutet,ex quo in nuptijs mora inducatur, atq; ex eo non eſt, cur remittatur conditio , atq; ita hanc opinionem vt veriorem amplectitur, Flores in additione ad Gam. deciſ. 314. vbi citat Antonium de Prato conſ 136. num 17. 1.tom. Benedictus Gil. 3.part. l.Titiæ, num.31.

11 Si verò loquimur attento iure Canonico, & hodierna Concilij diſpoſitione ſecundùm quod omnimoda libertas requiritur in matrimonio contrahendo , magis dubia redditur huius quæſtionis deciſio , cum aliquo modo mora in nuptijs inducatur , etiamſi in patris voluntatem conditio conferatur, & ita tenuit Coſta ampliat vltim.nu 14. quia licet honeſta ſit illa conditio in patris voluntatem poſita,tamen remittenda eſt in matrimonij fauorem, ratio eſt quia non ſufficit conditionem eſſe honeſtam de ſe,vt non remittatur, quia licet honeſtiſsima ſit irritatur cū aliquod impedimentum, vel moram inducat, prout eſt illa quæ in voluntatem patris confertur.

In hoc tamen articulo dicendum eſt quòd vel legatum relinquitur filiæ ſi nubat ex arbitratu , vel conſenſu patris ſimpliciter ſine vlla temporis præfinitione , vel cum reſtrictione ad certum tempus , veluti ad vigeſimum quintum ætatis annum.

12 Primo caſu dicendum videtur quòd ſicut per ius Canonicum matrimonio contrahendo omninò libertas tributa eſt,qua eximitur à parentum conſenſu,& arbitrio,vt per Menoch dict conſ. 69. Tamen eodem iure attento , filij conſenſum patris requirere tenentur ſub peccati nota,& eoſdem parentes iniuria afficiunt præcipue filiæ, ſi ſine eorum facultate matrimonia ſibi eligant. Vnde ſicut iuris ciuilis diſpoſitio ab eodem iure Canonico iuuatur vt in matrimonio omnimoda libertas deſideretur eodem etiam iure Canonico non debet cenſeri abrogatum circa tempus à lege præfinitum , vt ſine licentia parentum filiæ nubant ſine exhæredationis metu,quod ad 25. ætatis annum extenditur,ex dict. Auth.vt cum de appel. §.Si verò quis vſq; ad 25. coll.8. & in d. Auth. ſed ſi poſt , Cod. de inoff. teſtam. vbi filiabus interdicitur ne intra 25 annum nubant , quæ leges adimunt filiæ iniuſtam libertatem , vt cum dedecore parentum contrahant impune , & ſine metu exhæredationis , & quando vſque ad 25. ætatis annum hæc libera contrahendi facultas filiabus denegatur non tollitur iuſta libertas,ſed iniuſta, & quæ contra leges , & ad illud vſque tempus nulla mora eſt in filiarum nuptijs , reſpectu parentum , ad quos illa cura ſpectat , l Qui liberos , ff. ritu nuptiarum, tranſacto autem illo tempore, meo conditio remittetur quaſi mora contracta ſit a parente. Vnde fit quòd quando conſenſus patris ſine reſtrictione temporis deſideretur illa conditio neceſſario durare debeat vſque ad 25. annum, vt poſt illud remiſſa ſit , vt matrimonio mora non fiat.

In ſecundo verò caſu citra dubium, 13 valet conditio , vel legatum ad illud vſque tempus in patris conſenſum collatum ex ſupradictis rationibus , cum nulla mora ad illud vſque tempus interſit in patre , ſicq; debent accipi quæ Cotta in dict ampl vltim num.13 dum habet conditionem ſi de conſenſu ſui patris nupſerit remittendam eſſe , vt intelligatur talem conditionem ad 25 annum durare, quod lex parentibus conſtituit quaſi ligitimum ſpatium , quo filiabus matrimonia iuſta exquirant , intra quod nulla in ipſo patre debitore mora excogitari poteſt, magis enim cura liberorum quam viduitas iniungitur , vt inquit l. Sed ſi hoc , in §. fin. ff. cond & demonſt. aliquid enim parentibus condonandum eſt , ne ſicut extranei habeantur , & cùm nuptias filiabus parare non ita facile ſit, vt ſtatim remittatur conditio conſenſus , quæ hone.

honeſtiſsima eſt, & à iure communi inſit, & filiabus indicatur. Extranei enim non de alienis filijs cogitare præſumuntur, nec adeo ſoliciti ſunt de nuptijs alienis vt eorum voluntas, ſeu conſenſus ſit aucupandus, quod tamen in patre naturali aliter ſe habet, qui totus filijs, & eorum vitæ incumbit, aliter daretur occaſio vt filiæ ſprætæ patris reuerentiæ occaſione legati ſibi relicti ad nuptias conualerent ante 25. annum cum parentum dedecore, & quod in earum fauorem inuentum eſt in earum odium retorqueretur, dum occaſione huius libertatis vt vitaretur mora, quæ in nuptijs abeſſe debet ſuccederet præcipitatio, ex qua maiora mala oriretur proſequitur Benedictus Gil dict. 3 part. num. 31. vbi eleganter.

14 Nec obſtabit l. Filiæ ſuæ, ff. de condition. & demonſtration. vbi pater iuſſit filiam arbitratu titij nubere, & tamen ibi arbitratus remittitur, ibi: Si Attia filia mea arbitratu Lucij titij nupſerit, ei tot aureos hæres meus dato, titio ante teſtatorem mortuo filia nupſerat quærebatur, an legatum ei deberetur reſpondi deberi: ex qua lege colligitur quòd eodem modo reprobatur arbitratus extranei, ac ipſius parentis, nam ille qui loco parentis arbitraturus erat ex ipſius comiſsione, vel delegatione vtiq. ipſum repræſentat, & perinde habendus, acſi ipſe pater arbitraretur, l. Theopompus, ff. de dote prælegat. Cum ergo illius cui pater comiſit arbitratus remittatur à lege pariter è conuerſo ipſius parentis arbitratus remitti oportet, ſicq. explicauit Coſta in dict. §. Si arbitratu, limit. vltim. num. 14. quam multis rationibus ibi confirmat: Sed non bene videtur aduertiſſe quòd ille text. ſolùm probat quod arbitratus conditio comiſſa extraneo ſemper remittenda ſit, vel à quocunq. extraneo, vel ab ipſo parente inducta ſit, cuius rei illa eſt ratio quia non mutat rei naturam arbitratum eſſe à parente comiſſum, cùm à perſona extranea explicetur, cuius conſenſum, vel arbitratum cum filia non teneatur expectare iam in nuptijs mora inducitur, nec poteſt dici quòd ipſe repræſentet patrem, quia aliquæ ſunt qualitates, in quibus non datur repræſentatio veluti eſt patria poteſtas, & ius ſanguinis ratione, quorum leges voluerunt vt parentibus ille honor debitus obſeruaretur.

Ex quibus patet non rectè Coſtam è 15 contrario ſentire idem dicendum eſſe in arbitratu patris, de quo nec lex loquitur, nec eadem eſt, ſed longe diuerſa ratio. Sic pariter erit reſpuenda interpretatio Antonij de Prato in dict. conſ. 136. nu 17 qui è conuerſo ſentit, quod ſi pater alteri comittat arbitratum conſenſus illius cui pater comiſit pariter expectandus eſt, ac ipſius parentis conſenſus expectari debuit, in quo fallitur, nam licet parentis arbitratus ſit expectandus, ſaltem vſque ad 25. annum, vt ſupra dixi, non militat eadem ratio in conſenſu eius cui ipſe comiſit, cum circa illud leges ciuiles parentum induſtriam elegerint ob naturæ nexum, quo dato nulli alij comitti poteſt illa cura filiorum.

Vnde in arbitratu patris vſq. ad 25. annum conditio pendebit, reſpectu verò illius cui pater comiſit, ſtatim remittetur conditio iuxta text. in dict. l. Filiæ ſuæ. Pariter cauendum eſt ab eodem Coſta nona ampliatione, num. 6. dum habet quód ſi alteri ex duobus amicis legatum relictum ſit, ſi alter non nubat, quod ſtatim remittenda ſit conditio: Nam aduerto quòd non omnis mora, & viduitas temporalis remittenda eſt, ſed illa quæ non probabilis eſt, nec iuſtis de cauſis fit, dixit idem Coſta limitat 8. in fine, citans Albert de Roſatis. Iacob. de Belouiſo Cumunam, & alios. Vnde attendere debemus an ex hoc legato aliqua iniuſta mora inducatur nuptijs amici, & certe nullam reperio,

cum

cum ex eius arbitratu nuptiæ non pendeant, nec ex ipſius conſilio, vel conſenſu ſint eligendæ, imo potiùs videatur legatum relictum ſub conditione caſuali, ſi nupſerit, quod idem eſt, ac ſi nauis ex Aſia venerit, in quo legatum non eſt præſens, ſed ſub conditione debetur ſi nubat, in quo legato legem Æliam Sentiam, non habere locum certi iuris eſt.

Nec obſtabit textus in l. Hæres meus,
16 § fin. ff. de cond. & demonſtr. vbi ſtatuitur legatum relictum patri, ſi filia nõn nupſerit, vel è conuerſo filio, ſi pater nõ nubat non valere, in quo videtur decidere contra ea quæ ſupra diximus, dum aſſerit ex tali legato, etiamſi de arbitratu, vel conſenſu non fiat mentio fieri fraudem legi. Sed reſpondetur ideo in eo textu, in primo caſu cenſeri legatum relictum in fraudem legis, quia relictum erat patri, in cuius poteſtate filius exiſtebat, & in cuius manu ſunt filiorum nuptiæ, qui potuit filiam in matrimonium alij non collocare, & faciunt quæ in tutore, ſcribit Bart. conſ. 45. relatus à Iaſone, in l. Titia, num. 12. ff. de verbor. obligatio. pungit Coſta d. limit. 9. in fin. In ſecundo autem caſu, quando legatum eſt relictum filio, ſi pater non nubat, dicendum eſt quòd hodie iure nouiſsimo illa conditio viduitatis valebit, ex auth. cui relictum, Cod. de indicta vid. tol: Bart. conſ. 184. Vincent de Franch. deciſ. 174. Menoch. præſumptio. lib. 4. cap. 148. num 15. Cotta in memorab. verbo Conditio adiecta, Rolandus á Vale conſ. 35. num. 17. lib. 3 Hipol. ſingul. 215. habere tamen lex locum poteſt caſu, quo pater filium habeat in poteſtate arrogatum, cum nunquam ipſe duxiſſet vxorem, cui viduitas iniungi non poteſt tunc conditio remittetur, & meritò quia ex coniunctione perſonarum, cum vna & eadem perſona filius, & pater cenſeantur, poterit pater ne filius legatum amittat à nuptijs abſtinere, atq; ideo ibi fraus conſideratur, ob quam conditio remittenda eſt, quod ſecùs eſt in noſtro caſu vbi arbitratus conditio ad ipſum patrem refertur, cum temporis præfinitione vſq; ad 25. annum, cumq; viduitas ratione certarum perſonarum, & certi loci induci poſsit, etiam perpetuò, vt ſupra diximus, non inconuenit vt ratione certi pemporis etiam poſsit induci, cum ex iuxta cauſa fiat: valet enim argumentum de perſonis, & loco ad tempus, l. Qui plures liberos, ff de vulgar. & pupil. Coſta limit 8 n 2.

Sic explicatam noſtram regem regiam, amplia primó, vt habeat locum 17
filiæ exhæredatio, etiamſi ipſa cum patre non habitet tempore quo ſine eius conſenſu contrahit matrimonium, vel turpiter ſe geſsit: & aperté colligitur quòd hæc Ordinatio non attendit ad filiam quæ cum patre habitaret, cum indiffinité loquatur de quacunq; filia, potuit enim ex cauſa apud conſanguineum comorari, uel in monaſterio, vt ſæpè fieri ſolet inter nobiles, nec habitatio in domo paterna aliquid addit delicto, cùm lex nec habitationem in domo, nec patriam etiam poteſtatem attendat, ſed ſolùm reuerentiam parentibus debitam, quæ in filia extra domum habitante: & quod magis eſt in ea quæ extra poteſtatem patris eſt conſideratur, faciunt quæ Couarr. in cap. Rainutius, in principio, num 20. de teſtam. vbi dicit quòd filia quæ clandeſtinè contrahit, licet poſtea ingrediatur religionem, exhæredari poteſt, etiamſi cum patre non habitaret, ſequitur Azeued. ad l. 1. *De los caſamientos*, quæ eſt l. 49. Tauri num. 52. quod autem lex regia ad patriam poteſtatem non attenderit, probatur quia conſenſum patris deſiderat, vel matris, quæ tamen filios in poteſtate non habet, § Fæminæ inſtit. de adoption. ex quo erit etiam amplianda hæc Ordinatio ad filiam emancipatam, & viduam, quæ ante 25. annum, ſine patris conſenſu ſecundo nubat, de quo infra dicemus. Vnde

non ſecurè videtur reſpondiſſe Couarr. in 4. 2.part.cap.6. in princ. num.21. & ſeq. dum ad pœnam legis incurrendam exiſtimat neceſſarium, vt filia cum patre cohabitet, idē ſequitur Alfonſus à Vera Cruce in Specul.coniugio. 3.part. art.20.concluſ.2. Contrarium enim eſt verius, vt per Azeued. dicto loco, & Caſtellum ibi, num.fin.

Ampliabis ſecundò, huius legis pœnam habere locum etiamſi filia in facie Eccleſiæ contrahat matrimonium, ratio eſt quia lex factum punit ſimpliciter quare non eſt curandum, an ſolemniter, vel ſine ſolemnitate fiat, quia eo caſu propter iniuriam patri illatam, & in ipſius recompenſam hæredite priuatur, vt verius exiſtimat Aleiat.in l.2. §. Quod ſi in patris, num.28.ff.ſolut matrim. & in ſimili probatur in cap.fin.de ſecund.nup. vbi Panormit.num.3. probat Pallatius in cap. notab.3.§.5. Pariſ. conſ. 29. ex num. 35. lib.3. Obſtat tamen quód de iure Canonico patris con ſenſus neceſſarius non eſt, cumq; filia in facie Eccleſiæ contrahit facit actum licitum, & non punibilem. Ergo non poteſt exhæredari dote, vel alimentis priuari vltra plures, quos citat Sanchez lib.4. diſput.25.num.2. dixit Hoſtienſ. in cap.1.de diſpenſat. impub. vbi Abb. num. 5. communem opinionem teſtatur Gregor.in l.10.tit.1 part.4 gloſ. mag. verbo *Puedela*. Vbi addit quod tunc poterit exhæredari, ſi nubat indigno, in quo illam reprobat Guterr. lib.2. pract. quæſt.1. num.5 & fin. Molin. vbi ſupra, num.8. Couarr. num.5.& 7. Eandem ſententiam amplectitur Couarr.in 4.de ſponſal.2.part. cap.3. §.8.num.5. communem dicit Soarez titul. *De los caſamientos*, verſ. In quantum, fol.67. vbi reſpondet ad auth ſed ſi poſt.Cod.inoffic. teſtam. Molin. de primogen. lib.2. cap.16.num.6. Meno. qui veriorem dicit de arbitrar caſ.452.num.8. Perez in l.1.titul.1.lib.5. Ordin. Guterrez vbi ſupra, num.2. & eodem modo ſublatam, l.4.titul.1.lib.5. quæ exhæredandam eſſe filiam ſtatuit nubentem ſine fratrum conſenſu, in quorum adminiſtratione remanſit, dixit Menchac.de ſuccesſion. creat.§.10. nu.644. & Roder. Soarez vbi ſupra.

In qua difficultate ſolet diſtingui, quòd ſi filia ante 25. ætatis annū, digno viro nubat non poterit exhæredari, quæ opinio Canoniſtarū eſt:cum enim nupſerit digno non poteſt pater prætendere ſe affectum iniuria: inobedientia autem quam filia videtur incurriſſe ei imputari non poteſt,cum vſa fuerit permisſione iuris canonici,arg.d.l.Gracchus Secus tamen eſt ſi nupſerit indigno quia tunc poterit exheredari,iuxta Legiſtarū opinionem,tunc enim pater iniuria afficitur,iuxta text.in l.3.§.Si emancipatus, ff. de bonorum poſſ. contra tabul. & dicit communem Mench. de ſucceſſ.creat. d. §.10.num 634 ac proinde licet ex permisſione iuris canonici valeat,matrimonium tamen in compenſationem iniuriæ, poterit pater filiam exhæredare: & ita expræſſe gloſ.verbo Excuſata, in fin. in cap.De raptoribus, 36.quæſt.1. & ibi Archidiacon. & notabiliter Ancharr. conſ.21.num.10. Panorm.conſ.12.nu.3. lib.1.& eſſe magis receptam dicit Rippa d.l.1.n.59. ff ſol.matr. Ruinus conſ.131. n.5 lib.4 & Capell. Tholoſ. quæſt.289. Guillel.in cap Rainutius, verbo Dotem n.33. Corraſ. in l. Qui liberos, nu.100 ff. riptu nupt. & latè Pariſ.conſ.29 nu.28. lib.3. licet contrarium tenet Detius in d.l.Nuptias, num.14. & conſ.231. num.5. quæ tamen diſtinctio confunditur quia filia nubendo licitè non afficit patrem iniuria, etiamſi indigno nubat, ex Imol. in cap Accedens, de procurator. Alex.in l.1.num.33. ff.ſolut.matrim. dummodo ſecundū ipſos minor dos, vel alimenta filiæ præſtentur ſecundùm mariti indignitatem, probat Guterrez vbi ſupra,num.5. & ſublatam aſſerit dict l.3. § Emancipatus, nec obſeruari, num.11. & fin, Sanchez d.q 25.nu.3. quare idem

Guterr.

Gutierrez num.5.verſ.Hæc tamen,aliter componit diſtinguendo inter matrimonia clandeſtina, & alia quæ in facie Eccleſiæ contrahuntur, vt in prioribus valeat admitti exhæredationis pœna,ex eo quod accedat actui de iure canonico reprobato. Secùs autem in matrimonio contracto ſine conſenſu patris, ſine clandeſtinitate,& publice, vt ex nu.28. verſ.Et primo, vſq; ad finem, latè proſequitur Molin.de primog lib.2 cap.16. num.9. cuius diſtinctionis illam aſsignat rationem, quod circa clandeſtina matrimonia pœna valeat cum pœnas iuris canonici adiuuet, poteſt enim inferior addere pœnas legi ſuperioris, vt ex n.14. idē dixit Molin.d.cap.16.n.10. & 11. quæ tamen diſtinctio confunditur ex his quæ ſupra diximus circa validitatem huius legis.

Idcirco dicendum eſt quòd etiamſi agnoſcamus ex iuris canonici conſtitutionibus liberum eſſe filiabus valide ſine parentum conſenſu contrahere,& ex tali matrimonio indiſſolubile reſultare vinculum, tamen adhuc in modo contrahendi poteſt filia abuti libertate ſibi conceſſa, dum intra annum 25. ſpreto patris conſilio, virum elegit, in quo & peccatum verſatur, & inobedientia, vt ex Azor.& alijs ſupra probauimus Cūq; ratione illius temporis, & ex iuſta cauſa valeret inducta viduitas rectè puniri potuit amiſsione lucri,vt Reipub.quieti conſulatur, cum eo caſu contrahatur quædam inhabilitas, quæ etiam ex actu licito,& valido incurri poteſt.

Si autem digniori nubat ante 25. annum,ipſa pœnā non euitabit, licet maritus pœnam euitet, quæ ei imponitur per legem regiam,lib.5.tit.22 in fin vbi ei imponitur pœna amiſsionis bonorum.

18 Amplia tertio, hanc Ordinationem locum habere licet filia quæ in corpus ſuum peccauit, poſtea emendetur, vel quæ ſine patris conſenſu contraxit, poſtea cum patre reconcilietur, licet enim per talem emendationem, attento iure communi,filia non poſsit poſtea exhæredari, ex text in l.Imperialis, Cod.de nuptijs, Hipol.ſing.413. Iaſ.in l.Ius autem, num 29 ff.de iuſt & iur. Barboſ in l.1. 4.part.num 45. & docuit Alex.in l.1. num.35. ff.ſolut.matrim. & ibi Rippa num.71. Coraſius in l. Qui liberos, num. 101. ff. ritu nuptiar. & dixit communem Cotta in memorab. verbo Filiusfam. & eo caſu poſſe cogi patrem eam dotare, dixit Nouel de dote, 6. p. priuil.16.col.4.Guillel.in cap.Rainutius verbo Dotem dedit, nu 40. Tamen attento iure regio illa interpretatio exploditur cum emenda ſuperueniat exhæredationi, quæ ipſo facta incurſa eſt, patet ibi: *Por eſſe meſmo feito*, quare illa omnia quæ à ſupradictis traduntur debent accipi quando talis emendatio ante exhæredationem interueniat, non quando à parte poſt vt in præſenti, quo caſu ius fratribus eſt quæſitum,quód ab ipſis aueli nequit. Sicq; pariter dicendum eſt quandò pater cum filia poſt nuptias reconciliatur: nam licet attento iure per reconciliationem iniuria remitti ſoleat,vt in d.l. Imperialis,ibi:Tātum probatur filiam emendatam dignā eſſe venia,ſed quod pater cogatur iniuriam remittere,ille textus non probat & aſſertiones Doctorum aſſerentium, quod exhæredari nequeat filia reconciliata cum patre,ex doctrina Bartol.in l. 3 §.fin. in fine,ff adimend. legat. Claudij in l 1. col 5. ff.ſolut. matrim. Ruini conſ.131.nu.2.lib.4. exponi debent vbi exhæredatio iam perfecta non eſt,quod tunc per ſuperuenientem reconciliationem tollatur, aliàs quando exhæredatio ipſo iure incurſa eſt, ex text. in l Filio quem pater, ff de liber.& poſth.vbi Iaſ num 8 & 10. ita reſoluit Soarez tit. *De los caſamientos*, num. 38. Couarr. in cap.Rainutius,in princ.num.17. Proinde non videtur tuta ſententia Bal. in l. Si filia,C.inoffic.teſtam aſſerentis quód ſicut filius ingratus non poteſt poſt

pænitentiam alimentis priuari, ita nec exhæredari, aduertere namq; debuiſſet exhæredationem licitè per legem admitti ad vindictam culpæ proindè ſicut pænitentia non prodeſt delinquentibus ad vitandam pænam, gloſ. vltim in cap. Gaudemus de diuort. Abb. in cap. De his, de accuſ. ita nec pænitentia filij ingrati, nec ſimiliter reconciliatio, iuxta Ordin in præſenti, ne tlais reconciliatio tunc operetur cum reliquorum filiorũ præiudicio. Poterunt ſupradicta applicari ad §§. ſequentes huius Ordinationis in quibus pæna exhæredationis ab ipſa lege non inducitur, ſed fit parentibus permiſsio vt filios exhæredare poſsint, prout quando digniori nubit, data enim reconciliatione ceſſabit exhæredatio, ex Bart. in l. 3. §. fin. ff. adimed. leg Ruinus, conſ. 131. num. 4. lib. 4. Barboſ. vbi ſupra n. 48.

19 Amplia quarto, vt legi locus ſit etiã ſi filia cum matre comoretur, quæ illud idem crimen comiſit, & ſine parentum conſenſu contraxit, quia licet filia excuſari videatur, eoquód matris mores ſequta fuerit, ex his quæ Doctores in l. In arenam, Cod. de inoffic. teſtam. mores enim quos in ſe approbauit in filia, mater reprobare non poteſt, arg. l. Viro, & vxore, ff. ſolut. matrim. Tamen filiam non excuſat matris delictum, Gil. dict. 3. p. n. 46. Vnde non bene videtur loquutus Surdus de alim. titul 7. quæſt. 4. num. 12. dum habet quòd ſi mater eſt meretrix, filiam peccantem in corpus ſuum alimentis non poteſt priuare: non enim delictum filiæ excuſatur matris exemplo, nec lex ad illud attendit: ſed ad delictum filiæ, quæ ex facto proprio punitur, nec circunſtantia excuſat dantem operam rei ilicitæ.

20 Videtur tamen excuſandum Surdum in eo ſenſu vt nec exheredari poſſet ſi ſe proſtituit quando exemplo matris id fecit, quæ meretrix erat eo tempore, quo ſub eius adminiſtratione retinebatur, dicit communem Mench. de ſucceſſiô. creatione, libro 3 §. 30. 3. part limit. 34. nu 172. Viuius commun. lib. 1. opin. 130. & fuit Iaſ. in d l In arenam, num 6. Couarr in cap. Raynutius, num. 15 & diſtinguit Saiſon. in d. l In arenã in matre quæ in iuuentute fuit meretrix, vel in ſenectute.

Amplia quinto, vt non ſolùm filia peccans in corpus ſuum, vel ſine patris, aut matris conſenſu nubens: verùm etiam neptis ex ipſa filia ab aui ſucceſſione remoueatur: obſtat tamen quòd nepos matre mortua ad aui ſucceſsionẽ admittitur iure proprio, non autem iure tranſmiſsionis, ex Bart. in l. 1. ff de cõiungen. cum emancip. § Si filius & in l. 1. §. Si ſit, ff. collat. bon. quem citat Iaſ. in l. Si arrogator, ff de adoptio. nu. 20. quare non debet ei nocere matris inhabilitas, vel indignitas. Verùm ſatisfit quod verius eſt nepotem ex filia non admitti, cum matre excluſa, ipſe quoq; excluſus maneat, quia delictum eius filijs nocet, & dixit communem Romanus conſ. 40. Caſtaneus fol. 88. col. 1. Palatius in rep. cap. §. 27. num 20. Decius conſ. 85 n. 8. ad fin & num. 9. quod in noſtro caſu, ſine dubio, procedit vbi pæna ipſo iure incurſa eſt, & actus perfectus, per quem bona reliquis filijs à lege ipſa applicantur, quo caſu matre ſemel excluſa, & effecta inhabili eius filij nequeunt admitti, ex celebri doctrina Pauli in Auth ſi captiui, Cod. de Epiſcop. & cler. vbi filia excluſa à bonis parentis, quod eum à vinculis, & captiuitate non liberauit nepotes non admittuntur ad hæreditatem aui, ex eo quia illa bona Eccleſiæ applicantur à lege ipſa in odium filij. 21

Amplia ſexto, legem habere locum in filia emancipata, vnde ſi filia iam vidua proponatur, quæ per matrimoniũ de iure regio à patris exiuit poteſtate, ex Ordin lib. 1 tit 87. §. 6. Cabed. deciſ. 72. num. 3 vt etiam in Regno Caſtellæ teſtatur ſeruari Gomez l. 47 Taur. & i. ... tom. cap. 4. num 2. & in Francia Boer. ... deciſ. 197. tunc ſi filia ad ſecundas con... 22

uolet ...

uolet nuptias antè 25. annum patre inconſulto pœnam legis nõ euadet, quod comprobatur ex Imperatoris reſponſo, in l. In coniunctione, & in l. Viduæ, C. de nuptijs, cuius verba ſunt viduæ intra quintum, & vicefsimum annum degentes, etiamſi emãcipationis libertate gaudent, tamen in ſecundas nuptias ſine patris ſententia non conueniant. Oſtẽdit Imperator non poſſe viduam ſine patris conſenſu nubere, cumq; circa hoc virginibus viduas æquiparet, debet pariter cenſeri æquiparatæ quoad pœnam exhæredationis, quæ iniungitur in d. Auth. ſed ſi poſt, cum vt ſuprà dixi Ordinationis diſpoſitio non attendat ad patriam poteſtatem, ſed ad indecentiam, & iniuriam, quæ parentibus per contemptum irrogatur, quæ pariter, ac in virginibus in vidua reperitur, dixit Barboſ. d. 4. part. num. 42. vide Bal. conſ. 737. 3. part.

Verùm obſtat fortiter quòd hæc Ordinatio ſolùm de primis nuptijs videtur intelligenda, quia cum pœnalis ſit diſdiſpoſitio reſtringenda eſt, vt in prima vice ſolùm locũ habeat l. Boues, §. Hoc ſermone, ff. de verborum, ne pœna in ſecundo actu repetita cenſeatur, cum res non ſit in eodem ſtatu: facit doctrina Soccin. in l. Hæc conditio ff. de cond. & demonſtr. quatenus dicit quód conditio, ſi nubat, primo matrimonio completur, nec eſſe iterabilem, ex d. §. Hoc ſermone, quare ſimiliter pœna impoſita, ſi nupſerit in primo matrimonio impoſita videtur. Nã filia emancipata ſine patris conſenſu nubere poteſt, ex text. l. Filius, ff. de nuptijs, l. 3. §. Emãcipatus, ff. bono poſſ. contra tabul. ſentit gloſ. in d. l. Viduæ, verbo Sententia, nec aliud probat d. l. In coniunctione, dum habet in coniunctione filiarum in ſacris poſitarum patris expectetur arbitrium, ſed ſi ſui iuris puela ſit intra quintum, & vicefsimum annum conſtituta ipſius quoq; ad ſenſus exploretur. Nam ſi bene perpendantur Imperatoris verba in princ. vbi de filiabus fam. agit quæ in poteſtate parentis ſunt expectari iubet patris arbitrium. In ſequenti autem verſ. Sed ſi agens de nuptijs filiæ emancipatæ non conſenſum patris deſiderat, ſed iubet explorari ad ſenſum: idest ſciẽtiam, prout exponit gloſ. in d. l. Viduæ, verbo Sine patris ſententia, ideſt ſcientia: Vnde fit quòd filia vidua, vel emancipata, licet inhoneſte iure, tamen contrahit ſine patris conſenſu, de quo Crotus in repetitione, l. Stipulatio hoc modo, num. 8. ff. de verbor. oblig. interpretatur Papiniani reſponſum in d. §. Si arbitratu, non habere locum in legato relicto patri, ſi filia eius emancipata non nuberet, quia eo caſu nulla fraus legi facta videtur, cum ſine ipſius conſenſu filia nubere poſsit, conditioq; non pendeat à patris voluntate, imò ſit merè caſualis, quæ legem Æliam Sentiam nõ offendit, licet aliter ſentiat Coſta ampl. 9. num. 5. & ſequentibus, in d. §. Si arbitratu.

Inſuper maximum orietur abſurdum ſi aliter hãc legẽ interpretaremur, cũ vidua dotem recepiſſet tempore matrimonij contracti, ex quo forte liberos ſuſcepit, quibus ex delicto matris præiudicium generaretur in legitima ſibi debita in bonis aui, à qua matre excluſa, ipſi quoq; excluderentur. Quare puto diſtinguendos eſſe duos caſus, inter filiam emancipatam, & viduam, vt primo caſu, Si contingat patrem occubuiſſe, filiamq; ſub matris adminiſtratione remanſiſſe. Hoc caſu vel alio ſimili, in quo filia emãcipata, & ſui iuris eſſe proponatur, ſi in corpus ſuum peccet, vel nubat ante 25. ætatis annum expletum ob iniuriam matri illatam, lex regia locum habeat, & valeat exhæredari, cum illa non attendat ad patriam poteſtatẽ, ſed ad indecentiam, & facti turpitudinem. In ſecundo veró caſu, quando filia ſemel contraxit & vidua eſt ſub legis verbis non comprehenditur ille caſus, quia legis verba ad primas nuptias diriguntur

guntur, nec in ſecundis eadem eſt ratio vt legis verba extendamus ad caſum omiſſum, maximè in matèria pænali, & odioſa: exhæredatio enim odioſa eſt, & non debet iuuari, l. Cum quidam, ff. de lib. & poſth. Mantica de coniect. lib 4. tit. 11. ex num. 18. quam opinionem amplexus eſt Caſtillo ad l. 49. Tauri, n. fin. & Couarr. in 4. 2. part. cap 6 num. 21. & 22. dummodo tamen in adminiſtratione patris ſit, licet Azeued. in d. l. 1. lib. 5. Ordin. legem Caſtellæ, ad viduam extendat: & verior videtur opinio Couarr. vt ſaltem ad illum caſum reſtringatur lex regia, ſi in adminiſtratione parentum vidua filia ſit conſtituta, & non aliter, ſicq; explicat Guterrez lib. 2. pract. q. 3 in fin.

Et caſu quo contrarium placeat vt vidua comprehendatur ſub ratione huius legis, non erit priuanda prima dote, ſed ſola ſucceſsione parentum, quæ per eorum mortem erat habitura, dos enim iam in dotem data non ſunt bona patris, ſed filiæ, & ſic debet accipi verba Ordinationis, ibi: *Nos bees do pay,* idest in illis quæ parentes tempore inobedientiæ poſsidebant, arg. Ordin. lib 4 titul. 97. §. 4. ibi: *Os bees do doador.*

Amplia ſeptimo, in filia naturali le-
25 gem locum habere, cuius rei eſt ratio quia ratione inobedientiæ procedit, & denegati obſequij paterni quod æqualiter ligitimos, & naturales filios obſtringit, ex his quæ Doctores in l. Parentes ff. de in ius vocand. Antonius de Amatis deciſ. 16. num. 38. Dueñ. reg 351. Menoch. de arbitrar. caſ 500. Surdus de aliment. priuil 6 ad fin. tit. 8. ſicq; procedit Ordin. lib 3 tit. 9. § 1. ibi: *Pay natural, & ligitimo, ou natural sòmente,* tradit Tiraquel in l. Si vnquam, verbo Donatione, num. 289. Cumq; lex noſtra patriam poteſtatem non expoſcat, ſed ſolùm ius obſequij attendat quod cum præceptum naturale contineat ligitimoſq; & naturales filios obliget quaſi ex identitate rationis hic caſus dicetur comprehenſus in diſpoſitione concepta ſub mentione filiorum, quia ex his, hi duo caſus per viam regulæ in iure æquiparantur, & diſpoſitum in vno, in alio pariter diſpoſitum cenſetur Paleotus de nothis cap. 32. Ægidius 3 part. l. Titiæ, num. 35. Perez l. 1. verbo *Con la fija,* tit. 15. lib. 8 Ordin.

Obſtat tamen quòd ſi naturales liberos lex noſtra comprehendit aliqua ſequuntur, quæ naturali, & ciuili rationi videntur obuiare. Primo, quòd filij naturales regulariter non comprehendũtur in diſpoſitione, quæ ſimpliciter de filijs loquitur, niſi ex mente diſponentis colligatur de his naturalibus liberis intellexiſſe, & eorum fauorem diſpoſitio concernat, vt colligitur ex d. §. Si quis rogatus, l. Ex facto, ff. ad Trebel.

Vnde cum lex regia de filijs loquatur, eoſq; arctat á bonis parentis naturalibus non conuenit, quos conſtat ex bonis parentum nihil capere poſſe. Inſuper quòd verba legis ad ligitimos filios referuntur, patet in §. 1. ibi: *Se ao tẽpo da morte do pay não houuer outros filhos ligitimos,* & verbo: *Contra vontade dos filhos, ou filhas ligitimas que o tal erro não cometerão.* Pondero enim illud verbum, *outros,* quod exponitur alij, quòd ſimilia repetit.

Huius aſſertionis prior pars probatur ex Imperatoris ſententia in § Diſcretis, in auth quibus modis naturales efficiãtur ſui, vbi habetur attẽto iure naturales bonorum parentis ſucceſsione omninò carere, ibi: Valenti ſiquidem, & Valentiniano, & Gratiano diuæ memoriæ primis placuit humanũ aliquid agere circa naturales. Quibus verbis oſtendit Valentem, & Valentinianum primos de ſucceſsione naturalium egiſſe, & liberis ligitimis extantibus illis vnciam ſolum conceſsiſſe, quorum conſtitutio habetur in C. Theodoſiano titul. 6. l. 1. Quamobrem circa naturales liberos ſemotta humanitate vetuſtas amare vſa eſt, vt ait Iuſtin in prin. verſ. Quomodo

quidem vetuſtas, quarum legum ſeueritatem Imperatores temperarunt, regnarunt enim illi Imperatores anno 372. quorum conſtitutio ab alijs Imperatoribus poſtea confirmata fuit, vt in l. 2. C. de natural. liber. quare apparet de iure digeſtorũ naturales paternæ hæreditatis omninò incapaces fuiſſe, aliàs enim nõ bene ſtaret Imperatoris reſpõſum, dũ ait antiquitatẽ cũ naturalibus nimis amare vſam fuiſſe, cui reſolutioni non obſtat, l. Naturali, ff. de confirman. tutor. ibi: Naturali filio cui nihil relictum eſt fruſtra tutor à patre datur, nec ſine inquiſitione confirmatur, quibus verbis planè ſignificatur quòd de iure digeſtorũ filijs naturalibus aliquod à parentibus relinqui poterat, quo caſu filio tutorem pater dare poterat à Prætore confirmãdum, vt poſt Bart. tradit Mainer. in l. Quo tutela, §. Nemo poteſt, ff. de reg. iur. num. 10. Sylueſter in §. Promiſsio inſtit. de inutil. num. 9. latè Paleotus de nothis, cap. 52. Horoſius in l. Item in poteſtate, num. 6. ff. de his qui ſunt ſui. Frãciſcus Marcus deciſ. 471. in fin. p. 2.

Nã adhuc ſtat incõcuſſa ſuprapoſita reſolutiõ ſi aduertamus dictæ legis naturali authorem fuiſſe Hermogenianum quem fuiſſe diſcipulum Papiniani, teſtatur Othoma. de vitis Iuriſconſultorum poſt indicem de verbis iuris in vita eiuſdẽ Papiniani Floruit Hermogenianus tempore Alexandri Imperatoris anno 237. quo tempore naturales filij capere nihil poterant, vſq; ad tempus, Valentin. & Valentini. qui cæperunt anno 374. & anno 394. illam conſtitutionem promulgarunt. Et vltra reſponſionem Alciat. lib. 4. Parergon. cap. 5. cuius intellectum ſibi apropriuit in auth. de hæred. abinteſtat. §. Quia igitur, fol. 40. col. 9. & vltra reſponſionem Soccin. Iunior, in l. 1. ff. de leg. 1. & Paleoti de nothis cap. 35. num. 13. Reſpondetur quòd nihil obſtat d. l. Naturali dum per argumentum à contrario videtur probare poſſe patrem filio naturali ex concubina concepto relinquere quidquid ipſe velit, & capacem eſſe de iure digeſtorum paternæ ſucceſsionis, quia in eo textu Iuriſconſultus ea verba non adiecit, quaſi pro Conſtanti habuerit filio naturali aliquid à patre relinqui poſſe, ſed magis opoſitum præſupponit, quaſi dixerit naturali filio, cui pater nihil relinquere poteſt fruſtra tutor datur, nec datus ſine inquiſione confirmatur, ſecundùm quem ſenſum illa verba cui nihil relictum eſt debent exponi, cui nihil relinqui potuit, alter enim ſi pater filium naturalem hæredem facere poſſet conſequenter, & poſset illi tutorem dare abſq; vlla inqſitione confirmandũ l. 4. in princ. ff. eod. titulo Hoc modo ex illo textu nihil elicitur contra ſuprapoſitam traditionem: ſic pariter intelligitur, l. Lucius 45. ff. de vulgar. vbi Iuriſconſultus præſupponit potuiſſe patrem inſtituere: Nam debet exponi de filio ligitimo, ideſt adoptiuo, & naturali, ideſt ex ligitimis nuptijs procreato, ita enim in iure noſtro hi filij diſtinguntur: ligitimos enim appellamus adoptiuos quos ex legis ſolius beneficio habemus, naturales verò quos nobis natura ex ligitima vxore dedit, quorum etiam parentes naturales appellantur, vt habetur in l. Non poteſt, ff. de adoption. ibi: Siue naturalis, ſiue adoptiuus ſit: dicuntur autem naturales quia ſecundùm ius naturæ ſuſcepti ſunt, matrimonium enim iuris naturæ eſt, vt per Mainer. in l. Nuptias, num. 3. ff. de reg. iur. Vlpian. in l. 1. §. Ius naturale, ff. de iuſt. & iure, vbi notant Doctores ſolùm matrimonialiem congreſſum lege naturali permiſſum, non fornicarium, vt per Fortun. de vltimo fin. iur. num. 88. & ſequentibus. Quare ille textus non loquitur de naturali, ſeu baſtardo filio, ſed de ligitimo.

Sic pariter debet exponi textus in l. fin. ff. de iure de liber. vbi pater hæredem ſcripſit filium libertinum, quem ex 23
aliena ancilla ſuſceperat, ex quo videtur beliſsimè conſtare poſſe illegitimos liberos

liberos hæredes inſtitui, concordat l. Lutius 90. §. fin. ff. de legat 2. Vlpianus in l. Omnis 17. §. 1. ff. quæ in fraudē, ibi: Libertis ſuis, iiſdemq; naturalibus vniuerſas res ſuas tradidit. Nam d. l. fin. & iura ſimilia quæ libertinos admittūt ad ſucceſsionem parentum procedunt in filijs in ſeruitute conceptis, & in figura matrimonij, in quibus datur ſpecialis ratio, vt notauit Paulus in d. l. fin. Bart. in l. Ex facto, §. 1. num. 2. Immol. num. 2. & 3. ff. ad Trebe. cuius ſpecialitatis ratio in eo conſiſtit, quod olim cum ſeruis contrahi nuptiæ non poterant, permittebatur tamen cum ſeruis cohabitare ad ſimilitudinem coniugij, quam conſuetudinem contubernium appellabant, iuxta l. 3. Cod. de inceſt. nupti. & l. Plerumq; uerſ. fin. ff. ædelit. edict. Alciat. lib. 3. Parerg. cap. 16. Othom. verbo Contubernium, Paleotus vbiſuprà cap. 13. & 14. qua ratione vxores contubernales appellabantur, l. Quæſitum, §. Contubernales, ff. fundo inſtruct. Antonius Auguſt. lib. 3. emendatio cap. 2.

Qua ratione moti Iuriſconſulti animaduertentes quód cum ſeruis matrimonium prohibitum exiſtebat, nec filij ligitimi eſſe poterant, ex reg. l. Filium, ff. de his qui ſunt ſui, his naturalibus liberis ligitimorum iura conceſſerunt, vt ad inſtar ligitimorum inſtitui poſſent, d. l. Omnes 17. §. 1. quæ in fraudem, & in d. l. Lutius 90. §. fin. ff. leg. 2. & in l. Cum pater, §. Volo, ff. de leg. 2. l. Ex facto, §. 1. ad Treb. vt cū iudicio aduertit Decius in l. Generaliter, § Cum autē, C. de inſt. & ſubſtitutio. num. 2. & in cap. In præſentia, de probatio. num. 37. latiùs Berous á num. 208. & Paleotus de nothis, cap. 14. Conanus lib. 10. cap. 1. num. 5. & ſic in eorum fauorem facta eſt conſtitutio, de qua in princ. inſtit. de ſeruorum cognatione, & inter alia priuilegia habent illud ſpeciale quod capere ex teſtamento patris poſsint, quamuis alij illegitimi ex concubinis nati hanc teſtamenti factionem non habent, quod agnocens Imperator in princ. de ſeruil. cognat. fauorabiliter adiecit, vt hi filij abinteſtato ſuccedere poſsint, quem ſenſum Coſta non videtur percipiſſe in §. Et quid ſi tantum, num. 71. vbi ait non eſſe conſtituendam differentiam inter filios conceptos in ſeruitute, & ex concubina. Secunda autem huius aſſertionis pars non indiget probatione, ideo non immoror.

Ex quibus ad propoſitum inferendo, non video quomodo attento iure ciuili lex regia in naturalibus filiabus locum habere poſsit, ſi illa interpretationem à prædicto iure habere debuiſſet, prout eſt vulgare, quod ſtatutum iure conforme ab ipſo interpretationem recipere debet. Verùm ſi attendimus ad noſtrum ius municipale, quod noſtrum ius commune eſt, ex Ordin. lib. 5. tit. 64. in princ. naturales liberi parentibus ſuccedunt in multis caſibus, attento regio iure: Nam filij peditum ad inſtar ligitimorum parentibus ſuccedunt vnà cum cæteris ligitimis, ex Ordin. lib. 4. titul. 92. de cuius validitate dubitat Valaſc. conſ. 94. n. 9. & 151. in fin. & Vazius allegat 6. num. 18. & contra ius commune aſſerit Deci. in cap. In præſentia, de probatio. num. 43. Iaſ. in l. Ait prætor, §. 1. de iure iur. de eius validitate anceps eſt Peicz l. 22. tit. 3. lib. 1. fol. 100. declarat Coſta in cap. Si pater, verbo Si abſq; liberis, num. 37. D. Caldas Pereira de nomina. quæſt. 12. num. 54. & quæſt. 19. num. 34. & quæſt. 16. num. 11. & in l. Si curatorem, verbo Sine curatore num. 94. Cabed. deciſ. 100. & deciſ. 231.

Item filij naturales, attento iure, matribus ſuccedunt excepta illuſtri, auth. ſi qua illuſtris, C. ad Orfician. licet ad patris ſucceſsionem non admittātur, cuius rei non congruam rationem Doctores aſsignant, vt videre eſt per Paleotum de nothis cap. 55. & Gomez l. 9. Taur. ante nu. 10. Caſſador de ſucceſsio abinteſtato, quæſt. vnic. ad fin. Furtun. de vltimo fine, num. 135. & veram huius quæſtio-

quæſtionis reſolutionem vt ſolet, præſtitit D. Franciſcus de Caldas Pereira in ſuo tract. pract. quæſtio. ſub tit. de inoffi. teſt. ad §. Tam autem, num. 63. verſ. Ex quibus, quem conſule.

Item eſt alter caſus de iure regio, quo filius naturalis equitis non extantibus deſcendentibus ligitimis, & patre abinteſtato decedente, emphyteuſim patris capit, quaſi tacitè in ea nominatus, ad inſtar hæredis, ex diſpoſitione l. 4. ff. de contrah. ſtipulatio, de quo ſupra egimus, diſponitur in Ordinatione lib. 4. tit. 36. §. 4.

24 His ergo ſupradictis caſibus, naturales filij à ſuorum parentum ſucceſsione repellentur, quia tamen hanc interpretationem reſpuit Regia Ordinatio, quæ ad ſolos ligitimos filios refertur, vt ſupra ponderebam in §. 1. & vt videtur extenſio in materia pænali, non ſimpliciter diendum eſt, quòd omnes filiæ naturales arcendæ ſint à ſucceſsione, & bonis parentum, ſi ante 25. annum nubant, vt peccent in corpus ſuum, ſed eo tantum caſu quo reperiatur exequatæ ligitimis filijs.

Quare explicanda videtur hæc Or-
25 dinatio, vt intelligatur quãdo filiæ naturales à parent. ſuo pro talibus habentur, & ſub eius adminiſtratione degunt in domo ipſius, vel extra, ad inſtar ligitimorum, vt cẽſentur quoad omnes iuris effectus ligitimis æquiparati, non enim poteſt pater conquæri ſe iniuria affectũ à filia, quam ipſe non agnoſcit, & repellit quæ apud matrem habitans, quæ ſemper certa eſt, l. Quia ſemper. ff. de in ius vocand. ab ea alitur, & ſub eius degit adminiſtratione, patris naturalis ignara ante 25. annum contrahit, aliàs enim cogeretur in perpetua viduitate permanere incerta ſuæ conditionis, & puniretur ex exhæredatione à parente ſuo iniquè, qui filiam minorem & impuberem recipere recuſauit, & ſu hæreditate priuandam agnoſcit, nec ſibi potuit imputari quòd talia non renouit impedimenta citando patrem, nam difficilis eſt probationis filiatio, vt per Menoch. de arbitr. caſ. 893. & de præſumpt. lib. 6. præſumptio. 53. Maſcard. concluſ. 784. num. 4. & 791. num. 5. & 6. Cui reſolutioni aplicari rectè poteſt: quod de vidua ex Couarruuiæ ſententia diximus ſupra, quòd vt filia vidua ſub legis vinculo comprehendatur, oporteat vt ipſa ſimul cum patre habitet, vel ſub eius adminiſtratione degat, aliàs enim ceſſat iniuriæ cauſa, & exhæredationis pœna, cum filiæ delictum potiùs patri tribuendum ſit, quam ipſi filiæ, quæ ſpræta, & abiecta viro nubit, vrgente paupertate, quod ita etiam erit accipiẽdum quando ſub auiæ adminiſtratione ſit, ex Ordin. §. fin. & non aliter.

In filia autem naturali æquitis eadẽ 26
videtur amplectenda reſolutio, quia licet ad hæreditatem patris non admittatur, & ex eo videatur ceſſare exhæredatio: Tamen adhuc ſi ante 25. annum nubat, poteſt alimentis priuari, reſoluit Surdus de alimentis tit. 1. 7 quæſt. 4. à princ. atq; ex eo vt filia iniuriam patri irrogare dicatur neceſſarium eſſe eſtimo, vt ſub adminiſtratione patris contineatur, & tamquam filia à patre recognita viuat. Cum enim hæc Ordinatio ſit pænalis, & cauſas enumeret, ex quibus parentes filios exhæredare poſſunt, non eſt amplianda ad alios filios quam ligitimos, de quibus agit, nec ad alias cauſas, niſi expræſſas: vnde ſolùm habere debet locum in filiabus quæ ad omnes iuris effectus ligitimis æquiparantur. Dixi ad omnes effectus, quia licet ad aliquos effectus æquiparati ſint, hoc non ſufficit niſi per viam regulæ fiat æquiparatio ad omnia, ex quo fit quod cùm ligitimæ filiæ ſub patris ſint poteſtate, vel adminiſtratione, ſic pariter naturales vt illis æquiparentur, debent reſidere in eadem adminiſtratione, & poſſeſsione filiationis, vt cenſeantur patribus irrogare iniuriam: ſicq; filia peditis non æquiparatur quoad omnia ligiti-

ligitimis, niſi quando à patre gubernatur, alitur, uel agnoſcitur, licet enim licet enim ligitimis æquiparetur à lege, vt ſuccedat patri æqualiter, & conferat fratribus, vt reliqui ligitimi, ex Valaſc. de partition. cap. 12, num 49. & quoad iniuriam patri irrogandam non æquatur filijs ligitimis, niſi quando in forma, & modo ligitimorum à patre retinetur, & gubernatur, agnoſcitur, & pro tali reputatur.

27 Quid autem dicendum, an hoc tempus 25 annorum completum requiratur, ita vt filia 25. annum expleuerit, vel ſufficiat tetigiſſe? Dubium eſt de quo Sanchez lib. 4. diſput 24. num 9. Ægyd. 3. part. l. Titiæ, num 32.

28 Amplia octauo, vt non ſolùm filia contrahendo ſine patris conſenſu parentum hæreditate priuetur. Verùm etiam omni donatione ab altero, vel ab vtroq, ex parentibus in eam collata etiã ob cauſam dotis, quod probatur ex verbis Ordinationis in præſenti, dũ priuat filiam ab omnibus bonis parentum, ibi: *Por eſſe meſmo feito ſerà desherdada, & excluyda de todos os bẽes, & fazenda do pay, ou mãy, poſto que não ſeja por elles desherdada expreſſamente.* quibus verbis filiæ ab omni parentũ ſubſtantia arcentur, bonaq; reliquis filijs in §. ſeq. aſsignantur. Ex quo fit vt omnes parentum donationes cenſeantur factæ ſub conditione reſolutiua niſi filia ante 25. annum nubat, ſpræto parentum conſenſu, nam ob talem iniuriam parentibus illatam tales donationes reuocentur, ex text. in l. fin. C. de reuocand donatio. ad inſtar ingratitudinis, & probat text. in illis verbis, ibi: Aut iniurias atroces in illum effundat. Satis enim ſupra probauimus parentes graui iniuria affici ſi eorum conſilium aſpernatur.

29 Si autem donatio ſit ob cauſam dotis maior verſatur dubitatio, cum donationes ob cauſam non cenſeantur reuocatæ, etiamſi iniuria ſubſequatur, vel ingratitudo, gloſ. verbo Inueniatur in d. l. fin. quam ibi ſequuntur Doctores, & Rippa quæſt. 43 Clarus lib. 4. §. Donatio, quæſt. 21 num. 4. Sed verius eſt donationem cauſa dotis factam eſſe intelligendam, ſi ſequatur matrimonium, quia omnis promiſsio dotalis tacitam habet conditionem, ſi matrimonium ſubſequatur, l. Promittendo. ff. de iure dotium, Pelaez lib. 1. maiorat. quæſt. 39. vbi diſputat; an requiratur matrimonium copula conſumatum, Tiraq. in l. Si vnquam, verbo Donatione, nu. 224. Alex. lib 2 conſ 20. num. 1. Vnde cum ex parentum intentione talis donatio proceſſerit vt filia nuberet amphori dote ex ipſorum conſenſu, nec ſequuta ſit cauſa, poterit talis donatio reuocari, ex defectu cauſæ finalis, vt in ſimili reſoluit Pelaez vbi ſupra, num. 5. vbi ait quòd ſi parens dotet tertiam filio, vt ducat Bertam ex qua nepotes ſperabat, illa ante copulam decedat, poterit pater variare, quod probatur ex adducti à Tiraq. de ceſſante cauſ. 1. part. num 229. & in l. Si vnquam, verbo Libero; num 166. licet Palaez ibi multa in contrarium adducat firmans matrimonium non eſſe cauſam finalem, ſed amorem paternũ, & tenere donationem etiam matrimonio non ſequto, dicit Tellius in l. 17. Taur. num 76. Non licet illorum dicta vera eſſent adhuc vt matrimonio non ſequto donatio ſubſiſtat, illud procedit quia eo caſu non ſequitur contrarius effectus, a eo qui parentibus prætendebatur, cum turpiter filia non nupſerit. At verè quando ipſa ante 25 annum nubit contrarius reſultat effectus, quam à parentibus prætenditur, dum filiarum nuptijs conſulentes ipſam amphori dote cumularunt, deficitq donationis talis ratio, & ſuccedunt quæ idẽ Palaez vbi ſupra, num 11 ex reg text. in l. Si donaturus ff. donatio ob cauſam.

Circa autem donationem remuneratoriam maius dubium eſſe poteſt, nam tali donatio potius æris alieni ſolutio eſt quam donatio, & ex eo non confertur, 30

l. Si

l.Si donatione,C.de collat.vbi Alex.n.2. Iaſ.n 3. Decius 7.& in auth. vnde ſi parens,C.inoffi.teſt.vbi Iaſ. n.14. Palatius in rubr.§.50.n 1. Tiraq.in l Si vnquam, verbo Donatione,à n.11 multa Pinel.in l.1.C.de bon.mater.3 p à n.60. quod intelligendum eſt dūmodo merita verè, & realiter probentur, non enim patris aſſertioni eſt ſtādum,gloſ. & cōmuniter Doctores in l.Si donatione, vbi Decius & conſ.132.n.2.& conſ.366.n.12.Afflict. q.370 n 15 Tiraq.de verbo donat. n.71. Caſſ.in cōſuet.rub.4.§.7.n.7.& rub.7.§.5 n 49 & inſuper ne excedat benemerita, Tiraq.vbi ſupra n.79. Pala d §.50.n 26.

Dubito tamen,an circa parentes hæc merita conſiderari poſsint, vt remuneratoria obſeruitia, vel obſequia præſtita reſultare poſsit donatio,cum hæc magis ex ratione naturali exhibeantur, vt per tot titul ff.de obſeq præſtandis, tex in l. Veluti,ff.iuſti.& iure,& in l.Filia tua, C. de patria poteſt. circa deos enim, & parentes, nemo poteſt pares gratias referre ſiquidem maiora in nos beneficia cōtulerunt,ex quibus hanc partem meritò contra cōmunem defendit Lancel polit. in l.Filium,C fam.herciſ. n 132. Tiraq. verbo Donatione, Largius n. 21. Pin. l. 3 p l.1.C bon.mater. n.62 illat.11. communis tamen habere poterit locū quādo merita eſſent qualificata, provt ſunt illa quæ refert Pallat d.§.50 n.24 quare ſi talia merita proponantur non videtur in hac donatione legi locum eſſe, quæ omnia à iudicis pendent arbitrio.

31 Amplia nono, vt ex tali culpa filia omnibus parentum bonis priuata remaneat ad hoc vt pater illi alimēta præſtare non teneatur, nec dotē, ita reſoluit gloſ. verbo Detulerat in l Si quis à liberis, §. Si vel parens,verſ Si quis ex his,ff de liber agnoſc. gloſ cōmuniter approbata, in cap Cum haberet,verbo Secundū facultates, de eo qui duxit, Decius in l. Nuptias,n.14.ff de reg iur Ioan Lup in cap Per veſtras,notab 3. § 13 nu.1.& ibi Pallatius 3 notab.§.4.n 5.& §.5 n 2 Lara in l Si quis,§.Idē iudex,n.5. Matienſ. l.8 tit.8.lib 5. Barboſ d.4.p.nu 41. Sanchez de matrim. lib.4. diſput 26.nu 20. Molin.de prim.lib 2.cap.16.n.1.vbi citat l.6. tit.19. p.4. cuius opinionis illud eſt fundamentū quod ex quibus cauſis licet filiam exhæredare,licet etiam, & dote,& alimentis priuare, Cacialup in l Frater, n.108. Ruinus cōſ.114 n.18 vol.5. Alcia. cōſ.249.n.5 Bero.in c.Rainutius, n 196. Euerar.loco 29 de alim.ad dotem, verſ. Et gratia,Couar.de ſponſ.2.p.cap 8.§.6. nu 17. Mench.ſucceſ.creat. §.10.nu.625. Gomez de teſt cap.11 n 13. Rebuf ad leges Gal.tom 1.de ſent prouiſio.art.1. gl. 2.n 24 deciſ.Pedam.134.n 1. Viuius cōmun.lib.1 opin.22. indubitati iuris eſſe aſſerit Surd.de alim.titul 7. q.4. per tot. Barb.vbi ſupra,adeo vt & Ruino placuerit conſ.131 n 6 vol.4 vt facilius denegētur alimenta quam exhæredetur filius. Vnde,ſine dubio,eſt apud nos quòd cauſa quæ ſuadeat filiū fore exhæredādum ſufficiat vt illi denegētur alimenta gloſ. in l fin.C.de alend.liber.talis enim filius necandus potiuſquam alendus eſt, vt dicitur in ſimili, in cap.Legi.24.quæſt. 8. nam eo caſu amittit nomē filij, Bart. in l.Diuus, ff de parrid vt in filio hæretico,qui & ligitima,& alimentis priuari debet,per text.in l Cognouimus,in verſ. Cæteris liberis,Cod.de hæreti Nouel in tract de dote, part 6.ſpecial 16. Corraſ. in l. Qui liberos, num 102. ff de ritu nup Surdus d.tit.7.q.2 num.8 & 9 vbi reſpōdet ad §.Sed naturalia inſt. de iure naturali,nu 11. & Barboſ.n.42.vbi dicit quòd ius naturale nō fauet filio qui cōtra ius naturale per ingratitudinem deliquit,arg.l 2 C.de ingratis liber ex quibus non obſtare dicit reg. cap.Cū haberet,de eo qui duxit,dum alimēta ſpurio dari ſtatuit,quia in ſpurio nullum delictum verſatur,ob quod priuari debeat iure ſibi cōpetenti ad alimenta,cū potius parentes deliquerint habendo talem filium, l. fin. Cod. de natural. liber. nec pariter obſtare, l. Necare, ff. de liber agnoſ.vbi denegans alimenta videtur occidere,quia textus ille agit de in-

fante, in quo nullum delictũ eſſe poteſt, quod non habet locũ in filio capace delicti ob quod vita poteſt priuari, & mẽdicando ſibi poteſt ſubuenire, nec aliud probat d. l. 6 tit 9. p 4. dum patri ingrato iubet alimenta ab hærede filij præſtari, quia illud non écontra recipiendũ eſt, vt pater filio pariter teneatur alimenta ſubminiſtrare, Lara vbiſupra n. 4. declarat Greg. gloſ. pen. vbi Molin. d. cap. 16. n. 3. Matien lib. 8. tit. 8 lib. 5. gloſ. 1. n 29. quod procedat ex particulari ratione pungit Barboſ. vbiſupra, agit enim de hærede extraneo inſtituto, qui eo caſu patrem indigentem alere tenetur explicat Molin. d. cap. 16. num. 2.

23 Quibus tamen non obſtantibus mihi ſemper magis cõſonũ iuris principijs viſum eſt hãc opinionem cõmunem nõ obſolute accipere, ſed tẽperamẽto quoddam, & æquitate lenien dam eſſe, dũ aduerto quôd falax eſt argumẽtum de exhæredatione ad alimenta, cum exhæredatio excludat ligitimã, quæ legi humanæ ſubeſt, & ab ea tolli poteſt ex magna cauſa, vt per Mench. de ſucceſſ. creat. § 20. lib. 2. n 296. Molin de primog. c. 1. n. 14. Rotta 18. in nouiſ. ſub tit. de conſuetud. n. 34. Molin. d. cap. 16 n. 3.

Alimenta verò etiã quæ ad congruã ſubſtentationem ſpectant, non tollũtur ex quacunq; cauſa, niſi illa talis ſit, quæ euincat eadem alimẽta à bono conſeruandi prolem deuiare tunc nãq, & non aliter à iure naturali deficiunt, vt à lege humana toli poſsint, ex reg. §. Sed naturalia inſtit de iur natur. vnde fit quod filius ingratus, vel qui patrẽ grauibus efficit iniurijs iuſtẽ alimẽtis congruæ ſubſtẽtationis priuatur, quia eo caſu ea quæ iuris naturalis ſunt toluntur, non quia ius naturale mutetur, ſed quia illa obligatio ſubſtentandi filiũ, ſi ingratus eſt ab eodem iure naturali deficiat, explicat Abb. in cap. Quæ in Eccleſiarũ, n. 11 de conſtitutio. non enim ingratæ prolis conſeruationi natura incumbit.

At verò quæ ad præciſam neceſsitatẽ tendunt non toluntur niſi ex cauſa ex qua filius necari potuiſſet.

Differunt ſecũdó ligitimæ priuatio & alimentorũ quod ligitimæ priuatio fit ad vindictã criminis cõmiſsi, vt in auth. vt cum de appellat. § Si veró. Vnde fit quód ligitima priuatus á lege ob crimẽ contra patrem commiſſum nõ releuatur, licet pœnitentia ductus veniã expoſcat, vt ſupra dixi: pœnitentia enim ad vitãdam pœnam delinquenti non prodeſt, gloſ. vlt. recepta in cap Gaudemus. de diuortijs, Barbo. vbiſupra vnde ſi filius iã à patre ſit exhæredatus ſequuta poſtea pænitentia, & reconciliatione nõ tolitur ſed firma manet, Surdus d. tit. 7. quæſt 1. num. 46.

Alimentorum autem denegatio non pænæ rationẽ ſubit ſed correctionis, vt priuatio illorum filijs ingratis, vel delinquẽtibus iniungatur, donec reſipiſcãt vt inopia coactus ad ſe reuertatur, & pæniteat, iuxta illud de filio prodigo Luc 15. quia peccaui in cælum, & coram te, qua ratione cauſa ingratitudinis cẽſetur ſufficiens ad deneganda prædicta alimẽta, & vbi primum pænitet ius petendi alimenta recuperat Surd d q. 1. n. 37. quicquid repugnet Barb. n 45. ex quibus rationibus videtur potius dicẽdum, quòd licet filius exhæredari poſsit ex aliqua iuſta cauſa, nulla tamen eſſe poteſt vt alimentis præciſe neceſſarijs priuari poſsit, & vt veriorem hanc opinionem amplexus eſt, Couar. d 2 p. cap 8 § 6. n. 17. vbi ſubiungit quód tunc etiã alimentis præciſe neceſſarijs filius priuari poterit quãdo talis cauſa ſubſit, ex qua vita priuari potuiſſet, quare cũ filia nubens ante 25. annum, delictum non adeo graue comittat, ex quo veniat vita priuanda, imó ex multorũ ſententia impuné faciat nec exhæredari poſsit, vt ſupra dixi, nõ eſt cur pænã priuationis alimentorũ incurrat cũ æqualis morti illa priuatio exiſtat, ex l Necare, ff de lib. agn. hãc æquiorem opinionẽ dixit idem Molin d c. 16. n 14 ea diſtinctione, vt filiæ danda ſint alimenta quando viro digno nubat, & nõ aliter, quod ampliat Sanchez d diſp. 26 n. 19.

26. nu.19 etiamſi indigno nubat, ſi non habeat vnde ſe alat, ex Ripa, Molin. & Couarr.quos ibi citat Guterrez d q 1. n. 5. Veracruz in ſpecul art.20. Ludouic. Lopez 1 p.cap 294 §.Sequitur Emanuel Roder.1.tom.ſum.cap.14 n.4.

32 Quare hanc vltimam ſententiā veriſsimā exiſtimo, ſi conſideremus Alimentorū debitum dupliciter conſiderari debere, vel formaliter, vel materialiter tantùm,& ſecundū quid,primo modo debentur alimenta formaliter,quādo talia ſunt,quæ ſpectant ad præciſam cōſeruationem prolis ſuſceptæ Secundo verò modo debentur alimenta vt congrue,& decenter proles conſeruetur ſecundúm dignitatem,& ſtatū ſubiecti,ſic inter debitum formale,& materiale deſtinguit Cayetan.2 2 q 59.art.4. ex qua ratione elegans reſultat differentiā inter vtrumq, debitum,quod debitū formale alimentorū habet intrinſicam cōnexionem cum bono naturæ vniuerſalis,itavt per nullā potentiam ſit diſpenſabile,nec à iure ciuili tolli,vel immutari,minuivé poſsit: poſterius autē ſecùs ratio differētiæ eſt,quia cum cōſeruatio ſpeciei ſit de ratione naturæ vniuerſalis,quæ conſiſtit in generatione, & ſubſtentatione prolis ſuſceptæ,inde ſit quòd debitum formale alimentorum , quia in ſe includit prolis conſeruationem adhæreat bono naturæ vniuerſalis,in quo continetur illud primum principiū indiſpenſabile. Debitū autē materiale alimentorū tantùm continet medium aptū ad conſeruationem prolis dum cōgrua ſubminiſtrantur alimenta,quæ ſubſtentatio non conſideratur tāq.iam per ſe bona,ſed in ordine ad conſeruationem prolis neceſſariam,nec eam habet connexionem ad bonum naturæ vniuerſalis quin ab eius rectitudine in multis deficere poſsit , videndus Cayetan.1 p. q 98 art.1.

33 Ex quibus patet lege ciuili neutiquam præciſa alimenta, in quibus formale eſt debitū tolli poſſe ex eo quòd filia ante 25. annū nupſit ſine parentum licentia, licet alimenta ad congruā ſubſtentationem,ſeu ciuilia, vel ligitimā in ea parte, in qua dicta ciuilia alimēta continentur tollere poſsit,non veró in ea in qua alimenta præciſa conſiderantur , ne filius pereat,hæc enim legi humanæ non ſubſunt , niſi quando tale ſit delictum , ob quod filius necari poſſet

Ex quibus cauté legēdus eſt Barbóſa num.24.dum omnia alimenta denegan da filijs cenſet , ductus arg de exhæredatione ad alimenta, quod in præciſe neceſſarijs non militat. Cauendum eſt etiā á Sanchez d diſput.26.n.16. dum habet quòd ſi filia ante 25 annū nubat digno, ſi ipſa promittat dotē, tenetur eam pater dotare,ex ea ratione,quia eo caſu ipſa vtiliter geſsit id ad quod pater tenebatur , cuius opinionis fuit Ripa in l.1. n.57 ff.ſolut matr.Couarr.in 4. 2 p.cap. 3.§ 8.n.7. Molin.d cap.16 n 87. Meno. præſump 189 lib.4.n 60. Guterr d cap.1. n 4. Nam aduerto quòd delictum filiæ quod comiſit inconſultó patre,nubēdo non ceſſat,quòd ipſa digno nupſerit, cū indignæ cenſeantur omnes nuptiæ ſine patre celebratæ, nec ipſa vtiliter dicitur negotium patris geſsiſſe,dum ſine ipſius conſenſu contraxit.

Ex quibus infertur elegans ampliatió ad ſupradicta, quod licet attentis verbis huius legis nō videatur filiæ poſſe relinqui à parētibus tertia bonorum, de quā liberè diſponere poſſunt, ex Ord lib.4. tit 82.quia noſtra Ordinatio eam repellit ab omnibus parentū bonis. Tamen puto quód tertia illi relinqui poteſt,ſaltē reſpectu alimentorū,vt in ſimili dixit Cabe areſt 47.agēs de filijs naturalibus.

Amplia decimo,vt filia ſine patris cōſenſu contrahens pænam legis incurrat, 34
etiāſi nulliter contrahat,veluti in gradu prohibito,vel cum clerico: nam licet ex actu nullo pæna incurri nō poſsit,vt latè probat Azeue loquēs in materia matrimonij clādeſtini,l.4,tit.1 lib.5.n.46.& latè exornat Tiraq lib.1. de retract.§.1. gloſ. 2. n.6.& §.16 gloſ.2. nu.8. & concludit

Perez l.1.tit 1. lib.5. fol.42. & Matienſo gloſ.7 nu 5. contrarium dicit Molin.de primogen.cap.16.à n.18 ex ea ratione, quia lex eo caſu punit affectum & non effectum, vbi plura in confirmationem cumulat Guterrez pract.lib.2.quæſt 4 à princ. rem componit Barbos. d.4 part. num.39. quod ex matrimonio clandeſtino,& nullo pæna nulla incurratur,niſi ad copulam peruentum ſit,tunc enim filia puniri poteſt, quia in corpus ſuum peccauit, citato Corraſ. in l Paulus, ad fin ff.de ſtatu homi.

Et licet,attentis legibus Caſtellæ, recipienda videatur ſapientiſsimi præceptoris diſtinctio,attẽto tamen iure regio Luſitano,nulla videtur facienda diſtinctio, vel matrimonium fuerit contractũ in facie Eccleſiæ, vel clandeſtinè valide, vel nulliter Lex enim Regia ſolùm matrimonium in ea ætate conſiderauit,nec iniuria parentũ ceſſat ex nullitate actus geſti,imò maior eſt cum eo modo filiarum decus,& honeſtas inſordeſcat adeò vt alterius matrimonij incapaces redantur, miſeriq; parentes coacti eas tradere debeant, illi quem ipſæ ſibi elegerunt in ſponſos, cum alium non niſi duplicata dote maritum emere filiabus non valeant: punit enim lex illud factum patri iniurioſum, nec nullitatem ipſius attendit, ſicut aliàs filia quæ contraxit valide,licet non ſequatur copula, & ante illam religionẽ ingrediatur, per quẽ ingreſſum omnis ingratitudo purgatur vt per Surd,de alim.d tit 7. q.1 n. 39. eo caſu ex ſolo matrimonio copula non conſumato licitè exhæredatur, vt per eundem Barboſ.vbi ſupra,n.43

Aliter componit Sanchez de matrim. lib.7.diſput.91.quæſt.4.n 43 quod licet verùm ſit quod per tale matrimonium pæna incurratur, tamen filia non ſit priuanda legato in foro conſcientiæ,donec in ſententia ſit, quod in noſtro caſu nõ obtinet,vbi ſententia ipſo iure lata eſt, & filia parentũ hæreditate priuatur.

Amplio vndecimo, quando filia cõtraxit ſolũ ſpõſalia,ex quibus ſolis in legem nõ commiſit,ſi tamen poſtea in iudicium vocata cogitur,vt de præſenti contrahat patre renuente,tũc enim ſine dubio licet dicatur inuita tamẽ cũ ex præcedẽti facto cogatur,nõ impune cõtrahit.

Sic ampliatã legem noſtram limitabis primò, vt non procedat hæc Ordinatio 35
in filijs maſculis, hi enim ſub verbis huius legis minimè cõtinentur,ibi: *Se alguã filha*, & §.1. ibi: *A filha que aſsi errou*, ideoq; maſculum non cõprehendit Ordinatio,maximè cũ inter vtrumq; detur diſpar ratio,cũ maior caſtitas in fæmina quàm in maſculo deſideretur, vt dicit Tiraq in legibus cunibialibus gloſ.1. n. 45 col.3 ad med Mench de ſucceſſ creat. §.10.n.639. Pariſ.vol 3 cõſ 29 n.34. quia fæmina magis familiam infamat.Solùm enim filius exhæredari poteſt,attento iure,quando meretricẽ ducit, ex text ſingulari,in l 3.§.Emancipatus,ff.bon poſſ. contr.tabul per quem ita voluit Bal in l Neq, filiã,C de nupt. Paul in l.Si filiã, C.inoffic.teſt. Mench.de ſucceſſ.creat.§. 10. poſt n 610 & 633. indubitatum dicit Roger.l.3 ff de teſt n.14. Dubito tamen de veritate huius articuli,imò contrariũ hodie dicendũ puto,cum ille § Emãcipatus ſit correctus de iure auth. in d §. Cauſas, cum illa cauſa exhæredationis ibi non reperiatur expreſſa, ita gloſ. ibi quam ſequitur Bart.Decius in l Nuptias de reg.iur n.12.& conſ.231 n 3 & ſeq.vbi n.7.infert quòd ex ea cauſa non poſſunt tali filio denegari alimẽta, ex quibus nõ videntur bene aduertiſſe Paulus in l. Si filiam, C de inoffic. teſt Pallati.in cap. §.56 n 2. & Soarez in allegat fol 72. cũ per illam gloſam inferunt quòd hodie filia indigno nubens nõ poteſt exhæredari Non enim bene argumentantur de maſculo ad fæminã, quia in fæmina de iure authenticor. ſi indigno nubat, eſt cauſa expreſſa exhæredationis,vt aduertit Pariſ vol.3.conſ 29 num 32. & prius Decius conſ. 231 num. 4. verſ Præterea, nec ſupradictæ reſolutioni quòd

filius

filius exhæredari nequeat, obſtabit Ordinatio in §.1.ibi: *Dos filhos, ou filhas ligitimas que o tal erro não cometerão*, in quibus verbis videtur ſentire quòd etiam filij maſculi in diſpoſitione includuntur. Sed aduerto quód Ordinatio in hoc caſu non facit mentionem filiorum vt ipſi eadem exhæredationis pæna poſsint affici, ſed ad alium finem, vt ſcilicet quaſi per modum exceptionis poſsint ipſi repelli quando ſimile delictũ comiſerint, ne patri impediant vt filiam hæredem faciat, arg. l. In arenam, C de inoffic.teſtam. & quæ lato ſermone proſequitur Surdus de alim.d tit.7.

Sed melius videtur poſſe dici quòd illa verba legis: *O tal erro não cometerão*, referatur ſolum ad filias, de quibus egerat ſupra, & quibus erat prohibitum nubere ſine parentum conſenſu, non veró ad filios, in quibus tales nuptiæ nõ reprobantur, nec puniuntur, vt ſit ſenſus quod filij conſentiant, & filiæ quæ talem errorem non admiſerunt.

36 Limita ſecundo, vt hæc Ordinatio nõ habeat locum in ſponſalibus de futuro, de quo videndus Azeued in d.l.1 n.10. vbi habet quod pæna ſtatutaria poſita matrimonio non cõprehendit ſponſalia idem Barb. vbiſupra, Gil.fol.121. Sanchez lib 7 diſp 91.q 4 n.44 vbi ſecundo not. ad l.Oratio, ff de ſponſal Si autem matrimonium de præſenti contrahatur pæna incurritur, etiãſi nulla copula ſequuta ſit, pæna enim eſt impoſita matrimonio, quẽ non concubitus, ſed conſenſus facit Barboſ vbiſupra, l Nuptias, ff. de reg iur l.5 tit 2.p.4. Azeued vbiſupra n.3. Vnde dubito de ampliatione, Soar. tit *De los caſamientos* fol.70.verſ Vbi habet filiæ nõ obſtare nuptias, ſi modo pater earũ fuit conſcius, vel non contradixit: nã ſi detur patris expræſſa nuptiarũ aprobatio antequam matrimonium de præſenti cõtrahatur, vel ſequatur copula, ſemper legi locus eſſe debet, pariter reſpuenda eſt doctrina Felin. in rub de ſponſal.col.3. vbi per multa tenet quód in odioſis requiritur copula vt pæna incurratur, Hipol ſing.106. & videtur ſuadeii ex auth ſi poſt, C.inoffic teſtam.ibi: Eam ſibi copulauerit, cõcordat Anchar. conſ.22. Garro de ſecundis nuptijs l. 1. n.6 & 7. quod neutiquam videtur poſſe admitti; quando ſtatutũ de ſolo matrimonio mẽtionem facit, quia proprietas verbi Matrimonium ſine copula cõprehendit, licet aliter ſentiat Sanchez lib.7. diſp.87.n.19. vbi tenet ſemper copulam requiri vt incurratur pæna, & diſpu.91. quæſt.4.num 45.

Limita tertió, vt ſi defunctus ſit pater & mater non teneatur filia fratrum cõſenſum requirere ad contrahendum: licet videatur, ex hac lege in §.2. fratrum requiri conſenſum, ibi: *Contra vontade do filho lidimo que tal erro não cometeo*, ſed alio tendunt verba Ordinationis in ſupra citato loco. Certum enim eſt quod conſenſus matris neceſſarius non eſt patre extante, vel non abſente ſic enim debent accipi illa verba, *Não tendo pay*, vt intelligantur ſi mortuus ſit, vel abiit ita vt conſenſum præſtare non poſsit; nec comode expectari, per text. in l In coniunctione, C.de nuptijs, ita Soarez aleg. 59. quia ad patrem ſpectant filiarũ nuptiæ, l fin C.de dotis promiſ. Quare cum lex de ſolum parentibus egerit vero, vt in d §. 1. non debet extendi ad fratres, ſolùm enim fratrum conſenſum deſiderat quando pater vult filiam hæredem inſtituere, quia de eorum præiũdicio agitur, quia cum filia à lege ipſa effecta eſſet extranea, & pro non filia reputanda eſſet non poteſt de nouo admitti ad hæreditatem patris, ſine filiorum conſenſu, ſicut & quilibet extraneus poſſet vt per Doctores in l.Gallus, §.Et quid ſi tantùm dum de ligitimato loquuntur, quem ſine ligitimorum conſenſu repellunt.

Poſſet tamen dubitari parentibus iam mortuis, filiaq; remanente apud fratrem maiorem ex his quæ Palati in rub.§.53. num 5. quatenus circa talem comendat

 Iaſ.

Iaſ in l. Pactum, in fine, C. de collatio. & hoc caſu loquitur l. 1 tit 6. lib. 5. Ordin. & l. 4. tit. 1. eod. lib. quæ non modo priuant ſucceſsione fratris, ſed parentum demortuorum.

Sed adhuc dici debet prædictā Ordinationem non debere extēdi ad caſum non comprehenſum, nec debent addi exhæredationis cauſæ. Nam lex pænalis etiam ad caſum minorem non extēditur, Alex conſ. 87. vol. 1. in fin. idq; ſequitur Soarez d. alleg. 1. fol. 66. quatenus inuehitur contra leges regias fratrum conſenſum requirentes, quas defendit Menchaca de ſucceſsio. creat. §. 7. n. 38. licet aliter ſentiat, num. 644. & hanc ſequitur Guterrez pract. lib. 2 q 5. n. 3.

36 Limita quartò, vt ſi contingat quód tempore mortis paternæ, vel quando pater erat in actu moriendi, ſi de conſenſu filiorum præſentium filiam admiſit, & hæredem inſtituit in ſua ligitima non poſsit ipſa amplius excludi, vel à poſthumo, vel patre ſuperuiuente ab alijs fratribus, qui poſtea ſuſcepti ſint: Articulus eſt valde dubius: ſed in fauorem filiæ videtur facere quod ſicut filia per crimen ſemel excluſa amplius non admittitur, ſic pariter ſemel admiſſa amplius excludi non debet, etiam à filijs ſuper natis.

Sed ſi ad verba Ordinationis attendimus videtur diſtinguendum quód poſthumus, vel patres poſtea ſuſcepti pro ſua parte integram ligitimam debeant expoſcere, quoad eos filia in totū excluſa, & habita pro extranea: Et ſic videtur ſentire lex regia in fine ibi: *A quem miſſo ſe faça perjuyzo*. Quoad reliquos veró fratres qui conſenſerunt ſororis admiſsioni ipſa ex eorum perſona ſuam portionem capiet pro ea parte quæ ipſis per ſororis excluſionem acreuiſſet: nam quoad illos rectè ſuſtinetur patris reconſiliatio. Nec obſtabit Ordinatio in præſenti, dum videtur requirere ſimultaneus, & concors fratrum conſenſus, ibi: *Contra vontade dos filhos, ou filhas ligitimas*, &c. Quia illa verba non excludunt quod ſi alter ex fratribus conſentiat vel tres, aut quatuor alij veró repugnent, vel ſi fratres prioris matrimonij conſentiant. Secundi veró repugnent nihilominus pater poſsit filiā admittere, ceſſante præiudicio repugnantium, lex enim ſolùm eorum præiudicium attendit, & ſic videtur interpretanda Regia Ordinatio, deuiat enim à iure communi dum filiam non admittit, niſi de fratrum conſenſu, cum de iure ſit vt pater poſsit filium ingratum, etiam filijs inuitis, inſtituere, gloſ. verbo Nō licebit, in l. Omnimodo, C. de inoffic. teſta. nec fundatur in iniuria fratribus illata, ſed parentibus, & in fratrum præiudicio, quo ceſſante videtur ceſſare ratio finalis ipſius.

Nec dicetur filius qui conſentit in fraudem creditorum conſenſiſſe, ita additio ad Bart. in l. Patrem, ff. quæ in fraud cred. Verum tamen notabile videtur quód huic filiæ fratres conferre non tenebuntur, ex Alex. in l. Si emancipati, C. de collatio num. 8. Iaſ. 33 Curtius 32. Decius 10. deducitur ex hac lege ibi: *Em quanta parte lhes aprouuer*, vbi probatur poſſe filiæ taxari quantitatem, ad quam admitti debeat: & proſequitur quód poterit grauari in portione ſibi relicta, ex reg. text. in l. Sequens quæſtio, ff de legat 2. vbi qui potuit priuare, & non priuauit, poteſt grauare, & à fortiori hoc caſu admittendum eſt vt grauetur in relicto, cum ipſa ſit iam priuata ab ipſa lege, facit l Si titio, §. fin ff. de leg. 1. & efficaciter conuincitur hæc opinio ex verbis Ordinationis, dum dicit quód filia ſit contenta relicto patris, ſed etiam quod debet ſeruare modum à patre præſcriptum, quód denotant illa verba, *Como, & em quanta parte lhe aprouuer*, quod verbum, *Como* ſignificat modum, ſeu formam à patre inſtitutam, quia cū eam potuerit in totum priuare, adhuc in relicto eam videtur honorare, & non debitum relinquere, vnde grauari poteſt,

teſt, l Ab eo C de fidei. Vnde mihi ſuſpecta videtur ſententia Bal. in l Quoniam in prioribus,num.5.C.inoffic teſt. quam ſequitur Soccin.in l.Centurio, ff. de vulgar n.10. ſequitur Ferdi l.Taur 4. n 118. Gomez de teſtam.cap.11 num 28. Segura in l.Cohæredi,§.Cum filiæ,ff de vulgar. quatenus volunt quod filius diſpenſatus vt ſuccedat in eo quod patri placuerit non poteſt grauari,ſi quid relinquatur;quia hæc opinio Bal.& aliorũ ſolum procedit quando pater omninò per ſtatutum tenetur aliquid filio pro ligitima relinquere ; quo caſu non eſt mirum vt non poſsit grauari, quia loco ligitimæ ſuccedit ; quare in noſtro caſu contrarium videatur dicendum cum Soario in d. l.Quamquã, fol.88.col.4. col.4. limit. 12. & eſt de mente Alex. conſ.30.vol 4 ad fin ſequitur Mencha. de ſucceſsio.creat.§ 10 num.609. quod tamen ita temperandum cenſeo quod ſi pater ſimpliciter filiam inſtituat, vel eam admiſerit iniuria remiſſa de fratrũ conſenſu , tunc videtur admittenda quoad omnes iuris effectus tamquam reliqui hæredes patris cum remotto impedimento de fratrum voto ex antiquo iure ſuccedat

Limita quartò, licet filia ſit à parentum excluſa ſucceſsione,tamen ab iiſdẽ poteſt ei relinqui tertia bonorum , ſine filiorum conſenſu, quia in hac tertia nullum filijs fit præiudicium cùm pater eam extraneo relinquere poſsit ex Ord. lib.4 titul. 82. tenet Segura in l.Vnum ex familia,num 71. & probatur ex verbis Ordinationis,ibi: *Na ligitima que por direito lhe vinha.*

38 Limita quintò,vt patris naturalis cõſenſum explorare non teneatur ſi ipſe abſit, vel furioſus ſit, tuncq; curatoris, & iudicis neceſſaria erit, ex his quæ dixi deciſ.77.num 8.

39 Ex quibus ſic perpenſis explicatur Ordinatio lib.2 tit.37. dum prohibet ne mulier quæ habet bona Regiæ Coronæ quæ excedant ſummam ibi expræſſam nubat ſine Regis licentia, aliàs priuetur talibus bonis, ibi: *Determinamos que qualquer das taes molheres, de qualquer eſtado, & condição que ſeja, que juriſdição tenha, ou tença que paſſe de cincoenta mil rẽs de nòs tiuer, ou dos Reys paſſados, por nòs confirmada que ſe caſar ſem noſſa licença, por nòs aſſinada, perca por eſſe meſmo feito o que aſsi de nòs, & da Coroa de noſſos Reynos tiuer:* De validitate huius legis agit additio ad Abb. in cap. Quæ in Eccleſiarum, num.9. l F. Afflict.in cap 1. §.Præterea, num.20 & 21 quibus mod. feud. amittat lib.1.fol.40. Felin. in cap 1. num 15. de ſponſalib. Victoria prima relatione, de matrimonio, num. 10. Gregor l.1. verbo Maguer, titul.5. part.4. vbi citat Bal. in cap Clerici, de iud. verſ.Sed hîc quæritur, & Palatium in cap. Per veſtras, col 238 in formis minoribus, & Soarez in repet. l. 2. *De los caſam entos*, vbi comendat in hac materia eſſe cauẽdum,quia periculoſa, & contra libertatem matrimonij, & contra Apoſtolum ad Corintheos 1. cap.6. ibi: Cui autem vult nubat tantùm in Domino, facit l. 10. & 11 tit.1.lib 5.nouæ recop.diſputat Menchaca Illuſtrium cap. 17. num. 9. faciunt quæ Sanchez de matrimonio lib 2.diſput.27 & lib.7.diſput.91. quæſt. 4 & diſput.3 num 4 Coſta in §. Si arbitratu, limit 2 num.6 Cabed 2 part. deciſ 31 vbi latè.

Ex quorum dictis colligitur poſſe Principem ſæcularem ex cauſa publica prohibere,ne matrimonia fiant ſine eius facultate ab illis fœminis quæ bona Regiæ Coronæ poſsident,ne contingat ea bona deferri ad male meritum de Principe,vel extraneum,vel alio defectu laborantem.quod non à iuris regulis deuiat, cùm quilibet poſsit rebus ſuis modum adijcere, l Legẽ, Cod.de pactis, Marſil. ſingul.148 Roma ſingul.528. Villalobos in ſintagm. commun. lib.2. titul 3. num 54 fol.300. & num. 58 & 61. fol. 301 Cabed d deciſ 31 num.1 & ſeq nam eo caſu potius amiſsione lucri filia con-

 tine-

tinetur, quam metu pœnæ coerceatur, & congruit vt lucro priuetur, qui legem datam contemnit, arg. l. Ea quæ, ff de donatio. inter vir. Tunc enim libertas matrimonij nō offenditur, l. Titio 100. §. 1. ff. de cond & demonſtr. l. Cum ita §. 1. ff. eod. Coſta in dict. § Si arbitratu, ampl. 12. num. 12. Vnde ſi quis donationem faciat fæminæ, ne ſine conſenſu parentis nubat, ſi aliter contrahat, punietur amiſsione lucri: potuit enim patrem addire, & eo recuſante conſenſum præſtare, addire iudicem qui ſuppleat ex Ordin. lib 4. titul. 48. §. 2. & lib. 3. titul. 47. quod ſi replicetur, moram fieri matrimonio reſpondetur, cum Iuriſcõſulto in l. 1. ff. de leg 2. ibi: Quæ mora eſt in boni viri arbitrio. Quomodo autē in hac lege Princeps potuerit donationes à Regibus prædeceſſoribus ſine conditione factas limitare in illis verbis ibi: *O que tudo hauerá lugar aſsi nas doações feitas pelos Reys que ante nós forão, como por nós, ou pelos que ao diante forem*: Et ſingulariter explicat idem Coſta, d. limit. 2. num. 6. quòd lex procedat per modum declarationis explicando modum, qui à principio inerat in donationibus Regum prædeceſſorum, nec eſt mirum ad præterita trahi leges declaratiuas, donationeſq; Regum interpretationem recipere poſſe, arg. l. Qui fundos, C de omni ægr. de ſert lib. 11. refert plures caſus, Cabed. 2. part. deciſ 75. quem vide.

Ad Ordinationem lib. 4. titul. 73. quòd non fiat contractus cum iuramento, diximus in prima parte ad Ordin. lib. 1. titul. 68. §. 13.

SVMMARIVM.

1 *SÆcularis Princeps an cognoſcat de apoſtaſia?*

2 *Ponderantur plura contra legem regiam.*

3 *Rex non cognoſcit de apoſtatis niſi quatenus facti eſt quæſtio.*

Lex ciuilis rectè poteſt augere pœnas criminis eccleſiaſtici. ibi.

4 *Factum hæreſis de iure poteſt diſcuti in foro ſæculari.*

Non differt factum hæreſis à facto matrimonij. ibi.

Interpretatur cap. Vt inquiſitionis, §. Prohibemus. ibi.

5 *In hoc Regno cognitio de apoſtatis fundata eſt ſpeciali concordia.*

6 *Reprobatur ſententia Caldas Pereira in l. Vnica.*

7 *Apoſtata tribus modis puniri poteſt.*

Si apoſtata capitur pugnans contra patriam quomodo puniendus? ibi.

AN

AN PRINCEPS SÆCVLARIS *cognoſcat de apoſtatis? Ad Ordin. lib. 5. titul. 1. §. final.*

CAP. 74.

1 HÆC Ordinatio dum permittit iudicibus ſæcularibus quòd punire poſsint apoſtatas, deſumpta eſt ex ſecundo articulo concordiæ Regis Ioannis primi, prima parte, nu. 176. Et prima facie videtur Ordinatio offendere iuris Canonici regulas, ſecundùm quas cauſa hæreſis eſt merè eccleſiaſtica, iudicioq; eccleſiaſtico non alijs ſubeſt, c. Inquiſitionis, §. Prohibemus, de hæretic. ibi: quoquomodo principaliter, vel incidenter, ſecundùm gloſ. ibi verbo Quoquomodo, Farin. de hæreti quæſt. 186. à princ. & §. 9 num. 152. Peregrin. de iure fiſci, lib 4 tit. 5. num. 29 Marta de iuriſd part 1 cap. 51 à num 3. Decian. in tract criminal. lib 5. cap. 53. Gregor. Lopez in l. 7 verbo Chatolicos, tit. 7. part. 6 Villalobos in ærar. commun. verbo Hæreſis, num 42. Gregor in Sintagma Iur. lib. 33 cap 7 num. 2. Palat in repet capitis, §. 23. nu 16. Caſtro de iuſt. hæreti, puni. lib. 1. cap 23. Dueñas reg. 145. limit. 2 Clarus §. Hæreſis, num. 4. Barboſa in l. Titia, ff ſolut. matr. nu 54. ad med. D Caldas Pereira in l Vnica, C ex delict defunct. 5 part. num. 15. Vnde ſicut de hæreſi non cognoſcit, ſic pariter ne de apoſtaſia quæ eſt ſpecies hæreſis, nam apoſtaſia eſt quadruples à fide ab obedientia à religione, & tandem ab ordine, Farin. de hæret quæſt 183 §. 1 num 5. A fide autem ille eſt apoſtata qui in totum ab ea recedit, vnde qui de hæreſi cognoſcit, idem de apoſtaſia cognoſcere debet, ac de eius ſpecie qualificata, ex eodem Farin. num. 11. Oldrad. conſ. 36 col 1. Felin. in cap. Poſtulaſti, num 5. de iudæis, Pariſ. conſ. 2. num 48. lib. 4. Carrer. in tract de hæret. num 89. Decian. in dict. tract lib. 5 cap. 15 num. 1. Menoch. de arbitr. lib. 2. cent 6. caſ 546. Pegna in director. part 2. quæſt 44 de quo eſt tex. in cap. contra Chriſtionos de hæret. lib. 6. ibi: Contra Chriſtianos, qui ad ritum tranſierunt, vel redierint, iudæorum erit tamquam contra hæreticos, ſi fuerint de hoc cõfeſsi, procedendum, dixit Felin in cap Cum ſit generale, de foro compet. in quæſt. de vſur. verſ. Prima declaratio, dixit Imol. Hoſtienſ. Ioan Andr. Panorm. in cap 1. de apoſtatis, Villadiego in tract de hæreſi, quæſt 20 verſ Et aduertendum. Vnde ſicut hæretici ſi pæniteant reconciliantur, ſic pariter apoſtatæ, licet enim in l Hi qui ſanctam, C de apoſtat diſpoſitum ſit illis denegandam reconciliationem: tamen ille text. reperitur à iure Canonico correctus, ex reg dict. cap. Contra Chriſtianos, & cap Pleriq; de conſecrat. deciſ. 4. & cap Quidam, de apoſtat idemq, apud Hiſpanos obſeruari dixit Gregor. ad l. 1. tit 26 part. 7. nec particula, Tamquam, poſita in d. cap. Contra Chriſtianos eſt nota improprietatis, ſed ex præſsiua veritatis, quaſi diceret, quia vt ſit redditiua rationis, ſicut aliàs in iure ponitur, Bald per text. in l. 1. C de hæred. inſtit. cap Parochianos, cum gloſ de decim. Bal. in l Si pater §. Qui duos, ff. de adoptio

Vnde fit quod nõ poteſt ſtare vltima pars legis regiæ quatenus ſupponit quòd 2 ſi apoſta-

ſi apoſtata reconcilietur, poteſt illi pœnitentia imponi, & inſuper puniri in foro ſæculari, quia contrarium eſt verius, quòd reconciliato apoſtata nulla amplius pœna ei infligi poteſt, ſicut aliàs ſæcularis non punit hæreticum quantumuis notorium, niſi remittatur, dict. §. Prohibemus, cap. Cum ſecundum, de hæretic. quia hoc crimen non eſt mixtũ vt in vtroq; foro puniri valeat, in quo ſi condigne delinquens in vno foro nõ punitur, poteſt in altero agi ad ſupplementum, ex Baldo in l. Placet, num. 5. ad fin Cod. de ſacroſ eccleſ. Baptiſta in l. 1. num. 27. C de ſumma Trinitate. Alciat. in cap. 1. à nu 53. de officio Ordin. Clarus in pract. § fin. quæſt. 57. num 14 Albertinus in chatolicis aſſertio. cap. 25 à num. 58. Quare in hoc crimine, & alijs merè eccleſiaſticis ſolus Epiſcopi forus eſt competens, & ſuccedit auth. vt clerici apud proprios Epiſcop. §. Si vero eccleſiaſticum, & auth Clericus C de Epiſ. & cler. & auth. de ſanctiſsimis Epiſcop. §. Si autem eccleſiaſtica cauſa vbi prohibentur ſæculares de cauſis eccleſiaſticis ſe impedire.

Nec obſtabit concordia ſupra allegata, quia illa concordia non proponitur confirmata ſpeciali approbatione ſummi Pontificis, provt oportebat fieri, vt diximus ſupra prima parte, ſub titulo de concordia, atq; ex his fundamentis Barboſa vbiſupra in d. l. Titia, ad fin. dicit hanc Ordinationem abolitam per non vſum, idemq; aſſerit D Caldas Pereira in d. l. vnica, 5 part. num. 15. Sayro Clauis Regiæ lib 9. cap. 13 num. 26. vbi refert motum Papæ Gregorij, quo ſimiles leges reprobantur.

Verum his non obſtantibus, videtur
3 quòd noſtra lex regia non excedit ſuæ limites poteſtatis, dum decernit quòd apoſtatæ in ſæculari valeant puniri, nec in hoc à iure deuiat. Nemo enim vnquam dubitauit leges ciuiles promulgatas contra hæreticos eſſe de ſe validas & obſeruandas fore, dummodo non aduerſentur iuri Canonico, vt tradunt omnes in cap 1. de noui oper Habent enim leges ciuiles latæ contra hæreticos ſpecialem Papæ aprobationem, vt in cap. Vt inquiſitionis, & in cap fin in fine, de hæret. lib. 6 idemq; voluit Decianus in tract criminal. lib. 5. cap. 26. num. 1. & 2. Surdus conſ 386. num. 2 & 3. ſicq; expreſsit Innocentius quartus in ſua conſtitutione edita anno 1252 incipit: Cum aduerſus hæreticam prauitatem, &c. relata à Pegna inter literas apoſtolicas, fol 21. in fin Et conſtat idem ex altera conſtitutione edita anno 1254. incipit Cum aduerſus cuius. Et aliarum meminit Farinacius de hæreſi, quæſt 185. § 1. incipit: In crimine hæreſis, num 4. vbi deciditur poſſe iudices eccleſiaſticos cõpellere ſæculares vt ſeruent leges temporales latas contra hæreticos, & in ſpecie tales leges valere dixit Guterrez lib. 2. practicar quæſt. num 16. ibi: Hinc eſt quòd videmus leges ciuiles punire hæreticos pœna mortis: non ergo ambigendum non deficere in lege temporali poteſtatem coercendi hæreticos, cum videamus ab Inquiſitoribus remiſſos in foro ſæculari iudicari, provt facti Ord. lib 5. tit. 1 in princ. quos pœna ignis punit lex ſæcularis, vt per Couarr. lib 2. variar cap. 10. num. 10. Clarus §. Hæreſis, num 8 Menoch. de arbitrar. caſ. 374. num. 2. Azor inſtit moral part 1. lib 8. cap 13 Cenedus ad decretal. collecta 55. num 3 eorumq; bona confiſcantur, vt in l Manichæos, C. de hæret. Cotta in memorabili, verbo Confiſcatio. Barb. l. 1. 4. part. á num. 82. ff ſolut. matrim. Gregor in Sintagma. lib. 33. cap. 9. nu. 1. Farin quæſt 25. num. 10 & de hæreſi, q. 190. §. 1. à num 1.

Quòd ſi dixeris legum ciuilium pœ- 4
nis tunc habere locum cùm præceſſerit ſententia lata in foro Eccleſiæ, data remiſsione hæretici. Reſpondetur illud quidem procedere ex ſpeciali reſeruatione, d § Prohibemus. & breuium quibus ſummus Pontifex hanc cognitionẽ

priua-

priuatiuè Inquiſitoribus addixit circa cognitionem,& diſcuſsionem cauſæ hæreſis. Atvero circa factum ſimplex, an quis fuerit apoſtata, & fidem omninò dimiſerit non videri ſublatam cognitionem ſæcularibus: nec aliud videtur conuinci, ex d. §. Prohibemus. Nam licet cõmuniter intelligatur quód ille textus ſæcularibus interdixit cognitionem hæreſis, nõ ſolùm quoad ea quæ iuris ſunt, ſed quoad factum, ex Alexandr. in l Titia, num 12. ff ſolut. matri. Felin. in cap. Cum ſit generale, num 1. de foro comp. Simanchas de catholicis cap 36. in prin. Decius in cap 2 num. 24. in fin. de iudi. Tamen verius videtur de facti quæſtione hæreſis ſæcularem cognoſcere poſſe, quia quæſtio facti huius criminis non eſt magis ſpiritualis, quàm quælibet quæſtio facti matrimonij vel ſimilium, de quibus laicus cognoſcit, iuxta reſoluta in cap Tuam, de ordine cognitionũ, & ita tenet Sycul in cap. 1. num. 77. de offic. Ordin. & latè diximus ad Ordin. lib 1 tit. 9. §. 12. vbi enim ſola facti quæſtio vertitur ſæcularis cognoſcit, piovt quando agitur de probando facto, an apoſtata fuerit recedendo in totum à fide, in quo nulla ineſt iuris dubitatio, in quo ſenſu accipi debent verba illius Ordinationis, ibi: Outra ſeita: ideſt ſimili apoſtaſiæ: nec obſtat d. § Prohibemus, quia ſolùm prohibet omnem modum cognoſcẽdi de quæſtione iuris, ſiue principaliter, ſiue incidenter, vt rectè aduertit gloſ. in d text. & Sycul. vbiſupra. & ſatis conſonat quia cognitio de quæſtione facti non eſt propriè cognitio de crimine, quam is textus prohibet, nec refragatur ratio text. ibi Cum mere eccleſiaſticum, quia ſolùm concludit laicum non poſſe cognoſcere de iure, quoniam crimen hoc non eſt mixti fori, ſed in totum pertinet ad Eccleſiam, vnde laicus obtinebit in eo eam cognitionem quam obtinet in merè eccleſiaſticis & ſpiritualibus ideſt cognitionem facti quam opinionem aprobans Nauarr. in cap Nouit illatione 6. num. 44. verſ. Quarta ratio, inquit quôd poteſt dubitari, an ſæcularis Princeps poſsit caſtigare hæreticum ſine præuia cognitione iudicis eccleſiaſtici quando nullum eſt dubium, an ſit hæreticum, id quod accuſatus dicitur feciſſe, vel dixiſſe, neq; ipſe id negat, ſed ſolùm, an id fecerit, dixeritvè, nec ne, vbi refert Regem Franciæ Franciſcum ſtatuiſſe quòd qui certas aſſertiones hæreticas prædicaret accuſaretur tãquam reus læſæ maieſtatis, in quibus vir ille doctiſsimus inclinare videtur tales leges valere, ſicut aliàs proſequitur Guterrez d. lib. 2 pract. cap 1 ad intellectum l. 49. Taur & 1 tit. 1. lib 5 recopil quæ dirigitur in eos qui clandeſtina contrahunt matrimonia, & qui talibus nuptijs adſunt vt teſtes: & nemo dubitat tales leges valere, licet viderentur oponi libertati matrimonij, & verſari circa matrimonia quæ ſunt Sacramenta, & merè ſpiritualia, vt videre eſt per ipſum Guterrez num. 13 quia eo caſu lex ciuilis procedit adiuuãdo & ampliando ipſum ius Canonicum ad pleniorem eius obſeruantiam, in his quæ ſunt prohibita de iure Canonico, vt eleganter gloſ in cap. Cum ſecundum, de hæret. in 6 verſ Certoq; caſu, vbi tenet quód pœnæ impoſitæ per legem Raptoribus mulierum, quí cum eis contrahunt, obligant, & valent de iure Canonico, cuius gloſ. opinionẽ ſequitur Cardin. in quarta opoſitione, Præpoſitus num 6 in cap Gemma, de ſponſal & plures relati à Coſta in repet. l Cum tale, §. Si arbitratu, in vltima ampliatione, num 44 citat plures Gomez in d l 49. Taur. num 2. & Couarr in 4. 2, part. § 9 num. 2. licet ipſe contrarium ſequatur: & ſuccedit ratio l fin tit 3 p 4. vbi in his caſibus inſurgit lex ciuilis in fauorem legis Canonicæ ibi: *Porque hauemos vontade que lo que la ſancta Igleſia mande ſea guardado*: facit gloſ. in clem. ne Romani de electione, verbo Toti, vbi tenet poſſe inferiorem addere pœnas legi, & prohibitioni ſuperioris, proſequitur

quitur Guterrez quòd à fortiori in hoc Regno procedit, vbi cognitio de notorijs apoſtatis non ſolùm iure fundata eſt ſedetiam ſpeciali concordia innita inter Prælatos, & Regem, nec obſtabit quòd illa concordia Prælatorum non ſufficit, niſi oſtendatur à S. Pontifice approbata, quia reſpondetur quòd illa concordia fuit ſpeciali reſcripto S. Pontificis confirmata, vt patet ex vltimo articulo ex quadraginta Romæ oblatis contra Dioniſium, in prima concordia, nu. 89. vbi facultas fit Prælatis componendi cum Regibus, & quod inter eos pro bono pacis ſancitum fuerit ſtabile maneat, dummodo ſit canonicum. Nec obſtabit ſi dicamus non eſſe canonico iuri conforme, vt Princeps ſæcularis apoſtatas punire poſsit, quia ſatisfit quòd ſatis apparet ex ſupradictis rationibus, quàm canonicum ſit, vt poſtatæ notorij ex illo facto punibili à lege ſæculari coerceri valeant, cum illud factum in iudicem laicum cadere poſsit, quæ ratio quam probabilis, & canonica ſit, ſupra conſtat. Nec obſtat quòd communis repugnat, quia lex vt iuſta ſit, & obſeruanda ſufficit non eſſe contra iura canonica, Reges namq; non tenentur magis communes ſequi opiniones, cùm ſufficiat ſequi probabiles, & quæ magis conueniunt publico regimini, & Reipub. trãquilitati, vt diximus ad illum articulum vltimum Dioniſij, prima parte n 89.

6 His ſic conſtitutis apparet non bene D. patrem meum d. 5. part. l. vnicæ n. 16. receſsiſſe à prima opinione, eo fundamento quod aliter iudicatum audiuerit in Senatu, non enim quod Romæ factum, ſed quod fieri debuiſſet inſpiciendum eſt. l nemo. C. de ſent.

Et quã inaduertẽter Barboſa dixerit hanc legẽ per non vſum abolitã, nemo nõ videt cum cõtrarium ſit verius legẽ, & obſeruari, & in noua compillatione redactam, & vt iuri conformem non ablegandam, & vt concordatam, & à S. Pontifice aprobatam obſeruandã eſſe.

Vnde in apoſtatis tres caſus conſiderari poſſunt. Sit primus in apoſtata notorio, qui apoſtaſiam non negat. Secundus, in eo qui reſipiſcit, & pænitet, reconciliationemq; petit. Tertius, in eo qui dum apoſtata eſt in bello captus à ſæcularibus ducitur ad vincula, & carceres ſæculares. Primo caſu puniri poteſt apoſtata in ſæculari, cum ſolùm factum puniatur ſine aliqua cognitione iuris ex vi concordiæ, & aprobatione S. Pontificis, cui per ius commune non derogatum eſt, quinimò per concordiam cenſetur iuri derogatum, quæ ſemper firma eſſe debet, & diximus prima parte ſub titulo de concordia. 7

In ſecundo caſu, quando apoſtata reducitur ad fidem, quia ſcilicet captus fuit à iudice eccleſiaſtico, apud quem pænitet de ante acta vita, & fidem amplectitur: tunc videtur quòd legi regiæ non eſt locus, quia pænitentia peracta crimen eſt abolitum, & videtur quòd ligitima competit exceptio, quòd ſemel punitus non poteſt ſuper eodem crimini de nouo puniri, diximus ſupra ad Ordin. lib 2. titul. 9. ad fin. In tertio tandem caſu quem in Senatu vidimus, quando apoſtata capitur militans contra Chriſtianos, videtur quòd in ſæculari puniri poteſt ex rigore legis regiæ, quia notorius ſit apoſtata, dum recognoſcitur, & ipſe fatetur, & capitur, cumq; comixtum habeat cum apoſtaſia crimẽ læſæ maieſtatis, dum arma contra ſuum Principem capit, ſuccedit Ordin. lib 5. tit. 6. §. 3. l. 2. ff ad l Iul. maieſtat. Decian. tract. criminal. lib. 7. cap. 14. tunc ſi poſtquam punitus ſit viuat, & pæniteat, remittendus eſt ad forum eccleſiaſticum in forma concordiæ, vt ad fidem reducatur, licet de iure eſſet prius remittendus propter hæreſim, ex his quæ Simanchas de cathol tit. 36. n. 1.

Vnde è conuerſo ſi talis poſtata, ſuæq; patriæ hoſtis prius à iudice eccleſiaſtico capiatur, & ibi reducatur ad fidem pro illo crimine quod contra patriam, &

Regem

Regem comiſit, ſemper remittendus eſt ad iudicium ſæculare, vt puniri valeat, ſic limitata reg. l. Senatus, ff. de accuſatio. quæ non habet locum quando ex eodem facto reſultant delicta diuerſi generis, Belluga in Speculo rub. 11. §. Viſo, à num. 22. Maſſuerius in praxi, titul. de remiſsio. num. 19. Barboſ. in dict. l. Titia, in fine.

Ad Ordinationem lib. 5. tit. 22. diximus ſupra ad Ordinationem lib. 4. tit. 88.

SVMMARIVM.

1 *Clericorum concubinæ pro furtis factis concubinarijs non puniuntur.*
Quæ ſit ratio legis? ibi.
2 *Explicatur Ordinatio lib. 5. titul. 30.*
3 *In concubinatu conſideratur duplex crimen.*
Concubina non eſt de foro clerici. ibi.
Lex Regia ex præſumptiua probatione procedit, ſed ligitima tamen. n. 4. & 5.
6 *An hac pæna liget concubinas clerici in minoribus?*

QVOD CONCVBINÆ CLERICOrum non teneantur pro furtis ab ipſis concubinis factis. Ad Ord. lib. 5. tit. 29.

CAP. 75.

1 HÆC Ordinatio deſſumpta fuit ex concordia Regis Ioannis primi art. 21. 1. p. fol. 261 n 194. & dum non punit concubinas clericorum ob furta comiſſa. Videtur hæc lex tãquam nutritiua peccati non valere, dum furta permittit contra præceptum Decalogi, & contra ius naturale, & humanum, vt patet ex notis principijs. Verum huius legis diſpoſitio iuſtiſsima eſt, ſi ita accipiatur, vt ex ipſius diſpoſitione nihil aliud intendatur quàm punire: etiam inter clericos crimen de iure Canonico prohibitũ. Vnde cũ inſurgat in iuris Canonici auxiliũ, valida cẽſeri debet, licet in ſuo foro pænas addat, ex his quæ Guter. in ſimili caſu lib. 2. pract. c. 1. per tot.

Vnde cũ lex regia deteſtari intendat concubinatum, illumq; á ſua Rep. penitus exterminare ſuas actiones criminales, & cõdictiones quæ ex furto ad vindictam, & rei perſequtionem naſcuntur iuxta text in l. Si quis pro fure, ff. cõ dict. furtiua, prohibet imò denegat, nec patitur vt pro talibus iudicia infamentur, vt magis deterriti concubinarij reſipiſcãt: licet per accidens ſit vt exinde concubinæ furandi licentiam arripiant impune, quod lex non intendit, nec legi tribuẽdum eſt peccatum quod ſubditus ex ſua malicia occaſione legis, aliàs iuſtæ accepit ex ſe ipſo, in ſimili caſu agit Mench. de ſuc-

de ſucceſſ. creatione, §. 26. nu. 65. videndus Gomez l. 80. Tauri, nu. 21. vbi ſimilia adducit, nec poteſt dici quod hæc lex ſit contra libertatem eccleſiaſticam, cũ deneget actionem furti, quæ de iure cõmuni competit omnibus ciuibus, vt diximus ſupra. Nam reſpondetur illud habere locum quando lex ciuilis illam actionem ſolis clericis denegaret. Patet autem tam laicis, quàm clericis illud prohiberi, quare cum omnium ciuium ſit par conditio nullo modo læditur libertas, imò in Canonum faciorem eſt.

2 Similis eſt altera Ordinatio lib. 5. tit. 30. quæ in duobus videtur peccare. Primum, dum clericorum concubinas punit. Secundum, dum ex præſumptiua probatione, & ſingularibus teſtibus crimen concubinatus clericorũ poſſe probari decernit. Et quoad primũ receptiſſimum eſt cõcubinas clericorum ratione criminis concubinatus fieri de foro eccleſiaſtico, & illud crimen ab alio quã à ſuo Epiſcopo puniri non poſſe, pro qua opinione primo ponderatur quód hoc crimen cõcubinatus nulla lege ciuili prohibitum eſt, vt ſupra dixi. Solumq; lege canonica prohibetur, cap. Nemo, 32. q. 4. & ideo eſt meré eccleſiaſticum, vt dixit Abb. in cap. Cum ſit generale, de foro comp. Ioann. Andr. in reg. ſine culpa lib. 6. Doctores in cap. Eccleſiã, de conſtit. & nouiſsimè Marta de iuriſdict. 4. p. caſ. 44. n. 6. Vnde fit quód cum peccatum concubinæ reſultans ex concubinatu clerici vnum delictum conſtituat in ſe indiuiduum ratione adiuncti tamquam duo criminis focij, vterq; in foro Eccleſiæ forum ſortitur in eo, qui cum clerico deliquit, dixit Clarus vbiſupra. Aufrer. in clem. 1. de foro comp. in addit. reg. 2. fal. 15. Pariſ. conſ. 154. vol. 4. Boſsius in tit. de foro cõp. n. 147. Foller. in praxi, 1. part. 2. partis, verbo Audiant, n. 79. Menoch. de arbitr. coſ. 371. nu. 12. & plures quos citat Marta vbiſupra n. 8. quod itidẽ confirmatur ex bulla Leonis X. in concordatis Franciæ, tit. de publicis concubinarijs vbi huius criminis punitionẽ eccleſiaſtico iudicio reſeruauit.

Sed veriùs eſt in duorum concubinatu duplex crimen ineſſe ſeparabile, & diſtinctum, ita vt pro eo quilibet in ſuo foro puniri debeat, ſicut alias ille qui cũ clerico delictum perpetrauit, non in foro Eccleſiæ forũ ſortitur, ſed coram ſuo iudice. Sicq; in praxi ſeruari teſtatur Clarus vbiſupra, Perez in l. 21. titul. 3. lib. 1. verbo *Mancebas*, vbi plures citat, & contrariam ſententiam vſu non receptam profitetur, quare cum concubina clerici ex ſuo delicto puniri poſsit, ad iudicem laicum talis cognitio expectare debet, ne videatur ad inſtar coniugis forum ſortiri vbi concubinatus, & ex delicto ſuo priuilegiũ clericale aſſequatur, quod ab omni iudicio videtur alienum, quod comprobatur ex d. l. 23. tit. 3. lib. 1. & in l. 1. tit. 19. lib. 8. nouæ collectio. Gomez in d. l. 80. n. 21. Auiles Prætor. cap. 47. verbo *O Clerigo*, Salzed ad Bernard. cap. 79. Azeued. d. l. 1. tit. 19. nu. 32. atq; ex eo patet quàm ſine fundamento loquutus fuerit Marta dicto loco, dum dicit quòd concubinæ ſunt de familia clericorum adducto text. in cap. Clericorũ nullus, 11. q. 1. quem ſequitur Agia de exhib. auxil. cap. De crimine concub. Decian. 1. tom. crimin. lib. 4. cap. 26. n. 8. quod quam inepte dictum nemo non videt, cum talis coniunctio punibilis, & damnata conſiderati nequeat ad vllum iuris effectum, maximè vt fiat priuilegij extenſio, contra mentẽ concedentis, qui illud clericis tãquam in ſortem domini electis cõceſsit, nec aliud probant d. bulla Leonis, cuius verba ipſe Marta citat, quæ diriguntur ad Prælatos inter ſuos ſubditos, ibi. Subditos ſuos pro huiuſmodi concubinatu, &c. Non ergo cõprehẽdit ſubditos alienos, qui á ſuis iudicibus coerceri debent, & ideo reprobata Felin. opinione in d. cap. Eccleſia, q. 16. & aliorum quos ille vir citat, obtinuit communis opinio quod ſit eius cognitio mixti fori, quam ſequuta eſt Ord. lib. 2. tit. 9. 3

Secunda

4 Secunda quæſtio eſt, an lex regia offendat Eccleſiæ libertatem, dum ex præſumptiua probatione procedit: & videtur quód propter conexitatem criminis ſi ex leuioribus probationibus concubina punitur fit clerico iniuria, qui ex ſola ſententia lata contra concubinam remanet infamatus, maximè ſi attendimus quòd ſæcularis ſolùm punit concubinatum publicum, nec circa occulta ſe intromittere poteſt: de occultis enim ſolus Deus iudicat, cap. In ſcripturis 96. diſt. Perez l.21.tit.3.lib.1. Ordin col.139. ſequitur Ordin d.tit.9 ibi: *Publicos concubinarios, &c.* Concil. Baſilien. ſeſſ.19. cap.11. Circa autem non publica crimina ratione peccati ſoli Prælati cognoſcunt vt corrigant, mediante fraterna correptione, ac proinde videtur quòd dum hæc Ordinatio procedit contra concubinam non manifeſtam, non poteſt valere, Boer, deciſ.72. Zaſius lib.2. reſponſ.cap.17. quos citat Perez ad l.21. titul. 3. verbo *Mancebas*, ex Anchar. conſ. 196 & in reg. ea quæ, quæſt.24. Anania in rub de adult.col.fin Felin.d. quæſt. 16. hæc enim probatio quam hæc lex regia in præſenti deſiderat ad ſumum erat ſufficiens vt concubina moneri poſſet, ne in concubinatu perſiſteret, vt in cap.2. de cohabit.clericorum, imó nec poſt monitionem erit ſufficiẽs ex Panor ibi notab 3 neq; videtur poſſe hanc legem iuſtificari ex publica vtilitate, propter quam poteſt lex minori probatione quàm ligitima eſſe cõtenta, vt per Felin in cap.2.de probat concl.2. quia illud in noſtro caſu non habet locum, cum verſetur clericorum præiudicium, ratione quorum lex nulla eſt, Gomez d.l 80 num 21.

5 Sed aduerto defendi poſſe hanc Ordinationem quod in præſenti ſolùm publicas concubinas punit, non verò crimen occultum, ex quo clerici infamia aſpergantur, cum Princeps ſæculares teneantur clamide ſua clericorum peccata tegere, vt deſiderabat Conſtantinus in d cap In ſcripturis, refert Gomez d. n 21. Marta d caſ.44 n.4. quia tamen publicitas criminis pluribus modis induci poterat, veluti per ſentẽtiam, vel confeſſionem in iure factam, ſeu per euidentiam, quæ nulla tergiuerſatione celari poteſt, explicat eleganter multis iuribus citatis, Pal. in repet. cap. §. 70. incipit Ex his patet, num.19. euidentiam per duos teſtes conformes probari poſſe conſtat. Ideo lex regia per argumẽta ſimilia publicitatem reſultare, optimo iure ſanxit quando extra domũ concubinarij concubina publicè detinetur infædos vſus, ad quam ipſe accedit iteratis vicibus, ex tali enim familiaritate induxit, publicã reſultare infamiam ob quã puniri poſſet vt in ſimili caſu dixit Marta vbiſupra, n.12. illam haberi pro publica concubina, quæ ſuſpecta de incontinentia eſt, & ſic infamata detinetur, Concil. Baſil. ſeſſ. 19 cap.11. ibi: Sed qui mulierem de incontinentia infamata tenet, & per ſuperiorẽ admonetur non dimittit. Nec alienum eſt à iure vt ſingularibus teſtibus credatur, maximè in criminibus occultis quæ aliter probari nequeunt: ſufficit enim quòd tales teſtes in eodem fine conueniant, vt ligitimam probationem efficiãt, ex his quæ ſupra Atq; ex his videtur legis noſtræ deciſio eſſe valde iuri cõformis, & in auxiliũ eccleſiaſticæ iuriſdictionis, & canonũ, & vt talis obſeruãda.

Et an pœna huius legis teneantur cõcubinæ clerici in minoribus dubiũ eſt, 9
& non teneri dixit Vaz d alleg.34. nu 6. idem videtur ſentire Auiles cap 47. d. verbo *O Clerigo*, nu.3 & Azeued. d.l 1. tit 19 n.32 & Palatius in repet cap. §.70. n.21 aliàs .5.§.21 Sed de hac limitatione dubitari poteſt nam video Ordinationẽ loqui per verbum *Clerigo*, quod cõpræhendit quoſcũq; clericos etiã in minoribus, Albertus Trocius de perfect.cler. lib 1. cap.1. Azeued. vbiſupra num. 31. Quare licet fateamur clericos in minoribus cenſeri ſæculares, ita vt priuilegio vtantur, ſi ipſi velint, aliàs non, tamen

 ſi in

ſi in habitu incedát, iuxta formam Concilij alicui Eccleſiæ inſeruiant, non dubitarem quód cum ipſi verè ſint clerici pro eo tempore eorum concubinæ debeant ſubeſſe pœnis huius Ordinationis, ne dicamus quòd tamquam ſolutorum concubinæ ſint regulandæ, vt videtur ſentire Azeued. vbi ſupra, nu. 35. & his hanc limitationem Vaſij non audeo probare, niſi quando clericus in minoribus priuilegio non gauderet eo tempore.

Ad Ordinationem lib. 5. titul. 31. quòd monachus inuentus cum concubina tradatur Prælato diximus ſupra ad Ordin. lib. 2. titul. 29.

Ad Ordinationem lib. 5. titul. 80. §. 11. quòd clericis arma capiantur diximus ſupra ad Ordin. lib. 2. tit. 1. §. 26.

SVMMARIVM.

1 *Quæſtores elaemoſinarum admitti non poſſunt ſine regia facultate.*
2 *Quæſtores elaemoſinarij qui ſint?*
3 *Quæſtoribus prohibitum eſt ne excedant, aut prædicent.*
4 *Lex Regia valde rationabilis eſt.*
5 *An liget clericos quæſtores?*
6 *Laicus vtroq; foro punitur, ſecùs clericus.*
7 *Si agitur de falſitate bullarum adhuc ſæcularis declarat non exequendas, ſi notoriè conſtat.*
8 *Quid dicendum de aplicatione elaemoſinarum.*
9 *Mendicantes validi quomodo puniendi?*

AN POSSIT PRINCEPS SÆCVLAris ſtatuere ne quæſtores ſint qui elæemoſinas expoſcant ſine ipſius facultate? Ad Ord. lib. 5. tit. 103.

CAP. 76.

DIſponit Ordinatio lib. 5. titul. 103. expellendos eſſe quæſtores elæemoſinarios, & vt ad requiſitionem officialium, quibus incumbit captiuorum redemptio capiantur, nec è carceribus eijciantur ſine Principis licentia: excipit quod de Prælatorũ licentia elæemoſinæ exigi poſsint in ipſis Eccleſijs, & earum cimiterijs: fuit concordatum cum Prælatis, art. 55.

Regis

Regis Ioannis primi num.228.

1 Conſonat huic legi lex Caſtellæ l. 1. lib.1.tit.9. vbi pariter hi quæſtores prohibentur vbi Azeued. & Perez, & circa Mendicantes validos prodijt apud nos lex noua, anno 1604. tranſcripta in libro Spheræ fol.314.qua cauetur ne pauperes elæemoſinam publicè petere poſſint, priuſquam à præſidibus locorum facultatem obtineant: & circa hanc legem multa ſe ſe offerunt. Primum, an lex rationabilis,& valida ſit? Secundum, an liget clericos quæſtores vt capi poſſint per ſæculares iudices? Tertium, an lex prohibere poſsit ne elæemoſinæ petantur?

2 Et quoad primum, omiſſa quæſtorũ differentia,attento iure,de quo in l.1.& ibi gloſ.pen & l.2.§ Et quia,ff de origin. iur. vt per Oroſcium in l. Vnica, ff. de offic.quæſtor. proſequitur Azeued in d. titul.9. vbi Perez gloſ.*Que los questores*, quæſtores elæemoſinarij, de quibus agimus, qui pro alijs elæemoſinas petunt iure Canonico attento permittuntur, dummodo fide dignis literis vtantur, & à locorum ordinarijs approbẽtur clem. abuſionibus, de pœnit.& remiſsio. ne prædicationibus ſubtili,velpotius fallaci ingenio aurum extorqueant, quod ita pariter diſpoſitum erat in cap. Cum ex eo, eod. tit. proſequitur Auiles Prætor. cap. 51. verbo Non conſentir, vbi inquit quòd ſemel literis quæſtoris approbatis,amplius de illis dubitari non poſſit, arg. text. in cap.Cum veniſſent, de iudic. videndus Decius conſ 277 quem citat Azeued.d tit 9 ad fin. Montaluus in illa lege in repertor.verbo Reſcripta, cumq; iam per ius Canonicum certa ſit forma ſtatuta,quomodo circa hos quæſtuarios procedendum,vt in d clem vbi in §.Ad hæc octo caſus exprimuntur, in quibus ipſi excedunt,& in §.Quæſtores ſubiungitur,vt non obſtantibus quibuſcunq; priuilegijs à locorum ordinarijs puniri valeant. Videtur ademptam eſſe principibus ſæcularibus facultatem ſe ingerendi circa quæ de iure Canonico eſt diſpoſitum, & quæ ad forum Eccleſiæ ſpectant,ex reg text in cap.Graue, de ſententia excõmunicationis maximè cum lege caueatur vt elæemoſinæ iam collectæ ad captiuorum redemptionem applicentur,quod eſt ab vno vſu rem ad alium transferre, quod ad Pontificem priuatiue ſpectat, clem. quia contingit de religioſ domib. vel ad diocæſanum, cap.Excõmunicamus, §.Quia veró,de hæret. Ex quibus conuincitur legem noſtram non poſſe ſuſtineri, dum Prælatorum obuiat mandatis in materia elæemoſinarum,quæ ad ipſos pertinet.

Quibus non obſtantibus, aſſerendũ 3 eſt legem noſtram iuri conſonam,nam licet,attento iure communi, & diſpoſitione d cap Cum ex eo, & d clem abuſionibus, cap.Vt officium, §.Compeſcendi,de hæret.in 6.quæſtoribus ſit prohibitum ne excedant, nec prædicent,& ne admittantur niſi præuio ordinariorum examine: tamen ex noua diſpoſitione ſacri Concilij ſeſſ 21. cap.9. innouato Concilio Lateranen cap 62.& ex eodem Concilio Trident ſeſſ.5 cap 2 & ſeſſ.vlt. in decreto, de indulgentijs: latè diſpoſitum eſt ne tales quæſtuarij pro alijs elæemoſinas expoſcentes admittantur ab ordinarijs locorum, ex quo ſit quód cum lex noſtra in Concilij auxilium inſurgat puniendo actum ab eodem ſacro Concilio prohibitum pœnã valide addit, quia cum foueat ius canonicum,& ſacri Concilij præcepta videtur à S.Pontifice approbata,ex cap.1 de noui oper. eſtq; communis opinio, de qua Couarr. in 4. 2 p. cap 6 num.20.& facit l 16 tit 1 part.1. vt per Padill in l. Per agrum, num 9. C. de ſeruit. & aq. Guterrez Pract. lib.2. quæſt.1. num.16. 17. & ſequentibus.

Et vltra quod ex ſupradicta ratione 4 lex valida ſit, includit in ſe ſingularem rationem, quæ politicæ gubernationi, maximè conuenit ne ſcilicet tales quæſtuarij falſis,& comentitijs literis Regnũ

exhauriant ſub pietatis, & religionis imagine, qua nefariæ exactiones obumbrantur. Cumq, olim tempore Ioannis primi de hac quæſtione inter Regẽ, & Prælatos eſſet orta contentio, ipſi in articulo 54. conquæſti ſunt, quod Rex vetabat ne intuitu confraternitatum, vel Sanctorum elæemoſinæ publicè à fidelibus peterentur ad quæ ſic Rex viuo vocis oraculo reſpondit. *Que os Reys ſempre a coſtumarão aſsi, de antiguamente atè então, porque algũs Prelados dauão cartas por prata, & dinheiro que lhes por iſſo dauão & fazião hir os pouos por conſtrangimento de excomunhão, a ouuir ſuas pregações, por peitarem do ſeu: Querendo eſcuſar eſte conſtrangimento, que os bõos Prelados não fazião, nem querião que houueſſe em ſeus Biſpados, mas fazião no algũs com cobiça de dinheiro, ſem outro deſejo bom de ſeruiço de Deus, o que era couſa fea o elle de conſentir em ſua terra taes obras. Porem ſe elles quizerem mandar pedir por algũa couſa honeſta & por tal peſſoa que não chamaſſe freigueſes por tal conſtrangimento, nem fizeſſe pregações, ſenão pedir ſimpleſmente como deuião, concedia que o pudeſſem fazer ſem carta ſua, & ſe doutra guiza o fizeſſem, o não conſentiria, & os mandaria prender.*

Quæ omnia per eandem ferè verba continentur in l.2. lib.1. tit 9. quæ hodie eſt l.4. nouæ recopil. vbi Perez, & eſſe in Regno Caſtellæ bullam Alexandri circa hoc, teſtatur Azeued. vbiſupra, & apud nos eſſe bullam Pij IIII. teſtatur Cabed. deciſ.193. num 5. ne tales bullæ ad elæemoſinas eruendas exequantur ſine Regis facultate, & permiſsione. De alia concordia tempore Sebaſtiani Regis meminit idem Cabed num. 2. ex quibus, ſine dubio, videtur legem noſtrã iuſtè præcedente concordia, & ſummi Pontificis aprobatione ſtatuiſſe.

Secundum dubium petit, an ligentur
5 hac lege clerici quæſtuarij, cum verba illius non ad laicos, ſed ad clericos referri debeant, ex his quæ Perez in d. l.2. verſ. Quæſtor autem, ex cap. Cum ex iniuncto, de hæret. quia laici ipſo iure ſunt excommunicati Sed non dubito quòd hæc Ordinatio cum laicis, & clericis loquatur, qui ſine regio conſenſu quæſtores fiunt, quam facultatem concedunt Palatij Senatores, Cabed. dict. deciſ.193. Nam clerici eo caſu delinquunt, dum ſpreta regia facultate rei illicitæ, & prohibitæ dant operam contra ſacrum conſilium, & tamquam fures, & Reipub. perturbatores in flagranti capi poſſunt, vt ſuis Prælatis tradantur puniendi pro modo culpæ, facit Ordin lib.1. tit.58. §. 9. & 19. & lib 5. tit.129. §.1. & lib.3. titul. 78. §.5.

In eo tamen ea eſt differentia quod ſi 6
hoc crimẽ comittat laicus, hic in vtroq; foro videtur puniendus, cum offendat, iura Canonica, & in ſæculari, quia legem ciuilem violat, & eſt text. in cap. Tuarum, de priuil. ibi Quatenus ſi quos clericos, aut laicos á dictibus fratribus pro colligendis elæemoſinis cruce falſo ſignatos inueneris, vbi probatur fori eccleſiaſtici effici laicos ob falſi muneris ſuſceptionem conſuluit, Decius conſ.277. num.1 vbi citat Oldr. conſ.86. meminit Auiles dict. verb. *No conſentir*, num. 1. in fin. Si autem conſtet quód clerici ſint fidedigno inſtrumento, licet capi poſsint à ſæculari, non tamen puniri, nam quoad illud remittendi ſunt ad iudicem ecclèſiaſticum, nullus enim alius clericum diſtringit, cap Nullus, de iudic.

Circa bullas pariter dubitari poteſt, 7
an poſsint in iudicio ſæculari nullæ declarari quando laicus deſtringitur pro crimine ſe ingerendi muniri quæſtuario ſine Regis licentia: & videtur ille articulus remittendus ad iudicem eccleſiaſticum, vt cognitio de bullarum falſitate ibi: Pro crimine falſi puniri valeat, vt puniendos dixit Bal. in l. Sub prætextu, C de ſacroſ. eccleſ. in fin quem citat idẽ Auiles, & ſe iuſsiſſe verberari laicos de tali crimine accuſatos teſtatur. Illud enim crimen quatenus inuoluit bulla-

bullarum falſitatem non ad iudicium ſæculare ſpectare poteſt, cap. Ad falſariorum de crimine falſi, cap. Licet eod. tit. Bernard. in pract. Cano. cap 130. imò & ipſi eccleſiaſtici caſu quo dubitetur de validitate literarũ debent Pontificem cõſulere, ex text. in d. cap. Ordinarij, §. Si vero, proſequitur, Auiles d cap. 51 nu 2. ad med. Sed dici poteſt quod etiamſi cognitio ſuper validitate, vel falſitate priuilegij ad forum Eccleſiæ ſpectet: tamen cum Regibus ſit indultum ne circa elæemoſinas exquirendas priuilegia exequantur ſine eorum conſenſu, vel aprobatione, eo caſu tales literæ ſuſpectæ reddantur, imò & ſupponantur falſæ, & vti talis rectè à iudice ſæculari declarantur, non exequendæ, vt in cap. Eamte de ætat. & qualit. & facit text. in cap Solicitudinem, §. Si verò notorium de appell. in 6. & in cap Statutum, in fine, de reſcript. eod. lib. Auiles d. cap. 51. num. 2 ad fin.

8 Vltimo, dubitari poteſt de aplicatione elæemoſinarum receptarum ad redemptionem captiuorũ, cum hæc aplicatio, ſeu comutatio ad ſolum Pontificẽ ſpectare poſsit, vt dixi ſupra, ſed illud à Rege expediri poſſe exiſtimo, quia quãdo elæemoſinæ petuntur in tuitu priuilegij, vel antequam licentia Regis impetretur, talis exactio fortuita eſt, & iniuſta, & potius furtum comittitur, cum ex falſa cauſa talis petitio procedat, adeo vt ſenſerit Auiles vbiſupra num. 2. vt repetitioni locus eſſe poſsit quaſi cauſa non ſequuta: licet ipſe ab hac opinione diſcedat ex ea ratione, quia elæemoſinam elargientes dolo bono inducti ſunt, & licet indulgentiam non conſequantur, ex Decio d conſ. 277. num. 1. tamen habent meritum elæemoſinæ, ex qua ſequuta eſt cauſa ſufficiens vt ceſſet repetitio. Quare vel dicamus quòd hi elargientes elæemoſinas ex ea falſa cauſa ex communi errore conſequuntur indulgentias, vt ſentit Anchar in dict. clem abuſionibus de pœnit & ſequuntur plures quos citat idem Auiles cap. 1. gloſ. 1. in fin. n. 23 ſaltem quoad Deum ex bona fide dantium, vel nullam conſequi indulgentiam, ex Decio conſ. 277. num 1. Oldrad. d conſ. 76. Videtur dicendum quòd ſaltem ex præſumpta mente donãtium tales elæemoſinas ipſi recuperare non intendunt, imò dato caſu quód nulliter ſint datæ eas aplicare captiuorum redemptioni ſe conformantes cum diſpoſitione legis, quare cum difficilimum eſſet ex vniuſcuiuſq; perſona agere ad repetitionem donatorum, non ſequuta cauſa lex ipſa repetit ea quæ turpiter acquiſita fuere, & ſine cauſa ſunt apud retinentem l. 4. ff. condict. ob turpe cauſ. vt reſtituantur prioribus dominis ex quorum tacita volũtate captiuorum redemptioni aplicantur.

Non enim hís caſibus habet locum comutatio voti, vel diſpoſitionis, quæ ad ſolum Pontificem ſpectat, & loci ordinarium, quia illud procedit in diſpoſitione valida, quæ vinculum iniecit, quæ ab alio quám à Pontifice interpretari, comutari, vel relaxari nequit: Non verô habet locum in furto, vel re ablata per dolum, cuius dominium temporale eſt, & apud antiquum dominum eſt, errantis enim non eſt voluntas Et cum res temporalis ſit ad Principem ſæcularem pertinet diſpoſitio tamquam de rebus ſubditorum, quos ipſe tali dominio ex cauſa priuare etiam poterit.

Tertium dubium pertinet ad Mendicantes, quos lex, & Princeps poteſt 9 prohibere ne ad mendicandum admittantur, obſtat tamen quód pro alijs petere elæemoſinam ſine licentia nemo poteſt, pro ſe autem nemo prohibetur, ſic procedit dict cap Cum ex eo, & alia iura quæ citat Azeued vbiſupra, in fin. Et his non obſtantibus, aſſerendum eſt legem ciuilem è ſua Rep poſſe arcere mendicantes validos, & ſimiles, qui vt ocioſam vitam agant pauperem vitam affectant, pernicioſum eſt enim Reip.

à talibus occupari, qui exemplo apium è Repub.tamquam fuci genus ignauum debent à præſepibus arceri, Plato lib 8. de Repub. Plinius lib.11.cap.10. Bobadilla lib 2 pollit.cap.13.num.31.ait enim Patrici de Rep. lib.1.tit.8. fol.24. ocioſi homines venenum ſunt ciuitatis, de his loquitur l. 1. 2. 3. & 6 titul. 11. lib. 8. recopil. Concil. Trident. ſeſſ.24.cap.7. Platea in l.1. C. de Mendicantib. valid. lib.11. iuſtius feceris, ſi iniuſtè petentem correxeris, ad idem facit l.4 tit.20. part. 2. & l.40 tit.5.part 1. Perez in l.1. titul. 14. lib.8. Ordin. iſti enim auferunt panem veris pauperibus, cap.Non omnis, 5.quæſt.5. cap 1. 82.diſt. faciunt verba Beati renati de rebus Germa. ibi: Suos pauperes quælibet ciuitas alito illis niſi manibus operentur nullus quicquam dato, Petrus Gregor. in ſintagm. iur. 3.part lib.39.cap 6 num.13 quare iuſtiſſimè lex ciuilis examinari iubet mendicantes ſicut aliàs de iure communi fiebat in d. l. vnica, Cod.de mendi.val.ibi: cunctis quos in publicum quæſtum incerta mendicatas vocauerit inſpectis, exploretur in ſingulis & integritas corporum, & roborum annorum. Reliqua circa hoc vide apud Bobadillam ſupracitato loco, vbi vide.

Ad Ordinationem lib.5.tit 107. §.17. dixi ad Ordinationem lib.2. tit.3.

De Ordinatione lib.5. tit. 117. §.8. dixi ſupra ad Ordinationem lib.3.tit.20.§.6.

SVMMARIVM.

1 *Remiſſus ad ordines expenſas ſoluit, & captus remittitur.*

2 *Notoriè clericus non capitur, ſed ſtatim remitti debet.*

3 *Lex Regia iubet ſoluere expenſas vſq; ad exceptionem factas.*

4 *Explicatur Ordin.lib.5.tit.32.§.2. Fideiuſſor dum condemnatur eſt quia in dolo verſatur eſt dum pro clerico in minoribus interceſsit. ibi.*

Explicatur Ordin.lib.1.tit.24 §.44.

5 *Remiſſus ad ordines ſoluit expenſas, & quomodo.*

DE

DE HIS QVI REMITTVNTVR ad ordines minores quomodo ſtatim capiuntur pro intellectu? Ordin.lib.5.titul.124.§.13. & lib.3.titul.67:§.5. & lib.5.titul.132.§.2.& lib.1.titul.24.§.44. & lib.2.titul.3.§.fin.

CAP. 77.

1 HAbet Regia Ordinatio quód qui in iudicio criminali reus vocatus eſt, ſi ad iudicium Eccleſiæ ſe remitti poſtulet, illicó capiatur in hæc verba: *Tanto que hũa peſſoa ſe chamar às ordẽs, logo ſeja prezo ſegundo a qualidade de ſua peſſoa, & do caſo por que he accuſado, porque hauendo de ſer remettido, ha de ſer remettido prezo, & não ſolto.* Deducta fuit ex concordia Ioannis primi, art.9. nu.183. 1.part. licet videatur offendere libertatem Eccleſiæ, dum clericum capere iubet contra reg. text. in cap. 2. de foro compet.cum vulgaribus.

2 Nihilominus tamen illa iura procedunt quandò notoriè de clericatu conſtat, quæ notorietas non datur in clerico in minoribus, ſæcularis enim præſumitur ex text.in cap.Legum, 2 quæſt.1. cap.Tuæ,de cler. peregr. firmauit Barb. in l.Titia, num.31. ff ſolut matr. Farina. lib.1.quæſt 8 num.37. Decian.lib.4 cap. 9 num.117 Menoch. præſumpt.76 lib. 6.num 1. Maſcard.concluſ 302. num.13 & ad iudicem ſæcularem ſpectat illa cognitio, vt ſupra multis rationibus comprobauimus, & non per modum informationis procedit, ſed iuriſdictionaliter cum partis citatione, Vaz alleg 19.n.22. ac proinde rectè cum capit quoſq cognoſcat an ſua ſit iuriſdictio. Extat & alia Ordinatio lib.3. tit.67. § 5 vbi qui ad ordines prouocant, condemnantur in expenſis litis,& cauſæ,atq, etiã perſonalibus, de cuius intellectu agit Vaz alleg 21. obſtat huic legi quód in expenſis condemnat victorem, nam ipſe qui excipit, & remittitur condemnatur, & videtur hoc caſu contra ius reſpondiſſe, ex text.in l.Properandum,§.Sin autem, C.de iudic. & contra aliam legem regiam lib.3. tit.67.in princ. vbi nec data cauſa litigandi excuſatur victus à ſolutione expenſarum,licet de iure communi aliud ſit, vt per Menoch.de arbitrar. caſ.177.num 4 deciſ Peruſ.51.num 10. Mexia taxa panis concl.3.nu 6. Guterr. lib 1. pract. quæſt 136. quare cum hæc lex clericos puniat pluſquam laicos, nõ videtur tolleranda,ex his quæ ſupra.

Nec legem regiam iuſtificat quód iudex etiã incompetens condemnat in expenſis,ex quo fundamento hanc legẽ confirmat Aufrer. reg 2. fal.22. Calder. conſ.12.de iudic & probatur in clem.1. de reſcript. Paulus in l. In criminali, quæſt 5.de iuriſd.omni iud Nec etiam ſatisfacit diſtinctio Bart. in l Non videtur in 1. ff.de iudic & Aufrer d. reg 2. fal.23. inter notoriè clericum, & non notoriè, vt primum ſæcularis condemnare nequeat in expenſis, nam quando fit condemnatio à iudice ſæculari iam fit tempore quo ex legitimis probationibus conſtat clericum in minoribus foro gaudere, quare iam condemnandi illum, nulla apud eum manet poteſtas, Archidiac in cap. Placita, 15. quæſt. 3. Bal.in l Qualiter, Cod Epiſcop & cler. Oldrad. conſ. 83 Doctores in cap Si duobus,

duobus, de appell. videnda Cap. Thol. quæſt. 165. Hic ſenſus videtur excludi, quia verbum *Chamar ás ordẽs*, debet intelligi cum effectu ſequta remiſsione, & loquens *do que ſe chama*, intelligit de remiſſo, vt eſt Ordin. lib. 2. tit. 3. §. fin ex quo videtur quôd omnes expenſas tenetur ſoluere.

Quare ne dicta lex deuiet à iure cõmuni, & grauoſior ſit eccleſiaſticis quã ſæcularibus interpretanda eſt vt ſecundum illius diſpoſitionem non teneatur clericus in minoribus expenſas actorũ, & perſonales ſimul exoluere, niſi illas quas fecit antequam proponeret ſuam exceptionem, illam diſsimulans vt vexaret partem aduerſam in eo iudicio ſæculari, patet ibi: *Que ſe fizerem des que o libello for recebido atè ſe chamar às Ordẽs*, ex quo fit quòd non tenebitur ſoluere expenſas ſuæ exceptionis, in qua ipſe victor euaſit, in his enim debet pars aduerſa condemnari, ſi accuſet: in quem ſenſum lex regia iuri conformis eſt, nam expenſas factas antequam ſuam exceptionem clericatus proponat, ipſe ſoluit ex dolo in quo verſatus eſt, dum paſſus eſt litem agitari in iudicio incompetenti, quod potuit ſtatím declinare, & vitare ne nulliter acta conficiantur, cum in eius eſſet poteſtate non ſuperſedere in exceptione proponẽda, expræſſe probat cap. Exceptionẽ, de exceptio. ibi: Qui ſi eam omiſerit vt actor laboribus, & ſumptibus fatigetur in expenſis eſt ligitimis condemnandus, Aufrer reg. 2. fal. 22. Capel. Toloſ quæſt. 165. facit clem 1. de reſcriptis, & intermiinis in clerico in factis, qui paſſus eſt ſe condemnari, & poſtea declarauit quòd ſoluat expenſas, dixit Bobad lib. 2. cap. 18. num 18. Imo litigando in ſæculari quodamodo affirmat ſe ſæcularem, & ideo rectè poteſt condemnari, arg. l. Quod ſi cum ſcires, ff. de dolo, ibi: Quod ſi cum ſcires cum facultatibus labi tui lucri gratia affirmaſti mihi idoneum eſſe, meritó aduerſus te cum mei decipiendi cauſa alium falſo laudaſti de dolo iudicium dandum eſt, faciunt quæ Menoch. conſ 102. vol. 5. Bart. in l. Non ſolum, §. Si mandato, ff de iniur. Nec enim intereſt an dolus geſtus ſit affirmando, vel tacendo, factis enim, aut verbis voluntas explicatur, vt probat l. Paulus, ff. rem ratam haber, pariterq; ſurreptitium dicitur reſcriptum, in quo falſitas expaæſſa eſt, vel veritas ſupreſſa. l Si quis obrepſerit, ff de falſis, ibi: Si quis obrepſerit præſidi prouinciæ, tam per acta, quàm per libelli interpellationem nihil agit, imò ſi accuſatus fuerit pænam temeratoris luit. Faciunt verba auth. de executoribus, col 7. ibi: Calumniam odimus, & omnẽ tergiuerſationem auerſamur, propterea huiuſmodi actus egere ligitimis medelis exiſtimamus. Atq, ex his iuſtiſsimè lege regia damnatur in expenſis retardationis, ille qui omiſit proponere ſuã exceptionem cauſam enim agẽtis retardauit, qui ſuã accuſationẽ corã cõpetenti iudice proſecutus eſſet tempore debito, nec ſumptibus vexaretur, quoad aliás veró expenſas, quæ factæ ſunt poſt exceptionem clericatus propoſitam, non inquit lex regia vt in illis condemnetur, imò contrarium, licet aliter ſoleat intelligi, provt dixit, & intellexit Vaz dict. alleg. 21. num. 1. vbi eam legem dicit odioſam & factam contra illos qui ad ordines conuolant, in quo non bené aduertit quòd nulla lex in odium Eccleſiæ ferri poteſt, ex his quæ Guterrez 4. part. q. 38. num 2. quia condita in odium clericorum ipſo iure nulla eſſet, cum nec in ipſorum fauorem valida ſit ex defectu poteſtatis, niſi quando aprobata ſit â ſummo Pontifice, vel iure Canonico, ex his quæ idem Guterr. dict. cap 38 num 29.

Ex quibus omnibus patet verus dictæ legis regiæ ſenſus, in quo iuri conformis exiſtit, quod ſi adhuc replicetur quôd iuri obuiat dum negat remiſsionem clerici quoad ſoluat, ibi: *E não ſerà entregue ao eccleſiaſtico atè as pagar*, in quo videtur eſſe contra cap. Nuper, de ſententia

tentia excommunicationis cum vulgarib. Reſpondetur quód circa clericos in minoribus poteſt iudex ſæcularis iuriſdictionem in criminalibus acquirere ex conſuetudine,vt ſupra diximus,ex Barboſ.in l Titia , num.35. & vltra Regni conſuetudinem extare apud nos concordiam inter vtrumq; ſtatum à ſummo Pontifice confirmatum , maximè cum hoc caſu defficiat ratio,cap.Nuper, quia clericus non detinetur inuitus in carcere , ſed quandiú non ſoluat, & ſic quandiù ipſe vult , ſicut alias excommunicatio maior dicitur medicina,licet pœna mortis ſit, quia ſcilicet excommunicatus moritur quãdiu ipſe vult, & nõ reſipiſcit,& fruſtra daretur ſæculari cognitio cauſæ ſi non poſſet cogere vt expenſas ſolueret condemnatus , quas vt laicus fecit , & tempore habili ,& facit Ordin. lib.2. titul.7. vbi ſæcularis ſuam ſententiam exequitur contra clericum, vbi ipſe cognoſcit , quam vide ſuo loco.

3 Extat alia Ordinatio tit.32. lib 5. §.2. vbi clericus qui fideiuſſorem præſtitit ſi ad ordines prouocat punitur cautionis amiſsione vrgentiſsimis fundamentis, hæc lex opugnari poteſt , itavt ab omni latere nutare videatur eius deciſio. Primo , quia ille qui obligatus erat præſentare in iudicio quendam laicum deobligatur ſi ille clericus efficiatur,ita Cardin poſt Guillel in clem.1. quæſt. 9. de cenſibus , & ibidem Imol. quæſt fin quare à fortiori, idem reſoluendum eſt in caſu legis regiæ,cum priuilegium illud clericatus iam compẽtat ab initio , nec ſuperueniat , quo caſu odioſum ſit , & in fraudem cenſetur acquiſitum , l.Si reus iuncta, l Vir bonus, ff de iudic.ſolui. & l 2. §.1 ff qui ſatiſd. cogant Secundo , quia vbi non valuit iudicium , nec ſatiſ actio patet autem quod reſpectu clerici iudicium ſæculare eſt incompetens, & nullum cap Si diligenti,de foro compet. & propterea Angel conſ 161. ad fin dubitat valere ſtatutum quod clericus actor præſtet fideiuſſorem deparendo iudici laico, quod quidem (ſine dubio) procedit in clerico reo , qui prorogare iuriſdictionem ſæcularem non poteſt,per d.ct.cap. Si diligenti , Capel.Tholoſ. quæſt.126. Tertio , hæc lex contra libertatem Eccleſiæ eſt,dum vult quód fideiuſſor compellat reum litigare corã iudice ſæculari,quod ipſe efficere non poteſt: imó ad impoſsibile videtur illum obligare, fideiuſsio autem impoſsibili obligationi non accedit , Bal.in l.1 Cod de indict. vidui.tol. Saly in auth caſſa, verſ.Quæro, Cod ſacroſ eccleſ quæſt 7. Quarto, huiuſmodi cautiones de repræſentando de iudicio ſiſti de parendo iudicatis ; de iudicato ſoluendo : admittuntur propter iudicis contemptum,l.2.§.1 ff qui ſatiſd. cog. & ibi Bald. quæ quidem ratio ceſſat in clerico , de quo agimus , quia cum illud iudicium ſit nullum ceſſat contemptus , & cum iuſte impediatur reus principalis,ibi:Litigare quia etiamſi velit,non poteſt, excuſatur,& fideiuſſor ipſius,l.Si is qui fideiuſſorem,ff.eod. titul. l.Omnes, 19. ff.de exceptio. notat Iaſ in l Si quamquam notab.1 eod titul. ff.qui ſatiſd.cog.

Nec obſtabit quód hæc lex non loquitur de clerico,ſed de eius fideiuſſore, qui priuilegio excutionis caret, Paulus, Alex. & Iaſ. in l.2. §.1. ff qui ſatiſd. cog. quia nihilominus habet cõtra clericum contrariã actionẽ mandati,propter quã euitandam poteſt clericus timere non oponere fori declinatoriam, & propter hoc clerici libertas minuitur , dum ipſe intimidatur, Felin.in cap.Eccleſia,q.13. & ibi Deci.num 46. text in cap.pen. de immunit.& cap Quanto,de priuil.

Non etiam mouet Collectarii opinio in cap.Propoſuiſti,de foro compet. quæſt.2. firmans hoc caſu fideiuſſorem incidere in pœnam,ex eo quia exceptio perſonalis rei principalis non tranſit in eum,maximè ſuperueniens,& quia obligatio fideiuſſoris poteſt ſtare quamuis obligatio principalis ſit inefficax. Ceſſat

ſat enim eius opinio quia fideiuſſoria obligatio vt valeat requiritur, vt ſaltem naturaliter valeat obligatio principalis, cui adhæret fideiuſsio: clerici autem obligatio hoc caſu á principio nulla eſt, non enim ille potuit ſe ſubmittere iudici ſæculari, cap. Si diligenti, de for. comp. Ceſſat etiam quod dicit Angel. per text. ibi in l. Si reus, ff. iudic. ſolui quod ſi promiſſor efficiatur clericus, non poteſt fideiuſſor vti eius beneficio, vt ſic non teneatur cauſam defendere, quia fori priuilegium ad eum non porrigitur: loquitur enim Angelus quando fideiuſſor poteſt cauſam defendere, quod in caſu propoſito nulatenus locum habet, quare ceſſante accuſatione clerici non poteſt cauſam aſſumere eius fideiuſſor.

Ceſſat etiam quod dicit Felin. in dict. cap. Eccleſ. quæſt. 13. dum ait non valere ſtatutum quod punit colonos, vel conſanguineos clericorum propter ipſos. Sic ergo videtur non valere hanc noſtram Ordinationem, dum propter ipſos punit ipſorum fideiuſſores. Nam reſpondetur quòd hoc caſu fideiuſſores nõ propter clericum puniuntur, ſed propter ſe ipſos: & ex facto ſuo proprio.

Quare poteſt, & debet hæc Ordinatio intelligi quod ideo punitur cautionis amiſsione clericus, quia clericus ſe talem eſſe negauit doloſe, cuius fraudis particeps præſumitur eſſe, ipſe fideiuſſor qui eius conditionem ignorare non præſumitur, & caliditate vtens promittit illum non abfuturum á iudicio, & in ea promiſsione facta, ſaltem virtualiter promittit dolum abeſſe, ex quo fit quod ipſe fideiuſſor eo caſu ex ſuo facto, & ſua culpa punitur, dict. l. Si quis obrepſerit. Nec ex eo poteſt dici quód incutiatur metus clerico, & intimidetur ne proponãt ſuam exceptionem, quia illud contingit per accidens, cum primo, & principaliter lex puniat fideiuſſorem ob ipſius dolum, nec ex iuſta punitione incutitur iniuſtus metus, vel iniurioſus, l. Si mulier, ff. quod metus cauſ. nec ſuccurritur ei qui ſe in iniuſtã neceſsitatem poſuit, non repræſentando reum in iudicio, provt ipſe promiſit.

Extat rurſus alia Ordinatio lib. 1. tit. 5
24. §. 44 circa ſolutionem ſalarij, qua cauetur ne remiſsi ad ordines dimidium ſalarij ſcribarum, & aduocatorum ſoluant, provt in §. Præcedenti dixerat, vbi cauetur vt pauperes capti ſi non habeãt vnde ſoluant condemnationem, & per duos menſes in carcere ex ea cauſa ſint detenti dimidium ſalarij, proceſſus ſoluitur ex Regia Chancelaria reſeruata Scribis, & Aduocatis actione contra ipſos quando ad pinguiorem peruenerint fortunam, moxq; excipit Ordin dict. §. 4. in hæc verba. *E todo o que dito he acerca do pagamento dos feitos dos prezos pobres, não hauerá lugar nos prezos que forem remettidos às ordẽs, ou tornados à immunidade da Igreja, ou algum couto de noſſos Reynos aonde eſtauão acoutados.*

Nimiam auſteritatem videtur hanc legem regiam fouere contra eccleſiaſticam libertatem, dum clericum iam remiſſum ad ſuum forum detinet in carcere ex cauſa ſalarij non ſoluti, & interminis Aufret reg. 3 fal. 4. facit regula, cap. Nuper, de ſententia excommunic. vbi excommunicantur qui clericos inuitos detinent, Decif. Delphynat 73 faciunt quæ Innocent. in cap. Odoardus, de ſolut. vbi clericum non poſſe detineri in carcere pro debito ciuili ſtatuit: ſalarium autem officialium inter debita ciuilia computatur, ex Aufrer vbi ſupra, deinde videtur lex regia reſpuenda, quia paupertatis cauſam dignam quam fauor publicus proſequeretur omnino excludit: etenim pauper propter ſalarij debitum in vinculis detineri nequit, ſicus aliàs ad ſolutionem ſportularum non obligatur, Gerardus ſingul. 73. Rebuf. in tract. de priuil ſchol priuileg. 90. num. 4. Roland conſ. 87. num. 23 vol. 2. Bologne in auth. habita num 243 Cod. ne filius. vbi dicit pauperem excuſari à ſalario, ſtante ſtatuto, quod conſultor

habeat

habeat centum in cauſis ciuilibus,& reprobat Matheſil. ſing 149. Pari etiam ratione aduocati à paupere ſalarium expoſcere non poſſunt, Bal. in l. Si furioſi, verbo Gratis, C. de nuptijs, Alber. in l 1 col fin. C. de ſuffragio, & in l Nequicquam, §. fin. ff de officio Proconſul. & ibi Iaſ. in §. vbi decretũ, col. 2 Couarr. pract cap 6. Alexand de Ales in 3. part. ſummæ, quæſt. 46 Thom. 2. 2. quæſt. 71. art. 1. & 4. Hoſtienſ. & Abb. in cap 1. de officio ordin vbi ait iudicem poſſe compellere aduocatum recuſantem præſtare patrocinium pauperi, Rippa in tract. de peſte pen. p num. 143. Notarius autem pariter inſtrumenti à ſe confecti, ſalariũ à paupere exigere non debet, ita Romanus in l Si verò, §. De viro, ſal 46. ff. ſolut. matrim per text in l Tam de mẽtis, in fin. cum gloſ. C. de Epiſc. audi. Alex. in l Argentarius, in princ. ff. de edend. circa appellationem, reſoluit Afflict. in conſt. Regni, appellationum tempora notab 5. verſ. Rurſus quæro, Roland. conſ. 87. num. 34. vol. 2 ſicut medicus infirmum pauperem mederi tenetur, cap Non ſatis, 87. diſt. in ſpecie, Doctores in cap. Ad aures, de ætat. & qualit. Pauperi autem mulcta remittenda eſt, Bal per text. ibi, in l. Illicitas, §. fin. ff. de offic. præſidis, ex quibus videtur ſeueriſsimum eſſe, & crudelitati proximum vinculis continere debitorem inopem, & egeſtate laborantem, & propter exiguam notarij mercedem remiſſionis ad ſuum iudicem beneficium remorari, maximè cum Ordinatio Regia pietatem proſequta in §. præcedenti ſtatuiſſet, vt pauperum ſalaria, qui per duos menſes in carceribus detinentur ex publica pecunia ſoluantur, & illud §. ſeq. denegat clericis ad ordines remiſsis quaſi eos maiori odio dignos cognoſcat, cumq. efficiantur deterioris conditionis quàm reliqui pauperes, videtur ea lex regia exterminanda cum fauorem aduocatorum, & notariorum reſpiciat quos Bart in l. Omnes populi, 5 q. prin ff de iuſt. & iur. appell. canes cariarũ, & deuoratores ciuium, & Iaſ excoriatores pauperũ, in §. Tripli inſt. de actio.

His tamen non obſtantibus, lex regia ſuſtinetur ex ea ratione, quod in hac Ordinatione nihil contra eccleſiaſticos continetur: nam dum Princeps illos non relaxandos cenſet quouſq. ſoluant ſolùm denegat illud beneficium, quod ipſe poteſt liberè exercere ſoluendo de ſua pecunia pro ipſis, provt in ſibi ſubditis elargitur, in d. § 43. Nec ex eo argui poteſt de iniuſtitia, quod illud idem beneficium quod à mera liberalitate prouenit, non extendit ad illos qui alterius fori ſunt, & alterius Principis iuriſdictioni ſubſunt, ad quem modo ſpectat ſubditum ſuum è carcere liberare ſoluendo pro eo, ſi inops ſit, provt Princeps ſæcularis pro ſuo ſubdito intercedit pecuniam elargiendo. Nec illa detentio in carcere eſt iniurioſa, vel facta clerico, quia licet ipſe modo quando detinetur iam vt clericus ſit remiſſus, tamen à principio quando captus fuit, vt laicus captus fuit, quia apud iudicem ſæcularem debuit oſtendere, & probare ſuum priuilegium, vt ſupra probaui. Vnde cum carceri mancipatus fuerit vt laicus expenſas litis à ſe factas, & de iure debitas, priuſquam exeat ſoluere tenetur ne fiat extractio cum alterius iniuria. Vnde illa Ordinatio ita intelligenda eſt, vt non interdicat pauperi clerico iam remiſſo, petere vel à Principe, vel à iudice, vt releuetur à ſolutione expenſarum, vel pro parte, vel in totum, ſed illud ſolùm diſponit quod nõ ſeruetur in taliter remiſsis, ille modus quem in alijs pauperibus ſeruari iubet, in quorum cauſis de pecunia regia expenſarum dimidium exoluitur. Vnde ſolum illos priuat illo beneficio, quod ſuis concedit ſubditis, in his veró quæ iuris ſunt nihil immutauit: vnde eo caſu Epiſcopi tales expenſoluent, vt dixit Vaz d. ſas alleg 21. n 8.

LAVS DEO PATRI, FILIO, ET SPIRITVI PARACLYTO, DEIparæq; Virgini, in quorum laudem, & gloriam dicta ſint, quæ ſine ſpe, non ſine labore, ſcripſimus. Et ſi quid inueniatur contra Catholicam Fidem, & bonos mores, pro non ſcripto habeatur.

INDEX RERVM MEMORABILIVM, QVÆ IN HAC SECVNDA, ET TERTIA PARTE CONTINENTVR.

A.

Abbates, & Rectores coram iudice ſæculari conueniūtur pro violentijs. cap.24.nu.37.
Actio de dolo eſt biennalis, exceptio tamen eſt perpetua. cap.24. num.4.
Actio ſuper beneficio regio occupato an debeat moueri contra Prælatum, vel contra poſſeſſorem? cap.29. numer 14.
Actoris conditio non fit deterior ex perſona ſucceſſoris. cap.30. n.2.
Actio iudicati datur aduerſus procuratorem. cap 35. n.9.
Actio qua agitur ad amiſsionem rei emptæ contra Eccleſiam, eſt actio ciuilis. cap 37. n.5.
Actus, validitas, vel iniuſtitia conſideratur tempore contractus, non ex poſt facto cap 22. n 25.
Actus qui non poteſt geri valide punitur pœna illi impoſita. cap.61. n 48.
Actus nullus aliquando valet in odium gerentis. cap 61. n 49.
Ædilis maior in Senatu Portuenſi an poſsit reſeruare fructus in cōductionibus Eccleſiarum laicis pro annona Senatorum cap.39. n.18.& 19.
Adulterij crimen an ſit mixti fori? cap. 56. n.9.
Adulterium ſolùm defertur ad iudiciū Eccleſiæ ad correctionem. ibi n 9.
Adulter propriè ille eſt qui alienum torum violat. ibi.
Alienatio inconſulto domino facta valet vt incurratur comiſſum. cap 28. num.3. & cap.61. n 49.
Alimenta pater iuſtè denegat filiæ, quæ ante 25. annum nubit. cap.73. n.31.
Alimentorum debitum dupliciter conſideratur. ibi. n 32.
Alimentorum formalia lege ciuili tolli nequeunt. ibi n.33.
Annus ad cognoſcendum de ſpolio quomodo computandus? cap. 24. num.3.
Annus an currat minori. ibi.
Annus interdicti eſt vtilis ad incipiendum continuus ad proſequendum. cap.29. n.8.
Annus à lege regia præſcriptus vt Eccleſia rem dimittat à iure eſt. cap. 67. num.21.
Appellatio in cauſa immunitatis ad quem iudicem ſpectet? cap.50. n.13. & 15.
Appellari poteſt à conceſsione, vel denegatione brachij. cap.52. n.35. & ad quem appelletur?
Appellatio ad Curiam Romanam nullo priuilegio tolli poteſt. cap.63.n.22. & 23.
Appellari an poſsit in iudicio qualitatum ob non factam condemnationem in forma legis regiæ. cap 27. num 40.
Appellatio eſt de reſeruatis in ſignum ſupræmæ iuriſdictionis. cap 37. numer. 17.
Appellationes criminales Bracharenſis Archiepiſcopus non concedit. ibi. n 17.
Appellationes criminales ad Regem denegare non poteſt Archiepiſcopus Bracharenſis cap.37. n 19.

Appellatio, & reuiſio in quo differant? cap. 37 n. 37.
Appellari debet à ſententia remiſsionis ad ordines, licet ſit interlocutoria. cap 45 n. 2.
Appellatur in remiſsione ad aliud Regnum. ibi. n 4.
Appellationis cauſa in remiſsione ad ordines, ſpectat ad auditores criminales. ibi. n. 5.
Appellatio vnica tantùm datur in iudicio quali atum in hoc Regno cap. 27. n 21.
Quid ſi cauſa incipiat coram Vicario Epiſcopi. ibi.
Quid ſi incipiat coram Vicario Archiepiſcopi? ibi n 22.
Appellationis iudex an poſsit cognoſcere de cauſa principali? ibid. n. 24.
Appellationem vnicam vt lex regia admittit, an ſic admittat ſupplicationem? cap 27. n. 27.
An pateat ſupplicatio ad legatum? ibi.
Appellatio á ſententia legati in cauſa qualitatum vel debet eſſe vnica, vel nulla. ibi n. 37.
Vide verbo, Forma.
Apoſtaſia an ſit crimen ſæculare? cap. 74. n. 1.
Apoſtaſia quatenus facti ſubeſt Principi ſæculari ibi. n 2.
Apoſtaſia tribus modis puniri poteſt. ibi. n 7.
Æquitas ſcripta præfertur rigori ſcripto. cap 28 n. 13.
Arbitratus conditio in matrimonijs reijcitur. cap 37 n. 9.
Fallit in patente. ibi. n 10.
Archiepiſcopus non alij ſubeſt quàm Patriarchæ. cap. 22. n 4.
Archiepiſcopi dicuntur ſuffraganei reſpectu Primatis. ibi n. 6.
Archiepiſcopus habet iudicialem poteſtatem. ibi.
Argumentum à contrario non valet quando ſequitur abſurdum. cap. 22. n. 4. & 12.
Argumentum valet de çonſuetudine ad legem. cap 67 n 6.
Arma capi poſſunt clericis, & quomodo? Vide verbo, Clericis.
Aſſeſſor non poteſt eſſe laicus in rebus eccleſiaſticis cap 24 n. 13.
Auditores Rottæ ſunt Delegati Apoſtolici. cap 63 n 26.
Auxilium brachij ſæcularis. Vide verbo Brachium, & verbo, Sententia.

B.

Bamnum ſolúm fit á Principe cum partis citatione cap 37. n. 35.
Bamnitus iterum rebamniri poteſt. cap 64. n. 36.
Beneficia reſeruata poſsideri nequeunt valide, niſi ex conceſsione reſeruātis, cap 37 n. 11.
Beneficium non vacans ſolûm conceditur à ſummo Pontifice, cap. 59. n. 10.
Beneficia impetrantes quas pænas incurrant? Vide verbo, Impetrantes.
Beneficia S Pontifex vni adimere, & alteri conferre poteſt. cap 6. n 25.
Beneficia computantur inter bona Eccleſiæ ibi.
Beneficij collatio etiā ex motu proprio ſubeſt legi regiæ. ibi. n 26.
Beneficia iuris patronatus non vacant in Curia ibi n. 32.
Beneficium ſymoniaci & illius qui vxorem duxit, quomodo ipſo iure amittantur? Vide verbo, Pæna.
Beneficium licet vacet ipſo iure, non tamen expellitur poſſeſſor. cap. 64. numer 12.
Beneficio an renunari valeat pendente accuſatione? ibi n. 15.
Beneficium iuris patronatus mixti totum laicale reputatur. cap 66. n. 5.
Beneficia Regum impetrari nullo modo poſſunt. ibi.
Quid ſi pro minori parte ſit regium? ibi. n 6.
Beneficium quod præſentatur alternis vicibus

vicibus quomodo impetrari poſsit? ibi. n.7.
Beneficia communia non veniunt in alternatiua. ibi. n 8.
Beneficium in quo obſeruatur turnus cum Rege impetrari non poteſt. cap. 66. n.10.
Beneficia iuris patronatus regij, etiam apud donatarios impetrari nequeūt. ibi n.11. & 12.
Beneficium regium non poteſt penſione affici ibi. n.11.
Beneficio quo quis priuatus eſt ipſo iure renuntiare non poteſt. cap. 64. n. 17.
Beneficio renuntiare non poteſt poſt concluſum in cauſa. ibi.
Beneficio dato quod vacat ad præſens impeditur renuntiatio. ibid. n.19.
Beneficio non renuntiat qui accuſatur. ibi. n 20.
Beneficia non poſſunt habere exteri in Regno. ibi. n 38.
Beneficijs penſiones imponi nequeunt in fauorem exterorum. ibi. n.39.
Quid in hoc Regno? ibi.
Beneficium non eſt penſio. ibi. n.41.
Beneficium habere vt defendatur, an dicatur ille qui poſſeſsionem nō cæpit. cap 62 n 30.
Beneficium habet ille qui adhuc poſſeſsionem non habet ibi.
Beneficium qui habet reſeruatum an defendatur? ibi. n.31.
Beneficium varias patitur diffinitiones ibi. n.1.
Beneficium multiplex eſt. ibi. n.4.
Beneficium dicitur eſſe poſſeſſoris. ibi. num.5.
Beneficiarij domini ſunt. ibi.
Beneficij canonica inſtitutio duplex eſt. ibi. n.7.
Beneficij proprietas á poſſeſsione non diſtinguitur ibi. n.9.
Beneficium reſeruatum obtinens lege regia non tuetur ibi. n 11.
Beneficium licet amittatur ob delictum tamen adhuc ſententia neceſſaria eſt. ibi. n.13.
Beneficium impetrari poteſt lata ſententia priuationis. ibi. n.14.
Beneficium an ex ſolo tempore haberi poſsit? ibi. n.16.
Beneficium reſpectu tituli præſcribi nequit contra priuatum. cap. 62. num.17.
Beneficij poſſeſſor per triginta annos an verus efficiatur? ibi. n 19.
Beneficij ſtatus vt mutetur quatuor requiruntur. ibi. n.19.
Beneficium non acquiritur ſola poſſeſsione ibi. n 22.
Beneficij longeua poſſeſsio non tuetur illum cui ius reſiſtit ibi. n.23.
Beneficium primum vacat á pacifica poſſeſsione ſecundi. cap. 62. numer. 34.
Beneficium an amittat Epiſcopus per conſecrationem. ibi. n.35.
Beneficium non vacat niſi ab adepta poſſeſsione ibi. n 36.
Beneficium qui adeptus eſt ſecundum, adhuc datur caſus vt ad primum redire poſsit, ibi. n.37:
Beneficij priuatio ipſo iure inducitur de iure nouo ſecundo aſſecuto. ibi. n.38.
Beneficium vacans per ſecundum liberè conferri poteſt. ibi. n.39.
Beneficio priori vacanti ipſo iure renuntiari non poteſt. cap. 62. numer 40.
Beneficio priuatus ipſo iure non auditur. ibi. n.42.
Beneficiū an impetrari valeat ſub prætextu ſymoniæ ibi. n 44.
Beneficium poteſt à laico poſsideri, & qua ratione? ibi. n 52.
Beneficium ſine canonica inſtitutione haberi non poteſt ibi. n.59.
Beneficiorum poſſeſsio ne capiatur inconſulto Principe quomodo lex regia prohibeat? cap. 68. n.4.
Beneficij nemo ſua authoritate capit poſſeſsionem. ibi.

Bigamus an ſit qui coaruptam duxit? cap.26. n.17.
Bigamia quando noceat. ibi.
Blaſphemia eſt mixti fori cap 56.n.35.
Blaſphemia eſt Principi maledicere. ibi.
Bona Eccleſiarum quomodo diuidantur? cap.24. n.30.
Bona quæſita ex ordinibus an ſint propria Prælatorum? ibi.
Et quid in hoc Regno? ibi.
Quid in bonis apoſtatarum? ibi.
Bona clericorum in duplici ſunt differentia, vel eccleſiaſtica, vel patrimonialia. ibi.
Bona patrimonialia quæ? ibi.
Bona eccleſiaſtica diuiduntur quadruplicitet. ibi.
Bonorum Eccleſiæ eſt Dominus Chriſtus Dominus. ibi.
Bonorum oblatorum dominium reſidet in ipſa Eccleſia. ibi.
Bonorum temporalium dominium eſt Regum. ibi.
Bona temporalia non poſſunt transferri in Eccleſias. capite. 37. numero 1.
Brachij ſæcularis conceſsio apud nos quibus concordijs innitatur. cap.52.
Brachium intra quinq; leucas à Senatu nemo concedit niſi ipſe Senatus. ibi. n.2. & 8.
Brachium exhibendum quando imploratur? ibi. n.3.
Brachij inuocatio non fuit pricis temporibus incognita. cap 52. n 4.
Brachium vnde dictum. ibi.
Brachij auxilium, & traditio Curiæ, in quo differant? ibi. n.6.
Brachij ſpiritualis auxilium quid ſit? cap 52. n 7.
Brachium aliquando petitur in auxiliũ iuris, aliquando facti. ibi. n 8.
Brachium implorat iudex ordinarius. ibi. n.9.
Brachium non implorat Ordinarius extra territorium. cap 52. n 10.
Brachium poteſt implorare delegatus. ibi. num.11 & 12.
Brachij conceſsionem quæ præcedere debeant. cap.52. n.14.
Ordinarie debet agi vt peti valeat. ibi.
imploratur poſt omnia. ibi.
Brachium non imploratur niſi lata ſententia. ibi. n.15.
Brachium imploratur oſtenſis ſolis monitionibus in caſibus, in quibus cognoſcitur ad correctionem, non ad punitionem. cap 52. n 15.
Brachium non conceditur niſi partibus citatis. cap.52. n.18.
Brachium ſi petatur, an iudex cognoſcat de viribus ſententiæ. cap 52. numer.19.
Brachio implorato in caſu hæreſis iudex non cognoſcit de ſententia. ibi. num.20.
Brachium ſi petatur in cauſis ſpiritualibus requiritur proceſſus exhibitio vt conſtet de facto cap.52 n 20.
Brachij conceſsioni impedimenta oblata ad depræcantem remittenda. cap. 52.n.24.
Depræcatus cognoſcit de impedimentis nullitatis quatenus facti. cap. 52. num 25.
Brachij ſæcularis auxilium an detur ſententiæ nullæ, vel iniuſtæ. cap 52. nn.27. & ſequentibus. Vide verbo, Sententia.
Brachij auxilium qui denegat poteſt cenſuris compelli. cap 52. n 32.
Brachij auxilium non datur ſi proceſſus non exhibetur. ibi. n.33.
Vel ſi iuris ordinem non ſeruauerit, & ex alijs cauſis. ibi n.34.
Breuia nomine Cameræ expedita ad fauorem alicuius habentur acſi ab eo fuiſſent impetrata. cap.61. n.26.
Breuia non recepta non habent vim. cap.63. n.29.
Breue an cenſeatur abrogatum per non vſum. ibi. n.30.
Bulla Iulij Tertij, ne cauſæ exeant à Regno, an ſit in ſua obſeruantia. cap. 63 n.28.

Vide

Vide ſupra verbo, Breue.
Bulla Cœnæ obſtat ſæculari cognoſcenti inter exemptos. cap. 22. n. 22.

C.

CAmpanæ pulſatio vt arma capi poſsint, cur fiat? cap. 43 n. 5.
Caſus omiſſus habetur pro omiſſo, cap 22. n 4.
Cauſa eccleſiaſtica etiam temporalis fori eccleſiaſtici eſt cap 24. n 11.
Cauſam dum ſummus Pontifex committit ſemper intelligitur ſine Ordinarij præiudicio. cap 63. n 3.
Cauſæ omnes clericorum ad ſuos Ordinarios ſpectant. ibi. n 4.
Cauſæ ne trahantur ad Curiam varijs Principibus ſummi Pontifices conceſſerunt. cap 63 n 5.
Cauſa criminalis, & ciuilis quæ ſint, & quæ mixtæ? cap 63 n. 24.
Cautio vbi requiritur ſufficit iuratoria, & quando. cap 71 n 1.
Citatio ſola an ſufficiat vt pœna legis regiæ prohibentis prorogationem incurratur cap 35. n. 4.
Citatio ſi maneat circunducta, nulla pœna incurritur. cap 35 n. 6.
Citet ſi procurator generalis an dominus pænam incurrat? cap 35. n. 8.
Citandi data generalis facultas ſemper intelligitur niſi vbi detur pœna, ibi. num. 8.
Citationes ad Curiam Romanam, lex regia prohibet. cap 63 n. 1.
Citationes ad Curiam á iudice regio anullantur. cap 63. n. 6.
Citationes quód non prohibentur lege regia ſimpliciter oſtenditur ibi. n 8.
Citatio quæcunq. ad Curiam eſt exorbitans ibi n. 9.
Citatio ſola ſufficit vt incurratur pœna legis. cap 63 n. 9.
Citationis exorbitantia in quo cōſiſtat? cap 63. n. 12.
Citationis ad Curiam occaſione datur ad Regem recurſus cap 63 n. 12.
Citatione expedita ad Curiam ſupplicatur ab exequente. ibi. n. 13.
Citans ad iudices extraneos pœnam incurrit ibi. n. 15.
Citationes etiam intra Regnum prohibitæ ſunt, per quas cauſæ auocantur ab Ordinarijs. cap 63 n. 36.
Citatio ad iudicium Collectoris in prima inſtantia fieri nequit. cap. 63 numer. 38.
Citatio ad Curiam, tranſacto biennio, & auocatio cauſæ an fiat? cap 63. n. 41.
Citatio facta in Regno ab eo qui impetrauit beneficium viuentis non euitat pænam. cap 63. n. 42.
Citatio ad Romam etiam ſuper alijs rebus quam beneficijs prohibita eſt, ibi. n. 43.
Citantes coram executore apoſtolico an puniantur? ibi. n 44.
Citatio partis non requiritur quando á iudice petitur familia vt aliquem manuteneat. cap. 24. n. 27.
Citatio Prælati negotiantis requiritur vt pæna applicari poſsit. cap. 24 numer. 34.
Citatio vt habeat effectum debet fieri coram iudice competenti. cap. 25. num. 7.
Clauſula motus proprij non faciunt iuſtam conceſsionem ſi illa talis non eſt. cap 61. n 29.
Si tamen conſtet de voluntate Principis obſeruanda eſt ibi. n. 31.
Clerici tripiciter diuiduntur. cap. 26. num. 1.
Clerici in minoribus debent deferre habitum & tonſuram ibi.
Clerici coniugati debent habere vxorem virginem, & vnicam. ibi.
Clerici in minoribus beneficium habētes regulantur ac in ſacris conſtituti, ibi.
Clericis quæ ſint communia. ibi. n 3.
Clerici quas veſtes debent deferre? ibi.
Clerici habitus intra domum non attenditur. ibi. n 4.

Clerici in minoribus coniugati, & beneficium habentes in quo differant? cap 26. n.5.
Clerici vt gaudeant priuilegio fori debent inſidere in habitu tempore capturæ. ibi.
Clerici coniugati debent inſidere in habitu tempore delicti, & capturæ. ibi.
Sufficit tamen capi in habitu, dummodo probet eſſe ſolitum geſtare habitum. ibi. n.6.
Clericus in minoribus vt gaudeat priuilegio qualis debeat eſſe affixatio? ibi. n.7.
Clericale priuilegium quando ſuſpendatur. ibi. n.8.
Clericus vt gaudeat debet obtinere in hoc Regno beneficium per annum ante delictum. cap 26. n.9.
Clerici in minoribus, & coniugati non gaudent in ciuilibus cap 26. n.10.
Clerici quando non gaudeant fori priuilegio. cap.26. n.11.
Clericus qui ſe immiſcet enormitatibus an gaudeat? cap.26. n.11.
An requiratur trina monitio? ibi.
Clericus ſi dimiſſo habitu delinquit? ibi. n.12.
Clericus accuſatus de furto, & falſa moneta, & falſitate an gaudeat in hoc Regno? ibi. n.13.
Repertus in ludo alearum apud nos an gaudeat? ibi. n 14.
Clericus qui vile exercet officium an gaudeat? ibi. n 15.
Clericus coniugatus qui corruptam duxit non gaudet. cap 26 n.16.
Clericus promotus ante ætatem an gaudeat? ibi n 18.
Quid ſi comiſit crimen læſæ maieſtatis. ibi. n 20.
Clerici in patrimonialibus non gaudẽt priuilegio Eccleſiarum. cap 27. n 9.
Clerici qui ſententias obtinuerunt in eccleſiaſtico poſſunt petere vt ſeruẽtur in ſæculari cap 42. n.1.
Clericus coram ſuo iudice conueniendus eſt. cap 30. num 3.
Clerici forus expirat eius morte. cap. 30. n.12.
Clericus ſi deceſsit iam citatus, tunc laicus in eo foro reſpondet. ibi n.13.
Clericus hæres clerici an coram Ordinario defuncti ſit conueniendus? ibi. n.14.
Clericus laudatus defendit emptorem in foro ſæculari. cap. 32. n 1. 2. & 3.
Clericus non poteſt conſentire in iudicem non ſuum. ibi. n.3.
Clerici non gaudent priuilegio Eccleſiarum. cap.31. n.5.
Clerici legibus generalibus quomodo conueniantur? cap.38. n.27.
Clerici tamquam ciues ſuo Principi ſubſunt. ibi. n 28.
Clerici ad reparationem viarum compelli poſſunt ibi. n 30.
Clerici quomodo teneantur ad refectionem viarum, ac pontium? cap. 38. n.33.
Clerici non tenentur exponere res quas exportare iubent, vulgò, Alcaldar. ibi. n.34
Clerici iurant in ſæculari circa res exportatas ibi. n.35.
Clerici an comprehendantur lege ciuili quæ prohibet paſcua? cap 39. n.1.
Clerici in pœnis, ſeu mulctis ædilium debent coram ſuo Epiſcopo conueniri. ibi.
Clerici ligantur lege quæ paſcua prohibet ibi. n 3.
Clerici ſuper paſcuis ligantur ſolùm quoad pœnas ciuiles. ibi n.8.
Clericus pro mulcta an à ſuo ædile, vel ædile rei ſitæ ſit mulctandus. ibi. numer.10.
Clericus qui excedit taxationem frumenti vbi conueniatur? ibi n.15.
Clericorum triticum tempore famis capi poteſt. ibi. n.16.
Clericus compelli poteſt vt domum ruinoſam redificet. ibi. n 17.
Clericus factus poſt delictum tenetur comparere in ſæculari priuilegium ſuum

ſuum allegaturus. cap.40. n.1.
Clericus qui in fraudem ordines ſuſcepit ſacros, foro gaudet. ibi.n.3.
Clericus beneficiatus poſt delictum debet comparere in ſæculari vt remittatur. ibi n 6.
Clericus ſi notoriè eſt talis remitti debet ſtatim. ibi. & cap 44. n.4.
Clericus hæres laici conuenitur in foro ſæculari. cap 30.n.1.
Clericus ſubit forum laudantis. cap 32. n.7.
Clerici in minoribus poſſunt compelli vt incendijs occurrant. cap 33 nu 1.
Et vt arma capiant ad defenſionem publicam. ibi. n.2.
Clerici tenentur Principi ſubuenire ibi. n 4.
Clerici ad hoc compelluntur á ſuo Epiſcopo. ibi.
An compellantur vt capiant delinquentes, & quomodo? ibi.
Clerici pro rebus fiſcalibus in foro Regis conueniuntur.cap.37.n.4.& n.22.
Non tamen ad pænam. ibi.n 2.
Clerici an teneantur ſoluere gabellam? cap 38 n.1.
Sunt exempti ab omni tributo ibi.
Non compelluntur per ſæculares ibi.
Clerici ſi negotiantur ſoluunt gabellam cap.38.n.5.
Clerici non ſoluunt gabellam, attento iure ibi. n 14.
Clericos Rex Emanuel exèmit à gabellis. ibi.n.7.
Clericus ſi emit ad reuendendum quomodo ſoluat gabellam? ibi.n 8.
Clerici an ſoluant portoria, vel pedagia? ibi n 9.
Clerici pro rebus prohibitis trahuntur ad forum ſæcularem. cap.38.n.14.
Clerici quoad pænam rerum amiſſarum in ſæculari conueniuntur. ibi. n 15.
Clerici exteri an ligentur legibus regijs? ibi n 16.
Clericus inuentus cum mercibus prohibitis non perdit non prohibitas. ibi. num.21.
Clericus ſi non inuenitur, ſed merces tantùm quid faciendum? ibi.n.22.
Clerici ſuper mercibus prohibitis reſpondent in foro Regum. ibi.n.26
Clericis arma capi poſſunt à miniſtro ſæculari horis prohibitis. cap.43 n 1.
An fiſco eccleſiaſtico ſint applicanda? ibi.
Clericus an ſubeat pænam pecuniariam à lege ciuili impoſitam? cap.43. n 5.
Clerici reperti in flagranti delicto capi poſſunt. ibi. n 6.
Clericatus cognitio ſpectat ſæcularem. cap 44 n.1.
Clericatus quæſtio duobus modis proponi poteſt. ibi n.2.
Clericatus facti quæſtio eſt iudicis ſæcuris. ibi. n.3.
Clerici in minoribus in ſæculari probāt ſuum priuilegium. cap.44 n.5.
Clericatus probatur per chartas. ibi. n.7. & 8.
Clericatus probatio debet eſſe inſtrumentalis. ibi n.9.
Niſi deperditæ ſint chartæ. ibi.
Clericus coniugatus quid probet vt gaudeat foro? cap 44 n 11.
Clericus capi poteſt à iudice ſæculari in flagranti idem, & monachus cap.46. num 1.
Clerici, vel comendatores qui cum Rege viuunt ſi condigne in eccleſiaſtico puniti non ſint, poſſunt ab ipſo Rege puniri. cap 48 n 1 & 3.
Clericus delinquens in officio ſæculri à Principe punitur ibi.n.4.
Clerici qui Regi inſeruiunt coram ipſo Rege conueniuntur in ciuilibus. ibi num.1.
Clericus decimam ſoluit ex ſententia lata contra eum in ſæculari.cap 51.n.1.
Clerici in his Regnis non emunt bona regalia cap.67 n.24.
Clericus in ſæculari conuenitur pro bonis regalibus. ibi.n.25.
Clerici diſponunt de rebus intuitu Eccleſiæ quæſitis, & quomodo? c.67 n.27.

Clericus qui Eccleſiam occupat cum armis capi poteſt, & quomodo? cap. 68. n. 15.

Clerici an ſint immunes á iugationis tributo? cap. 70. n. 3.

Clerici quomodo ſint immunes ab omni tributo. cap. 70. n. 7.

Clerici in hoc Regno an á iugata ſint immunes. ibi n 8

Clerici quales non ſunt exempti á iugata? cap. 70. n 9.

Clerici an tempore immemoriali poſſint fieri exempti á iugata? ibi n 11.

Clerici non admittuntur in iudicio ſæculari ſine fideiuſſoribus. cap. 71. num. 1.

Clericus ſi audiatur ſine fideiuſſore, proceſſus non eſt nullus. ibi n. 4.

Clericus in ſæculari reconueniri debet. cap. 23. n 1.

Fallit ſi detur incapacitas iudicis, ſi dolus reperiatur, ſi natura cauſæ repugnat. ibi.

Clericus in ſæculari reconuenitur ex chyrographo per decendium cap 23. num. 7.

Clericus ante ſpolium poteſt petere á ſæculari iudice vt manuteneatur. cap. 24. n. 26.

Clericus factus poſt citationem in ſæculari, ibi reſpondet ibi. n. 1.

Clericus factus poſt citationem non cõuenitur pro crimine in ſæculari. cap. 25. n 5.

Clericus licet quis fiat in fraudem, adhuc gaudet foro in crimine. ibi.

Quid in cauſa criminali ciuiliter mota. ibi. n. 6.

Clerici pro rebus Coronæ in ſæculari obligantur cap. 37 n 6.

Concordia infringi non poteſt, cap. 67. num. 17.

Concubinatus vel publicus, vel occultus. cap. 56. n 13.

Concubinatus notorius quomodo fiat? ibi.

Concubinarii moniti ſi inſordeſcant, tunc puniuntur. ibi.

Concubina clerici non punitur pro furto facto clerico. cap. 75.

Concubinatus crimen cõſideratur dupliciter. ibi n. 3.

Concubina clerici non eſt fori eccleſiaſtici. ibi.

Concubina clerici in minoribus an cõprehendatur ſub hac Ordinatione? ibi. n 6.

Concubinarij conueniuntur in foro Eccleſiæ, & quando? cap. 34 n. 1.

Concubinatus crimen, licet iuri naturali prohibitum, de iure communi eſt permiſſum. ibi. n 9.

Concubinatus hodie ſolùm punibilis inter eos qui contrahere non poſſunt, quia inter ſolutos datur correctio, & non punitio ibi.

Concubinatus crimen eſt ſæculare. ibi. num. 10.

Concubinatus ad Eccleſiam non defertur ad vindictam. ibi n 12.

Niſi ter moniti ſint. cap 34. n 12.

Concubinarijs laicis nulla pæna reperitur impoſita ibi.

Concubina clerici an ſtatim puniri valeat in eccleſiaſtico? ibi. n. 11.

Concubinarios nõ poſſunt capere Epiſcopi d. cap. 34 n. 13.

Concubinatui damnato quæ pœnæ de iure ſint impoſitæ. cap 34. n 13.

Concubinarijs ſolutis nulla pœna impoſita reperitur. ibi. n 14.

Concubinarij mulctari nequeunt antequam moneantur. ibi. n 16.

Concubinarij dum vocantur ab Epiſcopo vt moneantur, non bene recurrunt ad Regem. ibi n 20.

Concubinarius punitus in eccleſiaſtico, adhuc puniri poteſt in ſæculari. ibi. n 22.

Concubina coniugata quando puniri poſsit? cap 56. n. 10.

Concubinatus omni iure reprobatus. ibi n. 11.

Concubinæ de iure Romanorum pro vxoribus habebantur. cap. 56. n. 11.

Concu-

Concubinatus de iure Canonico ſolùm punitur inter perſonas eccleſiaſticas. cap.56. n.11.
Concubinæ nomen tripliciter capi poteſt. ibi. num.12.
Conductor laicus rei Eccleſiæ in foro illius conuenitur. cap 31.n 1.& 2.
Vel pro penſione conuentus. ibi.n.3.
Conductor rei Eccleſiæ poteſt parochianos obligare vt ſoluant in foro Eccleſiæ. cap.31.n.10.
Conductor pro pænis viſitationum trahitur ad forum Eccleſiæ. ibi.
Conductores ſi inter ſe litigant, iudex rei adeundus eſt. ibi.n.13.
Conductor gabellarum vnius prouinciæ non recipit gabellas ex oppido quod de nouo accreuit. cap.66. n.15.
Confratriæ in terris Ordinum, ſeu Militiarum non viſitantur à Prouiſoribus cap.58.n.21.
Contractus factus nomine dignitatis, cenſetur factus nomine Eccleſiæ. cap. 22. n.36.
Conſeruatores religionum comprehenduntur ſub Ordin.lib.2.tit.1. in prin. cap.22.n.27.
Conſuetudo cognoſcendi de cauſis exemptorum quod habeat fundamentum. cap.22.n.18.
Conſuetudo redacta in legem adhuc eſt conſuetudo. ibi.
Conſuetudo non poteſt dici ignorata à ſummo Pontifice. ibi.
Conſuetudines Hiſpaniæ etiam tranſire in hoc Regnum. cap.24 n.3.
Conſuetudo quid operetur circa vſum veſtium clericorum in minoribus? cap.26.n.4.
Conſuetudo mixta clericorum, & laicorum quando excuſet? cap 39. n.2.
Conſuetudo, & priuilegium in quo differant? cap.59. n 19.
Conſuetudo valet vt aliquo caſu clericus poſsit trahi ad forum ſæcularem. ibi.
Colonus Eccleſiæ non ſoluens, in eius foro conuenitur. cap 31 n 5
Colonus ſi nuntiat cauſam, clericus fit dominus litis, & remittitur ad eius forum. cap.32.n 6.
Comendatores pro decimis an agant in ſæculari? cap.24.n.28.
Comendatores an priuari valeant comendis ſi condigne puniti non ſunt in eccleſiaſtico. cap 48 n.5.
Comenda an ſit beneficium? cap. 48. num 6.
Comendæ plures nequeunt obtineri. ibi. n 9. Nec promitti. n 10.
Comendam habens an defendatur lege regia? cap.62.n 16.
Comenda altera temporalis, altera perpetua. ibi.n.25.
Comendatores defendit Ordinatio Regia lib.2.tit.13. ibi.
Comenda, & præſtimonium an defendantur? ibi.n 27.
Comiſsi cauſa non eſt criminalis. cap. 37. n.5.
Comiſſum datur ſi vnus ex emphyteutis non ſoluit. cap.28 n.14.
Compenſationem non admittit depoſitum. cap.23. n.4.
Copulatiua & aliquando ſumitur diſiunctiue. cap.61.n.6.
Crimina vel eccleſiaſtica, & ſpiritualia, vel ciuilia, vel mixta, cap.56.n 4.
Crimina mixta quæ ſint? ibi.n 5.
Crimina ad Eccleſiam, vel deferuntur ad vindictam, vel ad correctionem. cap.56. n.6.
Crimen mixtum punitum in vno foro, poteſt in altero foro puniri, & quando? cap.56. n 47.
Curia multifariam accipitur. cap. 60. num 1.
Curia Romana idem eſt quôd Sedes Apoſtolica. ibi n.2.
Curia Regis eſt forus vniuerſalis ad cauſas ſubditorum. cap.63.n.2.

D.

Decimæ debitæ Regi quæ ſint? cap. 38. num.11.

Debitor

Debitor fugitiuus poteſt à creditore capi cap.22.n.10.

Defenſio de ſe licita eſt. cap 56.n 12.

Dæmon pactum facit cum magicis, & adſtringi ſe ſimulat. cap.56.n.20.

Dæmon cogitationes non noſcit, ibi. n 22.

Dæmon dupliciter inuocatur. ibi.n 25.

Dæmoni profitentur aliqui tacitè, vel expreſſe, ibi.n.6.

Denuntiatus, ſeu laudatus voluntarié litigat ſi ipſe velit cap.32.n 3.

Vide verbo, Laudatus.

Delictum in vno loco inchoatum, in alio perfectum, in vtroq; punitur. cap.60.n 7.

Delictum poteſt duobus pænis puniri. cap 64 n.35.

Determinatio quando reſpicit plura determinabilia æqualiter determinat vtrumq; cap.63.n.9.

Dignitas Prælati non moritur. cap.61. num.46.

Dolus re ipſa conſideratur in contrâctu vbi datur læſio. cap 28.n 19.

Dominium triplex cap 61 n 26.

Dominium adminiſtrationis habet S. Pontifex.

Dominium rerum temporalium eſt Regis. cap.24.n.30.

Dominium particularium quale eſt? ibi.

Domini an ſint beneficiarij? ibi.n 31.

Dominium ſemel alienatum incipit eſſe res prophana.cap 28 n 2.

Dominium triplex eſt naturale, accidentale,vel commune.cap.59 n 7.

Dominus fructus emphyteuſis an accipiat ſine vſura. 3 p. cap.72. num 15. & 16.

Dominus adepta poſſeſsione emphyteuſis fructus facit ſuos ibi.n.16.

Donatio Abbatis, vel Rectoris de decimis ad vitam ſuam valet. cap. 27. n 33.

Donati, & monachi tertij Ordinis reſpondent in ſæculari, cap. 47. Et quid in oblatis? ibi n 1.& 2.

Donatarius contra colonos non exigit vltra contenta in forali, nec præſcribit cap 70.n 12.

Duo accidentia eiuſdem ſpeciei non poſſunt eſſe in eodem ſubiecto. cap. 64.n.34.

E.

Ecclesia non trahit laicum ad ſuum Ordinarium, ſed ad Ordinarium Eccleſiaſticum rei cap 28 n.23.

Eccleſia vocatur ad forum Regis pro rebus fiſcalibus. cap 37 n 4.

Eccleſia trahit laicos ad ſuum forum pro rebus ſuis. cap 27 n 6.

Requiritur qualitas furti, vel violentiæ, ibi n.7.

Fallit in perſonali actione, ibi.

Eccleſia quæ citauit laicum ad ſuum forum ſuper nullitate contractus ſui Rectoris an puniri poſsit ſi qualitatem non probet? cap.27.n.32.

Eccleſia dum petit emphyteuſim ſuam agit reiuindicatione.cap 28 n.2.

Eccleſia dum agit in ſuo foro contra laicum debet exprimere conſolidationem vtriuſq; dominij, cap.28.n 3.

Eccleſia an agat in ſuo foro contra tertium? ibi.

Eccleſia an agat contra ſpoliatorem ſui emphyteutæ, cap.28.n.4.

Eccleſia non agit in ſuo foro contra eũ qui fructibus ſpoliauit ſuum emphyteutam. ibi.

Eccleſia an agat in ſuo foro contra emphyteutam qui deteriorauit, cap.28. num.5.

Eccleſia obligatur pro collectis impoſitis perſonis pro rebus, cap.70.n.6.

Emphyteuſis dominium directum cum vtili conſolidatur finitis generationibus, cap 28 n.7.

Emphyteuſis poteſt retineri pro renouatione. cap 28 n 9.

Epiſcopus an poſsit priuari naturalitate, & quomodo? cap.64 n 46.

Epiſcopus exterus in hoc Regno in

ſæculari

ſæculari pulſatur lite, cap.24.n 29.
Epiſcopi in hoc Regno iurant fidelitatem ſummo Pontifici, cap. 22. numer.14.
Epiſcopi fiunt immediati ſummo Pontifici, ibi.
Epiſcopi olim à Rege,& Archiepiſcopo Toletano eligebantur, & confirmabantur, ibi.
Epiſcopus an citetur in ſæculari pro ſeruitio famuloaum, cap.22.n.36.
Et an capellani agant in ſæculari, ibi.
Epiſcopis duobus contendentibus de hæreditate alterius, an cognoſcat ſæcularis? ibi.n.37.
Epiſcopi animalia pro damno an conuenienda in ſæculari? cap.22.n.39.
Quid pro penſione? ibi.
Epiſcopus iudicat ob difficultatem iuſtitiæ in ſæculari, cap.24.n.1.
Epiſcopi in ſuis diæceſibus poſſunt pro peccatis ſubditorum inquirere, cap. 34. n.5.
Epiſcopi vices ſuſtinent Apoſtolorum, ca.56.n 3.
Euictio pluribus caſibus ceſſat, cap. 32. n.20.
Euictio non datur expulſo, vel ſi emit ſcienter alienum in donationibus, vel ſi ſententia eſt nulla, cap 32. 22. 23. 24. & 25.
Excommunicatio nulla talis declarari poteſt ab ordinario loci, cap.36. n.19.
Exempti an ſint Epiſcopi, & Prælati huius Regni, cap 22 n 14.
Exempti licet hodie detur iudex, non ceſſabit lex regia, ibi.n 25.
Exempti non reſpondent in ſæculari ſuper rebus Eccleſiarum, cap.22. n.28.
Quid ſuper renouationibus emphyteuſis, n 29.& 30.
Exemptus conuentus in eccleſiaſtico an declinare poſsit ad Regem? cap. 22 n 32.
Exemptorum cauſam nullus iudicat niſi Rex, ibi. num.33.
Exemptæ an cenſeantur moniales quæ ſubiectæ ſunt ordinario. cap.22. numer.34.
Exemptus an præciſe coram iudice ſæculari conueniendus ita vt non declinet, ibi n.41.& 42.
Exemptus in ſæculari an lege canonica, vel ciuili iudicandus, ibi.n 42.
Exempti etiam poſt obitum conueniũtur in ſæculari pro damno dato in Eccleſijs, cap.22.n.43.
Executio poteſt fieri in ſæculari in bonis clerici ibi condẽnati. cap 51.n.1.
Executores qui ſint? cap 63 n.45.
Executores meri facti qui? ibi.n.46.
Executores iuris qui? ibi.n 47.
Executor non expellit inauditum, ibi. n.46.& 50.
Executor contra intruſum quomodo procedat. cap 63.n.51.
Executor quando iudicis partes aſſumit. cap.63.n.52.
Executio ſententiæ quomodo à iudice peti debeat. cap 68. n.4
Extrauagans ambitioſæ de rebus Eccleſiæ ſolùm prohibet contractus per quos ius in re transfertur, cap. 27. n.35.

F.

Facti quæſtio circa clericatum bigamiam, & validitatem chartarum ordinis eſt iudicis ſæcularis. cap.44 n 14 & ſequentibus.
Facti quæſtio hæreſis, an poſsit de ea cognoſcere ſæcularis, atteto iure? cap.65. n 23. & cap.74. n.4.
Fæudi dominus cognoſcit inter fæudatarios, cap.29 n.3.
Falſa moneta quæ ſit? cap.26.n.13.
Falſitas Bullæ quatenus facti agitari poteſt in ſæculari, cap.76 n.7.
Familia poteſt peti ab eo qui timet ſpolium vt defendatur, cap.24 numer 26.
Familiam petens non renuntiat iuri

KKK restitu-

reſtitutionis propria authoritate, cap. 24. n.27.

Fictio an idem operetur quod veritas, cap.61.n.46.

Fideiuſſorem inuenire eſt valde difficile, 3.p. cap.71.n.2.

Fideiuſſorem ad expenſas an teneantur dare milites cruciferi? 3.part. cap. 71. n.5.

Fideiuſſor debet dari vbi cauſa agitatur, 3.p. cap.71.n.6.

Fideiuſſor primæ inſtantiæ an teneatur in vlteriori, ibi.n.7.

Filia non nubit ante 25. annum,& quas pænas incurrat? cap.73.n.1.

Filia ſi contrahit ſine patris conſenſu, eius ius lædit, ibi. n.8.

Filia ſine patre nubens peccat, ibi. numer.12.

Filia ſi digno nubit non poteſt exhæredari, cap.73.n.17.

Amplia etiam ſi emendetur, ibi.

Filia quæ ſe proſtituit exemplo matris non meretur pænam. ibi.n.20.

Amplia in emancipata, ibi.

Quid in vidua? ibi.

Quid in naturali? ibi. n.23.

Filia naturalis ligatur lege ſi ſuccedendi ius habet veluti ſi peditis ſit filia, ibi. n.24.

Filia naturalis equitis poteſt alimentis priuari, ibi.n.26.

Filia vt incurrat pœnam an requiratur tempus completum? ibi.n.27.

Filia non ſolum hæreditate, ſed donationibus priuatur, ibi. n.28.

Quid in donatione cauſa dotis? ibi. n.29.

Quid in remuneratoria? n.30.

Filia ſi fiat hæres à patre an ceſſet pœna? ibi. n.36.

Filius ſi conſentit an dicatur facere in fraudem? ibi.n.37.

Filiæ excluſæ tertia relinqui poteſt. ibi.

Fiſcus ſi ſuccedit tamquam hæres, in cũ tranſit inſtantia, cap.30.n.9.

Fiſcus ſi aſsiſtit cauſa defertur ad ſuum iudicem, cap.32. n.4.

Fiſcus excepta cauſa nullitatis vtitur iure priuati, cap.32. n.5.

Forale interpretari ex tempore quomodo poſsit, vt vnum pro alio ſoluatur. cap.70.n.11.

Forma à lege regia præſcripta in appellationibus in iudicio qualitatum, ſi non ſeruetur patet recurſus ad Regem, cap.27.n.38.

Fructus iuris præſentandi ſunt ipſæ præſentationes, cap.61.n.46.

Fructus emphyteuſis quo iure percipiat dominus iure conſolidato, 3. part. cap.72. n.15. & 16.

G.

GAbellæ origo quæ ſit? cap.38. numer. 3.

Gabellam clerici non ſoluunt, attento iure, ibi. n.4.

Vide verbo, Clerici.

Gabella, & pedagium in quo differant? cap.38. n.9.

Genere remoto remouentur etiam eius ſpecies. cap.23.n.1.

Geſta contra legis prohibitionem non valent, cap.35.n.14.

H.

HÆres non repræſentat defunctum in priuilegio. cap.30. numer.8.

Hæres defenditur vbi defunctus habuit domicilium. cap. 30. numero 10.

Hæres non ſuccedit in his quæ ſunt facti, ibi.n.10.

Hæres clerici laicus non conuenitur vbi defunctus debuit. cap. 30. numer.10.

Hæreditariæ res efficiuntur patrimonium hæredis ibi n.11.

Hæres laicus facit inuentarium in foro ſæculari. ibi. n.11.

Hæres Senatoris non ſubit forum priuilegij defuncti, cap.30.n.12.
Hæres illius qui iurauit non conuenitur. ibi.
Hæres clerici iam citati reſpondet in eo foro, cap.30.n.13.
An requiratur litis conteſtatio? ibi.
Hæres clerici, ſi eſt clericus, an coram ordinario defuncti citari valeat, vel coram ſuo. ibi.n.14.
Hæreticus ſtatim dominium amittit. cap.64.n.2.
Et fructus, ibi. n 5.
Hæreſis requirit declaratoriam. ibi. numer 5.
Hæreſis factum vt cognoſcat ſæcularis non differt ab alijs factis rerum ſpiritualium, ſecùs tamen ſeruatur, cap. 65. n.23.
Hydromantia quæ ſit? cap 56. n.28.
Hora prohibita, vt arma capi valeant, quæ ſit? cap.43.n.5.
Hora tranſacta an capi poſsint perſonæ inuentæ, licet campana pulſata non ſit, ibi.

I.

Incæſtus crimen an ſit mixtum? cap. 56. n.16.
Incæſtus crimen in figura matrimonij eſt fori eccleſiaſtici, cap.56. numer.17.
Incæſtus cum comatre incognitus iure ciuili, ibi.
Incæſtus impropriè dicitur quãdo quis cum infideli coniungitur. ibi.
Quid in eo qui cum moniali? ibi.
Infamia quomodo accipiatur. cap. 56. n.8.
Infamia non fit ex tribus, vel quatuor teſtibus. ibi.
Infamia qualis eſſe debeat vt in eccleſiaſtico de crimine mixto cognoſci poſsit, & an oriatur à fœminis. cap. 56 n 31.
Et an inditia ſufficiant. ibi
Infamia publica requiritur in ſacrilegio. cap.56. num.34.
Iniuriam proſequitur eccleſiaſticus in foro ſæculari, ſi velit, cap. 57. numer.8.
Iniuria ratione perſonæ clerici fit atrox, ibi.
Ignorantia quando excuſet tranſgreſſores legis. cap 38.n 17.
Ignorantes ligant leges, cap 61.n 18.
Ignorantia vel leuis, vel craſſa, ibi.
Ignorantia quælibet ſufficit vbi lex requirit dolum. ibi. & n.22.
Ignorantia vel verſatur circa caſum iam prohibitum, vel non prohibitum. ibi.
Ignorantia tunc excuſat quando ignorans dabat operam rei licitæ, ibi.
Ignorantia excuſat à pœna non affectata, vel ſupina, ibi. n.19.
Ignorantia excuſat in his quæ habent rationem pœnæ non defectus. ibi.
Ignorans excuſatur, ſi tamen ſua impetratione non vtatur, ibi. n.20.
Ignorantia non excuſat ad lucra, ibi.
Ignorantia in proprio opere non excuſat, cap.61.n 20.
Ignorantia in contractibus diuerſa eſt, ac in delictis ibi.n.23.
Iniuriam proſequitur eccleſiaſticus in foro ſæculari, ſi velit, cap 57.n.8.
Iniuria ratione perſonæ clerici fit atrox, ibi.
Inhibitoriæ quando ex iuxta cauſa poſſint prohiberi à Principe ſæculari, cap 65 n.1.
Inhibitoriæ eccleſiaſticorum quomodò implendæ, ibi n.4.
Inhibitio per ſe violentiam continet, ibi.n 5.
Inhiberi non poteſt iudex ſine regia facultate, cap 65.n.7.
Inhibitio an præſumatur ad partis inſtantiam, ibi.n.9.
Inhibitio an dicãtur literæ requiſitoriæ. ibi n 10.
Inhibitionem impetratam eſſe an ſufficiat vt pœna incurratur. cap. 56. n.11.

Inhibitio ſi iuſta ſit an parere teneatur ſæcularis, cap.65 n.12.
Inhibito iudici quando ſuccurrendum in iudicio regio, ibi.n.13.& 14.
Inhibitionem impetrans quomodo puniatur, cap 65.n 15.
Inhibitio vt ſit iuſta qualis eſſe debeat, ibi. n 16.
Debet expediri partibus citatis, ibi.
Inhibere poteſt iudex appellationis, ibi. n.17.
Inhibere poteſt ſæcularis eccleſiaſtico, ibi n.19.
Inhibere ſolus iudex regius ſolet apud nos, ibi.
Inhibitione præcedente geſta in contrarium nulla ſunt, ibi n.20.
Inhibitio valida eſt in cauſa natalium, ibi n.21.
Inhiberi non poteſt ſæcularis ſuper facto matrimonij, ibi n.21.
Vel in facto decimatum, vel clericatus, ibi.
Inhiberi poteſt ſæcularis quando punit clandeſtine contrahentes, cap. 65. n. 22.
Inhibitio valida eſt in cauſa hæreſis.ibi. n.23.
Inhiberi non poteſt ſi cognoſcit de exceptione excommunicationis, cap. 65. n.25.
Inhiberi non poteſt ſi cognoſcit de intereſſe, licet cauſa matrimonij in eccleſiaſtico agitata ſit, cap.65. n.26.
Inhibentibus pœnæ impoſitæ, & publicantibus validæ ſunt, cap.65.n.27.
Immunitas Eccleſiarum á iure diuino non eſt, cap 50 n.1.
Immunitate gaudet Eccleſia etiam non conſecrata, cap.50.n.3.
Immunitas ſolúm prodeſt illis qui morte affici poſſunt, ibi n 4.
Immunitas non datur clericis quia nunquam pœna ſanguinis afficiuntur, ibi.
Immunitas non conceditur mauris, & infidelibus, cap 40.n 5.
Nec hæretico, ibi.
Nec publicis latronibus. ibi n.7.
Nec incendiarijs. ibi.
Nec illis qui in Eccleſia delinqunt, ibi. n.6.
Nec occidenti inſidioſe, n 9.
Nec delinquenti ex propoſito, n 10.
Nec virginum raptori, n.11.
Immunitatis cauſæ deciduntur ab vtroq. iudice inſimul ſæculari, & eccleſiaſtico ex concordia, cap. 50. n 12.
Immunitas non datur in cauſis ciuilibus, cap 50.n 17.
Immunitate non gaudet qui deliquit in Eccleſia, ibi.n.17.
Immunitate an gaudeat damnatus ad triremes? ibi.
An ille cui impoſita eſt pœna verberum? ibi.
An frangenti carcerem? ibi.
An ille qui ducebatur per Eccleſiam? ibi.
An ille qui percuſsit á prophano in ſacro? ibi.
An gaudeat fur? ibi.
Immunitati an reſtituendus qui extractus fuit dolo? cap 50 n.18.
Imperium ſine iuriſdictione non bene conſtat, nec è conuerſo, cap 24. n 27.
Impetratio conditionalis non inducit pænam, illa pendente, cap 61.n 4.
Impetratio ſola ſufficit, & quæ id ſuadeant? ibi.n.8.
Impetratio iuris iniqui per ſe punitur, ibi.n 10.
Impetrans an euitet pænam ſi in Regno agit? ibi.n 12.
Impetrans á legato de latere an incurrat pænam? cap 61.n 13.
Impetrans in hoc Regno, ſi ibi ſit Curia incidet in legem? ibi.n.13.
Impetrata gratia, ſed literis non expeditis an incurratur pæna? cap.61.numer.14.
Impetrans contra legem regiam contrahit inhabilitatem, ibi.
Impetrans conuincitur ex ſola ſupplicatione

catione, ibi n.15. Et contra, n.16.
Quid ſi vti nollit impetratione? ibi. n.17.
Quid ſi bona fide impetrauit? ibi. n.18.
Impetrans ignoranter non excuſatur ab inhabilitate, cap.61 n.21.
Impetrans beneficium intruſi an incidat in legem? cap.61.n.24.
Impetrans cum clauſula motu proprij an incidat in legem? ibi n 24.
Impetrans beneficium iurispatronatus an incidat in legem? cap.61.n.32.
Impetrans ſubrogationem gratioſam an incidat in legem? cap.61. nu.33 & n 42.
Impetrans ſubrogationem in iuribus defuncti vt expellat poſſeſſorem, &c. ibi. n 38.
Impetrans ſubrogationem ſolùm poteſt litem cæptam proſequi, ibi.n.36.
Impetrans beneficium vnitum monaſterio an incidat in legem? cap. 61. n.46.
Impetratio nulla an inducat pænam? ibi n 48.
Impetrans beneficium comendatum an incidat in legem? ibi n 50.
Impetrantium beneficia viuentium pæna ipſo iure incurritur, cap.64. numer 27.
Et quæ pœnæ ſint de iure? ibi.n.28.
Impetranti pœna impoſita eadem eſt quæ citanti, cap.64 n 45.
Impetrantes breuia contra Regum indulta puniuntur, cap 66.n.1.
Impetrans contra iuspatronatus Regiũ incidit in pœnam, ibi n.4
Quid ſi ſit mixtum iuspatronatus? ibi. num.5.
Impetrans contra Regum priuilegia quomodo puniatur? cap 66.
Et an procedat in eo qui contra Magiſtri breuia impetrat ibi n 13.
Impetrans Hæbreus breue vt admittatur in Cathedralibus punitur, ibi n.18.
Impetrans beneficium viuentis à lege regia punitur, cap.59.n 1 & cap.61.n 1.
Impetrationes viuentium cur lex regia puniat? cap 59.n.7.
Impetrantem punit lex amiſsione naturalitatis, quæ eſt res tẽporalis, cap. 59 n.7.
Impetrans viuentis beneficium quas pænas incurrat? ibi n.10.
Impetrans Romæ beneficia Regni patriam offendit, cap.60.n 8.
Impetrans per procuratorem an incurrat pænas legis? cap.60 n.10.
Impetrans exterus beneficia Regni an incidat in legem? ibi n.11.
Impetratio exteri nulla eſt, ibi.
Si accedat ad Regnum ibi puniri poteſt, ibi.
Impetrans priuilegium naturalitatis an releuetur? ibi.
Impetratio ſola ſufficit vt pæna legis regiæ incurratur, cap 61.n.3.
Impetratio ſola videtur quòd non inducat vexationem, ibi n.4.& 6.
Impetrare an liceat beneficium eius qui aliud adeptus eſt ſine metu legis regiæ, cap.62.n 33.
Impetrare an liceat ſub prætextu ſymoniæ? ibi n 43.
Impetratio quælibet facta, certo modo eſt contra legem, ibi.n 46.
Impetrans beneficium quod à laico poſsidetur an incidat in legem? cap. 62. n.51.
Impetrans beneficium illius qui credebatur mortuus an puniatur? ibi. numer. 57.
Interpretatur cap fin. de immunit. Eccleſiarum, cap 67.n 3
Interpretatur cap. Cum cauſa de re iudicat. cap 67.n 6.
Interpretatur cap. 1. de immunit. lib. 6. ibi n.16.
Inſtrumentum habens executionem paratam eam non habet contra clericum, cap.30.n 6.
Inquiſitio facta à ſæculari contra armatos clericos, qui Eccleſias occupant, non poteſt annullari in eccleſiaſtico, cap.68.n 16.

Interdicta poſſeſſoria in beneficialibus admixtam habent cauſam proprietatis. cap.62. n.9.
Interpretatum cap. Ex literis, de exceſſ. Prælator.cap.64 n.25.
Interpretatur cap.fin. de exceſſ. Prælat. ibi. n.26.
Interpretatur cap.7. de cleric.non reſident. lib.6. ibi.n.6.
Interpretatum cap.Si à Sede, de præb. lib.6 cap 62 n.16.
Interpretatur cap.Licet canon, de præbend.lib.6.cap.62 n.35.
Interpretatum cap.In ciuitate, de vſur. 3.p. cap.72.n.5.
Interpretatur cap. Vt in quiſitionis, §. Prohibemus, de hæret.in 6. cap 74. n.4.
Interpretatur l. Filiæ, ff. de cond. & demonſtr.cap 73.n.14.
Interpretat.l.fin. ff.de iure de liber. ibi. n.23.
Interpetr. l.Naturali, ff.de confirm.tutor. ibi.
Interpretat.l.Hæres meus, ff.de condit. & demonſtr.§.fin cap 73 n.6.
Interpretatur text. in cap.Ad noſtram, de rebus Eccleſiæ, cap 28.n.19.
Interpretatur text.in cap.1.de in integr. reſt.lib.6. ibi n.20.
Interdictum vnde vi eſt prætorium, & annale, cap.29.n.8.
Interdicti ius tranſit in ſucceſſorem, cap.29 n.9.
Interdictum competit ſolum ei qui poſſidet, cap.29.n.10.
Interpreta l.Si is qui Romæ, ff.de iudic. cap.30.n.8.
Interpretatur l.3. C.de iur.fiſci, cap. 32. n.4.
Interpretatum Concilium Tridentin. ſeſſ.24 cap.8.n.34 n.13.
Interpretatur cap Peruenit, de immunitat eccleſ. cap.38.n.32.
Interpretatur cap. Si iudex, de ſent. excommun.lib.6.cap.44.n.15.
Interpretatum Concilium ſeſſ.24. cap. 11. cap 58.n.8.
Interpretatur Conciliũ ſeſſ 6 cap 3. ibi. n. 9.
Interpretatur Concilium ſeſſ.24. cap.6. n.10.
Interpretatur Concilium ſeſſ. 24. de regular.cap.11. ibi n.12.
Interpretatum cap. Relatum, de præb. cap.59.n.8.
Interpretatur Ordin lib.5.titul.117. §.9. cap.60.n.8.
Interpretatur l.His quidem, C.qui mili. poſſ. cap.61.n.15.
Interpretatur l.Si duo, ff.de acq.hæred. cap 61.n.20.
Interpretatur l.Diuus 15.ff.ad l.Cornel. de falſ.cap 61.n 23.
Interpretatur cap.2. de præbend. in 6. cap.61.n 28.
Interpretatur cap 2. vt lite pend. cap. 61. n 44.
Interpretatur cap.Dudum, 2.de electione. cap.64.n.23.
Interpretatur cap. Per tuas, de ſymon. ibi. n.24.
Interpretatum cap 1.de ſupplend.negli. prælator.lib.6. cap.22.n.8.
Interpretatum cap. Qualiter, de iudic. ibi.n 9.
Interpretata l.Licet, C.de exceptio. cap. 24.n 4.
Interdicta in ſpiritualibus inuoluunt proprietatem, cap 24.n.7.
Interpretatur cap Si iudex, de ſentent. excommun.lib.6. cap 24.n.7.
Interpretatur reg.beneficium, lib.6. ibi. n.8.
Interpretatur l.2 § Sed ſi agant, ff.de iudic.cap 24 n 16.
Interdictum vnde vi hoc Regno, an detur pro re mobili? cap.24.n.17.
Interdicta etiam ad caſus fictos extẽdũtur, ibi n.24.
Interpretatum cap.vlt.de iudic.ibi n 23.
Interpretatur l. Si decurio, C.de falſis, cap 25 n 5.in fin,
Interpretata l.fin. §1. de iuriſ.omni.iud. cap.27.n.5.
Interp.l Ordinata, ff.de liberal.cauſ. ibi.

Interpretatur cap. Si clericus, de foro compet.cap.27.n 7.

Intruſus non poteſt ſpoliari quin prius audiatur, cap.62.n.43.

Itineris diſtantia ad Curiam non eſt cauſa vt Rex cognoſcat inter clericos, cap.22 n.10.

Iudex ſæcularis an poſsit cognoſcere de ſpolio rei ſpiritualis pendente iudicio proprietatis in eccleſiaſtico, cap.24. n.22.

Iudex eccleſiaſticus cognoſcit de cauſa proprietatis iurispatronatus, cap 29. n.2.

Iudex ſæcularis cognoſcit de facto iuris patronatus, ibi.n.4.

Iudex ſæcularis an cognoſcat de bonis quibus eſt annexum iuspatronatus. cap.29 n.18.

Iudex eſt inter ſuos Princeps ſupremus, etiam in ſua cauſa, cap.36.n.1.

Iudex inter Principes eſt ſummus Pontifex ibi n.2.

Iudex eccleſiaſticus,& ſæcularis cognoſcunt an locus ſit ſacer, cap 50.n.15.

Iudex domicilij punit ſubditum ſuum alibi delinquentem,cap 60 n.6.

Iudex Regni ratione rerum, quæ in Regno ſunt punit ſubditum extra delinquentem,circa illas res, ibi.n.7.

Iudex extra Regnum impetrari non poteſt, cap.64 n 43.

Iudex exterus in nulla inſtantia impetrari poteſt, ibi.n 44.

Iudex Regius ſi excommunicatur,cognoſcit Capellanus maior, ex breue Leonis, ibi n.15.

Iudex qui poteſt cognoſcere, poteſt ſuã ſententiam exequi, 3 p cap.71.n 9.

Iudex poteſt condemnare, qui poteſt abſoluere, cap 28.n.29.

Aliquando non ita, ibi.

Iudex eccleſiaſticus ſi non condẽmnat Eccleſiam agentem,quæ non probat qualitates. patet recurſus ad Regem, cap 28.n 30.

Iudex Regius cognoſcit de cauſis ſuper bonis Coronæ priuatiue, cap.37 n 8.

Iudicis eccleſiaſtici copia ſi non datur, non ex eo cognoſcit ſæcularis, cap. 22. n.9.

Iudex ſæcularis cognoſcit de violentia inntrà annum, etiam inter clericos, cap.24.n.3

Iudex ſæcularis cognoſcit de ſpolio inter clericos, cap 24 n.5.

Iudex ſæcularis non cognoſcit de facto rei ſpiritualis,nec per viam exceptionis, cap.24 n.12.

Iudicis incapacitas nec de partium conſenſu ſuppletur,cap. 24.n.21.

Iugationis tributum vnde ortum? cap. 70. n 1.

Iugatio eſt ius regale, ibi n 2.

Iugata an præſcribatur? cap 70 n.12.

Iura regalia exiguntur ab ipſis prædijs, cap.38 n.13.

Ius Regni eſt noſtrum ius commune, cap 61.n.20.

Iuramentum quomodo obliget hæredes iurantis, cap.56.n 36.

Iuriſdictio ſæcularis velut in fonte, in Principe eſt, cap.37.n 10.

Iuriſdictio titulo acquiritur habito á Principe, cap.37.n 11.

Iuriſdictio eccleſiaſtica, & ſæcularis ſe adinuicem adiuuant, cap 41 n.2.

Iuriſdictio an acquiri ab Epiſcopis valeat contra laicos? Vide verbo Prælati, & verbo Præſcriptio.

Ius Canonicum antiquum permittit ſæculari cognitionem inter clericos deficiente iudice eccleſiaſtico, cap 22. n.24.

Ius publicum, & priuatum quomodo conſiderentur, cap 63 n.41.

L.

Laicus an prorogare poſsit iuriſdictionem Epiſcopi? cap.35.n.1.

Laicus non fit de foro Eccleſiæ,eo quòd deliquerit cum clerico,cap.41. n 3.

Laicus trahitur ad forũ Eccleſiæ ratione qualitatum. Vide verbo, Qualitas.

Laici ſi occupant res Eccleſiarum. Vide verbo, Sacrilegium.

Laicus ſi conſentit in iudicem eccleſiaſticum, adhuc ſibi non præiudicat, cap 28.n.34.

Laicus hæres clerici conuenitur vbi defunctus debuit, cap 30.n.10.

Laicus non repræſentat defunctum in clericatu, ibi.n.11.

Laicus hæres laici non poteſt citari ad forum Eccleſiæ, cap.30 n 12.

Laudatus litigat ſi ipſe velit, cap 32. n.3.

Laudatus ſubit forum laudantis, ibi n.6. & 7.

Laudatio, attento iure fit omni tempore ibi.n.10.

Laudatio de iure regio fit tantùm ante publicatas atteſtationes, ibi n.10.

Laudatio ceſſat vbi notoriè conſtat de non iure laudantis, cap 32 n 11.

Laudare an poſsit vſufructuarius dominum vt eum defendat? cap 32.n.8.

Laudandi ſunt omnes ad quos negotiū ſpectat, ibi.

Laudatio eſt pars contractus præcedentis, cap.32 n 13.

Laudatio non requiritur in executione, ibi.n.14.

Legatum quod habet cauſam ſucceſſiuam requirit exiſtentiam cauſæ, cap 28.n.15.

Legatum relictum filiæ ex patris conſenſu vſq; ad 25 annum quomodo valeat? cap 73.n 13. 14 & 15.

Legatus Pontificis vices gerit Pontificis in prouincia, cap.22.n 22.

Legatus eſt iudex exemptorum, ibi.

Legatus de latere non eſt propriè Ordinarius, ſed modo extraordinario, cap. 22. n.26.

Legis ratione ceſſante, an ceſſet ipſa lex? cap 22.n.22.& 26.

Legis condendæ poteſtas nulli data eſt à Principe. cap 37 n 25.

Leges generales ligant clericos, cap 39. n 3 & 6 & cap 43 n.4.

Lex pro paſcuis lata, eſt in bonum com mune, cap 39.n 6.

Lege duodecim tabularum puniebantur qui paſcua aliena depaſcebant, ibi n.7.

Legum interpretatio petenda à Regnis vicinis, cap 39 n 11.

Legis ratio, licet ceſſet, aliquo caſu lex valet, cap.62.n 47.

Legis Diuinæ, & Euangelicæ, & humanæ, quæ ſit differentia quando ceſſant? cap.62.n 48,

Lenocinij crimen quàm deteſtabile, cap 56.n 14.

Lenociniū adulterij pœna plectitur, ibi, n.15.

Lenones in eccleſiaſtico non puniuntur niſi publici, ibi.

Leucæ quomodo dimetiendæ? cap. 38. n 18.

Lex ſuppoſitiuè diſponens valet, licet veritas ſit in contrarium, cap 59 n.11.

Lex ſæcularis poteſt expellere ſeditioſos à ſua Republ.cap.59 n.12.

Lex generalis ligat clericos, ſi de illis nō diſponit ſpecialiter, cap 59.n.13.

Lex regia poteſt reddere inhabiles ſubditos ad beneficia Regni ex iuſta cauſa, cap 59.n.15.

Lex inhabiles facere potuit impetrantes beneficia viuentium, ibi.n.16.

Lex Caſtellæ has impetrationes prohibet, ibi.

Lex Regia non tueri intendit intruſos, ibi.n.18.

Lex iuſtè punit impetrantes beneficia viuentium, ibi.n 19.

Lex Regia poteſt ligare ſubditos Romæ delinquentes, cap 60 n 5.

Lex domicilij ligat ſubditum alibi delinquentem, ibi n.6.

Lex quæ duos caſus proponit, ſi alterum tantùm decidit, in vtroq; videtur diſpoſuiſſe, cap.61 n.7.

Lex loquens in caſu vero, an procedat in caſu ficto? cap.61 n 46.

Lex regia tuetur poſſeſſores, quibus cōpetit reſtitutio, non alios, cap 62. n 16.

Lex quomodo ceſſet in particulari, & commu-

communi, ibi 49. & 50.
Lex quæ duos caſus proponit, & alterum decidit, videtur vtrumq; decidiſſe, cap.63.n.11.
Lex quæ prohibet ne immobilia vendantur Eccleſijs valet, cap 63. n 9.
Lex poteſt res ſubditorum à comercio eximere, ibi.n 10.
Lex regia quæ prohibet alienationem immobilium, in Epiſcopos, & Eccleſias, ex quibus concordijs deducta? cap.67.n 1.
Lex ſæcularis faciens mentionem de Eccleſijs non valet, quando conſtat de publica vtilitate, ibi n 11.
Legis prohibitio dirigitur ad ſuos, & per accidens alienos comprehendit, cap. 67. n 13.
Lex valet ſtatuere quod clerici pro rebus emptis contra prohibitioné reſpondeant in ſæculari, ibi n.18.
Lex Regia non tollit quód per ſucceſſionem Eccleſia bona acquirat, ibi. n.19.
Lex regia non habet locum in hypotheca, ibi.n.20.
Lex Regia ſolùm locum habet in alienatione quæ pleno iure fit, cap. 67. n 20.
Lex Regia non comprehendit clericos, qui emunt ſine regia facultate, ibi. n.22.
Lex Regia an procedat in patrimonialibus? ibi.
An in bonis ex hæreditate acquiſitis, & non emptis? ibi.
An in dote facta filiæ moniali? ibi.
An habeat locum quando Eccleſia eſt domina directa. ibi n 23.
Lex Regia dum prohibet, ne capiatur poſſeſsio beneficij ſine Ordinarij facultate, ex concordia deducta eſt, cap. 68. n 1.
An comprehendat clericos? ibi n.4.
Lex Regia quæ pænas imponit non loquitur cum clericis, cap 68.n 7.
Lex dum tollit ne fiant encaſtilamentos, loquitur cum clericis. ibi. n 8.
Lex generalis ligat clericos ſæculares, ibi n 13.
Lex quæ arma prohibet, adiuuat iús Canonicum, cap 43.n.2
Lex Regia dum punit impetrantes beneficia viuentium opugnatur, cap. 59. n.2. 3.& 4.
Libertas eccleſiaſtica non tollitur, ſublatis his, quæ de iure competunt, cap 67.n.15.
Libertaté Eccleſiæ non lædit prohibitio ne res ſæculares trahant ad Eccleſiã, ibi. n 14.
Libertas eccleſiaſtica in quibus conſiſtat, ibi.
Libertas an conſiſtat in his quæ reliquis de iure conceduntur, ibi.
Legitima eſt quaſi debita filijs, c 73 n 5.
Literæ requiſitoriæ quæ præſentantur in tribunalibus regijs, canté exequédæ, cap.42.n 1.
Litium redemptores à Republica expelluntur, cap 59.
Locus an ſit ſacer, vterq; iudex iudicat, ſæcularis, & eccleſiaſticus cap 50.n.15.

M.

Magiſter ordinum eſt Prælatus ordinum, & eorum Ordinarius, cap 58. n.1 & 2.
Magiſtri iuriſdictio eſt apoſtolica, ibi. num 4.
Magiſter an acceptet permutationes? cap 58.n.22.
Magiſter poteſt iudicem ordinum conſtituere, ibi n.24.
Magiſtri dignitas per ſe ſubſiſtit, cap.66. n 16.
Magiſter ordinum iubet facere inquiſitiones in criminibus militum, cap. 58. n.25.
Magiſtri dignitas eo quòd vnita Coronæ, Regia eſt. cap.66.n.13.
Contra Magiſtri indulta qui impetrat, Vide verbo, Impetrare.
Magiſter, & Rex in quo differant? cap. 66. n.14.

Maiori

Maiori conceſſo videtur conceſſum quod eſt minus, cap.28.n.29.

Malefici, & incantatores qui ſint? cap. 56. n.18.

Maleficæ mulieres quæ gerant cum dæmonibus. ibi.

Malefici pactum ineunt cum dæmone, ibi.n.20.

Malefici manes vocant, ibi.

Maleficia quæ, & quomodo fiant? ibi. n.21.

Maleficia etiam ſunt odij, ibi.n.22

Maleficia ſunt quibus homines ligantur ad Veneris vſus, ibi n.30.

Matrimonium etiam eſt contractus naturalis, cap.73.n.5.

Matrimonium debet eſſe liberum, cap. 73.n.11.

Medici,ſeu Chyrurgi membrum putridum ſecant ne ſana corrupat, cap. 59. n.12.

Mendicantes validi quomodo puniendi. cap.76.n.9.

Merces prohibitæ intra quas leucas capi poſsint. cap 38.n.18.

Quid ſi mutato conſilio exportans merces prohibitas redibat, cap.38.numer.19.

Merces ſi inueniũtur,nõ tamen perſona clerici,quid faciendum? ibi n.22.

Plauſtra, & boues an amittantur? ibi. n.23.

Merces prohibitas ſi minor vehebat,an reſtituatur? cap.38. n 24.

Vide verbo, Clericus.

Militijs Caſtellæ datum priuilegium, ilicò tranſiuit ad hoc Regnum, cap. 58.n.7.

Militiarum priuilegijs non derogant decreta Concilij, ibi.& n.8 & 16.

Milites exempti exercentes curam animarum de iure ſuberant ordinario, cap.58.n 13.

Militiarum Eccleſiæ exemptæ faciunt exemptas omnes capellas annexas. ibi.

Militiarum prioratus in quibus exercetur curam animarum ſunt membra monaſteriorum ordinis, cap.58. numer 14.

Militiarum priuilegia non ſunt reuocata per Concilium, ibi n.16.

Militiarum priuilegia poſt Concilium Pius quintus reformauit, ibi.

Militiæ quo tempore inſtitutæ fuerunt? cap.58 n 17.

Militia de Auis quo tempore incæpit? ibi.n.18.

Militiæ ſunt exemptæ in capitibus, & ſingulis membris, ibi.n.19.

Militiarum Magiſter concedit facultates ad ædificandum, ibi.n 20.

Militiarum ordinarij ſubſunt Capellæ etiam poſitæ extra limites ordinum' ibi.

Milites in ciuilibus non gaudent priuilegio aliquo, cap.58 n.26.

Milites gauden priuilegio qui comendam,aut panes ciuiles habent.ibi numer.27.

Milites qui habent ſtipendium quindecim mille numorum gaudent priuilegio ibi.

Milites priuilegio fori non gaudent niſi profeſsi ſint. ibi.n.27.

Milites deaurati poſſunt compelli vt iurent in ſæculari, cap.58 n.1.

Militiæ ſunt exemptæ ab omni iuriſdictione ordinaria ibi n.4.

Milites militiarum ſi ordines habeant minores gaudent priuilegio ordinum. cap.26.n.19.

Militiarum priuilegia ſunt conceſſa in remunerationem. cap.58 n.5.

Militiarum exemptio ante,& poſt Concilium data fuit, ibi.n 7.

Miſsio in poſſeſsionẽ beneficij fit, etiãſi non detur titulus. cap 24 n.9.

Miſerabilis perſona ſæcularis agit in eccleſiaſtico ſine metu pœnæ,cap 35. n 11.

Miſsio in poſſeſsionem beneficij efficit vt ex ſecundo decreto verus fiat poſſeſſor, cap.62 n.16.

Mixta crimina quæ? cap.56.à n.1.

Monaſteria Pontifici immediata viſitantur

tantur ab Ordinarijs tamquam delegatis, cap.22.n.34.
Monaſterio ex perſona monachi maioratus vltra annum non acquiritur. cap.67.n.20.
Monitio triplex requiritur vt clericus negotiator puniri poſsit, cap.24.numer.34.
Monitio trina an requiratur vt clericus amittat priuilegium fori, cap 26. numer.11.& n.21.
Monitiones concubinarij debent eſſe diſtinctæ, cap.34.n.12.
Monitionibus durantibus nulla pæna infligi poteſt. cap.34 n.15.
Monitiones tres requirit Concilium tempore diſtinctas, cap.34.n.16.
Monitionibus opus non eſt vbi cognoſcitur iudicialiter, cap 34 n 17.
Monitio an debeat eſſe cum eadem perſona, vel ſufficiat cum diuerſa, cap.34 n.21.
Mulier habens bona Regiæ Coronæ non nubit ſine facultate regia.cap.73. n. fin.

N.

NAturalitate Regni priuantur á lege ſæculari pernicioſi, & perturbatores, cap 64.n.29.
Naturalitate ſemel priuatus an iterum priuari poſsit: cap.64.n.33. Sicut & bamniri, ibi.
Naturalitatis priuatio an imponi poſsit Epiſcopo,& quando,& cum facultate Regis, cap 64 n 46.
Negotiatio tripliciter conſideratur, cap. 24. n.34.
Negotiatoris Prælati pæna applicatur ipſius Eccleſiæ, cap 24 n 36.
Negat ſi reus qualitates violentiæ an ſtatim remittatur ad ſuum iudicem. Vide verbo, Qualitas.
Notarij eccleſiaſtici non faciunt inſtrumenta inter ſæculares, cap 69 n.1.
Nec ſufficit quod etiam ſit Tabellio, ibi.n 5.
Notarius non ſcribit, etiam non data copia Tabellionis, ibi n 6.
Nec ad pias cauſas, ibi n.7.
Notarij faciunt donationes iuris patronatus, ibi n.8.
Notarius non facit inſtrumenta emphyteutica, ibi. n.9. & 10.
Nec mandata ad ſæculare iudicium, ibi.n.9.
Nullitas vt concludat quando laicus trahitur ad forum Eccleſiæ debet proponi ex cauſis canonicis, non ciuilibus, cap.28 n.6.
Nuptiæ filiarum ante 25. annum quomodo prohitæ? cap.73.
Vide verbo, Filia.
Nuptiæ ad tempns prohiberi poſſunt valide, cap.73.n.6.

O.

OFficia nemo creat niſi ſolus Princeps. cap.37 n 26.
Vide verbo, Princeps.
Officia nemini tolluntur ſine iuſta cauſa. cap.61.n.30.
Maxime ſi empta, & data ob ſeruitia. ibi.
Officia ſi Princeps adimit, tenetur reſarcire damnum parti, ibi num.30.
Officium clericale quid ſit? cap.62. numer.55.
Officium clericale poteſt comitti laico, ibi. n.52.
Onus regale rebus impoſitum an comprehendat res clericorum? cap. 70. n 4.
Ordin.lib 2.tit.20.explicatur, cap.69.
Ordin lib.5 titul 1 §.fin.explicatur, cap. 74.
Ordin.lib 5.tit.29.explicatur, cap.75.
Ordin.lib 5.tit 103.explicatur. cap.76
Ordin. lib.5. titul.124. §.13. explicatur, cap.77.
Ordin.lib.3.tit.67.§.5. explicatur, cap. 77.
Ordin.lib.5.tit.132.explicatur, cap.77. n.4.
Ordin lib.1.tit.24.§.44 explicatur, ibi.

Ordin.

Ordin.lib.2.titul 3.§.fin explicatur, cap. 77.
Ordin.lib.2. tit.13. ſub illis verbis, Seus beneficios, explicatur, cap.60.
Ordin.lib 2.titul.13 ſub illis verbis, Os fazem citar, explicatur, cap 63.
Ordin.lib 2.tit 18 explicatur, cap.67.
Ordin.lib 2.tit.19. cap 68.
Ordin.lib.2.titul 33.§.25. cap.70. nu.8. & 10.
Ordin.lib.2.tit.27.§.1. cap 70.n.11.
Ordin.lib.3 tit.20 § 6. & lib.5. titul.117. § 8. 3 p. cap.71.
Ordin.lib.4.tit.20. 3.p. cap.72.n 9.
Ordin lib.3.tit.67.§.1 cap 72.n.10.
Ordin.lib.4 tit 67.§.4 ibi.n.13.
Ordin.lib.4.tit.69 §.2. ibi.n 23.
Ordin.lib.4.tit 88 §.1 3 p. cap.73.
Ordin.lib.1.tit.87.§.19. ibi.
Ordin.lib.5 tit.22. ibi.
Ordinatio Regia lib.2 tit.1.in principio explicatur, cap 22.n.1.
Quod procedat in Epiſcopis annularibus, ibi.n.13.
Ordinatio eo loci ſupponit Epiſcopos eſſe exemptos, ibi n.14.
Ordinatio Regia lib.2.titul.1,an habeat locum in Baliuis, & equitibus ordinis militenſis,& in alijs, ibi.num.20. & 21.
Ordinatio Regia an ceſſet ſtante in Regno Legato de latere? nu.22. ibi. & 23.
Ordin.lib.3.tit.33.§.4 explicatur,cap 23. n.5.
Ordin. lib.2.tit.1.§.1. explicatur, ibi.
Ordin.lib 2 tit.1 § 6. explicatur, cap 23. n.8.
Ordin lib.2.titul 1. §.3. explicatur, cap. 25.
Ordin.lib.2. titul.1.§.2.explicatur, cap. 24.
Ordin.lib.2 titul.1.§.6. explicatur, cap. 28.
Ordin.lib 2 titul 1.§ 5. explicatur, cap. 27.
Ordin lib.2 titul.1.§.4. explicatur, cap. 26.
Ordin.lib.2.titul.1.§.2. explicatur, cap. 24.
Ordin.lib.2.tit.1 §.7.explicatur, cap.29. n.5.
An procedat in omni interdicto? ibi.
Ordin.lib 2.tit 1.§.11. cap.31.n.1.
Ordin.lib.2.tit.1.§.9. cap.31.
Ordin.lib.2 titul.1.§ 13. explicatur, cap. 34.
Ordin.lib.2.titul.1.§.14.explicatur, cap. 35.
Ordin.lib.2.titul.1 § 15.explicatur, cap. 36.
Ordin lib.2.tit.1. §.16. & 17. explicatur, cap 37.
Ordin.lib.2 titul.45.§.10. & §.fin. exponitur, cap 37.n 13.
Ordin.lib,2 titul 1.§.19.explicatur, cap. 38.
Ordin.lib.1 tit 66.§.43 explicatur, cap. 38. n.33.
Ordin. lib.2. titul.1. §.20. explicatur in cap.39.
Ordin.lib.3.tit.11.§.6.explicatur, cap.39. n.12.
Ordin lib.2.titul 1 §.21. 22. & 23. explicatur, cap.40.
Ordin.lib 2 titul.1.§.24.explicatur, cap. 41.
Ordin.lib 2.titul.1.§.25.explicatur, cap. 42.
Ordin lib.2.titul.1.§ 26. explicatur.cap. 43.
Ordin.lib.2.titul 1.§.27.explicatur, cap. 44.
Ordin.lib.2 titul 1.§.28 explicatur, cap. 45.
Ordin.lib.2.titul.5 §.9. explicatur, cap. 45. n.7.
Ordin.lib.2.titul 1.§.29 explicatur, cap. 46.
Ordin lib.2.tit.2 explicatur, cap 47.
Ordin.lib 2.titul 3 explicatur, cap.48.
Ordin lib.2.tit.4 explicatur, cap.49.
Ordin.lib 2.tit 5.explicatur cap 50.
Ordin,lib.2 tit.7 explicatur, cap.51.
Ordin.lib.2.tit.8 explicatur, cap.52.
Ordin.lib.2 tit.1,§.13 explicatur, cap.52.
Ordin.

Ordin.lib.2.titul.33.§.25.explicatur,cap. 70.
Ordin.lib.2.tit.9.explicatur,cap 53.alias 56.
Ordin.lib.2.titul.9.§.3. explicatur, cap. 56.n.32.
Ordin.lib.2.titul.9.§.1.explicatur, cap. 57.
Ordin.lib.2.tit.12. explicatur,cap.58.
Ordin lib.2.tit.13.explicatur. cap.59.
Ordin.lib.2.tit.13.ſub illis verbis q̃ eſtão em Corte de Roma explicatur,c.60.
Ordin. lib.2. tit.13. ſub illis verbis, Lhe impetrarem ſeus beneficios,cap.61.
Ordin.lib.1 tit.98.cap 61. n.29.
Ordin lib.2.tit.13. ibi. Por eſſe meſmo feito, cap.64.
Ordin.lib.2.titul.13 § 1.explicatur, cap. 64. n.43.
Ordin lib.5. tit.1.§ fin. explicatur, cap. 65. n.23.
Ordin.lib.2.titul.15.explicatur,cap.66.
Ordin.lib.1. titul 2. §.16. interpretatur, cap.67.n.18.
Ordines ſuſcepecti poſt delictum an ſufficiant vt cõpetat priuilegium fori? cap.40.n.3.&6.
Oſtaciſmo olim Athenienſes expellebant Seditioſos, cap 64.n.28.

P.

PActum de non renouando emphyteuſim non valet, cap.28.numer.13.
Pactum de retro quando faciat vſuram 3 part. cap.72. n.20.
Lex Regia ſolúm requirit prætij modicitatem, ibi n.21.
Pactum de retro minuit valorem rei, ibi.n.23.
Pactum de retro,& reſolutorium in quo differant? ibi.
Particula aut ponitur inter diuerſa,cap 63.n.9.
Paſcua aliena qui ingreditur. Vide verbo, Leges.
Paſſalia Eccleſiæ quæ ſint, & an alienentur? cap.27.n.36.
Paſſalia Eccleſiæ vnitæ alienari poſſunt, ibi.
Patrimonialia clericorum non gaudent priuilegio Eccleſiarum, cap.22 n 30.
Patronus pro ſuo iure conſeruando agit in ſæculari, cap.24 n.25.
Patronus ſi lite pendente eius præſentatus moritur alium ſubſtituit, cap 61. n 43.
Pœna ipſo iure vbi incurritur dominium ſtatim amittitur.cap.64.n 1.
Pœna vbi ipſo iure incurritur, ſtatim beneficiũ conferri poteſt,cap.64 numer.7.
Pœna ſymoniaci eſt ipſo iure, ibi.
Pœna ſymoniaci nulla ſpecialia continet, ibi. n.9.
Pœna contrahentis matrimonium de facto eſt vt beneficium vacet, & prouideri valeat, cap.64.n.10.
Pœna incurritur etiam ex actu nullo, cap 73.n.34.
Pœna legis contra nubentes filias ante 25 annum non habet locum in maſculis, cap.73 n.35.
Nec in ſponſalibus, ibi n.35.
Pœna Ordinationis lib.2 tit 1.§ 5.an habeat locum in laico citante, alium in foro Eccleſiæ, cap.27 n.43
Pœnam legis an incurrat miſerabilis ſi agit in eccleſiaſtico, cap.35 n.11.
Vel ſi agit pro implemento iuramenti, ibi. n.12.
Pœna vt incurratur an requiratur conſumatio delicti? cap 38 n.18.
Pœnam an Eccleſia vitet ſi à cauſa deſtitit quando laicum citauit ad ſuum forum, cap.27.n.30.
Pœna imponitur à lege regia, lata ſententia, ibi.
Pœna non vitatur, lite iam conteſtata. ibi.
Pœna an habeat locum in cauſis mixti fori, cap.27.n.31.
Vide verbo, Eccleſia.
Penſio rei Eccleſiæ petitur à laico in foro eccleſiaſtico. cap.27.n.11.

Pœnam nullam concubinario Epiſcopus infligit, durantibus monitionibus, cap.34.n.15.
Aliæ emendæ non prohibentur, cap. 34 n.15.
Pœnam infligere poteſt Epiſcopus vbi iudicialiter cognoſcit, cap. 34. numer.17.
Pœna Ordinationis aduerſus prorogantes iuriſdictionem Epiſcopi an habeat locum ex ſola citatione, cap 35. n.3.
Pœna an incurratur ex compromiſſo in iudicem eccleſiaſticum, ibi. n 7.
Pœnitentia an licita ſit vſq; ad ſententiam vt vitetur pœna, cap.35.n.13.
Pecudes an conueniantur pro damno dato? cap 39.n.5.
Penſiones debitas, ſi reus deponit ante litem conteſtatam an debeat ceſſare cauſa, cap.28.n.15.
Penſio in beneficio regio imponi non poteſt, cap.29.n.16 & 17.
Penſionarij conueniunt conductores in ſuo foro vt ſoluatur pẽſio, cap 31 n 8.
Penſio habet fructus hipothecatos, ibi.
Penſio non eſt beneficium, cap 64. numer. 41.
Penſiones non dantur in fauorem exterorum, ibi.n.42.
Penſiones hodie conſtituuntur adinſtar beneficiorum, cap.64.n 42.
Penſiones Italis patiuntur noſtri Reges ſoluere, ibi.
Pontifex ſummus quomodo dicatur beneficiorum dominus? cap 61.n.28.
Pontifex neminem priuat ſine cauſa, ibi.
Pontifex Primatum eſt Primax, cap. 22. n 5.
Poteſtatis publicæ duo ſunt actus, cap. 24 n.27.
Poteſtates duæ ſunt, ſpiritualis], & temporalis, cap.56.n 3.
Poteſtas ſpiritualis,& temporalis diſtinctæ ſunt cap.59 n.1.
Poteſtas Principis, & particularium in quo differant? cap 67.n.13.
Poſſeſsio rei ſpiritualis dupliciter diſcutitur, cap.24 n 6.
Poſſeſsioni rei ſpiritualis ſi ineſt violenlentia ſæcularis cognoſcit. ibi.
Poſſeſsio non capitur per actus obſcuros. cap.24 n 20.
Poſſeſsionis,& proprietatis cauſa quando non ſit communis,cap.24 n.22.
Poſſeſsio immemorialis non eſt quam habet Archiepiſcopus Bracharenſis in ſuis cautis, cap.37 n.19.
Poſſeſsio triennalis an defendat poſſeſſorem. Vide verbo, Tiennalis.
Poſsidens ex ſola ſignatura an ſit tuendus? cap 62.n.28.
Poſſeſsio capi nequit ex ſola ſignatura, cap 62.n.28.
Poſſeſsio propria authoritate quando do capi valeat? cap 62.n.68.
Poſſeſsio vacua per ſe ipſum quis capere poteſt? cap 68.n.4 & 9.
Poſſeſsio habita ſine titulo habet contra ſe præſumptionem. ibi.n.10.
Poſſeſsionem ſua authoritate an capiat Vicarius mortuo Abbate? cap.68.n.13.
Periurus qui ſit,& an ſit mixti fori? cap. 56. n 36.
Prælati inferiores ſubſunt maioribus, cap.22.n.5.
Prælati huius Regni videntur habere iudicem ordinarium.cap.22 n.6.
Prælati poſſunt ex tempore regiam iuriſdictionem acquirere, cap 22 n.35.
Prælati non poſſunt capere laicos per ſuos miniſtros, cap 34 n.19.
Secùs tamen de iure regio, ibi.
Prælati pro iuriſdictionis abuſu coram iudice regio obligantur, cap 37. numer.9.
Prælati an ex temporis curſu poſsint acquirere iuriſdictionem? cap. 57. num.1.
Tempus debet eſſe immemoriale, ibi.
Prælatis lex regia indulget vt conſuetudine acquirant iuriſdictionem, in laicos. ibi n 4.
Explica procedere in cauſis mixti fori. ibi.

Prælati in cauſis grauibus poſſe capere laicos aliqui dixerunt, cap.57.n.5.
Prælati non capiunt concubinarios, dũ eos audiunt, ibi n.6.
Prælatis Rex Sebaſtianus indulſit facultatem capiendi laicos, ibi n.8.
Prælati duobus modis cognoſcunt, vel per inquiſitionem generalem, vel ſpecialem, cap 56.n 7.
Prælati inquirunt generaliter, etiamſi nulla præcedat infamia, cap.56. numer.8.
Præſcriptio non datur aduerſus beneficia iurispátronatus regij, cap.29. numer.12.
Præſcriptio immemorialis eſſe non poteſt illa de cuius initio aliquo modo conſtat, ibi n 13.
Præſcribi nequeunt reſeruata Principi cap.37 n 12.
Præſcriptio iuriſdictionis pluribus locis à lege regia permiſſa reperitur, cap. 37. n 14.
Præſcribi quomodo poſsint regalia? ibi. n.15.
Præcriptionem iura prohibentia ſtricte intelligenda ſunt, ibi n.15.
Præſcriptio immemorialis ſi reprobatur quomodo hoc accipiendum ſit? ibi.
Præſcriptione prohibita non prohibetur tituli allegatio, ibi.
Præſcriptio vbi reprobatur adhuc admittitur poſſeſsionis allegatio, ibi.
Præſcriptione prohibita non prohibetur allegatio tituli, qui ex ipſa poſſeſſione prohibetur, cap 37.n.15.
Præſcriptio prohibetur à lege regia illis qui contra ſuum titulum poſsident, & non alijs, cap 37 n 16.
Præſcribi nequit ſupræma poteſtas contra Principem proprium, cap. 37. n 18.
Vide verbo, Prælati.
Præſcribi an valeat ius beneficij? cap.62. n.17.
Præſumptio ſuppoſitiua annullat actum licet fraus non reperiatur in eo, cap. 61. num.23.
Præuentio quid ſit? cap.57 n 9.
Præuentio fit ex ſola citatione, ibi.
Præuentio, & prorogatio in quo differant? ibi.n.10.
Præuentio in criminibus mixtis inducitur ex ſola inquiſitione, ibi.n.11.
Princeps ſolus prohibet venationem, cap.37.n.36.
Solus reuiſionem concedit, n 37.
Principis pecudes non ſunt immunes à mulctis, cap 39 n 14.
Princeps clericos ſuæ domus punire poteſt, & priuare bonis à Rege obtentis, cap 48. n 4.
A Principe nihil iniuſtum peti poteſt, cap.52.n.26.
Princeps ſemper præſumitur cum cauſa procedere, cap 61.n 29.
Niſi agatur de tertij præiudicio, ibi.
Princeps bona cōfiſcata donare poteſt, cap.64.n.11.
Princeps huius Regni habebat ius retinendi bullas quouſq; remiſſum fuit cap.65 n.2.
Princeps reſtituitur aduerſus præſcriptionem ex capite iuſtæ ignorantiæ, cap 29.n.13.
Princeps poteſt prohibere ſubdito ne alienam iuriſdictionem prorogct, cap. 35. n.1.
Princeps ſupremus eſt iudex in ſua cauſa inter ſuos, cap.36.n.1.
Principi reſeruata an præſcribi poſsint? cap.37.n 12.
Princeps ſolus creat officia. cap 37. numer.26.
Solus dat tuitiuas, ibi.n.27.
Princeps non transfert reſeruata ſine ſpeciali mentione, ibi.
Princeps non transfert poteſtatē emancipandi, ibi.n.29.
Solus legitimat, n.28.
Solus facit nobiles, n.30.
Solus creat Doctores, n.31.
Solus famæ reſtituit, n 32.
Solus veniam delictorum impartitur, n 33.

Solus inſinuat donationes, n.34.
Solus ſeditioſos eijcit. n.35.
Princeps ligatur ſuis legibus, maximè ſi contrahit cum non ſubdito, cap. 67 n.8.
Priuilegiatus propter fauorem publicum pro tempore antecedenti non iuuatur priuilegio.
Priuilegiatus in corpore iuris citari poteſt ad iudicium vbi defunctus debuit, cap 30.n.7.
Priuilegium ſucceſſoris trahitur ad futura tantùm. ibi.n.6.
Priuilegium habens clauſum in corpore iuris non poteſt citari vbi defunctus debuit, ibi.n.8.
Priuilegio fori mulier renuncians cum marito non cenſetur renunciaſſe priuilegio viduæ, cap.30.n.8.
Priuilegium conceſſum ſubdito non valet ſi redundat in præiudicium nõ ſubditi, cap 38.n.12
Priuilegia Hiſpaniæ tranſicre in hoc Regnum quando diuiſa fuere, cap. 24 n.3.
Priuilegia Regibus conceſſa qui infringunt impetrando á Sede Apoſtolica contraria. Vide verbo, Impetratio.
Priuilegia vel affirmatiua, vel negatiua, cap.63.n.31
Negatiua non amittuntur per non vſum, ibi.n.31.
Priuilegio actiones contrariæ, non omnes ſunt vſus contrarij, cap 63.n.33.
Priuilegium tollitur renuntiatione expræſſa, ibi n 33.
Priuilegio Principi dato, vaſſalli non renunciant, ibi.n.34.
Priuilegium Regis ne cauſæ trahantur ad Curiã an ſit abrogatum per Concilium, cap.63 n.35.
Priuilegium allegatum poteſt probari immemoriali, cap 70.n.13.
Proceſſus copia debet mitti ad requiſitionem iudicis eccleſiaſtici, & quomodo? cap.41.n.1.
Proceſſus factus in iudicio incompetenti non facit fidem in competenti, ibi. n.2.
Procurator qui citauit, ſi pœnã ex eo detur, an ipſe condemnandus, vel dominus? cap 35.n.9.
Prohibitione tranſeat ad Eccleſiam, non tollit vt tranſeat ad monachum, cap.67.n.7.
Prouiſio hominis facit ceſſare prouiſionem legis, cap.28.n 12.
Prouiſores Regij non viſitant confratrias in Eccleſijs ordinũ. cap.58.n.21.
Prorogare iuriſdictionem Epiſcopi an laicus poſsit? Vide verbo, Laicus,
Prorogatio non fit inuito Principe, cap. 35 n.2. & n.16.
Prorogare nequeunt confratres ſuper bonis confatriæ iuriſdictionem Epiſcopi, cap 35 n.17.
Fallit in reconuentione, ibi.
Prorogare iuriſdictionem Epiſcopi laici non poſſunt in hoc Regno, cap. 63. n.39.
Purgatio moræ in delictis non habet locum, cap.35.n.13.

Q.

Qvalitate non probata actor condemnatur in valore rei petitæ, cap. 28. n.28.
Qualitate non probata cauſa remittenda eſt ad ſæculare, ibi n.31.
Qualitate probata in parte tantùm quomodo debeat fieri condemnatio, cap.28.n.32.
Qualitatum iudicium eſt mixtum, in quo vterq, actor, & reus eſt, c.28 n 9.
Qualitates ſemper debent proponi cum violentia, ex qua reſultet ſacrilegium vt laicus trahi poſsit ad forum Epiſcopi, cap.28.n 11.
Qualitate comiſsi probata ex parte Eccleſiæ, ſi reus excuſatur ex cauſa legitima, an debeat Eccleſia condẽnari in valore rei petitæ, cap 28.n.14.
Qualitas comiſsi facit cauſam pertinere ad iudicẽ eccleſiaſticum, cap.28 n.16.

Qualitates omiſſas in libello in replica Eccleſia proponere poteſt, cap. 27. n 29.
Vide verbo pœna.
Qualitas violentiæ an etiam requiratur in libello quando cauſa incipit coram delegato, cap.27.n 36.
Qualitatibus probatis, vel è contra, ſi fiat condemnatio, vel abſolutio an pateat ad Regem recurſus? cap.27. n 39.
Qualitate non probata, ſi iudex ſe dicit incompetentem an ab hoc appellari poſsit? cap 27. n 40.
Qualitas an ſit ſufficiens proponere in libello eſſe finitas vitas emphyteuſis, cap 28 n 7.
Qualitas violentiæ ſemper ineſt vbi proponitur generatio finita, cap.28. n.8.
Qualitas violentiæ exprimēda eſt, etiāſi agatur ex comiſſo, ibi n.14.
Qualitas requiritur quod duret vſq, ad finem cauſæ, ibi.n.15.
Qualitate non probata iudex eccleſiaſticus debet ſe pronunciare incompetentem, ibi.n.27.
Qualitas violentiæ propoſita in poſſeſſorio, ſi reus neget an ſufficiat ne remittatur? cap 27.n.18.
Qualitas ſi proponatur, & reus neget an debeat dicere rem eſſe ſuam, & non Eccleſiæ, vel ſufficiat ſimpliciter negare non eſſe Eccleſiæ ibi n 19.
Qualitas hæc an proponi poſsit contra iudicem qui male iudicauit? cap 27. n.20.
Qualitas ſi non probatur, & cauſa remittatur an liceat appellare? cap.27. n 23.
Qualitates probatas, ſi eccleſiaſticus iudicat an pateat recurſus ad Principem? ibi.n.25.
Qualitates non probans Eccleſia qua pœna puniatur in hoc Regno? ibi. n 28.
Qualitas an requiratur quando cauſa incipit coram delegato, ibi.n 36.
Qualitate negata, ſi reus remittatur an ſi de ea conſtet, poſsit iterum ad forū Eccleſiæ remitti, ibi.n.26.
Qualitas quæ reſpicit peremptoriam non requirit probationem, ſecùs ſi dilatoriam reſpiciat, cap.27.n.4.
Qualitas violentiæ reſpicit peremptoriam, ibi.n 5.
Qualitas violentiæ neceſſaria eſt vt laicus trahatur ad forum Eccleſiæ, ibi. n.11 & cap 28. n.2. Et an nullitatis tituli, d cap 28 n 6.
Qualitas poſita in reiuindicatione an ſufficiat? ibi.n 12.
Qualitas licet negetur à reo, adhuc in foro Eccleſiæ reſpondere tenetur, ibi. n 12.
Si tamen abſolute neget. quid? ibi n.13.
Qualitas violentiæ qualis eſſe debeat? ibi n 14.
Et an quæcunq, violentia ſufficiat? ibi.
Qualitas violentiæ an proponi debeat intra annum? ibi.n 16.
Qualitas ſi non probetur, & cauſa remittatur an de ea adhuc agi poſsit? cap 27 n 17.
Qualitatem, ſi reus negat, ſtatim remittitur, ibi.n.18.
Qualitas in libello expræſſa ſufficit vt clericus trahatur ad ſæculare iudicium, cap.67.n 26.
Qualitas adueniens enti in actu qualificato illud reponit in diuerſa ſpecie, cap.25 n.5.
Qualitatis propoſita ratione laicus trahitur ad forum Epiſcopi, cap.27.n.1. & cap.28.n.1.
Qualitas in libello expræſſa fundat iuriſdictionem, ibi. & cap 28.n.2.
Qualitas ſi negetur, ſtatim reus remittitur, cap 27.n.3.
Qualitas aliquando reſpicit peremptoriam aliquando dilatoriam exceptionem, ibi n 4.
Qualitas notularis ſufficit vt allegetur tantum vt pro probata habeatur, cap.44.n.14.

Quaſi poſſeſsio per vnicum actum acquiritur,& amittitur, cap.29.n.10.

Quærellæ remedium non eſt ordinanarium, cap.93.n.37.

Quærela apud nos ſuſpendit, & quando? ibi.

Quæſtores æleemoſynarum non admittendi ſunt ſine regia facultate, cap.76. n 1.

R.

Reconuentio fit in ſæculari contra clericum pro renouatione emphyteuſis, cap 23.n.8

Reconuentio non vitatur, etiamſi citans deſiſtat, cap.23.n.8.

Reconuentioni non eſt locus quando dominus agit pro vi illata, ibi. n.10.

Reconuẽtio an prohiberi poſsit à Principe, ibi.n.11.

Reconuentio an detur in cauſa ſpolij? cap.24 n 18.

Reconuentio nec de ſimili ſpolio admittitur, ibi.

Reconuentionem offerens an videatur iudicio conſentire? cap.28.n 33.

Reconuentio in iudicio qualitatum nõ admittitur, ibi.n 35.

Reconuentioni quando ſit locus? ibi. n.36. & 37.

Reconuẽtioni eſt locus in caſibus mixti fori ſine metu legis regiæ, lib. 2. tit.1. §.14. cap.35.n.18.

Recurſus ad Regem an detur non obſtante cauſæ continentia, cap 24. n.22.

Regum officium eſt liberare oppræſſos, cap.24.n.1.

Reges cognoſcunt de violentijs, etiam inter clericos, cap.24.n.3.

Regibus pluribus datum ne ex eorum Regno cauſæ trahantur ad Curiam, cap.63 n 21.

Regi Portugalliæ datum vt ſuis legibus vtatur, cap.22 n.22.

Reges hoc Regnum á Mauris vindicarunt,& ideò domini ſunt,cap.67.n.12.

Regula de triennali non defendit poſſeſſorem ſine titulo, cap.62.n.17.

Reip. gubernatio eſt quædam armonia, cap.64 n.28.

Remiſsio ad ordines an in ea appellandum,vel ſupplicandum ſit, & quando? cap.45.n.4.& ſequentibus.

Remitti qui poſtulat ad ordines ſi officialis Regis eſt quomodo puniatur? cap.48.n 12

Remitti ſi poſtulat miles non eſt locus legi regiæ, ibi.n.15.

Remiſſus ad ordines expenſas ſoluit, & capitur vt remittatur, cap 77 n 1.

Remiſſus quas expenſas ſoluat.ibi.n.3.

Repræſalia conceduntur quando non datur copia iudicis, cap.22.n 10.

Renouatio à Prælato exempto petitur in ſæculari cap 22 n.31.

Reſtitutio ad anni lapſum ſpoliato quãdo detur, cap.24 n 3.

Reſtitutio pluribus caſibus non conceditur,& an contra dilatoriam, ibi.

Reſtitutio in beneficialibus, etiam ſine titulo concedetur, cap 24.n.8.

Reſtitutionem petit Eccleſia in ſuo foro, cap.28.n.17.& 21.

Reſtitutio ſupponit validitatem actus, ibi.

Reſtitutio vel petitur propter damnum vitandum, vel ad lucrum captandum, cap 28.n.18.

Reſtitutio gratiæ non importat fructus, cap 28 n.19.

Reſtitutio ſi petitur ab Eccleſia in ſuo foro debet exprimi violentia, cap.28. n.22.

Reſtituitur minor ad rem, licet ſolùm ſit læſus in vendendo, ibi.

Reſtitutio competit Regi ſi conſtet aliquando præſentaſſe in beneficio, cap. 29. n.9.

Reſtituitur Princeps aduerſus Prælatos qui occupant beneficia Coronæ, ibi n 12.

Reſtitutio conceſſa Principi ad ſuum beneficium an opoteturexpulſionem poſſeſſoris, cap.29.n.15.

Reſti-

Reſtitutio impeditur ſi conſtet notorie de non titulo, cap 52. n.58.
An denegetur non colorata poſſeſsione, ibi. n 60.
Reſtitutio non impeditur ſi lite pendente fit ſpolium, ibi. n 61.
Reſtitutio impeditur ſi notorié conſtet de non iure petentis, cap 62.n.62.
Reſtitutio denegatur non colorata poſſeſsione quando iuris præſumptio reſiſtit, cap 62 n.63.
Reſeruatio quid ſit, & quid operetur, cap 62.n.32 & cap.63 n.2.
Reſeruata quando veniant in generali conceſsione, cap.37.n.23 & 24. Vide verbo, Princeps
Reuitio in quo differat ab appellatione,& ſupplicatione, cap 37.n.37.
Rex incompetens eſt ad cauſas eccleſiaſticas, cap.22 n 2.
Rex cognoſcit de cauſis exemptorum, ibi. n.3

S.

SAcræ res quæ ſint,& an ſint Cruces, & nauiculæ eccleſiarum, cap. 27. n.10.
Sacrilegium datur ſi laicus violenter occupat res Eccleſiæ, cap.27.n 8
Sacrilegium non datur quando occupantur patrimonialia clericorum, ibi.
Sacrilegij crimen mixtum. cap.56. numer. 32.
Sacrilegium ex percuſsione eſt priuatiue fori eccleſiaſtici, cap 56.n.34.
Sæcularis trahitur ad forum Eccleſiæ ratione furti, vel violentiæ. Vide verbo, Qualitas.
Scientia Papæ non validat actum de ſe nullum, cap 22.n.18.
Senatores clerici eſſe non poſſunt in Senatu Epiſcopi vt iudicent cauſas laicorum, cap 37 n 31
Sententia lata abſolutoria in iudicio qualitatum, etiam poſt recurſum ad principem poteſt pars impedimenta offerre, cap.27. n.42.
Sententia lata in eccleſiaſtico contra ſæcularem an habeat executionem in ſæculari? cap.35.n 14.
Sententiæ latæ effectus non tollitur niſi per Principem, cap.37.n 38.
ſententiæ nullitas quomodo deprehendatur, cap.52 n.28.
Sententia an nulla ſit cum errore cum relatione ad acta, cap 52.n 30.
Sententia vel nulla, vel iniuſta ſit non conceditur auxilium, cap.52.n.31.
Sententia ſi iniuſta eſt circa merita non impedit vt auxilium concedatur, cap. 52. n.31.
Signatura gratiæ an ſufficiat ad capiendam poſſeſsionem, cap 62.n.28.
Et quando ſufficiat? n.29.
Symoniæ crimen eſt mixti fori quoad factum, cap 56.n.46.
Symoniacus priuatur ipſo iure. Vide verbo, Pæna.
Syndicus religionis in eius foro conuenitur pro adminiſtratione, cap. 31. n 6.
Solemnitas contractus obſeruanda quæ ibi viget, & ſolenmitas iudicij vbi agitur, cap.22.n 42.
Sortilegi inuocant dæmones, cap.56. n 24 & 25.
Sortilegia non intereſt an fiant ad malum,vel ad bonum, ibi.n.27.
Sortilegijs ſi admiſcetur aliquid conſecratum, eſt opus hæreticale, cap.56. n 27.
Sortilegi conficiunt imagines quibus vtuntur, ibi n.29.
Spolium an anno elapſo proponi poſſit per modum exceptionis, cap.24. n 4.
Spolium rei ſpiritualis includit ſacrilegium,ratione cuius cauſa non ſpectat ad ſæculares,cap 24.n 15.
Spoliatus habet electionem iudicis ad agendum, ibi n.16.
Spoliatus licet agat non agit,ſed patitur & ſe defendit, ibi.
Spoliatus an trahit ad ſæculare iudiciũ

clericum qui ab ſpoliatore laico cauſam habeat, cap 24.n 19.
Spolij exceptio an admittatur contra tertium? ibi.
Spolij reſtitutio an impediatur à tertio? cap.24 n.21.
Spolij cauſa an admittat oppoſitionem? ibi.
Spoliatus an agere poſsit in ſæculari, licet pendeat iudicium proprietatis in eccleſiaſtico? cap 24.n.21.
Spolia Epiſcoporum non ad Sedem Apoſtolicam in hoc Regno ſpectant, ſed ad Eccleſiam cap 24 n 31 & 32.
Spolia quæſita ex negotiatione illicita pertinent ad Sedem Apoſtolicam? cap.24 n.34.
Statuta contra eccleſiæ priuilegia non valent, cap.67 n 2.
Statuta ſæcularia cum mentione clericorum non valent, ibi n.4.
Styllus Senatus obſeruat quod ſufficiat citare, vel impetrare vt pœna legis habeat locum, cap 63.n 9.
Subrogatio in locum defuncti. Vide verbo, Impetratio.
Subrogationes ad quid inuetæ, cap 61. n.36.
Et quomodo fiat? ibi n.37.
Subrogatio eſt vitioſa quando defunctus impetrauerat ius iniquum, cap. 61. n.40.
Subrogatus ordinarie agere debet, ibi. n.41.
Succeſſoris perſona non facit deteriorem cauſam authoris, cap 30.n 2.
Succedens non priuilegiato an gaudeat ſuo priuilegio, cap.30.n.4.
Succedens minor non priuilegiato non reſtituitur, ibi.

T.

TAbellio ſolúm in hoc Régno inſtrumenta conficit, cap 69.n.3.
Tempus vbi præfinitur ad agendum ſemper intelligitur data facultate, cap.24.n.3.
Tempus vt filia nubens ante 25. annum pœnam incurrat an requiratur completum, cap.73.n 27.
Titulo non colorato non datur reſtitutio, cap 62 n 59.
Titulus coloratus qui ſit? cap.62.n.66.
Titulus coloratus eſt ſi datur inſtitutio facta per Epiſcopum, ibi.n 67.
Tituli coloratio an requiratur in poſſeſſorio adipiſcendæ, vel retinendæ, ibi. n 64 & 65.
Titulum coloratum an præſtet expectatiua, cap.62.n.69.
Titulus quilibet eſt coloratus, licet beneficium ſit iuris patronatus, ibi numer 70.
Titulus coloratus reſultat ex collatione facta monacho de beneficio ſæculari, ibi n.71.
Titulus coloratur ſi ex poſt facto confirmetur, ibi.n.73.
Titulum qui habet, licet inualidum, debet conueniri non in foro Eccleſiæ, ſed coram ſuo iudice, cap 28.n.18.
Titulus quando coloratus, & quando non, cap 62.n.10. & n.66 & 67.
Titulus ex reſeruatione annullatur, cap.62 n 12.
Titulus tendit ad iuſtitiam poſſeſsionis non ad illius eſſentiam, cap.62 numer 16.
Titulus quomodo coloretur, ibi n.70. 71 & 72.
Titulum oſtendere non cogitur poſſeſſor beneficij longo tempore, cap 62. n.20.
Tranſactio cum fraude celebrata, imperfecta dicitur, cap.23 n 2.
Tributa fiſcalia ab ipſis prædijs exiguntur, cap.38. n.13.
Triennalis poſſeſsio inducit præſumptionem tituli colorati, cap.62 n 21.
Triennalis poſſeſsio quomodo defendat poſſeſſorem, ibi.n 21.
Triennalis poſſeſsio non defendit illum cuius titulus euacuatus eſt, ibi. n 23.
Triennalis regula non defendit intru-

ſos,

ſos, cap. 62. num. 24.

V.

Vexatio maxima datur in impetrationibus beneficiorum viuentium, cap 59. n. 16.
Vexatio non ceſſat, licet in Regno conueniantur poſſeſſores, ibi.
Vexatio magna tunc datur, cùm citatur poſſeſſor ad Curiam, cap 61 n. 6
Vexatio maxima datur ex citationibus ad Curiam Romanam, cap. 63. n 5.
Verbum poteſt ſi in diſpoſitione ponitur negatiue imponit neceſsitatem, cap. 22. n 32.
Verbum poteſt aſſumit interpretationem à materia ſubiecta, ibi. n 33.
Verbum ſuum denotat dominium, cap. 28. n. 1.
Verbum extra quomodo accipiatur, cap 60. n 4.
Verba legis vbi non conueniunt nec eius diſpoſitio, cap. 61. n. 12.
Verba legis cui non conueniunt nec eius diſpoſitio, cap. 62. n 36.
Vidua illa eſt quæ maritum habet inutilem, cap. 61. n. 47.
Violentiæ qualitas qua laicus trahi poteſt ad forum Eccleſiæ. Vide verbo, Qualitas.
Violentia datur quando finitus eſt titulus ad tempus limitatum, ſi poſſeſſor recuſat dimittere, cap 28. n. 12.
Vis quotupliciter accipiatur, cap 29. num 5.
Vſus Regni longæuus non tribuit iuriſdictionem Principi ſæculari, cap 22. num. 8.
Vſuræ crimen eſt mixti fori, cap. 56. num. 38.
Vſuræ quomodo erant prohibitæ? ibi.
Vſura de iure regio eſt crimen mixtum, ibi num 41.
Vſurarij non aliter trahuntur ad forum Eccleſiæ niſi laborent publica infamia, cap. 56. n. 41.
Vſura tam quoad ius, quàm quoad factum eſt mixti fori, ibi.
Vſurarius poteſt in ſæculari puniri, & in eccleſiaſtico corrigi, ibi n 43.
Vſurarius ſi ciuiliter conuenitur poteſt trahi ad forum Epiſcopi, ibi. numer. 44.
Vſuræ cauſa non dicitur præuenta ciuiliter niſi per citationem, criminalis dicitur præuenta per inquiſitionem tantum, ibi n. 45.
Vſura an ſit venditio frumenti dilata ſolutione 3. p. cap 72. n. 1.
Vſuram quomodo olim licebat ſtipulari, credita pecunia? ibi. n. 12.
Vſura ceſſat propter incertitudinem. ibi. n 3.
Vſura non eſt quando venditor non eſſet venditurus. ibi. n. 4.
Vtilitas Eccleſiæ quomodo conſideretur? cap. 27. n. 34.
Vſura dilata ſolutione quomodo committatur? 3. p. cap. 72. n. 6.
Vſura non eſt carius vendere ob futuram litem, ibi. n. 7.
Vſura non eſt conuenire de ſalario. ibi.
Vſuram tollit dubietas valoris, ibi. numer. 8.
Vſuram non approbat lex regia, ibi. numer 9.
Vſura non eſt pro dote lucrari pignoris fructus. ibi. n. 11.
Vſura non eſt Romæ anticipato pretio vilis emere ibi n 12.
Vſuram an committat dominus emphyteuſis recipiendo fructus. 3 part. cap. 72. n 13.

FINIS.

Em Lisboa, Por Pedro Craesbeeck
Impreſſor delRey. Anno
M.DC.XXV.

ERRATA.

Folium,	columna,	linea,	verbum
Fol.12.	vlt.	29.	feudi, lege, fundi.
15.verſ.	vlt.	23.	hoc idet, lege, hoc idē
20	1.	5.	ibi præludio, adde 3.
23.	1	36.	lege, & quod.
25.	1.	30.	lege, legatis.
25.verſ.	1.	7.	legito, clerico.
26, verſ.	1.	1.	lege, non agebat.
26.verſ.	1,	1.	le, qui ſpoliū paſſus eſt
28.	1.	6.	lege, extat
30.verſ,	1.	6.	lege, Pontificum.
36.verſ.	1.	2.	lege, honeſtas.
37.verſ.	vlt.	25.	ib, ſcribā, lege ex ſtudijs
38.verſ.	fin.	36	quia dos, leg. quia nos.
40.verſ.	fin.	17	inſtutriā, lege, induſtriā.
40.verſ.	fin.	41	lites, lege litibus.
45.	2	7.	nodatam, lege nodoſam
46.	1.	ad fin,	vt eo, lege vt ea.
54 verſ	1,	42.	ibi conſtitutione, lege conceſsione,
54.verſ.	fin.	43.	ibi, opinionum, lege optimum.
56.	2	15.	ibi abſolutione, lege à ſolutione.
56.verſ.	fin.	33	ib admiſſæ, le. admiſſa
58.	1.	33.	ibi, quod laicus, lege quod ſi laicus.
59	1.	21	ibi, in poſſeſsione, lege in petitione.
59, verſ.	1.	27.	ibi recognoſcens, lege recognoſcenti.
59.verſ.	1.	19.	ibi vt, lege pro ex lege
60.verſ.	1.	40	deſtititq; lege diſtulit,
62.	2.	32.	ibi tit. 3. lege 39.
62.verſ.	1.	3.	lege conſtitutus,
63.verſ.	1.	43	lege conſtitutus.
65.verſ.	2.	28	clerigo, lege leigo
64.	2.	16	lege conſtitutus.
65. verſ.	1.	38.	appellandum, lege appellatum.
65.ver.	2.	42.	de iudic. lege de re iudi
68.	2.	24	lege remotior.
69.	2.	44	ibi inculcato, lege enucleato
69.verſ.	2.	35.	lege proprietatis.
70. ver.	2.	ad med.	lege ſufultam.
71	1.	3.	quiſitam lege acquæſitā
79.	1.	13	citationes lege actiones
80	1.	25.	propter, lege prætor.
83.verſ.	1.	13.	lege mercedem
89.	2.	33.	lege ex ſententia.
96.verſ	1.	41.	lege monendi non ſit.
101	2	vlt.	leg. ſed ip ſum Domini,
111.verſ.	1.	18.	ſtatum lege ſtatutum.
111.verſ.	1.	33.	leg. cū re ſépter. 112. q. 2.

Fol.	colum.	lineę	verbum.
112.	1.	25.	lege cum P.
113.	2.	21.	auth ſeruēti auth licet
117.ver.	1.	32.	ibi non cedendi, lege non concedi.
120.verſ,	1.	6.	lege, cohęredi.
122, verſ.	2,	15.	qui, lege quæ.
125.verſ,	2.	58.	lege, cauſa remitti.
134	1.	28.	admitterentur, lege an itterentur
135.	2.	8.	lege, in medico.
141, verſ.	1.	1.	quibus lege cui.
142.	2.	38.	dicere lege diſcere.
142.verſ.	2.	29	more lege mere
145.	2.	23	lege, quin immo.
145.verſ.	1.	44.	ſacram ie. ſacris minis
153.	1.	34.	lege, aliquo modo.
156.verſ.		10.	delictnm, le. deductū
157.	1.	30.	quæ iuris redūdat quæ
157	2.	31	quoad, lege ad.
157.verſ.	1.	1.	lege expediendam.
157, verſ.	2.	31.	licuit, lege loci vt.
158.veaſ	2.	38.	qui, lege quæ.
162	1.	1.	poſſunt, lege poſſent.
170.	1.	4.	lege non conuenit.
172	2.	15.	filio, lege filia.
176.verſ.	2.	26.	ex mixti, eſt mixti.
177.ver.	1.	44.	vt omnia, lege vt anima
180.	1.	16.	quo, quando.
182.verſ.	1.	9	9. §. 1. lege §. 5.
185.	2.	37	Diuo Gregorio, lege Domino Georgio.
186.	1.	30.	lib. 9. lege libro.
189.verſ.	1.	27.	parrachorio, lege parrochorum.
189, verſ.	2.	18.	cognitionis, cōmiſsionis.
191.	1.	18.	150. numos, lege quindecim mille numos, & idem paulo infra leges
192.ver.	1.	19.	deciſtante, lege diſtante
197.	1.	17.	cui, lege cum
197.ver.		19.	ſuppoſitæ, lege ſopitæ
199.verſ.	2.	28.	Azor, lege Azo
207.	2.	48	cum videam, l. licet videā
208.	2.	7.	quod refertur, lege hoc.
208.			& videtur, lege & videtur quod.
217.	1.	39.	leg. quo argumento trāſit
214.	2	1.	huius, lege Portuenſis.
214 verſ.	1	3.	huius, lege Portuenſis.
245.	2.	19.	ille qui, lege illi qui.
245	2.	47.	§. 1. lege § 5.
246.	2.	1.	extra regnū, le. ad Curiam
248.	2.	18.	at vero, lege ſecus.
251	1.	36.	quod lege qui.

Fol.	colum.	linea	verbum.
251. verſ.	1.	32.	vltinam, lege vtinam.
254.	2.	11.	veri, lege ſe veri.
256.	1.	1.	vem ſolum, leg. non ſolum
256.	2.	14.	cum quid, aliquid. lege cũ aliquid.
257. verſ.	1.	22.	ex literis, le. ſuper literis.
259.	1.	21.	ea, lege ex.
259.	2.	31.	iudicunt, lege indicunt.

Fol.	colum.	linea	verbum.
259. verſ.	1.	5.	imm niatur, imminuatur
260. verſ.	2.	31.	æream, lege aream
265.	1.	24.	huius, lege huic.
265	2.	30	iniſtas, lege iniuſtas
269.	2.	14.	latos, lege lator.
367.	2.	in fine	ibi expen. lege expenſas. & ibi laſ deleatur.